ANALECTA SACRA

SPICILEGIO SOLESMENSI

PARATA

EDIDIT

JOANNES BAPTISTA CARD. PITRA

EPISCOPUS TUSCULANUS

S. R. E. BIBLIOTHECARIUS

TOM. III

PATRES ANTENICÆNI

PARISIIS

ROGER ET CHERNOWITZ BIBLIOPOLÆ

VIA VULGO DICTA: DES GRANDS AUGUSTINS, N° 7

M DCCC LXXXIII

ANALECTA SACRA

III

ANALECTA SACRA

SPICILEGIO SOLESMENSI

PARATA

EDIDIT

JOANNES BAPTISTA CARD. PITRA

EPISC. TUSCULANUS

S. R. E. BIBLIOTHECARIUS

TOM. III.

PATRES ANTENICÆNI

E TYPOGRAPHEO VENETO

MECHITARISTARUM SANCTI LAZARI

M DCCC LXXX III

ORIGENES

IN PSALMOS

Psalmus XXVI.

v. 6. Ἐκύκλωσα, καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ. *Cod. Vat. B.* f. 639, 1.

Εἰ ὁ κυκλώσας θύει, θυσία δέ ἐστιν πνεῦμα συντετριμμένον, ὁ συντρίψας τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν κύκλον αὐτὴν πεποίηκε, σχῆμα γωνίας μὴ ἔχουσαν ἐπιδεχόμενον φθορὰν καὶ τὴν ἀφροσύνην αὐτὴν, ἥ, φησὶ Σαλωμὼν, ταῖς γωνίαις παρεδρεύει. Καὶ τὸ κατελθὸν δὲ ἐπὶ τοὺς παῖδας Ἰὼβ πῦρ τῶν τεσσάρων ἥψατο γωνιῶν τοῦ οἴκου. Ὅρα, μὴ πνεῦμα εἶχε καὶ πῦρ κατὰ σφάλμα ἕτερον, τὸ κατελθὸν ἐπὶ τὰ παιδία.

v. 12. Καὶ ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ.

Ἐν καιρῷ συκοφαντίας ταῦτα λεκτέον.

v. 13. Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ τῶν ζώντων.

Αὐτὸς μὲν ὁ Θεός ἐστιν ἐν τῷ οὐρανῷ· τὰ δὲ ἀγαθὰ αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ τῶν ζώντων.

v. 14. Ὑπόμενον τὸν Κύριον, ἀνδρίζου, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου.

Αὐτή ἐστιν ἡ ἀνδρεία καὶ κραταιὰ καρδία, ἡ μὴ ἔχουσα λογισμοὺς καὶ δόγματα ψευδῆ.

v. 6. *Circuivi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis.*

Si ille qui circuit, immolat, hostia vero si spiritus est contribulatus, qui conterit animam suam, eam in circulum vertit, in quo non occurrit anguli forma, quæ locum det corruptioni et illi insipientiæ, « quæ, ait Salomon, in angulis sedet. » Descendens autem ignis super filios Job, quatuor percussit angulos domus. Vide ne spiritum habeas et ignem qui propter alienum peccatum cecidit in pueros.

v. 12. *Et mentita est iniquitas sibi.*

In tempore calumniarum hæc dicantur.

v. 13. *Credo videre bona Domini in terra viventium.*

Ipse quidem Deus in cœlo est; bona autem ejus, in terra viventium.

v. 14. *Exspecta Dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum.*

Virile cor illud est et robustum, quod neque tentationes teneat, neque falsa dogmata.

Ps. XXVI, v. 6. Vat. 16. Job I, 19. Ab initio emendantur Maurini.

v. 12, 13, 14. Vat. 5. Ut monuimus in tomo superiore, Vat. B solum in psalmis sequimur.

Psalmus XXVII.

v. 1. Μήποτε παρασιωπήσῃς ἐπ' ἐμοί, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. *Vat.* 639, 2.

Τοῦ νοῦ λάκκος ἡ ἄγνοιά ἐστιν, εἰς ἣν ἐμπίπτει, παρασιωπησάσης αὐτῷ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας, καὶ μὴ λεγούσης τό· Ἰδοὺ πάρειμι.

v. 5. Ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα Κυρίου καὶ εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ.

Οὐδεὶς γὰρ μὴ νοήσας τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου, ἄμεμπτός ἐστιν, περὶ ὧν λέγει Θεός· Ἀληθινὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Καὶ πάλιν· Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ· ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἐναγγέλλει τὸ στερέωμα. Πάνυ γὰρ κατάδηλά ἐστιν, ὡς ἀπ' αὐτῆς τῆς κτίσεως καὶ τῶν δημιουργημάτων ἀναλόγως δύνασθαι τὸν γενεσιουργὸν θεωρεῖν· διὰ τοῦτο οὖν οὗτοι κολαζέσθωσαν.

v. 6, 7. Εὐλογητὸς Κύριος, ὅτι εἰσήκουσε τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου. Κύριος βοηθός μου καὶ ὑπερασπιστής μου, ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία μου, καὶ ἐβοηθήθην, καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου.

Εὐξάμενος κακὰ ἀνθρώποις, εὐλογεῖ τὸν Θεόν, ὅτι εἰσήκουσεν αὐτοῦ· ἀλλὰ τὰ εἰρημένα νοείσθω, ὅτι εὔχεται μετάνοιαν καὶ διόρθωσιν τοῖς ἡμαρτηκόσι. — Καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου. Ποία σάρξ; περὶ ἧς εἴρηται, ὅτι ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· ἡ γὰρ εἰς αὐτόν, φησίν, ἐλπὶς πρόξενός μοι τῆς προμηθείας ταύτης ἐγένετο, διὸ δὴ τῆς διὰ τὴν φυγὴν κακουχίας ἀπαλλαγείς, ἀνέθαλόν τε καὶ ἤνθησα, καὶ τὴν ἐκ τῆς εὐθυμίας εὐεξίαν ἀπέλαβον.

v. 1. *Nequando sileas a me, et assimilabor descendentibus in lacum.*

Mentis lacus, ignorantia est: in quam decidit mens, statim ut illi sileat Dei sapientia, ac dicere ei desinat: «Ecce adsum!»

v. 5. *Quoniam non intellexerunt in opera Domini, neque in opera manuum ejus.*

Nemo enim ad opera Domini non attendens, culpa vacat, de quibus dicit Deus: «Vera opera Domini,» et iterum: «Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.» Manifesta enim sunt, ita ut ex ipsa creatione et creaturis, per analogiam considerari possit earum conditor. Propterea ergo qui ignorant ea, puniantur.

v. 6, 7. *Benedictus Dominus, quoniam exaudivit vocem deprecationis meae. Dominus adiutor meus et protector meus, in ipso speravit cor meum, et adjutus sum, et refloruit caro mea.*

Mala postquam hominibus deprecatus est, benedicit Deum, quoniam exaudivit eum; sed prius dicta sic intellige, quod pro peccatoribus deprecatus est pœnitentiam et correctionem. — *Et refloruit caro mea.* Quæ caro? de qua dictum est: «Videbit omnis caro salutare Dei.» Mea in eum spes, inquit, providam hanc tutelam mihi procuravit. Idcirco igitur per fugam ab opere malo semotus, ego reflorui, et crevi, et favente fiducia, felicem statum consecutus sum.

Ps. xxvii, v. 1. Vat. 5. Num. xxii, 38. Satis est paginas Vat. B ab initio psalmi signare.
v. 5. Vat. 13. Plura αὐτολεξεὶ fere recepit Theodorus Heracl. apud Corder. t. I, p. 480. — Dan. iii, 27. Ps. xviii, 1. Cf. Rom. I, 20.
v. 6, 7. Vat. 13. Luc. iii, 6.

Psalmus XXVIII.

v. 1. Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν.
Τιμή ἐστιν Θεοῦ σεβάσμιος ἀποδοχὴ μετ' εὐχαριστίας.

v. 9. Φωνὴ Κυρίου καταρτιζομένου ἐλάφους, καὶ ἀποκαλύψει δρυμούς. *Vat.* 640, 1.
Ἄνευ φωνῆς Κυρίου οὐκ ἂν γένοιτό τις ἔλαφος διαφθείρων τοὺς ὄφεις · ὁποῖος ἦν ὁ Παῦλος, κατὰ ἀνθρώπων θηριομαχῶν ἐν Ἐφέσῳ. — Καὶ ἀποκαλύπτων δρυμοὺς, ἐν οἷς · Αἱ ἀλώπεκες εἶχον φωλεοὺς, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις · ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ.

v. 1. *Afferte Domino gloriam et honorem.*
Honor Dei est religiosa doni receptio cum gratiarum actione.

v. 9. *Vox Domini præparantis cervos, et revelabit condensa.*
Sine Domini voce, nemo cervus erit, qui occidat serpentes: qualis erat Paulus, dum adversus homines luctaretur in Epheso cum bestiis. — *Revelans condensa,* in iis verbis: « Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos ubi habitent. Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. »

Ps. xxviii, v. 1, 9. Vat. 5. Cf. I Cor. xv, 32. Luc. ix, 58.

Psalmus XXIX.

v. 1. Ὅτι ὑπέλαβές με, καὶ οὐκ εὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐπ' ἐμέ. *Vat.* 640, 2.
Τοὺς μὲν πρακτικοὺς ὑπολαμβάνει ὁ Κύριος διὰ τῶν ἀρετῶν · τοὺς δὲ ἐπιπλέον προσκεκυφότας διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας · ἐφ' οἷς οὐκ εὐφραίνεσθαι λέγονται οἱ ἐχθροί. Αἱ μὲν γὰρ φεύγουσι τὴν κακίαν · ἡ δὲ τὰ ψευδῆ δόγματα διελέγχει, γνῶσις οὖσα Θεοῦ πνευματική. Τὸ δέ · ὑπέλαβες, ἀντὶ τοῦ μετεώρισας. Ἀνθ' οὗ Ἀκύλας εἶπεν · Ἀνέσωσάς με.

v. 3. Κύριε, ὁ Θεός μου, ἐκέκραξα πρὸς σὲ, καὶ ἰάσω με.
Μακάριος ὁ τὴν ἐν βάθει πληγὴν ἑαυτοῦ γνωρίζων, ὡς δύνασθαι τῷ ἰατρῷ προσιέναι, καὶ λέγειν · Ἴασαί με, Κύριε. Καὶ ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου. Νῦν δὲ τυχὼν τῆς ἰατρείας, εὐχαριστεῖ. Ἔστι δὲ ὁ Θεὸς τῶν δι' ἀγάπην οἰκειωθέντων αὐτῷ.

v. 7. Ἐγὼ δὲ εἶπα · Ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα.

v. 1. *Quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me.*
Dominus eos qui in practica vita sunt, suscipit per virtutes; suscipit autem per naturalem contemplationem eos qui ulterius progressi sunt; de quibus inimici non dicuntur delectari. Virtutes enim fugant malitiam, theoria autem redarguit falsa dogmata, Dei utpote scientia spiritualis. Id vero *suscepisti me,* est pro *elevasti me,* pro quo Aquila dixit: *Salvum me fecisti.*

v. 3. *Domine, Deus meus, clamavi ad te, et sanasti me.*
Beatus qui novit quam alta sit ipsius plaga, ut queat accedere ad medicum, et dicere: « Sana me, Domine. Et ego dixi: Domine, miserere mei, sana animam meam. » Nunc vero medicina fruens, gratias agit. Deus autem est eorum qui per charitatem familiares ei facti sunt.

v. 7. *Ego autem dixi: In abundantia mea non commovebor in æternum.*

Ps. xxix, v. 1. Vat. 16. Cf. Field. *Hexapla Origenis*, Oxon. 1872, ii, 130.
v. 3. Vat. 6. Ps. vi, 4; xl, 5.

v. 7. Vat. 5, 10, 13. Cf. Field. ii, 151. Vulgatus Theodorus Heracl. legit apud Symmachum: ἐν τῇ εὐδοκίᾳ. — Malim δι' ἔργων φαίνει.

Πνευματικὴ δὲ εὐθηνία, ὅταν ὁ σπόρος τοῦ Ἰησοῦ ἑκατονταπλάσιος γίνηται, ἐν ᾗ τις μένων βεβαίως, ταῦτα δι' ἔργων φησίν. Στιχθείη δὲ καὶ εἰς τό · Εἶπα. Τί δὲ εἶπα; ὅτι εἰ ἐν τοιαύτῃ γίνομαι εὐθηνίᾳ, οὐ μὴ σαλευθῶ. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· Ἠρημίᾳ μου, φησίν, τὸ γαληνὸν καὶ ἀτάραχον ἐμφαίνων τῆς καταστάσεως.

Spiritualis autem abundantia est, quando semen Christi centuplicatur: in qua abundantia si quis stabilis manserit, hæc in operibus ostendit. Porro ponatur interpunctio ad hoc verbum *Dixi*. Quid autem *Dixi*? Quod si in tali abundantia sum, non movebor usquam. Symmachus vero ait: *In solitudine mea*, tranquillam et serenam significans rerum constitutionem.

v. 8. Κύριε, ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν, ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος.

v. 8. *Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Avertisti autem faciem tuam, et factus sum conturbatus.*

Ὠριγένους, Βασιλείου. Κατὰ μὲν οὖν συμμετρίαν καὶ ἁρμονίαν τῶν τῆς ψυχῆς θεωρημάτων, ἔνιοι τῶν σοφῶν τὸ κάλλος ἐνόησαν· κατὰ δὲ τὸ ἀποτελεστικὸν τῶν ὑπερβαλλομένων ἐκ θεωρητικῶν ἀρετῶν, τὴν ἰσχὺν νενοήκασι. Πλὴν ἵνα καὶ κάλλος ἐπιγένηται τῇ ψυχῇ, καὶ δύναμις τῶν δεόντων ἐπιτελεστική, θείας εἰς τοῦτο χάριτος χρῄζομεν. — Ἀποστρέφει δὲ τὸ πρόσωπον ὁ Θεός, ἐκδιδοὺς πειρασμούς, ἐπὶ τὸ γνωσθῆναι τὴν ἐν αὐτοῖς καρτερίαν · ὑπὸ δὲ τῆς ὑπερεχούσης πάντα νοῦν εἰρήνης φρουρούμενοι, νικῶμεν τὴν ταραχὴν καὶ σύγχυσιν τῶν παθῶν. Ἐπεὶ οὖν ἀντίκειται, τῷ μὲν θελήματι τοῦ Θεοῦ ἡ ἀποστροφή, τῷ δὲ κάλλει καὶ τῇ δυνάμει ἡ ταραχή, εἴη ἂν ἡ ταραχὴ αἶσχος καὶ ἀσθένεια ψυχῆς ἐκ τῆς ἀπὸ Θεοῦ ἀλλοτριώσεως, δεῖ οὖν ἕτοιμον εἶναι, καὶ μὴ ταραχθῆναι · εἴρηται γάρ · Ἑτοιμάσθην, καὶ οὐκ ἐταράχθην.

Origenis, Basilii. In æquali quidem et harmonica mensura contemplationum animæ nonnulli sapientes pulchrum inesse intellexerunt; alii vero in efficacia virtutum, quæ ex contemplativis præeminent, robur esse existimaverunt. Verumtamen ut et decor animæ addatur, et adsit vis quæ perficiat ea quæ decent, nobis ad hoc divina opus est gratia. — Avertit autem Deus faciem suam, quando mittit tentationes, ut in eis tolerantia agnoscatur. Sed communiti in pace quæ exsuperat omnem sensum, vincimus tumultum et turbas passionum. Quum igitur Dei voluntati opponatur aversio, pulchritudini autem et fortitudini perturbatio, utpote cum perturbatio sit turpis etiam infirmitas animæ ex aversione Dei, oportet ergo paratum esse, et nunquam turbari. Dictum est enim: « Paratus sum, neque fui conturbatus. »

v. 10. Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθοράν;

v. 10. *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?*

v. 8. Ibid. Monemur huc concurrere simul, uti sæpe, Origenem et Basilium; cujus quidem exstat in hunc psalmum commentarius, maxime ex Corderii catena apud BB. receptus, haud sine multa verborum et rerum in hoc versu obscuritate. Caliginem Corderio et BB. induxit, ne alia notaverim, mendosa lectio: κατὰ δὲ τὸ ἀποτελεστικὸν τῶν ὑποβαλλομένων ἐκ τῶν θεωρητικῶν ἀρετῶν τὴν ἰσχὺν νενοήκασιν. Ubi Corderius: *Robur vero secundum præstantiam subjectorum de virtutibus quæ in contemplatione existunt.* Maurini autem: *At vero ex vi efficiente eorum quæ a virtutibus speculatricibus proponuntur, robur commenti sunt.* Vide quantum desit vel apud classicos Patrum editores. In fine cf. Phil, iv, 7. Ps. cxviii, 60.

v. 10. Vat. 10. Jam editis in h. v. et hæc adde egregia superiorum auctaria.

Ἢ καὶ οὕτως· πολλὰ μὲν ὠφέλησεν ὁ Σωτὴρ, λύτρον δοὺς ἀντὶ πολλῶν τὴν ψυχήν. Ηὐδόκησεν γὰρ ὁ Πατὴρ τῇ ἐκχύσει τοῦ αἵματος τοῦ ἀμνοῦ αὐτοῦ, ἀρθῆναι τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ῥυσθέντος ἐκ τῆς ἁμαρτίας τῆς ἀναστροφῆς πατροπαραδότου. Πρὸς δὲ τοὺς ἐπιμείναντας δυσσεβείᾳ καὶ τῇ κακίᾳ, ἡ τοῦ Σωτῆρος διαφθορὰ, τουτέστι τῆς σαρκὸς ἡ φύσις, ἢ ὃν ὑπέμεινε θάνατος, ἀνόνητος εἶναι δοκεῖ.

Vel sic intellige: Multum sane Salvator profuit, dum in pretium pro multis dedit animam suam. Acquievit enim Pater, ut effusione sanguinis Agni sui, auferretur mundi iniquitas, dum redimeretur ex peccato ab origine accepto. Ad eos vero qui permanent in impietate et in malitia, *corruptio* Salvatoris, id est natura carnis, vel mors quam sustinuit, videtur esse frustranea.

Psalmus XXX.

v. 13. Ἐπελήσθην ὡσεὶ νεκρὸς ἀπὸ καρδίας. *Vat.* 641, 1.

v. 13. *Oblivioni da tus sum tamquam mortuus a corde.*

Νεκρὸς μὲν ἀπὸ καρδίας ἐστὶν ὁ ἐστηρημένος γνώσεως· νεκρὸς δὲ ἀπὸ ψυχῆς ὁ ἐστηρημένος ἀρετῶν.

Mortuus quidem a corde est, qui scientia destituitur; mortuus vero ab anima, destitutus virtutibus.

v. 24, 25. Ἀγαπήσατε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ὅσιοι αὐτοῦ, ὅτι ἀληθείας ἐκζητεῖ Κύριος, καὶ ἀνταποδίδωσι τοῖς περισσῶς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν. Ἀνδρίζεσθε, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία ὑμῶν, πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ Κύριον.

v. 24, 25. *Diligite Dominum, omnes sancti ejus, quoniam veritates requirit Dominus, et retribuet abundanter facientibus superbiam. Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Dominum.*

Εὐσεβίου. Ἐξ ὧν αὐτὸς ἔτυχεν εὐεργεσιῶν, μὴ μόνος ἀπολαῦσαι τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ σωτηρίας βουλόμενος, μετὰ πολλῶν δὲ σωθῆναι, προτρέπεται, τοῖς πᾶσιν ἐπιφωνῶν, ἀγαπᾶν τὸν Θεὸν, καὶ μηδὲν ἕτερον πράττειν ἢ τῇ ἀγάπῃ τοῦ Κυρίου ἑαυτοὺς ἀνατιθέναι, καὶ τοῦτο πράττειν μετὰ ἀληθείας, γνησίως καὶ καθαρῶς, ἀλλὰ μὴ ἐπιπλάστως, μηδὲ μεθ' ὑποκρίσεως, λέγει ὅτι ἀληθείας ἐκζητεῖ Κύριος· πεπεῖσθαι δὲ χρὴ, φησὶν, ὑμᾶς τοὺς τῷ Θεῷ καθωσιωμένους, ὡς ἔσται τις καιρὸς τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας, ἐν ᾗ ἀποδώσει ταπίχειρα ὧν πράττουσιν ἐπὶ τοῦ παρόντος οἱ τὸν Θεὸν μὴ εἰδότες, οἱ μηδὲ μετρίως, ἀλλ' εἰς ὑπερβολὴν ἀλαζονευόμενοι· οὓς οὐ χρὴ φοβεῖσθαι, εἰς τὸ τέλος αὐτῶν ἀφορῶντας, ἀλλ' ἀνδρίζεσ-

Eusebii. Motus beneficiis quæ ipse recepit, nec volens solus frui salute a Deo adepta, sed cum multis potius fieri salvus, hortatur, omnes allocutus, ad amandum Deum, ad nihil aliud agendum quam in charitate Domini devoveri, votumque illud perficere in veritate sincera et candida, sine fictione, et absque hypocrisi: ait nempe quod *veritates requirit Dominus.* Oportet, inquit, persuasos vos esse, qui Deo consecrati estis, futurum esse certum tempus, in quo Dei judicium erit, in quo retribuet præmia pro gestis in hoc ævo ab iis qui Deum non vident, qui non moderate, sed summa cum arrogantia superbiunt; quos timere nefas est, si ad exitum illorum respiciatur: sed

Ps. xxx, v. 13. Vat. 5.

v. 24, 25. Vat. 13. Deficienti ferme nobis Origeni in hoc psalmo, plura et nova, sed prolixa de more et contorta supplevit pedissequus Eusebius, Origenisque frequens expilator, hic vero et infra nunc primum editus.

θαι καὶ κραταιοῦσθαι τοὺς λογισμοὺς, τὴν διάνοιαν ἑδραίαν καὶ στερεὰν κεκτημένους, καὶ τὴν ἐλπίδα ἐπὶ Κύριον τιθεμένους.

viriliter nos agere et confortare consilia, mentem consecutos firmam et solidam, spemque in Dominum reportantes.

Psalmus XXXI.

v. 4. Ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν ἐν τῷ ἐμπαγῆναι ἄκανθαν. *Vat.* 642, 1.

Τὰς βιωτικὰς ἀπάτας τε καὶ μερίμνας ἀκάνθας ἐκάλεσεν ὁ σωτήρ. Τοιαύτῃ τις ἀκάνθῃ περιπεσὼν ταλαιπωρεῖ, οἰκτρὸς δέ τις γίνεται, κατὰ τροπὴν καὶ φύσει τοιοῦτος ὑπάρχων.

v. 4. *Conversus sum in ærumna, dum configitur mihi spina.*

Sæculares autem errores et curas Salvator *spinas* vocavit. Quicumque in hac spina involvitur, infelix est: miserabilis autem fit, ex consuetudine quæ in naturam transit.

Ps. XXXI, v. 4. Vat. 16.

Psalmus XXXII.

v. 6. Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. *Vat.* 642, 2.

Στόμα Θεοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. — Οἱ γὰρ προφῆται δι' αὐτοῦ λαλοῦντες ἔλεγον, ὅτι τὸ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα, ἤγουν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. — Ἀγγέλων οὖν τὴν μὲν εἰς τὸ εἶναι πάροδον ὁ δημιουργὸς Λόγος παρέχετο· τὸν ἁγιασμὸν δὲ αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα συνεπέφερεν, — Οὐ γὰρ νήπιοι κτισθέντες, τῇ κατ' ὀλίγον μελέτῃ τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποδοχῆς γεγόνασιν ἄξιοι, ἀλλ' ἐν τῇ πρώτῃ συστάσει καὶ τῷ οἱονεὶ φυράματι τῆς οὐσίας αὐτῶν συγκαταβληθεῖσαν ἔσχον τὴν ἁγιότητα. Διὸ καὶ δυσμετάθετοι πρὸς κακίαν εἰσὶν εὐθὺς, οἱονεὶ βαφῇ τῷ ἁγιασμῷ στομωθέντες.

v. 6. *Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.*

Os Dei, Spiritus sanctus. — Siquidem prophetæ per eum loquentes, dicebant: quoniam «os Domini locutum est,» sive Spiritus sanctus. — Angelos igitur ex nihilo existere fecit Verbum opifex, quibus vero sanctitatem Spiritus contribuit. — Haud enim illi infantes creati sunt, qui paulatim digni mentis exercitio facti sint ut Spiritum reciperent: verum in prima constitutione et quasi cum substantiæ mixtura, infusam habuere sanctitatem. Idcirco non possunt converti ad malitiam, quum illico, veluti tinctura, fuerint sanctimonia corroborati.

Ps. XXXII, v. 6, Vat. 10, 16. Uterque sine varietate et sub constanti Origenis nomine. Sed exemplum habeto rivulorum hinc inde ex uno fonte remoto derivantium. Pura puta orditur formula Melitoniana, *Clav.* cap. I, 7, vide t. II, p. 7. — Cætera usque ad locum Is. I, 20 fere ad verbum transierunt in vulgatum Athanasium, *Patrol.* XXXVII, 164 D. — Tum pergit Eusebius: Ἀγγέλων usque ad κτισθέντες, cum sola quadam otiosa varietate δημιουργὸς Λόγος ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων. *Patrol.* XXXII, 281 D. — Succedit Basilius usque in finem, paucis leviter sollicitatis: Ἀγγέλων γοῦν... παρείχετο... κτισθέντες οἱ ἄγγελοι, εἶτα τελειωθέντες τῇ κ. ὁ. μ. οὕτως ἄξιοι... cum hac clausula: εἰς ἀρετὴν τῇ δωρεᾷ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔχοντες. BB. I, 136. *Patrol.* XXIX, 333 C, D. — Tandem Theodorus Heracleota tam Eusebium quam Basilium ita recoquit, ut omissa aliqua varietate, magis ad nostra accedat. Quid inde? Aut a communi Origenis fonte omnes rivuli derivati sunt, aut aliquis maleferiatus scholiasta omnes fontes deduxerit, ementitoque Origenis nomine, spolia hinc inde suffurata corraserit: quod quis crediderit?

Psalmus XXXIII.

v. 9. Γεύσασθε, καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. *Vat.* 643, 2.

Εἰ γευστός ἐστιν ὁ Κύριος, διὰ τῆς πίστεώς ἐστι γευστός· καὶ εἰ χρηστὸς, διὰ τῆς γνώσεώς ἐστι χρηστός.

v. 9. *Gustate et videte quoniam suavis est Dominus.*

Si gustatur Dominus, fidei gustu capitur; si suavis est, per scientiam suavis est.

Ps. xxxiii, v. 9. Vat. 5. Nihil novi, sed confirmantur BB. in v. 1, 2, 3 usque ad 23 ab eod. Vat. sub litteris α, β', γ', δ', ε, ς', ζ', η, θ' ι, ια, ιβ', ιγ', ιε, ις', ac præterea in Vat. 6, 14. Quem consensum ad confirmandam Vat. 5 frequenter adducti auctoritatem, sæpissime notare liceret.

Psalmus XXXIV.

v. 8. Ἐλθέτω αὐτοῖς παγὶς ἣν οὐ γινώσκουσι, καὶ ἡ θήρα ἣν ἔκρυψαν, συλλαβέτω αὐτοὺς, καὶ ἐν τῇ παγίδι πεσοῦνται ἐν αὐτῇ. *Vat.* 644, 1.

Ἀντεστράφη γὰρ εἰς κεφαλὴν τῶν πονηρῶν ἡ παγίς. Θηρεύσαντες γὰρ τὸν ἄνθρωπον εἰς θάνατον, ἀντεζωγρεύθησαν, καὶ τῷ θανάτῳ παραδίδονται. Ὁ τάφος ὁ δεσποτικὸς, ἐν ᾧ ἐνόμιζον κρύπτειν ὡς νεκρὸν τὸν Σωτῆρα, καὶ ἐν αὐτῷ γὰρ συνελήφθησαν, ὡς ἐν παγίδι.

v. 11. Ἀναστάντες μάρτυρες ἄδικοι, ἃ οὐκ ἐγίνωσκον, ἐπηρώτων με.

Οἱ ἀναστάντες μάρτυρες ἄδικοι κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἔλεγον· Οὗτος εἶπεν· Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Τοῦτο δὲ αὐτὸ· οὐκ ἐγίνωσκον, πῶς ἔλεγεν; δύναται γὰρ τὸ ῥητὸν τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος λαμβάνεσθαι, ἢ τάχα καὶ ὅλος ὁ ψαλμός. Ἀφ' ἑαυτῶν μὲν οἱ ἄνθρωποι οὐ γινώσκουσι τὴν κακίαν, ἐρωτώμενοι δὲ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν διὰ τῶν λογισμῶν, εἰς γνῶσιν ἔρχονται τῆς κακίας. Νῦν δὲ τὴν πεῖραν λέγω· λέγεται γὰρ καὶ ἡ πεῖρα γνῶσις· Ἔγνω, φησὶν, Ἀδὰμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. — Συκοφαντίαν, φησὶν, ὑπέμεινα, ἃ μηδὲ ἐλογισάμην κατηγορούμενος· ἐπειδὴ γὰρ ὑπὸ τοῦ φθόνου ἠλεγμένος, ὅσα Σαοὺλ τυραννήσειεν ὑπώπτευεν, καὶ τούτου χάριν πολεμὸν

v. 8. *Veniat illis laqueus quem ignorant, et captio quam absconderunt, apprehendat eos: et in laqueum cadent in ipsum.*

Nam in caput iniquorum laqueus conversus est. Cum enim ad mortem venarentur hominem, ipsi contra capti sunt, et morti traditi. Sepulcrum Domini est, in quo cogitabant ut mortuum abscondere Salvatorem; etenim in illo comprehensi sunt, velut in laqueo.

v. 11. *Surgentes mihi testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.*

Testes iniqui adversus Salvatorem insurgentes dicebant: « Ipse dixit: Solvite templum hoc, et post tres dies excitabo illud. » Hoc vero *ignorabam,* quomodo dixit? Potest enim et hoc verbum de Salvatore intelligi, sicut forte et totus psalmus. Per se quidem homines non cognoscunt malitiam; sed interrogati ab inimicis per tentationes, transeunt in mali cognitionem. Nunc vero loquor de cognitione per experimentum. Experientia enim dicitur cognitio. « Cognovit, dicitur, Adam mulierem suam. » — Calumniam, inquit, pertuli, his accusatus quæ nec cogitaveram: postquam per invidiam insimulatus præsensit, quantum

Ps. xxxiv, v. 8. Vat 14.

v. 11. Vat. 5. 14. Cf. Jo. ii, 10. Gen. iv, 1.

διετέλει, χώραν λαβὼν ὃ ἐβάσκαινον τὰς κατ' αὐτοῦ συκοφαντίας...... τούτους μάρτυρας ὀνομάζει ψευδεῖς, ἐκ τούτων καὶ οἱ Ζηφαῖοι καὶ ἕτεροι πρὸ τούτων πολλοί.

foret a Saul more tyranni vexandus, et propterea bellum persequeretur, occasione capta ex calumniis quas illi retulerunt... hos vocat falsos testes, ex quibus erant etiam Zyphæi filii, et alii ante illos plurimi.

Psalmus XXXV.

v. 11. Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. *Vat.* 645,2.

Ἢ τάχα οἱ μὲν τὴν γνῶσιν μόνην ἔχοντες, τουτέστι τὴν πίστιν, ἐλέῳ δικαιοῦνται καὶ σώζονται· οἱ δὲ καὶ τὸ εὐθὲς ἐν πράξεσι, τὸν τῆς δικαιοσύνης ἀπολαμβάνουσι στέφανον· πλὴν εἰ παρατείνεται τὸ ἔλεος τοῖς γινώσκουσι τὸν Θεόν, τοῖς μὴ γινώσκουσιν αὐτὸν πρόσκαιρον ἔσται.

v. 11. *Protende misericordiam tuam scientibus te, et justitiam tuam his qui recto sunt corde.*

Aut fortasse qui tantum solam habent scientiam, id est fidem, misericordia justificantur et salvi fiunt; qui vero rectos se habent in actionibus, justitiæ coronam recipiunt. Attamen si protenditur misericordia cognoscentibus Deum, his qui ignorant eum, non erit nisi precaria.

v. 12. Μὴ ἐλθέτω μοι ποὺς ὑπερηφανίας, καὶ χεὶρ ἁμαρτωλῶν μὴ σαλεύσαι με.

Οἶδε μέντοι ὁ θεῖος λόγος ταῖς λεγομέναις μεταφοραῖς χρῆσθαι, ὥσπερ ἐνταῦθα. Τῆς ὑπερηφανίας, οὐ ζώου ποδωτοῦ, ἀλλ' ἕξεως οὔσης, πόδα ὠνόμασεν· ὃ οὖν εὔχεται, τοῦτό ἐστιν· μὴ γενοίμην ὑπερήφανος, μηδὲ κτησαίμην χεῖρα καὶ πρᾶξιν ἁμαρτωλοῦ. Ταῦτα γὰρ σαλεύειν εἴωθε, καὶ μετακινεῖν τῆς παρὰ τῷ Θεῷ στάσεως τοὺς εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον ἐξωθησομένους. Διὸ ἐπάγει·

v. 12. *Non veniat mihi pes superbiæ, et manus peccatoris non moveat me.*

Solet interea divinus sermo has usurpare quas dicunt metaphoras, quemadmodum in hoc loco: *pes superbiæ,* non quasi quadrupedis animalis, sed animi utpote habitus, pes appellatus est. Quod petit igitur, hoc est: minime fiam superbus, neque habeam manum aut actum peccatoris. Ea enim sunt quæ quatere solent et amovere a quieta apud Deum statione quoscumque pellendos in tenebras exteriores. Unde persequitur:

v. 13. Ἐκεῖ ἔπεσον πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ἐξώσθησαν, καὶ οὐ μὴ δύνωνται στῆναι.

Ἔνθα οἱ σαλευθέντες πίπτουσι. — Ἢ ἐκεῖ, τουτέστιν ἐν τῷ μέλλοντι βίῳ, κατὰ τό· Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμός, καὶ τό· Γυμνὸς ἀπελεύσομαι ἐκεῖ. Ἔπεσον πάντες, τουτέστι πεσοῦνται οὐκέτι ἐπιτρεπόμενοι ἐνεργεῖν ὡς πρότερον. Οὐ δεῖ δὲ ξενίζεσθαι, εἰ τὸ μέλλον ὡς ἤδη γεγονὸς λέγει· οἷον ἀντὶ τοῦ ἐξωσθήσον-

v. 13. *Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.*

Ibi commoti collabuntur. — Vel *ibi* idem est ac pro futura vita, juxta illud: « Ibi erit fletus, » et illud: « Nudus revertar huc. » *Ceciderunt omnes,* id est, cadent illi quibus non permittitur operari, sicuti prius. Neque mirari oportet, si quod futurum est, quasi jam factum

Ps. xxxv, v. 11, 12. Vat. 14, 15.

v. 13. Vat. 15, 16. Cf. Matth. viii, 12. Job I, 21.

ται τὸ ἐξώσθησαν. Ὁ γὰρ προφητικῶς προορῶν τὰ ἐσόμενα, οὕτως αὐτὰ βλέπει ὡς πάντως γενησόμενα (1)· τούτου χάριν, ὡς ἤδη γενόμενα, αὐτὰ διορίζεται. Δεῖ δὲ ἄρα προσιόντας Θεῷ, τῶν μὲν ἀγαθῶν ποιεῖσθαι τὴν αἴτησιν, παραιτεῖσθαι δὲ τὸ ἁλῶναι ψυχικοῖς ἀῤῥωστήμασι, καὶ τὸ ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι διαβολικὴν, τὴν ἀεὶ σαλεύουσαν καὶ τοὺς ἑστάναι δοκοῦντας, εἰ ῥᾳθυμοῦντες εὑρίσκοιντο, οὐκ ἐῶσαν στῆναι τοὺς διὰ πλείστην ὅσην ἀσέβειαν ἐξωσθέντας παρὰ Θεοῦ· ὃ δὴ πέπονθε καὶ ὁ κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, πεπαρῴνηκε γὰρ ἀφορήτως εἰς Χριστόν.

(1) Fortasse lege γεγονότα.

dicat, sicut pro *expellentur,* dixit *expulsi sunt.* Qui enim prophetice prævidet futura, is illa videt quasi omnino eventura, idcirco ea tanquam jam facta determinat. Verum oportet eos qui Deo accedunt, bona quidem postulare, deprecari vero ne corripiantur morbis spiritualibus, neve diabolicam in manum veniant, quæ semper movet etiam eos qui stare videntur, si reperiantur negligentes; quæ non permittit consistere eos qui propter plurimam tantamque impietatem a Deo *expulsi sunt:* id quod passus est ille Israel secundum carnem, qui petulanti et intolerabili modo erga Christum se gessit.

Psalmus XXXVI.

v. 1, 2. Μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. — Ὅτι ὡσεὶ χόρτος, ταχὺ ἀποξηρανθήσονται, καὶ ὡσεὶ λάχανα χλόης, ταχὺ ἀποπεσοῦνται. *Vat.* 645, 2.

Ὅτι ὡσεὶ χόρτος τροφὴ κτηνῶν ἐστὶν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ πονηρευόμενοι τῶν κα-

v. 1, 2. *Noli æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem. — Quoniam tanquam fenum velociter arescent, et quemadmodum olera herbarum, cito decident.*

Quoniam sicut fenum est pabulum jumentorum, similiter improbi sunt præ-

Ps. XXXVI. Rufinus *in v.* 2. Fenum mutorum et irrationabilium animalium cibus est... Sicut olera ergo herbarum, cito decident... Sequitur eum qui inter ma-

Ps. xxxvi. Integrum latine servavit psalmum Rufinus, quantum liberior fert ejus interpretatio; ex qua certe nobis foret ampla commentarii ubertas, quum in hoc uno psalmo Origenes magistros suos revocaverit, Clementem, aut Pantænum (*Patrol.* xii, 1334 B, 1340 C); præterea clare respexerit imperatorem Alexandrum (*Patrol.* 1323 B, v. supra p. 337), tresque cæteros tunc temporis imperantes; tum Marcionem, Valentinum, Basilidem mulctaverit, quos suo non solet nomine insectari, ac multa bonæ frugi protulerit, quæ pretium esset in plenam et continuam seriem contexere. Confluentur igitur e regione Rufinianæ latinitatis primum scholia xiv a Maurinis collecta, tum alia xxiv sincera et multo uberiora, quæ primus luci dedit Gallandius, quocum consentiunt Vaticani codices nostri; dein minime spernantur scholia v, jam ante clarissimos BB. et Gallandium edita, sed neglecta, quæ habet Corderius p. 684,685, 686; quibus lubeat tandem nostra addere symbola numero xv, quæ nos nunc primum e tenebris eruimus. Verum enim vero Rufinum si præ oculis habeas, diligenterque cum eo versaveris, commentarios Eusebii, Athanasii, Theodoreti, Theodori Heracleotæ, etiam græca Origenis verba passim deprehendes, ac mecum vota facies, ut tandem Alexandrinus noster toti suæ integritati restituatur.

v. 1, 2. Vat. 5, 15. Quibuscum cohæret Rufinus *Patrol.* xii, 1320 B, 1323 A; tum etiam col. 1322, 1324, 1325, 1327, 1333, 1334, 1335, 1338, 1339, 1340, 1341, 1342, 1343, 1345, 1346, 1347, 1348, 1353, 1354. Egregie confirmant Gallandium et

ταχρωμένων αὐτῶν, τῇ δόξῃ, τῷ πλούτῳ, τῇ εὐτυχίᾳ· οἱονεὶ γὰρ ἐσθίουσιν αὐτούς, ὥσπερ χόρτον, οἱ κολακεύοντες. Καὶ τὰ λάχανα δὲ τὰ τῆς χλόης ἐπ' ὀλίγον ἀνθεῖ, εἶτ' εὐθέως πίπτει· εἰ οὖν πρόσκαιρος ὁ χόρτος καὶ τὸ λάχανον, εἰ δὲ ἁμαρτωλοὶ τούτοις ἀπεικάζονται, πρόσκαιροι ἂν εἶεν. Πάλιν εἰ λάχανον καὶ χόρτος ἐπισυμβαίνει τῇ γῇ, χόρτῳ δὲ καὶ λαχάνῳ ὁμοιοῦται ἡ κακία, ἐπισυμβατὴ ἄρα ἡ κακία. Οὐ δεῖ τοίνυν ταῦτα ζηλοῦν, ὧν τὰ μὲν ἐπ' ἀτιμίᾳ ῥίπτεται, τὰ δὲ πυρὶ παραδίδοται, τῆς ἀκμῆς τῆς προσκαίρου παυσαμένης, ὡς τὰ χλόης λάχανα, ἃ τὴν χρῆσιν ἐν τῷ χλοάζειν ἔχουσι.

da rerum quibus utuntur: gloriæ, divitiarum, prosperitatis. Sic enim eos, velut fenum, corrodunt adulatores. Et illa herbarum olera pauco tempore florent, tum illico decidunt. Si ergo modici ævi fenum est, sicut olera, peccatores vero si hisce rebus assimilantur, breviter duraturi sunt. Iterum si olus et fenum decidunt in terram, feno autem et oleri assimilatur malitia, ergo malitia caduca est. Caveamus ergo ne ea æmulemur, quorum alia cum ignominia projiciuntur, alia traduntur igni, flore modicum post tempus evanido, sicut olera virentia, quæ non habent usum, nisi quamdiu virent.

v. 6. Καὶ ἐξοίσει ὡς φῶς δικαιοσύνην σου.

v. 6. *Et educet quasi lumen justitiam tuam.*

Φῶς δικαιοσύνης, γνῶσις· ἐπεὶ δικαιοσύνη κανών ἐστιν ἀρετῶν.

Lumen justitiæ, scientia est, quum justitia sit regula virtutum.

v. 11. Οἱ δὲ πρᾳεῖς κληρονομήσουσιν γῆν, καὶ κατατρυφήσουσιν ἐπὶ πλήθει εἰρήνης.

v. 11. *Mansueti autem haereditabunt terram, et delectabuntur in multitudine pacis.*

Τρυφὴ δικαίου, πλῆθος εἰρήνης· πλῆθος δὲ εἰρήνης ἐστὶν ἀπάθεια ψυχῆς μετὰ γνώσεως τῶν ὄντων ἀληθῶς.

Voluptas justi est abundantia pacis; multitudo autem pacis plena animæ tranquillitas, cum cognitione rerum quæ in veritate exstant.

v. 18. Γινώσκει Κύριος τὰς ὁδοὺς τῶν ἀμώμων.

v. 18. *Novit Dominus viam immaculatorum.*

Τὰς τῆς ψυχῆς ἡμέρας, αἵτινες γίνονται ὑπὸ τῷ ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης.

[Novit] dies animæ, illos nempe qui sub sole justitiæ transiguntur.

v. 19 Ἐν ἡμέραις λιμοῦ χορτασθήσονται, ὅτι οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπολοῦνται.

v. 19. *Et in diebus famis saturabuntur, quoniam peccatores peribunt.*

Ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ ἁμαρτωλοῖς λιμὸς ἦν, Ἠλίαν δὲ ἄγγελος καὶ κόραξ καὶ χήρα ἔθρε-

In quo tempore peccatoribus fames erat, Eliam vero angelus et corvus et

lignantes æmulatur, ut arescat sicut fenum, et hoc eum non tarde, sed cito esse passurum; eum vero qui æmulatur facientes iniquitatem, sequitur ut sicut olera herbarum cito decidat. BB. 656,657.

RUFINUS *in v.* 18. Illi sunt immaculatorum dies, in quibus non iste sol, quem occasus excipit, et cujus non succedens lumen interimit, sed sol justitiæ lucebit, qui noctem nesciat. BB. 667.

RUFINUS *v.* 19 *prolixe exponit, addito quoque Eliæ et Mannæ exemplo.* BB. 656, 657.

in multis consentiunt codices Vaticani. Quæ tamen idem cl. vir affert in v. 3, 5, 6, ea partim Cyrillo ascribuntur in Vat. 14.

v. 6, 11, 18, Vat. 5.

v. 19. Vat. 15. Is. v, 6. Exod. XVI, 22. III Reg. 76, sqq. Joan, IX, 4.

φαν. Οὕτως τοῖς ἀκούουσι τῶν λεγομένων καὶ ποιοῦσι τὰ προστασσόμενα, οὐκ ἔσται ἀφορία, οὐδὲ λιμὸς τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου, ἀλλ' ἐντελεῖται νεφέλαις τοῦ βρέξαι ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἐν τῷ ἐνεστῶτι πονηρῷ αἰῶνι οὐ καταισχυνθήσονται· καὶ ὅταν ἔλθῃ νὺξ, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι, ἐξ ὧν συνέλεξαν ἔργων, τρυφήσονται, διπλοῦν ἐν τῇ ἕκτῃ τὸ μάννα συνάγοντες, καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκοῦν καὶ εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα, ὅτε οἱ ζητοῦντες τὰς δόξας τὰς κοσμικὰς, οἱ ἑαυτοὺς ὑψοῦντες, ἐκλείψουσι καὶ ταπεινωθήσονται· διὸ ἐπάγει ὅτι οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπολοῦνται.

v. 21. Δανείζεται ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ οὐκ ἀποτίσει· ὁ δὲ δίκαιος οἰκτείρει καὶ διδοῖ.

Σαφέστερον δὲ εἶπεν· ἕκαστος ἡμῶν δέχεται παρὰ Θεοῦ πλείστας ὅσας καὶ μεγάλας εὐεργεσίας, αἰσθητάς τε καὶ νοητάς· ἀλλ' ἐάν τις ᾖ φιλαμαρτήμων καὶ ἀσχέτως ἀπονενευκὼς εἰς φιληδονίαν, τῇ τύρβῃ τῶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πραγμάτων, τὸν ἑαυτοῦ κατακαύσας νοῦν, πολλὰ παρὰ Θεοῦ δανεισάμενος, οὐδὲν ἀποτίσει, τουτέστιν οὐ προσοίσει τὴν ὑπακοὴν, οὐ καρποφορήσει τὴν ἀρετήν· ἀλλ' οὐδὲ ὥσπερ τινὰ τόκον καταθήσει τῷ Θεῷ τὴν ἐπιείκειαν, οὐ δογματικῆς εὐτεχνίας ἐπιμελήσεται· μένει δὲ σκληρὸς καὶ ἄκαρπος· πλὴν κἂν εἰ οὕτω διατεθείη, φησὶν, ὁ δίκαιος καὶ ἀγαθὸς, δηλονότι Θεὸς, οὐ πεπαύσεται τοῦ κατοικτείρειν αὐτὸν, καὶ διδόναι τὰ παρ' ἑαυτοῦ, ἵνα λοιπὸν λέγηται πρὸς αὐτόν. Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς; καὶ τὰ ἑξῆς.

v. 23. Καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει.

Ὁδὸς Κυρίου, ψυχὴ καθαρά.

v. 25. Καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον.

vidua paverunt. Ita et his qui audiunt prolata Dei verba, et faciunt mandata, non erit sterilitas, neque fames de audiendo Domini sermone; sed præcipietur nubibus pluere super illos, et si succurrerit tempus pravum, non confundentur. Et quando venerit nox, in qua nemo potest operari, ex operibus quæ facere elegerunt, nutrientur, duplum in sexta die manna colligentes, et quod præsenti ævo sufficiat, et quod in futuro sæculo maneat, quando inquisitores gloriæ mundanæ, qui semet exaltant, deficient et humiliabuntur. Ideo addit: *peccatores peribunt.*

v. 21. *Mutuatur peccator, et non solvet; justus autem miseretur et fenerat.*

Jam clarius locutus est: unusquisque nostrum a Dei recipit quammulta, magnaque beneficia, sensibus simul et menti pervia. Si quis autem sit peccati amans, et proclivis ex ingenio ad voluptatum cupidinem, ex tumultu negotiorum hujus mundi, suam ille animam conflagrans, multa quum a Deo mutuatus sit, nihil solvet, id est non præstabit obedientiam, non fructus dabit virtutis; sed neque Deo, cujusdam instar feneris, deponet quod congruum est, neque docta cum peritia negotiabitur; sed ingratus manet fructuque carens. Verum etiamsi iste, inquit, ita compositus fuerit, bonus ille et justus, id est Deus, non desinet misereri illius, et illi sua largiri bona, ut denique ad illum dicat: « Num divitias clementiæ ejus et patientiæ et magnanimitatis despicis? » et cætera.

v. 23. *Et viam ejus volet.*

Via Domini, anima pura.

v. 25. *Nec vidi justum derelictum.*

v. 21. Vat. 15. — τύρβῃ pro σύρβῃ ex dialecto Alexandrina videretur, nisi attica exempla suppeterent. — καταχώσας cod. fortasse Alexandrini κατακακώσας dixerint.. Rom. II, 3.

v. 23, 25. Vat. 5, 14. Cf. Theodorum Heracl. Corder, I, 677. Ottob. habet σπάσμα pro σπέρμα. Job xl, 3.

Οὐκ εἶπεν· ἐγκαταλειφθέντα, ἀλλ' ἐγκαταλελειμμένον, τουτέστιν ἕως ἥξω, ὅτι γὰρ ἐγκαταλίμπονται οἱ δίκαιοι. πρὸς καιρὸν, δοκιμῆς χάριν. Ὁ Κύριος πρὸς τὸν Ἰώβ· Μή με οἴου ἄλλως σοι κεχρηματικέναι ἢ ἵνα ἀποφανῇς δίκαιος.

Non dixit in tempore indefinito *derelictum,* sed in præterito (*ἐγκαταλελειμμένον*), id est, donec veniam: quippe justi ad tempus derelinquuntur, probationis gratia. Dominus ad Job: « Noli putare me aliter tecum respondisse, nisi ut justus ostendaris. »

Ibid. Οὐδὲ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους.

Ibid. *Neque semen ejus quærens panem.*

Εἰ ἡ δικαιοσύνη ἀρετή ἐστι, τὰ σπέρματα τῶν ἀρετῶν καὶ αὐτὰ ἀρεταί. Καλῶς τὸ σπέρμα τῆς ἀρετῆς, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, οὐ ζητεῖ ἄρτους· ἄρτον δὲ λέγει τὴν γνῶσιν, ἥτις οὐχ ὑστερεῖ ἐν τῷ σπέρματι τοῦ δικαίου (σπέρμα δὲ δικαίου τροπικῶς ὅλως εἴρηται, τὸ καταβαλλόμενον ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων), σπέρμα γὰρ πλησθήσεται γνώσεως, σπέρμα δὲ πονηροῦ ἐν ἐνδείᾳ ἔσται.

Si justitia virtus est, semina quoque ipsa virtutum virtutes sunt. Bene est quod semen virtutis, utpote virtus, non quærat panes. Panem dicit scientiam, quæ non deficit in semine justi (semen autem omnino allegorice dictum est, quod projicitur in animabus audientium), sane hoc semen justorum implebitur scientia, semen autem improborum in penuria erit.

v. 26. Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει.

v. 26. *Tota die miseretur et commodat.*

Ὅμοιον τῷ· Ἐλεῶν πτωχὸν, δανείζει Θεῷ. — Ὁ δανείζων λόγους καθαίροντας ψυχὴν, εὐλογηθήσεται· ὁ δὲ μὴ ἐπιδιδοὺς αὐτοῖς, ἐπικατάρατός ἐσται.

Juxta illud: « Qui pauperis miseretur, Deo commodat. » — Qui commodat sermones quibus animæ mundentur, benedicetur; qui vero eos non tribuit illis, maledictus erit.

v. 27. Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν.

v. 27. *Declina a malo, et fac bonum.*

Τὸ ἐκκλίναι ἀπὸ κακοῦ ὁ τοῦ Κυρίου φόβος παρέχει· τὸ δὲ ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν ἡ ἀγαπὴ προστάσσει.

Declinare a malo, hoc præstat timor Domini; bonum autem facere charitas præcipit.

v. 28. Ὅτι Κύριος ἀγαπᾷ κρίσιν.

v. 28. *Quoniam Dominus amat judicium.*

Κρίσιν, δικαιοκρισίαν, οὐ τὴν δικαστικὴν, ἀλλὰ τὴν ἐξ ἀπλανοῦς καὶ ὑγιοῦς κριτηρίου.

Judicium quo jus statuitur, non forense, sed quod sit in veridico et sano tribunali.

v. 33. Ὁ δὲ Κύριος οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃ αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, οὔτε μὴ καταδικάσαι αὐτὸν, ὅταν κρίνηται αὐτῷ.

v. 33. *Dominus autem non derelinquet eum in manus ejus, neque damnabit eum, quum judicabitur illi.*

Μὴ καταδικάσαι, δηλονότι ὁ ἀντίδικος.

Nec damnabit eum, videlicet adversarius.

v. 35. Καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν.

v. 35. *Et transivi, et ecce non erat.*

Ὡς δύσκολον τὸ παρελθεῖν τὸν ἀσεβῆ μηδὲν παθόντα. Ἢ τάχα ἡ θεία τοῦτο λέγει γραφή· αὐτὰ ἐννοεῖν βουλόμενος, θεωρήσω,

Quam difficile est, impium transivisse, quin passus aliquid fuerit! Vel id fortasse ait sacra Scriptura: hæc intelligere

v. 26, 27, 28, 33. Vat. 5. Prov. XIX, 17.

v. 35, Vat. 5, 15. Cf. II. Cor. X, 5.

οὐδὲ τόπον ἐν ᾧ ἑστάναι ἐδόκουν, δεδύνημαι εὑρεῖν, ὅπου γὰρ ἂν αὐτὸς παρέλθῃ· καθαιρεῖ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. — Μὴ εἴδῃς αὐτῶν τὴν εὐημερίαν, ἀλλὰ πρόσμεινον τὸ τέλος, καὶ ὄψει τὸν ὄλεθρον.

v. 37. Καὶ ἴδε εὐθύτητα.

Τό· Καὶ ἴδε εὐθύτητα, ἀντὶ τοῦ· Ὄψει εὐθύτητα.

v. 37, Vat. 5.

volens, intuebor, nec locum etiam ubi stare eum rebar, valui invenire, qua nempe ipse transierit; destruet omnem altitudinem attollentem se contra Deum. — Noli eorum suspicere prosperitatem, sed expecta finem, et videbis interitum.

v. 37. *Et vide æquitatem.*

Illud *et vide æquitatem*, idem est atque videbis æquitatem.

Psalmus XXXVII.

v. 1, 2. Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ εἰς ἀνάμνησιν περὶ σαββάτου. — Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. *Vat.* 647, 1.

Παιδεύει ἡμᾶς ὁ Κύριος, εἰς ἀνάμνησιν ἄγων τῆς ἀρετῆς· ὁ δὲ ἅγιος οὐ τὸν ἔλεγχον

v. 1. (vide in tomo superiore p. 335). —

V. 2. *Dominus ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.*

Corripit nos Dominus, quum virtutem in memoria reducit. Sanctus autem non

Rufinus *in v.* 2. Sciens propheta quamplurimas esse differentias arguendi, et volens quasi homo pro delictis quidem argui, verens autem ne graviori pon-

Ps. xxxvii. Lætor in hoc psalmo contigisse mihi idem quod Gallandio in superiori, ut bini psalmi fere ex integro græce restituantur, et græca mirum in modum hinc et inde confirmentur a Rufino interprete. Unde etiam cæteris scholiis anecdotis in hac prolixa restitutione major accedit auctoritas. Quæ quidem causa fuit, cur non omiserim toties Rufinum accersere, quoties cum nostris aperte cohærebat. Hunc psalmum præ cæteris placuisse evincunt præter Rufini curas et opulenta Catenarum fragmenta, duo illi veteres commentarii, quorum unus in tomo superiore merito datur Senioribus Alexandrinis, et alter nunc primum afferendus. Prior audacem et splendidam texuit prosopopœiam, qua totus psalmus Christo patienti et loquenti aptatur. In posteriore, sive Origenis amplo commentario, extenditur διήγησις de reditu ad Christum per pœnitentiam, ipso teste: διηγεῖται ἀπ' ἀρχῆς ἐκ τοῦ σχολάζειν τῇ μετανοίᾳ, ac fere ex ordine describuntur quatuor catechumenorum classes, quales eas distinxit discipulus Origenis Gregorius Thaumaturgus, in epistola canonica quæ sub ejus nomine circumfertur. Si quis enim pleniores Rufini homilias legerit, facile monita deprehendet habita ad quatuor classes, sive ἡ πρόσκλαυσις *flentium*, ἡ ἀκρόασις *audientium*, ἡ ὑπόπτωσις *procumbentium*, ἡ σύστασις *consistentium*, qui proxime accedebant ad ultimum gradum, ἡ μέθεξις τῶν ἁγιασμάτων, ἡ τελείωσις, sive *consummatio communicantium* (*Jur. eccl. Graecor.* t. I, p. 566).

v. 1. Præter sat ampla jam data t. II l. l. frustra quæsivi plures reliquias veteris Seniorum commentarii, quem doleo deficere, inter alia, in v. 21: *Abjecerunt me tanquum mortuum contemptum.* Ad archaicam quam diximus prosopopœiam Origenes quoque videtur respicere in v. 3. — Sed præstat alterius commentarii ordinem sequi, cum nostris scholiis, admota simul inter eundum Rufini interpretatione ex serie continua.

I. v. 1. Ἡ πρόσκλαυσις. In exordio, *catechesis* panditur, ut nosocomium, cujus *archiatros* est Christus, medici vero discipuli, Petrus et Paulus, et prophetæ, et cæteri post apostolos positi in Ecclesia, quibus curandorum vulnerum disciplina commissa est. Titulus psalmi *in recordationem* vocat nos omnes peccatores, ut meminerimus quid dicere, quid facere debeamus, unde medelam consequamur. — *Flendum* ante omnia, et mœste orandum, ne cum ira et furore corripiamur. Argui vel corripi est doloris pœna. Ut puer a pædagogo correptus, ita et nos

ἢ τὴν παιδείαν παραιτεῖται, ἀλλὰ τὴν μετ' ὀργῆς καὶ θυμοῦ. Τοῦτο καὶ τοῦ ς' ψαλμοῦ προοίμιον ἐποίησε, τὸ παρακαλεῖν ἰατρικῶς, μὴ δικαστικῶς. — Ὁ ἐλέγχῳ τῷ διὰ λόγου μὴ εἴκων, θυμῷ τοῦ Θεοῦ ἐλεγχθήσεται, καὶ μὴ ὑπὸ ζυγὸν παιδεύοντος ἐν Θεῷ διδασκάλου γινόμενος, ὀργῇ Θεοῦ παιδευθήσεται· παιδεία δὲ ἐλέγχου ἐπιπονώτερος.

abnuit redargui aut corripi, sed correptionem ex ira et furore deprecatur. Hoc etiam fecit initium psalmi VI, deprecatio nempe ad medicum, non ad judicem. — Qui noncedit reprehensioni, quæ verbo fit, furore Dei reprehendetur, et qui non submittit se jugo pædagogi in Deo emendantis, ira Dei castigabitur. Castigatio autem reprehensione molestior est.

v. 3. Ὅτι τὰ βέλη σου ἐνεπάγνησάν μοι, καὶ ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου.

Οἱ λόγοι τοῦ Κυρίου βέλη εἰσίν· αὐτὸς γοῦν ὁ σωτήρ φησιν· Ἔθηκέ με ὡς βέλος ἐκλεκτὸν, καὶ τῇ φαρέτρᾳ αὐτοῦ ἔκρυψέ με. Ὁ λέγων οὖν τον λόγον τοῦ Κυρίου, βέλος ἀφίησι. Καὶ ἐπὰν λέγῃ ἐπιστρεπτικὰ, τῷ βέλει

v. 3. *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, et confirmasti super me manum tuam.*

Sermones Domini sagittæ sunt: ipse enim Salvator inquit: « Posuit me sicut sagittam electam, et in pharetra sua abscondit me. » Qui ergo loquitur sermonem Domini, sagittum emittit. Et

dere, id est, ne in furore Domini argueretur, ait, sicut jam in alio psalmo ante dixerat, etiam hic: *Domine* etc. BB. 681.

Rufinus. *Hom. n.* 2, *in v.* 3. Sermo Domini sagittis est similis. Denique et Salvator ita dixit: « Posuit me etc. » Qui ergo loquitur sermones Domini, sagittas jaculatur. Et cum loquitur corripiens et castigans, correptionis jaculo cor perforat audientis. Qui ergo ita suscipit verba Domini, ut ex his quos audit sermonibus cor suum configatur, et per stimulum eorum quæ dicta sunt, ad pœnitentiam suscitetur, certum est quoniam in illum in vanum non abiit sermonis Dei jaculum, neque transvolavit, sed in ipso omnes illæ sermonum Dei defixæ sunt sagittæ. Denique ita et quodam loco ait: « Vidisti ne quomodo compunctus est Achab? » ...... Confirmat namque manum supra pueros pœdagogus, dum verberat, et emendat; et confirmat manus, quum verbera non negligenter, aut leviter infliguntur. Ita enim Domino dicere quis possit, cum miserit sagittas, sed per quoscumque vult mittere sagittas verborum suorum, *quoniam confirmasti super me manum tuam.* Cum enim manus Domini adsit, qui emittit verborum jacula, et infigit sagittas in auditorum animam, merito etiam Domino dicit, *quoniam confirmasti super me manum tuam*. BB. 682.

necessariam paternae austeritatis correptionem agnoscamus. Omnes episcopi, presbyteri, diaconi erudiunt nos et verbis austerioribus increpant. Etiam erudimur ab his angelis "quibus creditæ sunt dispensandæ et regendæ animæ nostræ, sicut *Pastor* exponit, si cui tamen libellus ille recipiendus videtur." — Haec Origenes apud Rufinum.

v. 2. Vat. 5. 11, 14, Scholium transiit partim ad Athanasium apud Montefalc. et Theodorum Heracl. in Catena Corderii.

II. v. 3-6. Ἡ ἀκρόασις. Ut cum Origene et Rufino persequar, sermo Domini, sagitta est, quam jaculatur concionator, ut perforet cor *audientium.* Atque nos utinam omnes audiant, et compuncti ex his quæ dicuntur, atque ad pœnitentiam conversi, dicant ad *doctorem,* quoniam *sagittæ tuæ infixæ sunt mihi,* puta in interitum carnis. Quis ergo sit interitus carnis *audi,* et quæ vita spiritus, et qualis facies peccatorum, et quale pondus, et quam grave onus, et quam fœtuerint cicatrices et putrefactæ sint, quid demum sint margaritæ ante porcos, et quales porci etc. Legesis sedulo sequentia.

v. 3. Vat. 10, 11, 13. Huc Maurinos liberius, præter consuetudinem, reducimus, ne continua psalmi series abrumpatur. Cf. Is. XLIX, 2, III Reg. XXI, 29. Ephes. VI, 16.

τούτῳ τιτρώσκει τὸν συνετὸν ἀκροατήν. Ὁ οὖν δυνάμενος ἐκ τοῦ τετρῶσθαι νενοηκέναι καὶ ἠλπικέναι, θαῤῥεῖ, ὅτι οὐκ ἔπεσε τὰ βέλη τοῦ Θεοῦ τὰ λογικὰ, οὐδ' ἔξω γέγονεν αὐτοῦ· ἀλλὰ καθίκετο αὐτοῦ, ὡς λέγεσθαι· Ἑώρακας ὡς κατενύγη ὁ δεῖνα! Λέγοι δ' ἂν τῷ τύπτοντι διδασκάλῳ ἢ παιδαγωγῷ ὁ τυπτόμενος, ὅτε οὐ παρέργως τύπτεται· Ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. Οὕτω δ' ἂν λέγοι καὶ τῷ Κυρίῳ πέμψαντι βέλη, δι' ὧν τινων πέμπει τὰ λογικὰ, ὅτι ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. Τῆς γὰρ χειρὸς Κυρίου ἐπικειμένης τῷ ἀφιέντι τὰ λογικὰ βέλη, τιτρώσκει τε καὶ ἐμπήγνυται βέλη εἰς τὴν ψυχὴν τοῦ ἀκούοντος. Δηλοῖ δέ ποτε καὶ τὰς κολάσεις τὰ βέλη, καί ποτε δὲ καὶ τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ διαβόλου φησὶ, τὰ πρὸς ἐπιθυμίαν κινήσαντα αὐτὸν τῆς τοῦ Οὐρίου γυναικὸς, ὡς ἐπαχθέντα κατὰ τοῦ Θεοῦ συγχώρησιν. Καὶ οἱ Θεοῦ λόγοι, οἱ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως, βελῶν ὀξύτεροί εἰσιν, τὴν συνείδησιν πλήττοντες· ὑφ' ὧν νυττόμενος ὁ προφήτης, ἀξιοῖ τὴν μέλλουσαν ἐκφεύγειν δίκην, δεδοικέναι εἰπὼν, διὰ τῶν λόγων καὶ τῶν πυκνῶν συμφορῶν, ἃς ἐκάλεσε χεῖρας.

v. 4. Οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τῇ σαρκί μου ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου.

Διὰ τοῦτο μὴ αὐτῆς τῆς ὀργῆς σου ἐάσῃς με πεῖραν λαβεῖν, ἐπειδήπερ μόνον φανταζό-

quando verba mittit quibus conversio fit, hoc telo vulnerat intelligentem auditorem. Qui igitur ex eo quod vulneratus fuit, potuit intelligere ac sperare, confidit loquaces Dei sagittas non frustra cecidisse, neque aberrasse, sed in ipsum pervenisse, ut dicere liceat: « Vidistine quomodo iste compunctus sit? » Quin et præceptori seu pædagogo percutienti dicere verberatus, quum non incassum vapulat, possit: *Confirmasti super me manum tuam.* Sic etiam Domino sagittas emittenti dixerit per quoscumque mittit verborum sagittas, quia *confirmasti super me manum tuam.* Dum enim manus Domini incumbit emittenti sermonis sagittas, tela et vulnerant et infiguntur usque ad animam audientis. Sagittæ enim quandoque supplicia significant. Nonnunquam vero etiam ignita jacula Diaboli, ea quæ ipsum Davidem movebant ad concupiscendam uxorem Uriæ, utpote Dei permissione immissa. Dei quoque sermones de judicio futuro, jaculis acutiores sunt, dum percellunt conscientiam; quibus propheta punctus, rogat ut futurum judicium evadat, dum dicit sagittas illas se metuisse per increpationes et crebras calamitates, quas *manus* appellavit.

v. 4. *Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ.*

Propterea ne me permittas tuæ iræ experimentum facere, quandoquidem il-

RUFINUS *in v.* 4. Propterea ergo rogo non ipsius iræ tuæ potentiam experiri, quoniam judicium (*l. indicium*) ejus tantummodo accipiens, et solam quodammodo faciem ejus videns, quæ ex solis verbis divinæ Scripturæ deformatur (*intellige f. efformatur*), jam doleo omne corpus meum et conturbor: *nec est ulla sanitas in carne mea, neque pax ossibus meis* ..... Potuit dicere, ab ira tua, sed nunc ait, *a facie iræ tuæ.* Si enim dixisset, ab ira tua, superfluum erat illud sine dubio, quod superius dixit: *Ne in ira tua corripias me.* Nunc autem dixit: *Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ.* Quoniam quidem sola facies iræ tuæ, id est consideratio ipsa indignationis, ita me perterruit et convertit, ut iræ tuæ

v. 4. Vat. 10, 11, 13. Cf. I Cor. v. 5 II Cor. IV, 10. Col III, 5. Matth. XXVI, 41. Ps. L, 5. Huc respiciunt apud Corderium anonymus et Theodorus Heracleota.

μενος αὐτὴν, καὶ νυνὶ ὁρῶν τὸ πρόσωπον, ἐκ τῶν σῶν θείων λόγων καὶ γραφῶν, πάσχω τὸ σῶμα, καὶ ταράσσομαι τὴν σάρκα καὶ τὰ ὀστᾶ, καὶ παρακαλῶ μὴ ἀπ' αὐτῆς τῆς ὀργῆς παθεῖν. Ὅρα γὰρ, εἰ μὴ ταῦτα σαφῶς λέγεται, ἐδύνατο εἰπεῖν ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου, καὶ μὴ ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς. Ἀλλ' οὐκ ἔλεγεν· Ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου παιδεύσῃς με, ἐπεὶ ὅπερ ἂν ἐποίησεν αὐτὴ ἡ ὀργή σου ἐλθοῦσα ἐπ' ἐμὲ παιδεύουσα, τοῦτο ἐλπίζω ποιεῖν μόνην τὴν φαντασίαν τοῦ προσώπου τῆς ὀργῆς. Καὶ εἰς πρόσωπον γὰρ ὀργῆς ἡ περὶ αὐτῆς φαντασία, ἥτις ἔδρασεν ἅπερ ἂν, εἰ παρῆν, ἡ ὀργή. Ἢ ἀπὸ προσώπου ὀργῆς, ἤτοι τῶν παριστάσεων οὐκ ἀπὸ ὀργῆς ὁ λόγος, ἀλλ' ἀπὸ προσώπου αὐτῆς ἐρχόμενος. — Τό· οὐκ ἔστιν ἴασις τῇ σαρκί μου, τοιαῦτά φησιν ὁ ἀπόστολος ἐπὶ τοῦ ἡμαρτηκότος ἐν Κορίνθῳ παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα

lam dumtaxat mente revolvens, si tantum nunc prospiciens faciem, divinis sermonibus tuis et Scripturis expressam, corpore patior, carne et artubus contremisco, ac deprecor, ne ab illa ira condolea[m]. Etenim vide: nisi hæc perspicue non dicantur, potuit dicere « ab ira tua, » non vero *a vultu iræ tuæ*. Sed non dixit: *ab ira tua corripias me,* quia quod fecisset irruendo super me ipsa ira tua, ut corripiat, hoc spero ut efficiat solus conspectus *vultus iræ tuæ*. Atque *vultus iræ,* est ejus repræsentatio, quæ operatur id quod et ipsa præsens ira. — Sive *a vultu iræ,* videlicet calamitatum ratio, quæ non ab ira, sed ab ejus facie proficiscitur. — Illud: *Non est sanitas in carne mea,* simile est dicenti Apostolo de eo qui Corinthi peccavit, eum esse tradendum Satanæ in perditionem car-

jam in me locus esse non debeat: *Nec est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ.* De eo qui apud Corinthum peccaverat, indicavit (*l. judicavit*) Apostolus, dicens: « Tradere hujusmodi hominem Satanæ in interitum carnis... » ostendens non posse salvari spiritum, nisi caro in interitum traderetur. Quis ergo sit interitus carnis, audi. Quia quod interierit, sine dubio mortuum est. Vivit autem caro in peccatore, mortua est caro in homine justo. Propter quod et justi dicunt: « Semper mortificationem Jesu Christi in corpore nostro circumferentes.... » Tradi ergo in interitum carnis, tale est, ut emoriatur sensus carnalis in nobis, et non vivat carnis cupiditas in ea. Ex eo enim quod moritur sensus carnis, ut non secundum carnem sapiamus, spiritus *salvus* efficitur.... Si intellexisti apostolicum sermonem, ad id quod propositum est revertamur... Si enim caro infirmatur, sine dubio proficiens infirmitas, etiam ad mortificationem pervenit carnis, et tunc est quod recte dicitur: *quoniam non est sanitas in carne mea.* Si vero non infirmatur quidem caro, sed redit ad sanitatem suam id est ut sapiat quæ sunt carnis, ac desideret malum, tunc sanitas est in carne, quod utique spiritui non est bonum. Iste ergo qui arguitur, et recusat per furorem Domini argui atque iracundia ejus corripi, justissimas causas hujus excusationis ostendit, asserens se sagittis verborum Dei esse confixum, et ita turbatum atque perterritum a sola facie iræ Domini, ut *nulla prorsus in carne ejus sanitas,* id est, nullum peccandi ultra desiderium manserit. BB. 682, 683.

pugnamus contra justitiam. Rursus dum effugimus injustitiam, confugiamus ad justitiam. Dum vero confugimus, id *refugium* vocatur. Quod si cum ea pugnamus, hoc *virtutem* esse dicit.

v. 5. *Fluminis impetus lætificant civitatem Dei.*

Sunt dona sancti Spiritus. « Flumina enim, inquit, fluent ex corde ejus aquæ vivæ. Loquebatur autem de Spiritu Sancto. »

v. 8. *Dominus virtutum nobiscum.*

Et ipse Dominus sacris apostolis pollicebatur: « Ecce ego vobiscum sum. » Et: « Ubi duo vel tres congregantur in nomine meo, ibi sum in medio eorum. » Rursus: « Dominus virtutum nobiscum est, » ut ab ipso minime cadamus. « Si enim Deus pro nobis, quis contra nos? » ipse pro nobis certabit, nos vero quiescemus.

v. 5. Vat. 14. Joan. vii, 38.
v. 8. Vat. 14. Cf. Math. xxviii, 20, xviii, 19, 20. Rom. viii, 31.

Psalmus XLVI.

v. 5. Ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, τὴν καλλονὴν Ἰακώβ, ἣν ἠγάπησεν. *Vat.* 653, 1.

Ἣν ἠγάπησεν καλλονὴν Ἰακώβ, ἡ γνῶσίς ἐστι τοῦ Θεοῦ.

v. 7, 8. Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλατε. Ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν.... ψάλατε συνετῶς.

Ὁ μὲν δίκαιος εὐλογεῖ τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ· ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς τὸ τηνικαῦτα ἐξομολογούμενος εὐλογεῖ τὸν Θεόν, ὁπηνίκα ἂν ἀγαθόν τι αὐτῷ ἐκ Θεοῦ πρόκειται.

v. 5. *Elegit nobis hæreditatem suam, pulchritudinem Jacob, quam dilexit.*

Quam dilexit pulchritudinem Jacob, scientia Dei est.

v. 7, 8. *Psallite Deo nostro, psallite; psallite regi nostro... psallite sapienter.*

Justus quidem omni tempore Domino benedicit; peccator vero solummodo Deum confitetur et laudat, quando quid boni a Deo ipsi adjacet.

Ps. xlvi. v. 5, 7, 8. Vat. 5.

Psalmus XLVII.

v. 3. Εὐρίζων ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς· ὄρη Σιὼν τὰ πλευρὰ τοῦ βοῤῥᾶ. *Vat.* 653, 1.

O Χριστὸς, εὐρίζων ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς. Ρίζα δὲ αὐτοῦ ὁ Θεὸς Λόγος, ὁ ἐν αὐτῷ. — Πρότερον μὲν ἦν ὁ Παυλος πλευρὰ τοῦ βοῤῥᾶ, ἀφ' οὗ ἐξεκαύθη πάντα τὰ κακὰ ἐπὶ τῆς γῆς· νυνὶ δὲ γέγονεν ὄρος Σιὼν, ἔχον ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα τὸν Χριστὸν, τὸν ἐλθόντα ἐκ Σιὼν, καὶ ἀποστρέψαντα ἀπὸ ἀσεβείας, ἀπὸ Ἰακώβ. — Ἡ μὲν Ἱερουσαλὴμ ἐν τῷ νότῳ κεῖται, τὰ δὲ ἔθνη ἐν τῷ βοῤῥᾷ· ἐπειδὴ καὶ μέγα ἐφρόνουν οἱ Ἰουδαῖοι, ὡς μόνοι τὴν Σιὼν οἰκοῦντες, δείκνυσιν ὁ λόγος ὡς τὰ ὄρη ταύτης ἐστιν ἑδραίωμα τῆς Σιών· τὸ κλῆμά ἐστι τοῦ βοῤῥᾶ, ὅπερ κλῆμα διὰ τῶν πλευρῶν δηλοῦται· ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰπεῖν τὸ κλῆμα τοῦ βοῤῥᾷ, τὴν πλευρὰν εἴρηκεν· δείκνυσι, τουτέστιν Σιὼν ἐστι τὰ ἔθνη, τὰ παραδεξόμενα τὸ εὐαγγέλιον.

v. 8. Ἐν πνεύματι βιαίῳ συντρίψεις πλοῖα Θάρσις.

Πλοίοις Θάρσις, οἱονεὶ πολυστήμοις, πολυφόρους τοὺς βασιλεῖς παρεικάζει· πλοῖα δὲ συντρίβει βιαίῳ πνεύματι δι' οὗ συνέτριψεν νοητάς τινας δυνάμεις, δι' οὗ τοὺς ἐχθροὺς ἀποτρέπει.

v. 3. *Fundatur exsultatione universæ terræ; mons Sion, latera Aquilonis.*

Nempe Christus radicatus pulchre in *exsultatione universæ terrae*. Radix autem Christi Deus Verbum est, qui in ipso est. Primum quidem Paulus erat *latus Aquilonis*, a quo latere conflagrata sunt omnia mala terræ. Nunc vero factus est *mons Sion*, habens in semetipso Christum loquentem, eum qui « ex Sion venit, » et convertit se ab impietate, « a populo Jacob. » Jerusalem quidem ad meridiem sita est, gentes autem in Aquilone. Quoniam autem magnifice sentiebant Judaei, utpote soli montem Sion incolentes, Scriptura ostendit montes esse firmitatem Sionis. Inclinatio est in Aquilone, qui clivus per *latus* exprimitur. Ostendunt, id est pertinent ad Sion gentes, quæ recipient evangelium.

v. 8. *In spiritu vehementi conteres naves Tharsis.*

Navibus Tharsis, utpote in classe numerosis, reges multa munera afferentes assimilat. Naves autem confringit spiritu vehementi, quo contrivit spirituales potestates, quo inimicos evertit.

Ps. XLVII. v. 3. Vat. 5, 14. Rom. XI, 26.

Psalmus XLVIII.

v. 1. Εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορὲ ψαλμός. *Vat.* 653, 2.

Δύναται δὲ καὶ εἰς τὴν ἑκάστου νίκην τῶν ἐν τῷ ἀγωνίζεσθαι νικώντων ἀναφέρεσθαι ἡ ἐπιγραφή.

v. 1. *In finem, filiis Core psalmus.*

Potest inscriptio referri ad victoriam quorumlibet in exantlatis certaminibus vincentium.

v. 1 Vat. 13. Paucula dedimus, indiculi instar, udsmonituri ibidem Origeni tribui totum illud procemium *de fine*, quod edidere BB. inter prolegomena Origenis in psalmos, idem vero corruptius inseri in opp. Basilii t. 1 p. 176, 177.

v. 2, 3. Ἀκούσατε αὐτὰ, πάντα τὰ ἔθνη· ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην· οἵ τε γηγενεῖς, καὶ οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐπὶ τὸ αυτὸ πλούσιος καὶ πένης.

Τρεῖς γάρ εἰσιν αἱ συζυγίαι τῶν κεκλημένων, ἐν αἷς ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων περιέχεται γένος· ἔθνη καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, γηγενεῖς καὶ οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, πλούσιοι καὶ πένητες. — Ἡ πρώτη, ἔθνη, ὅσα εἰσὶν οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, οἱ ἀλλότριοι τῆς πίστεως διὰ τῶν ἐθνῶν. Εἶτα μετὰ τούτους, γηγενεῖς, οἱ φρονοῦντες τὰ γήϊνα, καὶ τῶν θελημάτων τῆς σαρκὸς ἀντεχόμενοι. Εἶτα οἱ υἱοὶ ἀνθρώπων, οἱ ἐπιμέλειάν τινα καὶ ἄσκησιν τοῦ λόγου ποιούμενοι· ἴδιον γὰρ τοῦ ἀνθρώπου τὸ λογικόν· λοιπὸν, πλούσιοι καὶ πένητες· αὐτόθεν ἔχουσι γνωριζομένην τὴν ἰδιότητα, οἱ μὲν ὑπερβαίνοντες τὴν κτῆσιν τῶν ἀναγκαίων, οἱ δ' ἐν ἐνδείᾳ τούτων καθεστηκότες. Ἐπειδὴ δὲ ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν οὐκ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, πρῶτον ἔταξεν ἐν τῇ κλήσει ἐν ἑκάστῃ συζυγίᾳ τὸ κατεγνωσμένον μέρος. Χείρονα γὰρ τὰ ἔθνη τῶν κατοικούντων τὴν οἰκουμένην· ἀλλ' ὅμως προτετίμηνται εἰς τὴν κλῆσιν, ἵνα οἱ κακῶς ἔχοντες πρότερον μεταλάβωσιν τῆς ἐκ τοῦ ἰατροῦ ὠφελείας. Πάλιν, οἱ γηγενεῖς πρὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, καὶ πλούσιοι πρὸ τῶν πενήτων· τὸ ἀπεγνωσμένον τάγμα καὶ δύσκολον πρότερον κέκληται τῶν πτωχῶν πρὸς τὴν σωτηρίαν. Τοιαύτη γὰρ ἐκ τοῦ ἰατροῦ φιλανθρωπία τοῖς ἀσθενεστέροις μεταδίδωσιν τῆς ὠφελείας. Ὁμοῦ δὲ καὶ εἰρήνης ἐστί συναγωγὸς ἡ κοινωνία τῆς κλήσεως, ὥστε τοὺς ἔχοντας τέως ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων πρὸς ἀλλήλους ὑπεναντίως, τούτους διὰ τῆς ἐκκλησίας προστεθῆναι ἀλλήλοις εἰς τὴν ἀγάπην, μηδενὸς τῶν προτέρων ἀποτρεπομένου καὶ φεύγοντος, καὶ μάλιστα τῶν πλουσίων, ὅπερ ἀπεγνωσμένον τάγμα πρὸς σωτηρίαν καὶ

v. 2, 3. *Audite, omnes gentes; auribus percipite, omnes qui habitatis orbem, quique terrigenæ et filii hominum, simul in unum dives et pauper.*

Triplicis enim generis sunt binæ et binæ congregationes convocatorum, in quibus omne hominum genus continetur: *gentes et habitantes orbem, terrigenæ et filii hominum, divites et pauperes.* Prima classis est gentium et omnium quotquot habitant terram, qui per gentes alieni a fide sunt. Deinde post hos, *terrigenæ,* qui terrena sapiunt, et voluntates carnis amplectuntur; præterea *filii hominum,* qui rationis quamdam institutionem et exercitium habent; quia rationis usus proprie hominum est. Demum, *divites et pauperes,* quorum proprietas per se cognoscitur, illi quidem superabundant rebus necessariis, hi vero earumdem inopia laborant. Quum autem medicus animarum non venerit, « vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam, » id primum in vocatione posuit quod in qualibet conjugatione pars erat minoris spei. Deteriores enim sunt gentes quam hi qui orbem tenent habitatum, verumtamen in convocatione præpositæ sunt: ut qui male habent, prius a medico percipiant utilitatem. Rursus *terrigenæ* ante *filios hominum;* et *divites* ante *pauperes;* desperatus ille ordo et qui ægre salutem consequitur, prius vocatus est, quam pauperes. Hujusmodi enim est benignitas medici, prius opem ferre imbecillioribus. Simul etiam pacem conciliat communitas vocationis, adeo ut qui hactenus inter se studiis dissenserant, ob hunc conventum mutuæ assuescant charitati, nullo priorum agminum a cæteris separato et diffugiente, præsertim a divitibus, quorum genus

v. 2, 3. Vat. 10, 14. Cf. Matth. IX, 12. In fine id. XI, 15. Operæ pretium erit adire Basilium et Theodoretum. Huc etiam in nonnullis accedit Eusebius.

δύσκολον. Μήτε οὖν ὁ πλούσιος τὸν πένητα ὑπερηφανείτω, μήτε ὁ πένης τὴν δυναστείαν τῶν εὐπορούντων ὑποπτησάτω· μήτε οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς γηγενεῖς ἐξουθενείτωσαν, μήτε οἱ γηγενεῖς τούτων πάλιν ἀπαλλοτριούσθωσαν· καὶ τὰ ἔθνη ἐθιζέσθω πρὸς τοὺς κατοικοῦντας τὴν οἰκουμένην, καὶ οἱ τὴν οἰκουμένην οἰκοῦντες τοὺς ξένους τῶν διαθηκῶν διὰ τῆς ἀγάπης προσλαμβανέσθωσαν. — Ἢ καὶ οὕτως ἐδήλωσε τῶν ἐθνῶν τάτε ἄγρια καὶ ἐν ἐρήμοις σκηνοποιούμενα καὶ ἔθνη καλεῖ· καὶ ὅσα τὸν πολιτικὸν μετέρχεται βίον, τὰς γεωργουμένας οἰκοῦντα χώρας· οὓς πάλιν διῇλεν εἰς ἐλευθέρους καὶ τὸ οἰκετικὸν, ἤγουν εἰς τοὺς ἀγροικοτέρους καὶ τοὺς ἄλλους εὖ γεγονότας, τοὺς ἐλευθερίως τραφέντας, οὓς υἱοὺς ἀνθρώπων εἶπεν. — Ὁ δὲ Ἀκύλας τὴν οἰκουμένην κατάδυσιν ἐξέδωκε, τὰς οἰκήσεις οὕτως εἰπών· ἀντὶ δὲ τοῦ γηγενεῖς καὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὁ Σύμμαχος εἶπεν· ἧτε ἀνθρωπότης καὶ προσέτι καὶ υἱοὶ ἑκάστου ἀνδρὸς, ἵν' ᾖ τὸ μὲν καθολικὸν, τὸ δὲ μερικόν. — Ἀκοὴν δὲ τὴν συνετῶς δεχομένην οὐ τὴν κοινὴν, πρὸς τὰ ἄλογα, κατὰ τό· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

est minus spei compos et saluti obvium. Neque igitur dives pauperem despiciat, neque pauper formidet locupletem potentiam; neque filii hominum terrigenas parvipendant, nec rursus ab illis sese avertant terrigenæ; immo gentes, cum iis qui habitant orbem, necessitudine jungantur, et qui orbem habitant, peregrinos a testamentis per charitatem suscipiant. Vel hac interpretatione declaravit, inter populos alios esse silvestres et in solitudinibus tabernacula excolentes, quos *gentes* vocavit; et alios qui civili potiuntur ritu et locos inhabitant aratro cultos, quos iterum distribuit in liberos et domesticos, hos videlicet vitæ asperioris, illos autem prospere degentes, libertate enutritos, quos *filios hominum* dixit. Aquila autem *terram habitatam* vertit *latibulum*, sic vocans eorum habitacula; sed pro *terrigenæ et filii hominum* Symmachus dixit: *humanitas*, deinde *filii cujuscumque hominis,* ut primum adesset totum genus, dein singula pars. — *Auditum* vero dicit illum qui probe intelligit, non communem auditum non qualem habent jumenta, sed juxta illud: « Qui habet aurem audiendi, audiat. »

v. 4. Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδιάς μου σύνεσιν.

Κατὰ γὰρ τὸν ἀπόστολον· Καρδίᾳ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στομάτι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. Δεῖ γὰρ προαποκεῖσθαι τὸ ἀγαθὸν ἐν τῷ θησαυρῷ, εἶτα προφέρεσθαι διὰ στόματος, ἵνα μὴ λεχθῇ· Σοφία κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς ἀφανὴς, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; χρὴ γὰρ διὰ μὲν τῶν ἄλλων ὠφέλειαν λαλεῖν· δι' ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς μελετᾶν τῇ καρδίᾳ.

v. 4. *Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei prudentiam.*

Juxta enim apostolum : « Corde creditur in justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. » Oportet enim bonum in thesauro prius deponere, deinde illud per os promere, ne dicatur: « Sapientia absconsa et thesaurus non visus, quæ utilitas in utrisque? » oportet enim etiam pro aliorum utilitate loqui, pro nobis autem ipsis corde meditari.

v. 4, 5. Vat. 10, 13, 14 Cf. Rom. x, 10 Eccli. xx, 32 Matth. xiii, 51. Basilium et Eusebium Origeni codd. addunt, hunc de more expilatorem Origenis, illum Adamantini studiosissimum, teste *Philocalia*. Nec displiceat cominus cernere quomodo Magister a magistro retractetur, confirmante Vat. 13. τρεῖς δὲ κτλ. ut edd. BB. cf. infra ps. lvii.

v. 5. Κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου, ἀνοίξω ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημά μου.

Ταῦτα δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων δύνασθαι λέγεσθαι. Παραβολὰς δὲ καλεῖ τοὺς αἰνιγματώδεις λόγους. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος παραβολικῶς τοῖς ὄχλοις διαλεγόμενος, τοῖς ἀποστόλοις κατ' οἶκον τούτων τὰς ἑρμηνείας προσέφερε. Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, ἔλεγε· Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν. Τοῦτον γὰρ θεολογοῦντες πᾶσιν ἀνθρώποις ἐκήρυττον, ἠκονημένοι δὲ τὸν νοῦν ὡς συνιέναι πάσας τοῦ Χριστοῦ τὰς παραβολὰς καὶ πρὸ τῆς αὐτοῦ ἑρμηνείας. Διὸ μετὰ ταύτας ὁ μὲν σωτὴρ ἔλεγε· Συνήσατε ταῦτα πάντα; οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ· Ναί. Ἡ καρδία τοίνυν αὐτῶν ἐμελέτα συνήσεις, ἃς ἤνοιγον τοῖς μὴ παρακολουθεῖν δυναμένοις διὰ τοῦ σωματικοῦ ὀργάνου, τῇ ἐνοικούσῃ πρὸς τοῦτο διακονοῦντος ψυχῇ. Τοῦτο γὰρ ἀντὶ ψαλτηρίου παρέλαβε πρὸς τὴν διὰ τούτων θείων ὕμνων ἀνάκρουσιν, ἑκάστου μέρους ἐπιστημονικῶς ἐν αὐτῷ κινουμένου.

v. 6. Ἵνα τί φοβοῦμαι ἐν ἡμέρᾳ φοβηρᾷ; ἡ ἀνομία τῆς πτέρνης μου κυκλώσει με.

Ἀλλ' ἐκεῖ μὴ τοιοῦτοι ἦσαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, ἤγουν ὁ προφήτης ταῦτα λέγων ὥστε λεχθῆναι περὶ αὐτῶν· ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτῶν· εἰκὸς αὐτοὺς ἡμαρτηκέναι τὰ τελευταῖα καὶ τὰ ἔσχατα καὶ τὰ βραχύτατα, ἅπερ εἴρηται· Ἡ ἀνομία πτέρνης αὐτῶν κυκλώσει αὐτούς. — Ἢ ὡς Σύμμαχος ἀνομίαν ἰχνέων αὐτοῦ ἐξέδωκεν. Οἱονεὶ γὰρ ἴχνη ἀδρανῆ καὶ ἀμαυρὰ ἀνομίας ἦν αὐτοῖς μόνα. Διόπερ φησίν· Ἵνα τί φοβοῦμαι ἐν ἡμέρᾳ φοβερᾷ τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως; — Εἰ δὲ ἐν προσώπῳ τοῦ Κυρίου, τὸ λέγον πτέρναν αὐτοῦ, εὕρεις τὸν ἔσχατον τοῦ σώματος καὶ τῇ γῇ πλησιάζοντα Ἰούδαν. Σῶμα γὰρ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι. Οὐ φοβοῦμεν οὖν τὴν ἀνομίαν

v. 5. *Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam.*

Hæc vero etiam ab apostolis dici possunt. Parabolas vero vocat sermones ænigmate involutos. Nam et Dominus per similitudines turbis locutus, privata consuetudine apostolis tradebat illarum interpretationes. Christus enim « virtus et sapientia Dei, » hoc dixit: « Os meum loquetur sapientiam. » Hi vero Christum Deum professi, cunctis hominibus eum nuntiabant. Mente autem sat acuti erant, ut intelligerent omnes Christi parabolas, ante ipsarum interpretationem. Ideo his præmissis, Salvator aiebat: « Intellexistis hæc omnia? Et ipsi respondent: Ita. » Interea cor eorum meditabatur intellectum oraculorum, quæ aperiebant his qui minus assequi poterant, per corporeum organum menti in eo inhabitanti inserviens. Hoc quippe organum pro psalterio assumpsit, ut super illud hymnos in honorem Dei pulset, singula corporis membra scite movens.

v. 6. *Cur timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circumdabit me.*

Verum enim vero quum ita non essent sancti apostoli, scilicet ut de illis sic loquatur propheta, aut de illis dici queat: « Peccatum non fecerunt, et dolus non est inventus in ore eorum; » verosimile est, peccavisse extremam eorum et ultimam et minimam partem, qua dictum est: « *Iniquitas calcanei* eorum *circumdedit* eos. » Vel ut edidit Symmachus: *iniquitatem vestigiorum ejus*. Nam solummodo quasi vestigia debilia et obscura iniquitatis in eis stant, unde ait: *Cur timebo in die mala* divini judicii? Si in persona autem Christi, dictus est *calcaneus ejus*, invenis esse novissimam corporis ejus partem, et quæ terræ vicina

v. 6. Vat. 10. Cf. Joan. 1, 47. Field. II, 170.

τῆς πτέρνης, τουτέστιν τὴν προδοσίαν τοῦ Ἰούδα, ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ.

est, Judam. Corpus enim Christi erant apostoli. Non timemus igitur *iniquitatem calcanei,* id est Judæ proditionem, in tempore crucis.

v. 17, 18. Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος..., καὶ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν, λήψεται τὰ πάντα.

Οὐδὲν γάρ, φησὶν ὁ Παῦλος, εἰσενέγκαμεν εἰς κόσμον, δηλονότι οὐδὲ ἐξενέγκαι τι δυνάμεθα. Καὶ ὁ μὲν Παῦλος καὶ οἱ κατ' αὐτοῦ οὕτως· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ οὐχὶ οὐδὲν, ἀλλ' οὐ πάντα· τὰ μὲν γὰρ χρήματα ἐνταῦθα καταλιμπάνουσι· τὰς δὲ ἐξ αὐτῶν ἁμαρτίας προσγενομένας μεθ' ἑαυτῶν ἐκφέρουσιν.

v. 17, 18. *Ne timeas, quum dives factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus ejus: quoniam cum interierit, non sumet omnia.*

«Nihil enim, inquit Paulus, attulimus in mundum, utique nihil auferre possumus.» Sic Paulus, sic cæteri ejus discipuli. Peccatores autem ne *nihil* quidem, et neque *omnia* sument. Suas enim possessiones hic relinquunt, sed peccata quæ ex his rebus patrarunt, secum efferunt.

v. 17, 18. Vat. 5. I. Tim. VI, 7.

Psalmus XLIX.

v. 3. Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ, καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα. *Vat.* 654, 2.

Εἰ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐμφανῶς ἥξει, ὁ δέ ἐστι Χριστὸς, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἐλήλυθεν ἐν σαρκὶ, τὸ ἐμφανῶς ἄρα νῦν σάρκα δηλοῖ· αἰσθητὴ γὰρ ἦν ἡ σὰρξ τοῦ Χριστοῦ, ἵνα τοῖς ἀξίοις διὰ τὴν εὐσέβειαν ἑαυτὸν παραδῷ σφόδρα. Πάντα καὶ ὁ μακάριος ἐθεάσατο Δανιήλ· Ποταμὸς γὰρ προσεῖλκε ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς, καὶ τροχὸς αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Πῦρ δὲ ἦλθε βάλλειν ἐπὶ τὴν γῆν. Πῦρ δὲ ἐνταῦθα διδασκαλίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου σημαίνει· ὅπερ πῦρ καίει μὲν τὰς μοχθηρὰς ἕξεις, δοκιμάζει δὲ τοὺς καθαρούς· διὰ γὰρ τοῦτο κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα. Ὅσοι γὰρ θέλουσιν ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ, διωχθήσονται. Ἀλλὰ καί· Θλῖψιν, φησὶν, ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ.

v. 3. *Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit; ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuita ejus tempestas valida.*

Si Deus noster manifeste sit venturus, ille vero Christus sit, et cum Christus venit in carne, carnem ergo significat illud: *manifeste;* sensu enim caro Christi cernitur, ut his qui digni sunt per pietatem se omnino traderet. Cuncta autem beatus Daniel contemplabatur: «Fluvius enim, inquit, trahebat in conspectu ejus; et thronus ejus, flamma ignis, et rota ejus, ignis ardens. Ignem vero venit mittere in terram.» Ignis autem in hoc loco doctrinam verbi sui significat; qui quidem ignis incendit nefarios actus, probat vero eos qui puri sunt. Propterea « in circuitu ejus tempestas valida. » « Quicumque enim volunt pie vivere in Christo, persecutionem patientur. » Sed et dicit: « Pressuram habebitis in hoc mundo. »

Ps. XLIX, v. 3. Vat. 2, 5, 14. Cf. BB ad h. l. Euseb. apud Corder. 1, 965. Dan. VII, 10. Luc. XII, 49.

v. 4. Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω καὶ τὴν γῆν, διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ.

Ζώντων γὰρ καὶ νεκρῶν ἐστι κριτής, διότι πᾶσαν τὴν κρίσιν ἔδωκεν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ.

v. 14. Θῦσον τῷ Θεῷ κτλ.

v. 15. Καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, καὶ ἐξελοῦμαί σε.

Ὁ αὐτός ἐστι Θεός τε καὶ ὕψιστος καὶ ῥυόμενος από θλίψεως. Αἰνέσεως δὲ λέγει θυσίαν τοῖς δικαίοις πρέπον τοῦ ὑμνεῖν, εὐχὰς δὲ τὰς ὑποσχέσεις· οὕτω γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ· Καὶ εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω.

v. 16. Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· ἵνα τί σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματά μου;

Οὐ γὰρ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. Εἰ γὰρ πάσας ἅμα παραβαίνει τὰς ἐντολάς, καὶ πᾶσαν ἐπιτηδεύει κακίαν, τί καὶ τὰς θείας ἐπὶ στόματος ἐκφέρει γραφὰς ὁ ἁμαρτωλός; διὰ στόματος ἀναλαμβάνει τὴν διαθήκην τοῦ Θεοῦ; μισεῖ γοῦν παιδείαν καὶ ἁμαρτάνει. Ἢ ἐπεὶ ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτοῦ ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.

v. 4. *Advocabit cælum desursum et terram discernere populum suum.*

Viventium enim et mortuorum judex est, quoniam « omne judicium dedit Pater Filio. »

v. 14. *Immola Deo (vide t. II, p.* 338*).*

v. 15. *Et invocabis me in die tribulationis, et eripiam te.*

Idem Deus est et altissimus, et qui eripit ab angustiis. *Sacrificium* autem *laudis* ait hymnos dicere, quod justos decet; vota vero promissiones. Ita et alibi: « Vota mea Domino reddam. »

v. 16. *Peccatori autem Deus dixit: Quare tu enarras judicia mea?*

Haud pulchra enim laus in ore peccatoris. Namque si omnia præcepta transgreditur, et omni malitiæ studet, ut quid adhuc divinas litteras in ore habet peccator? Per os assumit testamentum Dei? Spernit enim disciplinam, et peccat. Vel: « quoniam hic populus labiis me honorat, cor autem ejus longe est a me. »

v. 4. Vat. 5.

v. 14. Scholium retulimus ad Seniores Alexandrinos inter rarissima fragmenta tomi superioras, de quibus cf. ps. L, 14, LIV, 14 infra.

v. 15. Vat. 14. Ps. LX, 9.

v. 16. Vat. 14, Matth. XV, 8.

Psalmus L.

v. 6. Καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. *Vat.* 645, 1.

Νικᾷ Θεὸς, πάντα τὰ συντελοῦντα ποιήσας πρὸς σωτηρίαν.

v. 9. Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χίονα λευκανθήσομαι.

Ὁ ὕσσωπος σύμβολόν ἐστιν ἀπαθείας· καὶ ἡ πλύσις γνῶσιν σημαίνει. Καὶ διὰ μὲν ἀπαθείας καθαριζόμεθα, διὰ δὲ τῆς γνώσεως γλυκαινόμεθα.

v. 6. *Et vincas cum judicaris.*

Vincit Deus, quum omnia fecit quæ salutem adimplent.

v. 9. *Asperges me hyssopo et mundabor; lavabis me et super nivem dealbabor.*

Hyssopus symbolum est quieti animi, et lavatio signat scientiam. Per animi æqualitatem puri efficimur; per scientiam autem dealbamur.

Ps. L, v. 6, 9. Vat. 5.

v. 10. Ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην, ἀγαλλιάσονται ὀστᾶ τεταπεινωμένα.

Ἀκουστὴν, φημὶ, γενέσθαι μοὶ παρασκευήσεις πάλιν, τὴν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἐσομένην ἀγαλλίασιν. Τίς δ' ἂν εἴη αὐτὴ, ἢ ἐκείνη ἡ γνῶσις, ἡ περὶ τῆς ἀναστάσεως; ἣν καὶ ἐδίδαξεν εἰπών· Ἀγαλλιάσονται ὀστᾶ τεταπεινωμένα ποτε, ἢ κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν, καθ' ὃν τὰ ὀστᾶ ἡμῶν ὡς βοτάνη ἀνατελεῖ. — Ἐγὼ μέντοι συγγνώμης οὐδεμίας ἄξιον ἑαυτὸν νομίζων, μετὰ τοσαύτας δωρεὰς γενόμενος, ὡς καὶ τοὺς ἄλλους διδάξαι τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐνανθρώπησιν καὶ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν, τὰ μεγαλοπρεπῆ τοῦ βαπτίσματος, δῶρα ταῦτα πάντα προδιδαχθεὶς, ἱκετεύω μετασχεῖν ἐκείνης τῆς χάριτος. — Ἀγαλλίασίς ἐστι χαρὰ ἐπὶ καλοῖς.

v. 13. Μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ.

Εὔχεται μὴ πόῤῥω στερεισθῆναι τῆς θείας κηδεμονίας (ταύτην γὰρ ἐνταῦθα ἐκάλεσε πρόσωπον), μηδὲ γυμνωθῆναι τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος, ὃ καὶ αἴτιον πάντως τοῦ λαβεῖν τὸ προφητικὸν πνεῦμα καὶ χάρισμα.

v. 14. Καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με.

Πολλοὶ δὲ ἐνταῦθα πνεῦμα ἡγεμονικὸν ἐκάλεσαν τὸν αὐτοκράτορα λογισμόν.

v. 20. Καὶ οἰκοδομηθήτω τὰ τείχη Ἱερουσαλήμ.

Τὰ τείχη Ἱερουσαλὴμ τὴν ἀπάθειαν σημαίνει τῆς ψυχῆς, ἥντινα διαφθείραντες οἱ

v. 10. *Auditui meo dabis gaudium et lætitiam, exultabunt ossa humiliata.*

Auditam, inquam, mihi præstandam curabis iterum, scilicet per sanctum Spiritum, futuram in postremis temporibus exultationem. Quæ autem illa est, nisi illa cognitio resurrectionis, quam hisce verbis docuit: *Exultabunt ossa humiliata* aliquando, sive in tempore resurrectionis, juxta illud: « Ossa nostra quasi herba germinabunt. » — Ego interea indignum me quacumque venia reputans, post tanta munera id nactus ut cæteros edoceam Unigeniti incarnationem, et passionem, et resurretionem, et peccatorum remissionem, et magnifica decora baptismatis, omnia hæc dona prius eruditus, supplex precor particeps esse ejusdem gratiæ. — Exultatio est lætitia pro bonis receptis.

v. 13. *Ne projicias me a facie tua, et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.*

Postulat non longe privari divina tutela (hanc enim vocavit *faciem*), neque spoliari gratia sanctissimi Spiritus, qui omnino fons est, a quo recipitur prophetarum spiritus et donum.

v. 14. *Et spiritu principali confirma me.*

Plures hic spiritum principalem vocaverunt præcipuam cogitandi facultatem.

v. 20. *Et ædificentur muri Jerusalem.*

Muri Jerusalem signant innocuæ tranquillitatem animæ, quam dæmones quum

v, 10. Vat. 5, 14. Cf. Euseb. apud Corder. p. 999. Ps. LXVI, 14. Ac vide humillimum Alexandrinæ catecheseos magistrum solita se modestia prodentem.

v. 13. Ex cod. Crypto - ferrat. A. γ' 11, fol. 128, quantum licuit fessis oculis, favente luce Tusculana, plura per crystalla introspicere arcanum illum codicem lynceis obtutibus reservatum, scholiolum novum accepi, etiam rei dogmaticæ haud supervacaneum, neque ab Athanasiana doctrina alienum; statim enim cod. pergit: κατὰ γάρ μέγαν Ἀθανάσιον κτλ.

v. 14. Vat. 14.

v. 20. Vat. 2, 5. Locus Salomonis me fugit.

δαίμονες, τὰ τῆς μοιχείας πάθη εἰσένεγκαν· διὸ καὶ εὔχεται οἰκοδομηθῆναι ταῦτα τὰ τείχη. Καὶ ὁ Σολομὼν δέ φησιν· Οἱ δὲ ἀγαπῶντες τὸν νόμον, παραβαλοῦσιν ἑαυτοῖς τείχη, τουτέστιν γένονται καθαροὶ καὶ ἀπαθεῖς.

corruperint, adulterii flagitia invexerunt. Ideo deprecatur talia mœnia ædificentur. Et Salomon ait: « Qui diligunt legem, sibi immittent muros, » id est puri fiunt et cupidatum immunes.

Psalmus LI.

v. 3. Τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ ὁ δυνατὸς ἀνομίαν; *Vat.* 656, 1.

Οὐκ εἶπεν ὄνομα μέσον, ἐμφαῖνον τὸ φαῦλον· οὐ γὰρ εἶπεν· Τί καυχᾷ; ἀλλά· Τί ἐγκαυχᾷ; οὐδέποτε γὰρ ἐπ' ἀγαθῷ λέγεται ἐγκαυχᾶσθαι ὁ σοφός. Μὴ καυχάσθω καὶ ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος συνιεῖν καὶ γινώσκειν ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος, ὁ ποιῶν ἔλεος. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενος ἐν ταῖς θλίψεσιν· οὐκ ἔνι δὲ ἐγκαυχᾶσθαι καλῶς, ἀλλ' εἴ τις ἁμαρτάνει, ἐγκαυχᾶται. Δύναται δὲ καὶ πρὸς τὸν Σαοὺλ ὁ λόγος εἰρῆσθαι.

v. 3. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate?*

Ut malam partem significet, haud usus est verbo simplici; non enim dixit τί καυχᾶ, sed composite τί ἐγκαυχᾷ. Neutiquam enim in bono sensu sapiens dicitur sic gloriari (ἐγκαυχᾶσθαι). Absit ita glorietur sapiens in sapientia ejus; immo quicumque gloriatur, in eo glorietur, scilicet « intelligere et cognoscere, quia ego sum Deus faciens misericordiam. » Neque hoc solum: sed est qui gloriatur etiam in pressuris. Verum non licet probe ἐγκαυχᾶσθαι, sed si quis peccat, eo modo gloriatur. Potest etiam sermo ad Saulem respicere.

v. 4. Ὅλην τὴν ἡμέραν ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου, ὡσεὶ ξυρὸν ἐξηκονημένον ἐποίησας δόλον.

Τί οὖν φησιν; ἀλλὰ μήτε λανθάνῃ ἡμᾶς ἐν τῷ τόπῳ μυστήριον. Ἔστι τὸ ῥητὸν οὕτως ἔχον· ἐν στόματι μωρῶν ἡ καρδία αὐτῶν. Ἐπιπόλαιός ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἐν τῷ βάθει, ἀλλ' ἐξεπήδησεν ἡ καρδία ἐπὶ τῶν

v. 4. *Tota die injustitiam cogitavit lingua tua; sicut novacula acuta, fecisti dolum.*

Quid ergo dicit? At nos minime fugiat in hoc loco mysterium. Sic se sententia habet: « In ore fatuorum corda eorum. » Fatuum cor a superficie stat, non profundo inest, sed exsilit ad labia stul-

Hilarius. ad v. 4. Sed dicti hujus perfecti et prophetici auctoritatem et alius propheta demonstrat dicens: « In ore stultorum cor eorum est, »... quia non quod cogitaverint, loquentur, sed quod locuti fuerint, cogitabunt. Et hoc quidem de lingua stulti. At vero de lingua sapientis ita legimus: « Lingua intelligentis meditabitur sapientiam. » (Ps. xxxvi, 30?)

Ps. li, v. 3. Vat. 10, 16. Cf. Jerem. ix, 23, 24. 1. Cor. 1, 31. ii. Cor. xii, 9. Initium habent BB, et nonnulla Eusebius. Ex his autem et sequentibus colligere est præsto fuisse plenum Origenis commentarium Hilario, qui legisse videtur: *quid gloriatur*, ut legit et Augustinus, ubi aptissime Maurini notant utrumque habuissa ἐγκαυχᾷ active ab ἐγκαυχάω, non ab ἐγκαυχάομαι.

v. 4. Vat. 16, partim Vat. 3, 6. Quædam excerpsit hic et infra de more suo Theodorus Heracleota. Cf. Eccli. xxi, 29.

χειλέων αὐτῶν. Καρδία δὲ σοφῶν οὐ στόμα αὐτῶν. Ἐπεὶ τοίνυν μωρός ἐστι καὶ οὗτος διάβολος, ὢν εἴτε Δωὴκ εἴτε Σαοὺλ ἁμαρτήσας, διὰ τοῦτό φησιν· Ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου. Καὶ ἀλλαχοῦ λέγεται περὶ τῶν ἄδικα λεγόντων· Ἠκόνησαν γλῶσσαν αὐτῶν ὡσεὶ ὄφεως. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν, ἵνα παραστήσῃ πῶς ὀξεῖά ἐστιν ἡ διαβολή.

sorum. Cor autem sapientium non est os illorum. Quum itaque calumniator fatuus esset, sive sit Doeg, sive Saul peccans, idcirco ait: *Injustitiam cogitavit lingua tua*. Et alibi dicitur de iniqua loquentibus: « Exacuerunt linguam ipsorum sicut serpentis. » In eo quidem loco facta est comparatio, exacuisse linguam sicut serpentem. Hactenus hæc, ut instituatur quam acuta sit calumnia.

v. 5. Ἠγάπησας κακίαν ὑπὲρ ἀγαθωσύνην.

Οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι ἀγαθωσύνην μὲν ἐμίσησας, κακίαν δὲ ἠγάπησας· ταύτας δὲ οὕτως ἠγάπησας, ὡς κακίαν μᾶλλον ἠγάπησας ἀγαθωσύνης· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις κείμενον, τό· Ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι τὸ σκότος μᾶλλον ἢ τὸ φῶς.

v. 5. *Dilexisti malitiam super æquitatem.*

Non dicere est: odisti bonitatem, et *dilexisti* malitiam. Verum utramque ita dilexisti, ut malitiam magis amaveris quam bonitatem; id ipsum est, quod exstat in Evangeliis: « Amaverunt homines magis tenebras quam lucem. »

Hil. v. 5. Doli hujus crimen ex comparatione fit gravius, cum malitia diligitur, bonitate neglecta; cum iniquitas agitur, prætermisso sermone justitiæ. Hunc propensæ malitiæ effectum Dominus in evangeliis condemnat dicens: « Dilexerunt homines tenebras magis quam lumen. »

v. 5. Vat. 5, 14.

Psalmus LII.

v. 5. Οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου βρώσει ἄρτου. *Vat.* 655, 2.

Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμοὶ κακοῦντες τὰς σάρκας μου.

v. 6. Ὅτι ὁ Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων, κατησχύνθησαν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐξουδένωσεν αὐτούς.

Διχοτομήσει τὸ μέρος τῶν ὑποκριτῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως· ὅταν ἀπὸ Θεοῦ ῥιφῶσιν οἱ ἁμαρτωλοὶ, τότε λαμβάνουσιν τὴν αἰσχύνην τὴν αἰωνίαν, ὥσπερ οἱ Ἰουδαῖοι. Τότε ἐρεῖ γὰρ αὐτοῖς· Οὐκ οἶδα ὑμᾶς.

v. 5. *Qui devorant plebem meam sicut escam panis.*

Quando me appropinquant qui affligunt carnes meas.

v. 6. *Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus sprevit illos.*

Dividet partem hypocritarum, in die judicii, quando dejicientur a Deo peccatores; æternam hinc assument verecundiam, sicut Judæi. Dicet enim ad illos: « Nescio vos. »

Ps. LII, v. 5. Vat. 5. Vat. B ἐσθοντες sic, cujus aperta sphalmata negligimus; alias κατεσθίοντες τ. λ. μ. ἐν βρώσει.

v. 6. Vat. 6. Cf. Matth. XXIV, 51; XXV, 18.

Psalmus LIII.

v. 3. Ὁ Θεός, ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με. *Vat.* ibid.

Εἰ ἡ σωτηρία τῆς λογικῆς φύσεως ἡ γνῶσίς ἐστιν ἡ τοῦ Θεοῦ, ὁ δὲ Δαυὶδ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ θέλει σωθῆναι, τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ οὖν τὴν γνῶσιν σημαίνει, τὴν τοῦ Θεοῦ.

v. 7. Ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἐξολόθρευσον αὐτούς.

Ὁ Χριστός φησιν. Ἐγώ εἰμι ἀλήθεια.

v. 9. Ὅτι ἐκ πάσης θλίψεως ἐρρύσω με.

Ὡς μὴ ἐκ πάσης θλίψεως ῥυομένου ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, τεθεῖται τοῦτο ἐκ πάσης κτλ.

v. 3. *Deus, in nomine tuo salvum me fac.*

Si rationalis naturæ salus cognitio Dei sit, David vero dicat, in nomine Dei velle se salvum fieri, nomen ergo Dei nunc significat eam cognitionem quæ ad Deum attinet.

v. 7. *In veritate tua disperde illos.*

Christus ait: « Ego sum veritas. »

v. 9. *Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me.*

Hoc dicitur, ac si nondum ex omni ærumna a Deo ereptus fuisset.

Hilarius. v. 7. Et quæ sit veritas, non ambigimus, nempe ille ipse qui dixit: « Ego sum vita, via, veritas. »

Ps. liii, v. 3, 7, 9. Vat. 5. Joan. xiv, 6.

Psalmus LIV.

v. 3, 4. Πρόσχες μοι, καὶ εἰσάκουσόν μου· ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ. *Vat.* 657, 1.

Ἀδολεσχία ἐνταῦθα σημαίνει τὴν εὐχήν, ὡς καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν βασιλειῶν, τῆς Ἄννης λεγούσης· Ἐκ πλήθους ἀδολεσχίας μου ἐκτέτακα ἕως νῦν· περὶ γὰρ τῆς προσευχῆς αὐτῆς τοῦτο λέγει. — Πάντα ὅσα πράττομεν παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἢ τὸν νόμον, ἀδολεσχία ἐστι, καὶ ὅσα εἰκῇ λαλοῦμεν. Λέγει οὖν οὕτως, ὥσπερ καταγνοὺς ἑαυτοῦ πρῶτον ἐπὶ τῷ τεταράχθαι, καὶ τὴν εἰρήνην μὴ κατεσχηκέναι, ἀλλ' ἀπολέσαι τὴν γαλήνην τῆς ψυχῆς, ἐπὶ τῇ φωνῇ τοῦ ἐχθροῦ καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ. Ἄγων πολύς μοί

v. 5. *Intende mihi, et exaudi me: contristatus sum in exercitatione mea, et conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris.*

Exercitatio in hoc loco orationem significat, ut in primo libro Regum, Anna dicente: « Ex multitudine exercitationis meæ extabui usque nunc. » Hoc quippe de sua oratione dicit. — Omnia quæcumque nos agimus præter rectam rationem aut citra legem, exercitatio est, sicut et quæcumque temere loquimur. Sic igitur ait, tamquam se ipsum condemnans, primum quod fuerit turbatus, nec pacem retinuerit, sed amiserit animæ tranquillitaten, propter vocem

Ps. liv, v. 3. Vat. 2, 3, 6. Præivere ℔B cum lacunis et serie perturbata. Cf. 1 Reg. 1, 16. — Vulg. *in multitudine doloris et mæroris mei.* Ἀδολεσχία nonnihil ambigua vox non semel Origenem sollicitavit.

v. 4. Vat. 2, 3, 6. — κοιῶσιν Vat. 6.

ἐστιν καὶ οὐκ οἶδα τί ποιήσω. — Λογίσαι, φησί, τίς οὗτος ὁ εὐχόμενος; ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ὁ ὁμοούσιος βασιλεὺς, ἀλλὰ δούλου μορφὴν φέρων, ἵνα σώσω τὸ πλάσμα τὸ ἠλεώτερον, καὶ εἰσάκουσόν μου. Κοινῆς γὰρ δόξης τὸ σπουδαζόμενον εὔχεται.

v. 4. Ὅτι ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν, καὶ ἐν ὀργῇ ἐνεκότουν μοι.

Ἐξομολογεῖται ἐνταῦθα, διδάσκων ἡμᾶς ἐξομολογεῖσθαι, ὡς τὸ πρόσωπον ἡμῶν ἀναλαβών. — Ἄνομοι ὄντες, ὥστε ἁμαρτωλὸς καὶ ἐχθρὸς, ἐκκλίνουσιν ἐπ' ἐμὲ, ἵνα ἐμὲ ἄνομον ποιήσωσιν· ἁμαρτία γὰρ ἁμαρτίαν ἐρετίζει. Ἐπειδὴ κακῇ τετέχνηνται συμφωνίᾳ, διάλυσον αὐτῶν, δέσποτα, τὴν ὁμόνοιαν.

v. 6. Φόβος καὶ τρόμος ἦλθεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐκάλυψέ με σκότος.

Τὴν ἄγνοιαν νῦν σκότος ὀνομάζει· οὐκ ἔγνωσαν γὰρ, φησὶν, οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται.

v. 7. Καὶ εἶπα· Τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς;

Καὶ εἶπα· Τίς καταξιώσῃ με τῆς χάριτος τοῦ Πνεύματος;

v. 14. Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε!

Σημειωτέον ὅτι χαλεπωτέρους τῶν ἐχθρῶν ἡγούμεθα τοὺς φίλους ἐπιβουλεύοντας.

inimici et oppressionem peccatoris. Certamen mihi multum est, nec video quid agam. — Cogita, ait, quis ille sit supplex orator; Ego Filius Patris, ejusdem substantiae rex, sed servi formam ferens, ut salvam faciam stolidiorem opellam, etiam exaudi me. Communis enim gloriæ studiosus, Patrem deprecatur.

v. 4. *Quoniam declinaverunt in me iniquitatem, et in ira molesti erant mihi.*

Hic confitetur, docens nos confiteri, quasi personam nostram assumens. — Injusti sunt, dum peccator et inimicus inclinant se super me, ut iniquum me faciant. Peccatum ad peccatum excitat; quando quidem pessima machinati sunt concordia, dissipa, Domine, eorum conspirationem.

v. 6. *Timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebræ.*

Ignorantiam nunc *tenebras* nuncupat. « Nescierunt enim, inquit, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. »

v. 7. *Et dixi: quis dabit mihi pennas sicut columbæ?*

Et dixi: quis ostendet mihi charisma Spiritus?

v. 14. *Tu vero, homo unanimis!*

Notandum quod insidiantes amici sunt inimicorum molestiores.

Hilarius. v. 7. *Quis dabit mihi?* Evolare autem, ut columba festinat, id est in spiritalem redire naturam. Nam et in columbæ specie Spiritus in eum volando requievit. . .

v. 6. Vat. 5. Cf. Ps. lxxxi, 5.

v. 7. Vat. 2, 5. Sic. in ps. lvi, 2: *Et in umbra alarum tuarum sperabo,* Origenes subdit: "Hæc dicit ad Spiritum, qui visus est in columbæ specie." BB. 733.

v. 14 Vat. 5. In v. 16 ad verba: Καὶ καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες, adduxit Corderius, t. ii. p. 63, insignem anonymum, quem sæpe deprehendi sincerum esse nostrum Adamantinum. Quod sane scholium si repperissem in codicibus meis ἀνέκδοτον, potius illud ad seniores Alexandrinos retulissem, quam ad Origenem, qui dum hos psalmos interpretaretur, veteres versabat commentarios, ut supra innuit ad ps. l, 14. Operæ pretium est restituere saltem in hac paginæ crepidine venerandum interpretem, rudi quadam et audaci novitate insolentem, sed dubio procul cathechesi addictum:

Ἔλεγέ τις τῶν παλαιῶν, ζῶντας εἰς ᾅδου κατέρχεσθαι μόνους τοὺς κατήχησιν τῶν θείων παιδευμάτων ἔχοντας· ὁ γὰρ ἄγευστος τῶν τῆς ζωῆς λόγων, νεκρός. Ἐπεὶ οὖν ὁ Ἰούδας καὶ πᾶς ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς, κατήχησιν εἶχεν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, θανάτου ἐπ' αὐτοὺς ἐρχομένου, τοῦ ἑπομένου

v. 18. Ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι, καὶ ἀπαγγελῶ, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου.

v. 19. Λυτρώσεται ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου, ἀπὸ τῶν ἐγγιζόντων μοι, ὅτι ἐν πολλοῖς ἦσαν σὺν ἐμοί.

v. 20. Εἰσακούσεται ὁ Θεὸς, καὶ ταπεινώσει αὐτοὺς ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων· οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸν Θεόν.

v. 21. Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῷ ἀποδιδόναι· ἐδεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ.

Ἐν μέσῳ τοῦ πρωῒ καὶ τῆς ἑσπέρας ἡ μεσημβρία· καὶ ὁ μὲν Ἰακὼβ ὄρθρῳ ἐπάλαιε μετὰ τοῦ ἀγγέλου· Ἀβραὰμ δὲ ἐν τῇ με-

v. 18. *Vespere et mane et meridie narrabo et annuntiabo, et exaudiet vocem meam.*

v. 19. *Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi: quoniam in multis erant mecum.*

v. 20. *Exaudiet Deus et humiliabit illos, qui est ante sæcula. Non enim est illis commutatio, et non timuerunt Deum.*

v. 21. *Extendit manum suam in retribuendo: contaminaverunt testamentum ejus.*

Mane inter et vesperas media est meridies. Et Jacob quidem *mane* luctabatur cum Angelo, Abraham autem *in meridie*

Hilarius. v. 20, 21. Non enim solum non timuerunt Deum, sed cum ad retribuendum his manum extendisset, id est auxilium obtulisset, contaminaverunt testamentum ejus, cum eum qui testamento Legis ad salutem prænuntiatus est, repulerunt. Et idcirco demutatio his non relicta est, quia pro peccato semel mortuus est, et resurgens eos tantum demutatione donavit, qui secum per fidem et commortui sunt et resurgunt. Hos autem, ab ira vultus sui eversa civitate, divisit, partemque cum infidelibus ponens, eos vel dispersit in omnia, vel divisit a sanctis.

τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντες εἰς ᾅδου κατέρχονται. Ἀκολούθως δὲ καὶ ὁ ἐπιφερόμενος λέγεται στίχος· ὅτι πονηρία ἐν ταῖς παροικίαις αὐτῶν. Εἰ γὰρ καὶ πεῖραν ἔσχον ζωοποιῶν γραφῶν, οὐ κατῴκησαν, ἀλλὰ παρῴκησαν ἐν αὐταῖς. Ἡ δὲ πονηρία ἐν μέσῳ αὐτῶν, τουτέστι τῷ ἡγεμονικῷ, ἐν μέσῳ γὰρ εἶναι λέγεται τοῦ ὅλου ζώου.

“ Referebat *quidam seniorum,* solos illos in infernum vivos descendere, qui divinarum essent doctrinarum *catechesi* instructi. Qui enim vitæ sermones non gustavit, mortuus est. Cum itaque Judas atque omnis populus Judæorum, Legis ac prophetarum *catechesin* habuerint, morte quæ peccatum sequitur super eos veniente, *viventes in infernum descendunt.* — Sed congruenter quoque snbsequens versiculus adjungitur: *quoniam nequitiæ in diversoriis eorum.* Etsi enim experimentum habuerint vivificantium Scripturarum, eas minime *incoluerunt,* sed *accoluerunt,* per illas transeuntes. *Nequitiæ autem in medio eorum,* id est in parte animæ principali, quæ cujuscumque animalis in medio esse perhibetur. „

v. 18-21. Vat. 2, 3, 12. Prolixus et insignis locus flosculos eduxit quos certatim decerpserunt vulgati commentarii Athanasio, Eusebio, Heracleotæ ascripti, maxime in sequentibus: οὐ γὰρ πολέμιον... χορηγόν, — Τοῦτο εἰς τό........ λυτρόν. — αὐτός μὲν... εὐαγγελικήν; tum etiam in Hexaplorum fragmentis, cæterum notatu dignissimis. — Cf. Gen. xxxvi, 24; xviii, 2; xix, i. Joan. 1, 3. — Quod spectat vero ad copiosas Hexaplorum lacinias. 1.° ubi tres interpretes excitantur, liquido et inepte cod. habet τοῦτο δὲ οἱ γῆν οὕτως κτλ.

2.° Ambiguum videtur utrum ad præcedentia, an ad sequentia provocetur. Si prius, solus Symmachus hactenus retinuit: πολλοστοὶ ἐγένοντο πρός ἐμέ, id vero apud nos glossema sapit. Cf. Field. ii, 180. Si posterius, iterum solus Symmachus ibidem ita interpretatur: ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τοὺς εἰρηνεύοντας πρὸς αὐτόν.

3.° Symmach. Οὐ γὰρ ἀλλάσσονται. Cf. Field. ubi supra laud.

4.° Hebraica Ἐσὴρ tam Montefalconio quam Fieldio desunt ἑλληνικοῖς γράμμασι, quæ quidem ad amussim quadrant cum quadratis litteris vulgo receptis:

אֲשֶׁר אֵין חֲלִיפוֹת לָמוֹ

quæ vertit Field: *Quibus non sunt mutationes.* Montefalcon. *Non mutationes eis.*

σημβρίᾳ ἑώρακε τοὺς ἀγγέλους· Λὼτ δὲ ἑσπέρας. Τὴν ἐν δὲ λέγει μου, φησὶν ὁ Δαυὶδ, θεώμενος προσευχὴν, τὴν νύκτωρ καὶ τὴν ἡμέραν παρ' ἐμοῦ περιφερομένην, ἀπαλλάξομαι τῶν πολεμούντων, καὶ χαριεῖται εἰρήνη. — Τὸ δὲ ἐν πολλοῖς ἦσαν σὺν ἐμοὶ, ἀντὶ τοῦ πολλοστοὶ ἐγένοντο πρὸς ἐμέ. Τοῦτο δὲ οἱ γ' οὕτως ἡρμήνευσαν· Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τοὺς εἰρηνεύοντας πρὸς αὐτόν· οὐ γὰρ πολέμιον ὁ Σαοὺλ ἐδίωκεν, ἀλλ' εὐεργέτην καὶ συνήθη καὶ γνώριμον· οὐδὲ ἐχθρὸν Ἰούδας προδέδωκεν, ἀλλὰ Σωτῆρα καὶ τῶν ἀγαθῶν χορηγόν. Τὸ τοίνυν· Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα εἰς τοὺς εἰρηνεύοντας αὐτοῦ, τοῦτο δηλοῖ ὅτι ἔκτεινε τὰς χεῖρας, ὥστε τὰς ἀντιδόσεις ἐκτίσεται· ἀγαθὸν μὲν οὖν οὐδὲν προσενήνοχε, πάντα δὲ πονηρίας μηστά· καὶ τοῦτο δηλοῖ τὰ ἐπαγόμενα·

Λυτρώσεται... διαθήκην αὐτοῦ.

Τοῦτο εἰς τό· Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῷ ἀποδιδόναι. Ταπεινωθήσονται, φησὶν, ἐπειδὴ μὴ ἔχουσι τῆς ψυχῆς αὐτῶν ἀντάλλαγμα· ἅπαξ γὰρ ἀρνησάμενοι τὸ τίμιον αἷμα Χριστοῦ, τὸ δεδομένον ἀντάλλαγμα ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, οὐκέτι εὐποροῦσι λύτρον. Δεξάμενος δέ μου τὴν δέησιν, οἷα Θεὸς, ἀσθενείᾳ περιβάλλει τοὺς ἐπιβουλεύοντας. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Καλῶς ὑπάρχειν εἶπε πρὸ τῶν αἰώνων· καὶ ἐντεῦθεν γινώσκομεν, ὅτι οἱ αἰῶνες ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι γεγόνασιν.

vidit angelos, Loth vero *ad vesperas.* Jam in lecto meo intuens, inquit David, orationem quam circumversavi per noctem et per diem, eripiar a pugnantibus contra me, ac mihi pax arridebit.

Illud vero *in multis erant mecum,* idem est ac permulti facti sunt contra me. Tres vero illi interpretes verterunt hoc modo: *Extendit manum suam in pacificantes suos.* Saul enim non hostem persequebatur, sed beneficum, et familiarem, et notum. Neque Judas tradidit hostem, sed salvatorem et bonorum largitorem. Interea illud: *Extendit manum suam in pacificantes suos*, hoc demonstrat quomodo extendit manus, ut retributiones faceret. Equidem nihil boni porrexit, sed cuncta calamitatibus permixta; idque sequentia declarant:

Redimet... testamentum suum. Ad hæc: *Extendit manum suam in retribuendo*, humiliabuntur, inquit, quando quidem non habent pro anima sua commutationem. Semel enim ac repudiarunt sanguinem Christi, datum in pretium pro mundi vita, jam sibi non suppetunt redemptionem. Meas vero preces excipiens, uti Deus, infirmitate involvit machinantes prava. « Omnia per ipsum facta sunt. » Optime dixit: *qui est ante sæcula,* et abhinc cognoscimus quod sæcula a nihil esse ad esse transierunt.

5.° Aquila οἷς οὐκ κτλ. Field. ib. col. 2.

6.° Hebræus οὐ γάρ ἐστιν κτλ. nullibi græce refertur.

7.° Symmachus: ὅτι οὐδ' ὅλως κτλ. codex noster habet ὅτι οὐ δόλως, quod aperte confirmat conjecturam Fieldii, quem miror tam ancipitem fuisse, ut post Montefalconium in textum reciperet quod nihili est: ὅτι ὁ δόλος ἀντάλλαγμα αὐτοῖς.

8.° Nec placet in eodem loco asperrima censura Montefalconium vapulare a Fieldio et Schleusnerio (*opp. crit.* p. 208), ob inopportunam Eusebii laciniam in margine rejectam, haud vero insertam sacræ columnæ, dum recipiunt minus aptum illud ἄλλος. ὅτι ὁ δόλος ἀ. α. quod præterea anonymo datur, non Symmacho, ut apud nos. Cæterum Montefalconii notulam primus et modeste carpserat Drachius in *Hexapl. Patrol.* t. XVI p. 1. col. 865.

9.° Aquila: Ἀπόστειλε Field. l. l. col. 2. In sequentibus quæ dividuntur inter Origenem, Eusebium et Athanasium, haud abs re erit notare sacram Eucharistiam saepe numero apud veteres dici τὰ ἀγαθὰ, et τὴν εὐλογίαν.

v. 22. Vat. 5. Cf. Field. II, 180. Theodorus Heracleota apud Corderium legit: λειότερα βουτύρου τὰ χείλη αὐτῶν. Me autem fugit auctor proverbii huc adducti.

Οὕτως ὁ Σύμμαχος· Οὐ γὰρ ἀλλάσσονται, οὐδὲ φοβοῦνται τὸν Θεόν. Ὁρῶν, φησὶν, αὐτῶν τὸν ἀμεταμέλητον τρόπον, ταῖς προειρημέναις σομφοραῖς περιβάλλει.

Ἐσηρ· ἐν ἀλιφωθ λαμου.

Ἀκύλας. Οἷς οὐκ εἰσὶν ἀλλαγαὶ αὐτοῖς.

Ἑβραῖος. Οὐ γάρ ἐστιν ἀντάλλαγμα αὐτοῖς.

Σύμμαχος. Ὅτι οὐδ' ὅλως ἀντάλλαγμα αὐτοῖς.

Ἀκύλας· Ἀπέστειλε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν εἰρηνικοῖς αὐτοῦ.

ὨΡΙΓΕΝ. ἈΘΑΝΑΣ. Αὐτὸς μὲν τὴν παρεκτικὴν χεῖρα τῶν ἀγαθῶν εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς εὐλογίας ἐξέτεινεν. Οἱ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ τὴν διαθήκην ἐβεβήλωσαν, δῆλόν ἐστι τὴν εὐαγγελικήν.

ὨΡΙΓ. ΕΥΣΕΒ. Τοιοῦτο δὲ τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδείξατο· τῇ γὰρ ἀγχόνῃ τὴν δέῤῥαν προσδήσας, σύντομον ἐπέμεινε θάνατον. Τοιαύταις καὶ Ἰουδαῖοι μετὰ τὸν σταυρὸν περιέπεσον συμφοραῖς, τῷ ῥωμαϊκῷ παραδοθέντες στρατῷ· οὐ γὰρ τῷ νόμῳ τῆς φύσεως ὑπεξῆλθον τὸν βίον, ἀλλ' ὅπλοις πολεμικοῖς κατακοντιζόμενοι.

v. 22. Ἡπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες.

Ὁ Σύμμαχος· Λειότερα βουτύρου τὰ στόματα αὐτῶν, πολεμεῖ δὲ ἡ καρδία ἑκάστου αὐτῶν. Τούτῳ δὲ καὶ τὸ ἐπαγόμενον συμφωνεῖ· Λόγος κερκόπων, μαλαχαί· οὗτοι δὲ τύπτουσι τάμεια κοιλίας

v. 23. Ἐπίῤῥιψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου.

Μνημονευτέον τούτου ἐν καιρῷ μερίμνης· ἔχε κυβερνήτην, φησί, τὸν Θεὸν καὶ ἡνίοχον.

Ita Symmachus: *Non enim mutantur, neque timent Deum.* Deus, inquit, videns eorum pœnitentiæ expertem vitam, eos suprafatis circumdabit calamitatibus.

Hebraïce: *Eser en aliphot lamou.*

Aquila: *Quibus non sunt mutationes illis.*

Hebræus: *Non est enim commutatio illis.*

Symmachus: *Quod nullatenus commutatio illis.*

Aquila: *Immisit manum suam in pacificis suis.*

Origenes, Athanasius. Ipse quidem manum in bonis munificam extendit, ad communicandam benedictionem; at illi non solum non receperunt, sed et violaverunt testamentum, puta evangelicum.

Origenes, Eusebius. At verbum hoc, *immisit manum,* significat vitæ finem. Per enim strangulationem pellem constringens, citam Judas sustinuit necem. Judæi quoque post crucem in similia supplicia corruerunt, Romanis legionibus traditi. Haud enim juxta naturæ legem e vita exierunt, sed hostium armis dire confossi.

v. 22. *Molliti sunt sermones ejus super oleum, et ipsi sunt jacula.*

Symmachus: *Læviora sunt butyro ora eorum, sed pugnat cor cujuscumque illorum.* Hoc etiam cum altero loco consentit: « Sermonen versutorum blandi, sed ipsi percutiunt ventris penetralia. »

v. 23. *Jacta super Dominum curam tuam.*

Et illud memorandum in ærumnarum tempore: « Habe Deum, inquit, in gu-

Hilarius. v. 23. Ademit nobis etiam in evangeliis Domini sollicitudinis necessitatem, dicens: *Nolite solliciti esse* etc. Ipse enim vitæ auctor est, ipse cibi largitor, non terreni tantum, sed etiam spiritalis.

v. 23. Vat. 10. Ignotus iterum mihi est liber in loco 1.° rescriptus, ac videtur quaerendus inter veteres apocryphos, nisi glossa potius sit interpretis. Tum Cf. Matth. vi, 25.

Καὶ ὅμοιον τό· Μὴ μεριμνήσητε τί φάγεσθαι ἢ τί πίεσθαι. Τὰ κατὰ σαυτὸν τῆς προνοίας ἐκείνης ἐξάρτησον· οὕτω γὰρ ἀσάλευτος διαμενεῖς καὶ ἀκλόνητος.

bernatorem et aurigam.» Et simile illud est: « Nolite solliciti esse quid manducare aut bibere habeatur. Quæ tua sunt, ad ipsius Providentiam suspende: sic namque permanes immotus et inconcussus.

v. 24. Σὺ δὲ, ὁ Θεὸς, κατάξεις αὐτοὺς εἰς φρέαρ διαφθορᾶς· ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος οὐ μὴ ἡμισεύσωσι· τὰς ἡμέρας αὐτῶν. Ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ἐπὶ σὲ, Κύριε.

v. 24. *Tu vero, Deus, deduces eos in puteum interitus: viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos, ego vero in te sperabo, Domine.*

Φρέαρ διαφθορᾶς, ἡ κόλασις. — Ἀτελεῖς εἰσιν ἐν τῇ γενέσει οἱ ἁμαρτωλοί· διὸ Δαυὶδ εὔχεται, λέγων. Μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου. Ἀβραὰμ γὰρ ἐκοιμήθη πλήρης ἡμερῶν. — Ἀποκτείνει τούτους Κύριος, οἷς συγχωρεῖ ἐπιπολὺ ἁμαρτάνειν· ἐκ γὰρ τούτου συμβαίνει λήθην γενέσθαι Θεοῦ.

Puteus interitus est supplicium. Sine fine sunt peccatores in generatione. Ideo David deprecatur dicens: « Ne abducas me in medio dierum meorum. » Etenim Abraham obdormivit plenus dierum. — Occidit Dominus eos quibus permittitur graviter peccare: inde enim orditur oblivio Dei.

v. 24. Vat. 5, 10, 16. Cf. Ps. ci, 25. Gen. xxv, 8.

Psalmus LV.

v. 5. Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου. *Vat.* 658, 1.

v. 5. *In Deo laudabo sermones meos.*

- Ἐπαινέσω, ἀντὶ τοῦ ἐπαινετοὺς ποιήσω.

Laudabo, nimirum laudabiles faciam.

v. 6. Κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν εἰς κακόν.

v. 6. *Adversum me omnes cogitationes eorum in malum.*

Οὐ πάντες μὲν τοὺς λογισμοὺς ἐμβάλλουσιν πονηρούς· πάντες δὲ οὗτοι λογισμοὶ φέρουσιν εἰς κακόν. Τῇ γὰρ Εὔᾳ φησὶν ὁ ὄφις· Ἔσεσθε ὡς θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν.

Non omnes inimici tentationes injiciunt malas: omnes vero illæ tentationes in malum ferunt. Evæ namque serpens dixit: « Eritis sicut dii, scientes bonum et malum. »

v. 10. Ἐπιστρέψουσιν οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω.

v. 10. *Convertentur inimici mei retrorsum.*

Εἰ θέλεις ἀποστρέφειν τοὺς ἐχθροὺς εἰς τὰ ὀπίσω, προσεύχου ἀδιαλείπτως.

Si vis inimicos convertere retrorsum, ora sine intermissione.

Ps. LV. v. 5, 6, 10. Vat. 5. Genes. III, 5.

Psalmus LVI.

v. 4. Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ. *Vat.* 658, 2.

Ὁ Χριστὸς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φησιν· Ἐγώ εἰμι ἀλήθεια.

v. 9. Ἐξεγέρθητι, ἡ δόξα μου· ἐξεγέρθητι, ψαλτήριον καὶ κιθάρα, ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου.

Ἄλλος. Ἑαυτῷ λοιπὸν ἐγκελεύεται τὸν θεῖον ἐξυφαίνειν ὕμνον, δόξαν μὲν οἰκείαν τὴν προφητικὴν χάριν καλῶν, ἑαυτὸν δὲ ψαλτήριον καὶ κιθάραν, ὡς γεγεννημένος τοῦ Πνεύματος ὄργανον (τὴν μὲν γὰρ ψυχὴν διὰ τοῦ ψαλτηρίου, τὸ δὲ σῶμα διὰ τῆς κιθάρας αἰνίττεται). Ἢ καὶ αὐτὰ τὰ συνήθη ὄργανα ἀναλαμβάνει, ἐπὶ τῷ ἀνακρούσασθαι συνήθως τὰ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ὑποβαλλόμενα· οἷς προστίθεται τό· Ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου, ἀντὶ τοῦ φωτισθεὶς διὰ τοῦ Πνεύματος τῆς προφητείας, οὐ νῦν μόνον ὑμνήσω, ἀλλὰ τοῦ ἡλίου ἀνατείλαντος, καὶ τῆς προσδοκωμένης ἡμέρας τὸν ὄρθρον ὑποδείξαντος, τῶν ἐθνῶν ἁπάντων καὶ τῶν πιστευόντων λαῶν χοροδιδάσκαλος ἔσομαι.

v. 6. ***Misit Deus misericordiam suam et veritatem suam.***

Christus in evangeliis ait: « Ego sum veritas. »

v. 9. ***Exurge, gloria mea; exurge, psalterium et cithara; exurgam diluculo.***

Alius. Deinceps semet ipsum hortatur ad divinum hymnum contexendum, propriam quidem gloriam appellans gratiam propheticam, semet vero psalterium et citharam ut qui factus est Spiritus instrumentum. Animam enim per psalterium, corpus vero per citharam exprimit. Vel etiam illa ipsa consueta instrumenta sic intelligit, ut solito more pulsentur ea quæ Spiritui subjecta sunt. Quibus adjungitur illud: ***Exurgam diluculo,*** id est: ubi illuminatus fuero per Spiritum prophetiæ, non modo tunc laudes decantabo, sed etiam sole oriente, et expectatæ diei diluculum ostendente, ego omnium gentium ac fidelium populorum choryphaeus ero.

Hilarius, v. 9. Et animi sui et corporis gaudia sub significatione psalterii et citharae adhortatus, sese ipsum, in eo quod cantat, psalmumque dicat, ostendit. Etenim; *Exurge* etc. se ipsum scilicet ostendi in psalterio citharaque declarans, cum ad exurgendum psalterio citharaque commonitis, ipse potius qui in his significatur, exurgat.

Ps. lvi, v. 4. Vat. 5. Joan. x, 16.

v. 9. Origeni deficienti supplet vetus apud Theodorum Heracleotam anonymus, quem sæpe deprehendi cum Origene αὐτολεξεὶ consentaneum, nunc vero solemnia referentem Alexandrina σύμβολα, haud sine respectu ad cantica matutina priscorum fidelium. Corderius male ἐξεγέρθητι ὄρθρου.

Psalmus LVII.

v. 2. Εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθεῖα κρίνετε, οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. *Vat.* 658. 2, 659, 1.

Πρὸς πάντας τοὺς ἀνώτέρω λαοὺς ὠνομασμένους καὶ πρὸς πάντα τὰ ἔθνη ταῦτά φησιν, καθὼς καὶ εἴρηται ἡμῖν ἀνωτέρω, τὴν προσφώνησιν ποιεῖται ὁ παρὼν ψαλμός. Εἰ γὰρ ἀληθῶς τις δικαιοσύνην ἐπαγγέλλοιτο, οὐδαμόθεν οὐ δειχθήσεται ἡ ἀπὸ τοῦ κρίνειν εὐθεῖα. Κρίνει δὲ εὐθεῖα ὁ κρίνας παρ' ἑαυτῷ ζῆν κατὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου, καὶ μηδὲν σκολιὸν πράττειν.

v. 5. Θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως, ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς.

Θυμοῦ μὲν ἐπικρατήσαντος, ἀποθηριοῦται ψυχή· τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ ἐπικρατήσαντος, ἵππος ἢ ἡμίονος γίνεται· τοῦ νοῦ δὲ, ἄγγελος ἢ καὶ Θεός. — Θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ἐν παραδείσῳ ὄφεως, ὃς ὑποκρινάμενος ῥήματα φιλίας, τὸν θάνατον ἐπήγαγεν· ἐπεὶ τοίνυν καὶ οὗτοι παραπλησίως Ῥαββὶ καὶ Διδάσκαλε λέγοντες, ἐβουλεύοντο παραδοῦναι σταυρῷ· τούτου χάριν τῇ ὁμοιώσει τοῦ ὄφεως παρεβλήθησαν.

v. 9. Ὡσεὶ κηρὸς ὁ τακεὶς ἀνταναιρεθήσονται, ἔπεσε πῦρ, καὶ οὐκ εἶδον τὸν ἥλιον.

Σαφηνίζει διὰ τούτου τοῦ ῥητοῦ τὴν ἔννοιαν ἕτερος τῶν ἑρμηνευτῶν, τὴν παρὰ λιμοῦ γενομένην ἀπὸ τῆς μήτρας ὀλίσθησιν τοῦ ἀμβλώματος ἑρμηνεύσας, τούτοις τοῖς ῥήμασιν· ἔκτρωμα γυναικὸς οὐχ ὁραματισθήσεται ἥλιον.

v. 2. *Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate, filii hominum.*

Ad omnes quos superius populos appellavit, et ad omnes gentes hæc verba dirigit, et sicut jam a nobis supra dictum est, hic psalmus concionem instruit. Etenim si quis vere justitiam annuntiaverit, nullo pacto in eo judicii rectitudo desiderabitur. Recta autem judicat ille qui instituit suam vitam juxta rectam rationem, neque sinit eam vergere in obliquum.

v. 5. *Furor illis, secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ obturantis aures suas.*

Quando furor invaluerit, anima in belluam vertitur. Quod si ipsa sentiendi facultas æstuaverit, fit equus et mulus. Mens autem sui victrix, angelus fit vel Deus. — *Furor illis secundum similitudinem serpentis* in Paradiso, qui, simulatis verbis amicitiæ, mortem invexit, quando quidem et ipsi propemodum dicentes: Rabbi et magister, conspiraverunt dandam illi crucem. Idcirco similitudini serpentis appositi sant.

v. 9. *Sicut cera quæ fluit, auferentur: cecidit ignis, et non viderunt solem.*

Alius interpretum hujus loci declarat sententiam, intelligens factam ex inedia in vulva necem abortivi fetus, juxta hæc verba: *Mulieris abortivus fetus non considerabit solem.* »

Ps. LVII, v. 2. Vat. 8. Cf. supra ps. XLVIII, 2. Unde constat de eodem argumento Origenem disputavisse fusius, ut in prolixo commentario quem supra eruimus.

v. 5. Vat. 5, 10.

v. 9. Vat. 10. Vetus ille interpres Aquila est, ad quem solum pertinet vox inandita ὁραματισθήσεται, quæ quidem foret ἅπαξ λεγομένη, nisi idem eam usarpavisset ad ps. X, 4. Inde vero emenda Montefalconium simul et Fieldium, qui suspensa serie legunt: ἔκτρωμα γυναικὸς οὐ μὴ ὁραματίσθωσιν ἥλιον. Sane ad hebraïca respexerunt, ubi, interprete Fieldio: *Sicut limax liquefactione abit, abortivum mulieris, non vident solem.* Montefalconius: *ne videant solem.*

Psalmus LVIII.

v. 4. Ὅτι ἰδοὺ ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου. *Vat.* 659, 2.

Θηρεύουσι τὴν ψυχὴν διὰ τῶν πονηρῶν λογισμῶν, ὅταν αὐτῇ καλὰ ὑποβάλλουσι τὰ μὴ ὄντα καλά, ὥσπερ ὅταν δέλεαρ τῷ χαλκῷ οἱ ἁλιεῖς περιβάλλουσι.

v. 7. Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν.

Λιμώξουσι μέν, διὰ τὸ μὴ δέξασθαι αὐτοὺς τὸν ἄρτον τὸν ζωοποιόν· κύνας δὲ αὐτοὺς διὰ τὸ ἀναιδὲς κατονομάζει τῆς ψυχῆς. Τὸ δέ· Κυκλώσουσι, ὅτι ἐκπεσόντες τῆς πατρίδος, νόμοις τε βασιλικοῖς εἰργόμενοι αὐτῆς ἔξωθεν, κύκλῳ περιέρχονται, μόλις μακρόθεν αὐτήν ποτε θεώμενοι. Ἐναλλαγὴ γὰρ πραγμάτων ἐγίνετο· οἱ πάλαι υἱοί, διὰ τὴν οἰκείαν πονηρίαν, τῶν κυνῶν ἔλαχον τάξιν, τὰ δὲ ἔθνη τὰ πάλαι κυσὶν ἐοικότα τῆς τῶν υἱῶν ἠξιώθη τιμῆς.

Τίνες δὲ ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύνες, καὶ κυκλώσουσι πόλιν, ἀλλ' ἢ ἂν οἱ ἄνδρες τῶν αἱμάτων καὶ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν; διὰ τί δὲ εἰς ἑσπέραν; ἐπειδὴ ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ἔμελλε ταῦτα γίνεσθαι. — Ἀντὶ δὲ τοῦ, λιμώξουσι ὡς κύνες, ὁ μὲν Ἀκύλας· Καὶ ὀχλωσάτωσαν ὡς κύων, ὁ δὲ Σύμμαχος· Καὶ συνηχήσουσιν ὡς κύνες, ἡρμήνευσαν. Καὶ ὁ Θεοδοτίων· Ἠχήσουσιν ὡς κύων. — Ἀντι-

v. 4. *Quia ecce venati sunt animam meam.*

Venantur animam per pravas tentationes, quando illi ut bona subjiciunt quæ bona non sunt, quemadmodum piscatores escam hamo circumponunt.

v. 7. *Convertentur ad vesperam, famem patientur ut canis, et circuibunt civitatem.*

Judæi quidem *famem* ideo *patientur,* quod panem vivificum non acceperunt; *canes* autem vocat eos ob impudentiam animi. Illud vero ait: *circuibunt civitatem,* quia patria ejecti, et imperatoriis decretis prohibiti ab ejus accessu, vix eam e longinquo considerantes, extrinsecus circumeunt. Mutatio enim rerum facta est: qui olim filii erant, per propriam improbitatem canum recepere locum; gentes vero olim canibus similes, nobili filiorum adoptione dignatæ sunt. — Quinam vero *convertentur ad vesperam, et famem patientur, ut canes, et circuibunt civitatem,* nisi « viri sanguinum, et qui operantur iniquitatem?» cur vero *ad vesperam?* quia in consummatione sæculi ea futura sunt. — At pro hisce: *famem patientur ut canes,* interpretati sunt Aquila quidem: *Et turbulentos conventus agant, ut canis;* Symmachus vero: *Et vo-*

Hilarius. v. 7 - 14. Quin etiam nunc ingressu civitatis ejusdem, edicto Romani regis, inhibentur. Et cum deserta sanctorum sancta, et prophetias silere, et placationem hostiæ deesse, et dignitatem omnem deformatam ministerii levitici recordantur, conversi nunc, et fame verbi Dei et cibi salutaris affecti, ad solatium præsentium miseriarum circumire sunt soliti civitatem..! impudentiam eorum ac rabiem in nuncupatione canum arguens, secundum illud etc. Ps. xxi, 22. *Et tu, Domine, deridebis eos.* Quia in cœlis habitans Deus subsannabit adversus Deum et Christum ejus reges ac principes congregatos... Dispersi quidem interim circum omnes fere gentes... Destruentur ergo, non occisi, sed dispersi, et destruentur in delictis oris eorum et sermone labiorum, cum ex Sion veniet liberator, de quo clamaverunt: « Crucifige, Crucifige. (Joan. xix, 6). » Et cui dixerunt: « Quis tibi dedit hanc potestatem (Luc. xx, 2) et: « In qua potestate hæc agis (Matth. xxi, 23). »

κρὺς διὰ τούτων ὄψε ποτε κατὰ τοὺς χρόνους τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀφίξεως, ὁμοίως τῷ τότε Σαοὺλ, τὸν ἀναίτιον διώξαντι, μέλλονται καὶ αὐτοὺς τὸν Χριστὸν πολεμεῖν, κύνας ὠνόμασεν· ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦ προφήτου Ἠσαΐου τὸ αὐτὸ ἅγιον Πνεῦμα περὶ τῶν αὐτῶν ἐδίδαξε· Πάντες κύνες ἐνεοὶ, οὐκ εἰδότες ὑλακτεῖν. Καὶ ἐν τῷ κα' ψαλμῷ τὰ πάθη τοῦ σωτῆρος διαγράφοντι, μετὰ τῶν ἄλλων, ἐξ αὐτοῦ προσώπου λέλεκται τοῦ σωτῆρος· Περιεκύκλωσάν με κύνες πολλοί. — Οὗτοι δὴ οὖν λιμώξουσι, τοῦ τῆς ζωῆς ἄρτον στερηθέντες, ἐπεὶ μὴ παρεδέξαντο τὸν οὐράνιον ἄρτον καὶ τροφὴν τὴν σωτήριον. Εἶτα δὲ καὶ τῆς αὐτῶν πόλεως, ἣν κακῶς ᾤκησαν, ἀπελαθήσονται, ὡς μηκέτι ταύτης ἐπιβαίνειν τολμᾶν, ἐπειδήπερ οἱ οἰκοῦντες αὐτὴν αἱμάτων αὐτὴν ἐπλήρουν. Διὸ καὶ μέχρι τῆς σήμερον ὁρῶντες τοὺς ὅρους καὶ κύκλῳ περιϊόντες, πόῤῥωθεν ἵστανται· ἔξωθεν δὲ κυκλοῦντες, πίστιν ἐπάγουσι τῇ μετὰ χεῖρας λεγούσῃ γραφῇ· Ἐπιστρέψουσι καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν.

ciferabuntur, ut canes. Theodotion autem: *Latrabunt, ut canis.* Quod aperte serius fiet quondam, circa tempora adventus Salvatoris. Similiter ac in tempestate Saülis, innocentem olim persecuti, ita eos qui erant Christum oppugnaturi, *canes* appellavit: eo magis quod Spiritus sanctus ex ore Isaiæ prophetæ id ipsum docuit: « Omnes muti canes, qui latrare nesciunt. » Et in XXI psalmo, ubi Salvatoris passio describitur, inter alia in ipsa Salvatoris persona dictum est: « Circuierunt me canes multi. » Igitur iidem porro famem patientur, destituti pane illo vitæ, quippe quum minime receperint cœlestem panem cibumque salutarem. Præterea procul ab ipsorum civitate, quam scelerate habitaverunt, ita facti sunt extorres, ut ad eam ne accedere quidem audeant: quando quidem incolæ sanguinibus eam impleverunt. Idcirco etiam usque in hanc diem videntes regionis limites, et in circuitu vagantes, eminus consistunt. Dum autem deforis circumeunt, fidem arrogant Scripturæ, quæ præ manibus est, dicenti: *Convertentur, et famem patientur ut canis, et circuibunt civitatem.*

v. 9, 12. Καὶ σὺ, Κύριε, ἐκγελάσῃ αὐτοὺς, ἐξουδενώσεις πάντα τὰ ἔθνη. Ὁ Θεός μου δείξει μοι ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου. Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτοὺς, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου. Διασκόρπισον αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει σου, καὶ κατάγαγε αὐτοὺς, ὁ ὑπερασπιστής μου, Κύριε.

v. 9. 12. *Et tu, Domine, deridebis eos, ad nihilum deduces omnes gentes... Deus meus ostendet mihi inimicos meos: ne occidas eos, nequando obliviscantur legis tuæ. Disperge illos in virtute tua, et depone eos, protector meus, Domine.*

Ἀλλὰ γὰρ καὶ ταῦτα τὸ πνεῦμα τὸ προφητικὸν ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἀναφωνεῖ περὶ τῶν ἐπαναστάντων αὐτῷ, περὶ ὧν ἐλέγετο· Καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενὰ, καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτους οὖν, τοὺς εἰς κενὸν τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας μελετήσαντας, τούς τε ἄρχοντας αὐτῶν καὶ καθηγουμένους μὴ ἀποκτείνῃς, φησὶν, ἀλλὰ διεσκόρπισον. Εὔχεται δὲ αὐτοὺς καὶ καθαιρεθῆναι τοῦ ἀξιώματος, ὃ δὲ καὶ γέγονεν· οὐκέτι νῦν βασι-

Cæterum hæc etiam Spiritus propheticus ex persona Salvatoris recitat de iis qui adversus ipsum insurrexerunt, pro quibus dictum est: « Et populi meditati sunt inania, » et quæ sequuntur. Qui igitur in vanum factas de ipso prophetias meditati sunt, ne eos, inquit, et principes eorum, ac præceptores occidas, sed *dissipa.* Optat autem eos quoque privari dignitate sua: quod et contigit. Non

λεὺς, οὐδὲ ἀρχιερεὺς, οὐδὲ προφήτης, ἀλλ' οὐδὲ γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι παρ' αὐτοῖς εἰσίν. Οὐ μὴν καὶ ἀποκτανθῆναί φησιν· διὸ συνέστηκεν αὐτῶν τὸ γένος, καὶ τῶν παιδῶν ἡ διαδοχὴ πληθύνει. Οὐ γὰρ απεκτάνθησαν, οὐδ' ἐξ ἀνθρώπων ἀπέσβησαν, ἀλλ' εἰσὶ μὲν καὶ ὑφεστήκασιν, οὕτως δὲ ὡς καταβεβλημένοι καὶ κατενηνεγμένοι ἧς πάλαι ἠξιῶντο παρὰ Θεῷ τιμῆς. Ἀλλὰ καὶ διασκόρπισον αὐτούς, φησίν, ἐν τῇ δυνάμει σου· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Εἰς πᾶσαν αὐτοὺς σκέδασον τὴν οἰκουμένην, καὶ ποίησον σποράδας καὶ μετανάστας, ἐπειδὴ κατὰ σοῦ κέχρηνται συμφωνίᾳ. Τί δὲ αὐτὴ διδάσκει;

Ἑτέρα δὲ γραφή, ἀντὶ τοῦ· μή ποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου, τοῦ λαοῦ σου περιέχει· εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντες, μηδαμοῦ μηδαμῶς ἐν ζωῇ ὄντες, οὐκ ἂν εἶδον, φησί, τὸν ἐμὸν λαόν, οὐδ' ἂν ἔγνωσαν ἀνθοῦσαν τὴν ἐμὴν ἐκκλησίαν. Διασκόρπισον τοίνυν αὐτοὺς ἁπανταχῇ γῆς, ἔνθα μέλλει καὶ ἡ ἐκκλησία συνίστασθαι, ὅπως βλέποντες τὴν ὑπ' ἐμοῦ θεμελιωθεῖσαν ἐκκλησίαν, εἰς ζῆλον ἔρχοιντο θεοσεβείας. Οὐκοῦν καὶ ταῦτα ὁ σωτὴρ ὑπὲρ αὐτῶν ηὔχετο.

v. 13, 14. Ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν, λόγον χειλέων αὐτῶν· καὶ συλληφθήτωσαν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν. Καὶ ἐξ ἀρᾶς καὶ ψεύδους διαγγελήσονται συντέλειαι, ἐν ὀργῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσι.

Ἄλλος· Ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν λόγον χειλέων αὐτῶν· καταληφθήσονται ἐν ὑπερηφανίᾳ, καὶ ἐξ ἀρᾶς καὶ ἐξ ἀρνήσεως διηγήσονται· τέλεσον, ἐν χόλῳ τέλεσον, καὶ οὐχ ὑπάρχουσιν. Σύμμαχος· Τῇ ἁμαρτίᾳ τοῦ στόματος αὐτῶν, ἀρὰν καὶ ψεῦδος λαλοῦντες. Συντέλεσον ἐν θυμῷ, συντέλεσον, καὶ οὐκ εἰσίν.

Πάλιν κἀνταῦθα τὴν αἰτίαν παρίστησι. Διὰ τί γὰρ ταῦτα παθεῖν αὐτοὺς ἠξίου ἀναγκαίως, διδάσκει λέγων· δι' ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν καὶ διὰ λόγον χειλέων αὐτῶν. Καὶ ἔστι θαυμάσαι τὸ ἀκριβὲς τῆς τοῦ ἁ-

amplius itaque vel rex, vel princeps aut sacerdos, vel propheta, sed neque Scribæ et Pharisæi ac Sadducæi apud ipsos sunt. Verumtamen non petit ut occidantur; quapropter et genus eorum subsistit, et liberorum successio multiplicatur. Non enim interfecti sunt, neque ex hominibus deleti, sed sunt quidem et consistunt, verumtamen tamquam rejecti ac detrusi ab honore quem olim a Deo obtinuerunt. Quin *et disperge illos,* inquit, *in virtute tua,* quod utique etiam contigit. Per universum orbem eos dissemina, sparsosque fac illos et palabundos, quia contra te conspirationem egerunt. Quid autem ipsa docet Scriptura? Alia vero lectio pro *Nequando obliviscantur legis tuæ,* continet *populi tui.* Nam si deleti essent ex hominibus, ita ut nullibi ullo modo in vivis essent, haud nossent, inquit, populum meum, neque scivissent Ecclesiam meam florere. Itaque *disperge illos* undique terrarum, ubi Ecclesia mea constituenda est, ut cum viderint Ecclesiam a me fundatam, ad divini cultus imitationem incitentur. Salvator itaque pro ipsis hæc etiam rogavit.

v. 13, 14. *Peccatum oris eorum, sermonem labiorum eorum; et comprehendantur in superbia sua; et de execratione et mendacio annuntiabuntur consummationes, in ira consummationis, et ne existant.*

Alius scribit: *Peccatum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum. Deprehendentur in superbia, et de execratione et negatione narrabuntur. Consume, in ira consume, et non subsistunt.* Symmachus: *Peccato oris eorum... exsecrationem et mendacium loquentes. Consume in furore, consume, et non sunt.*

Rursus hic etiam causam assignat. Cur enim hæc ipsos pati necessario rogasset, docet dicens: *Propter delictum oris eorum et propter sermonem labiorum ipsorum.* Atqui prædictionis sancti Spi-

γίου Πνεύματος προῤῥήσεως, ἐπειδὴ γὰρ οὐκ αὐτοὶ Ἰουδαῖοι κατὰ τὸν τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος καιρὸν θάνατον αὐτῷ εἰργάσαντο, ῥωμαϊκῇ δὲ χειρὶ τοῦτο ἐπράκτετο· δικάζοντος μὲν Πιλάτου, καὶ διαλαβόντων στρατιωτῶν καὶ ἀπαγόντων αὐτὸν, Ἰουδαίων δὲ μηδ' ὁτιοῦν τούτων πεποιηκότων, εἰκότως οὐκ αὐτὸ τὸ ἔργον τοῦ θανάτου τούτοις ἀνατίθησιν, ἀλλὰ τὴν αἰτίαν, τῆς τῶν ἀρχιερέων συσκευῆς καὶ τῆς τῶν συκοφάντων ψευδομαρτυρίας μνημονεύων, τῆς τε φωνῆς τοῦ πλήθους ἐπιβοήσαντος κατ' αὐτοῦ. Διό φησιν· ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν, ὡσεὶ ἔλεγε σαφέστερον· δι' ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν καὶ διὰ λόγον χειλέων αὐτῶν, καὶ συλληφθήτωσαν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν· ἢ κατὰ Σύμμαχον, μετὰ τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν. Ὑπερήφανοι γὰρ ὄντως καὶ ἀλαζόνες, οὐκ ἔφερον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν παῤῥησίαν· διὸ καὶ ἔλεγον αὐτῷ· Τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην; καὶ ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς;

ritus admirabilis est accuratio, quippe cum non ipsi Judæi, quando passus est Salvator, mortem ei intulerint, sed manu Romanorum id egerint: Pilato quidem judicante, ejusque militibus [Christum] comprehendentibus et abducentibus, Judæis autem nil horum facientibus, merito non ipsummet mortis facinus eis ascribit, sed ejus causam, dum et principum sacerdotum fraudulentas molitiones, et maledicorun falsa testimonia, et populi contra ipsum succlamantis vocem commemorat: quapropter dicit: *delictum oris eorum,* ac si dixisset manifestius: Propter *delictum oris eorum et* propter *sermonem labiorum ipsorum comprehendantur etiam in superbia sua;* vel juxta Symmachum, *cum superbia sua.* Cum enim superbi essent et jactabundi, Salvatoris nostri libertatem minime ferebant: quare etiam dicebant: « Quis tibi dedit hanc potestatem? Et in qua potestate hæc facis? »

v. 15, 16. Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν. Αὐτοὶ διασκορπισθήσονται τοῦ φαγεῖν· ἐὰν δὲ μὴ χορτασθῶσιν, καὶ γογγύσουσιν.

v. 15, 16. *Convertentur ad vesperam, et famem patientur, ut canis, et circuibunt civitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati, et murmurabunt.*

Ἤδη μὲν ταῦτα προλαβόντες εἰρήκαμεν καθ' ἕνα τρόπον· δευτερεύσαντος δὲ τοῦ προφήτου, δῆλον ὡς ταῖς αὐταῖς λέξεσιν ἕτερα πάλιν τὸ Πνεῦμα ἐμήνυσεν. Ἐπιστρέψουσι τοίνυν εἰς ἑσπέραν οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες, οὐκ ἐν φωτὶ τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἐν σκότει ζητοῦντες. Καὶ διὰ τοῦτο λιμώξουσιν ὡς κύων, τὴν ὄντως τροφὴν μὴ εὑρίσκοντες, καὶ κυκλώσουσι τὴν Ἱερουσαλὴμ τὴν πεπορθημένην, πενθοῦντες ἐπ' αὐτὴν, καὶ κοπτόμενοι. Αὐ-

Jam supra quidem in præmissis hæc exposuimus juxta modum unum. Sed cum propheta hoc denuo repetat, manifestum fit iisdem verbis quædam alia Spiritum sanctum insinuasse. *Convertentur* itaque *ad vesperam* Judæi, Deum non in lumine, sed in tenebris quærentes: et idcirco *famem patientur ut canis,* verum cibum non reperientes, *et circuibunt* Hierosolymam eversam, lugentes super

Hilarius. v. 15, 16. Amissa civitate, temploque deserto, et secundum Romani regis edicta circumeuntes tantum, non etiam ineuntes civitatem, fames eos non hujus panis et cibi, sed oblationum, hostiarum, visionum, quibus omnibus saturabantur, afficiet... sed ad manducandum dispersi, *non saturabuntur, sed adhuc murmurabunt,* ne hac quidem fame festivitatum suarum edomiti, ut secundum murmur, quo in deserto Deum exacerbaverunt, pœnitentiæ quiete resipiscant.

τοὶ διασκορπισθήσονται· εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν διεσπαρμένοι τυγχάνουσι, δουλεύοντες πανταχοῦ, καὶ ἐλαχίστους καὶ δουλοπρεπεῖς τέχνας πάσας τε τὰς ἀπρεπεῖς μεθόδους ἕνεκα τοῦ πεινᾶν μετερχόμενοι· γαστρίμαργοι δὲ ὄντες, οὐ χορτάζονται, καὶ κατὰ Θεοῦ διὰ τοῦτο γογγύζουσι· τουτέστιν οὐκ εὐχαριστοῦσι, τοῦτο γὰρ αὐτῶν ὡς ἀγνωμόνων ἴδιον.

v. 17, 18. Ἐγὼ δὲ ᾄσομαι τῇ δυνάμει σου, καὶ ἀγαλλιάσομαι τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου, ὅτι ἐγενήθης ἀντιλήπτωρ μου καὶ καταφυγή μου, ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου. Βοηθός μου, σοὶ ψαλῶ, ὁ Θεός μου, ἀντιλήπτωρ μου εἶ, ὁ Θεός μου, τὸ ἔλεός μου.

Ἐκεῖνοι μὲν οὖν τοιαῦτα πείσονται, τοιαῦτα τολμήσαντες. Ἐγὼ δὲ σὸν ἔλεον ἀνυμνήσω, καὶ τοῦ νοεροῦ φωτὸς ἀνατείλαντος, καὶ τῇ οἰκουμένῃ δεδωκότος τὸν ὄρθρον, τὸν ἀμέτρητόν σου οἶκτον ἐν ἁπάσαις ταῖς ἐκκλησίαις δοξάσω. Ἀπήλαυσα γὰρ τῆς σῆς ἐπικουρίας, καὶ διὰ τῆς σῆς προνοίας τὰς προσπεσούσας διέφυγον συμφοράς. Οὗ δὴ χάριν, σὲ μόνον οἶδα Θεὸν, καὶ σὲ πηγὴν ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας καλῶ.

Ταῦτα Δαυὶδ προφητικοῖς ἰδὼν ὀφθαλμοῖς, καὶ τὰς Ἰουδαίων προείρηκε συμφορὰς, καὶ αὐτὸς ὑμνήσειν ἀεὶ δεσπότην ὑπέσχετο, διὰ τῶν εὐσεβῶν ὑμνῳδίαν προσφέρων.

eam et plangentes. *Ipsi dispergentur*. In universam enim terram dispersi sunt, ubique servientes, atque infimas et serviles quascumque artes et indecora opificia præ fame obeuntes. Cum autem ventri dediti sint, minime saturantur, et adversus Deum idcirco murmurant, id est minime agunt gratias, siquidem hoc illis, qua ingratis, solemne est.

v. 17, 18. *Ego autem cantabo virtuti tuæ, et exaltabo mane misericordiam tuam, quia factus es susceptor meus, et refugium meum, in die tribulationis meæ. Adjutor meus, tibi psallam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus, misericordia mea.*

Illi quidem, inquit, talia patientur, cum talia ausi sint. Ego vero misericordiam tuam cantabo, et spiritali luce oboriente, atque universo orbi largiente matutinum, immensam misericordiam tuam in omnibus ecclesiis celebrabo. Tuo enim præsidio fruitus sum, et per providentiam tuam ingruentes effugi calamitates: cujus rei gratia te solum Deum novi, et te fontem misericordiæ atque clementiæ appello.

Hæc David quum propheticis oculis conspexisset, Judæorum calamitates prædixit, et ipse se Dominum semper laudaturum pollicitus est, fidelium titulo hymnodiam offerens.

Psalmus LIX.

v. 4. Συνέσεισας τὴν γῆν, καὶ συνετάραξας αὐτήν· ἴασαι τὰ συντρίμματα αὐτῆς, ὅτι ἐσαλεύθη. *Vat.* 660, 1.

Τῶν σεισμῶν οἳ μέν εἰσι χασματίαι· οἱ δὲ, βρασματίαι· οἱ δὲ, ἐπίκλινται· οἱ δὲ, βρα-

v. 4. *Commovisti terram, et conturbasti eam; sana contritiones ejus, quia commota est.*

Terræ motus alii per hiatus fiunt; alii, tumente humo; alii, solo hinc inde in-

Ps. LIX, v. 4. Vat. 5, 16. Pauca quidem, sed rara, fortasse et classica, ex gazis Alexandrinæ bibliothecæ recepta, ne revertamur ad sanctum Demetrium περὶ σεισμοῦ, jam revocatum in tomo superiore p. 345. Pronum est autumare, vehementes terræ motus, quibus sub Origenis ævo Ægyptus commovebatur, revocavisse veteres scriptores σεισμογράφους. Ex quatru-

σματίαι· οἱ δὲ, ἐπίκλινται· οἱ δὲ, μυχηματίαι. Ἐνταῦθα δὲ τὴν μεταβολὴν τὴν ἐπὶ τῆς γῆς πραγμάτων συσσείσεις ὠνόμασεν.

clinato; alii, boante mugitu. Hic vero commotiones vocavit vices rerum quæ in terra mutantur.

plici porro terræ motu, hic recensito sigillatim, tria genera satis innotuere ac per se patent.

I. Χασματίαι, sive terræ motus cum hiatu, effossisque cavernis subitaneis, de quibus disputant Aristoteles *de mundo*, IV, 18; Diogenes Laert. VII, 17.

II. Βρασματίαι, seu terrae motus cum bullitione, de quibus Suidas: Βρασμὸς γῆς, ὅταν καχλάζῃ μετὰ κινήματος. Quod sic interpretantur: " Terræ motus, quo ita quatitur, ut aquæ fervescentis instar subsultet. „

III. Ἐπίκλινται, qui humum quatiunt et in transcursum agunt, iidem fortasse qui alias dicuntur κλιματίαι, et describi videntur in hunc modum: Οἱ τὴν γῆν σείοντες κατ' ὀξείας γωνίας. " Qui juxta angulos acutos terram in obliquum quatiunt. „ Quærendum an idem illud sit, de quo Suidas: Ἐχηναγμὸς δὲ, ὅταν ἀναρίπτηται. „ Dicitur autem motus ἐχηναγμὸς, cum terra hinc inde suscitatur. „ Em. f. Σχηνιγμὸς v. Βρασματίαι.

IV. Sed quid μυχοιματίαι, uti legere videor, non nisi ægre, in Vat. 16? vel quid μνηματίαι, ut sat aperte habet Vat. 5? — Equidem μνηματίαι quis retulerit ad diminutivam μνημάτιον, aut ad monimenta τῶν μνηματικῶν? Vox nulli lexico inserta nihil est. — Sed quid alia lectio male obstetricata μυχοιματίαι? Nisi per me, ut supra, legendum sit μυχηματίαι, a radicibus μύχημα, μυχᾶν, *mugitus, mugire:* ut dicuntur μυχηματίαι, a boatu, qui tantopere in vicino Vesuvio frequentatur; neque etiam plerisque in terræ motibus supersedit, ut magis sit commune τῶν σεισμῶν signum, quam singularis motus. Cæterum Laertius l. l. quatuor quoque motus, sed aliis distinguit nominibus, præter superiora vocabula: Εἶναι δ' αὐτῶν τοὺς μὲν σεισματίας, τοὺς δὲ χασματίας, τοὺς δὲ καυματίας, τοὺς δὲ βρασματίας. — Huc usque veneram, quum tandem incidi in Ammianum Marcellinum, lib. XVII, 7, a quo tota quæstio solvitur: " Fiunt autem motus modis quatuor: aut enim *Brasmatiæ* sunt, qui humum molestius suscitantes, sursum propellunt immanissimas moles;... aut *Climatiæ*, qui limes ruentes et obliqui, urbes, ædificia, montesque complanant; aut *Chamatiæ* (l. *Chasmatiæ*), qui grandiori motu, patefactis subito voratrinis, terrarum partes absorbent. Inter hæc tria genera motuum *Mycematiæ* sonitu audiuntur minaci, cum dissolutis elementa compagibus ultro adsiliunt vel relabuntur, considentibus terris. „ Ed. Nisard 1849 p. 80. Considera mihi an Ammianus ex aliquo vetere scriptore eadem ac Origenes præ oculis habuerit; et lexicis omnibus jam adde, quæ illis desunt, μυχηματίαι, ἐχηναγμὸς vel σκηνιγμός.

Psalmus LX.

v. 2. Εἰσάκουσον, ὁ Θεὸς, τῆς δεήσεώς μου, πρόσχες τῇ προσευχῇ μου. *Vat.* 660, 2.

Δέησίς ἐστιν ἐλλείποντός τινος μεθ' ἱκεσίας περὶ τοῦ ἐκείνου τυχεῖν ἀναπεμπομένη εὐχή. — Προσευχὴ δέ ἐστιν ἡ μετὰ δοξολογίας περὶ μειζόνων μεγαλοφυέστερον ἀναπεμπομένη ὑπ' αὐτοῦ.

v. 3. Ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς σὲ ἐκέκραξα... ἐν πέτρᾳ ὕψωσάς με.

Γῆν λέγει τὴν κακίαν, ἧς ὁ ἐξελθὼν κρά-

v. 2. *Exaudi, Deus, deprecationem meam, intende orationi meæ.*

Deprecatio est aliqua re egentis et supplicis præmissum votum pro hac re obtinenda. Oratio autem ab eodem fit cum glorificatione pro majoribus bonis et cum ampliore solemnitate.

v. 3. *A finibus terræ ad te clamavi... in petra exaltasti me.*

Terram dicit malitiam, qua de egres-

Hilarius. v. 3. Hinc itaque jam sanctus a terræ finibus clamat, quia exaltatus in petra sit. « Petra autem, secundum Apostolum, Christus est. »

Ps. LX, v. 2. Vat. 5, 14.

v. 3 Vat. 3, 5, 14. 1 Cor. X, 4.

ζει πρὸς Θεόν. — Πῶς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὢν ὁ Δαυΐδ, λέγει· Ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς σὲ ἐκέκραξα; ἢ τάχα ἐξελθὼν τῆς κακίας, νῦν τροπικῶς γῆν ὀνομαζομένης, ταῦτά φησιν· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός.

v. 7, 8. Ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας βασιλέως προθήσεις. Διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Ἔλεος καὶ ἀλήθειαν αὐτοῦ τίς ἐκζητήσει αὐτῶν;

Ἕως αἰῶνος τὰ ἔτη τοῦ Χριστοῦ ὡς βασιλέως οὐκ ἐκλείψουσι. — Ὁ Υἱὸς ἐνώπιον τοῦ Πατρὸς, ὡς ἀνελλιπὴς μὲν ὁ Υἱὸς καὶ Θεὸς τοῦ ἐλέους καὶ τῆς ἀληθείας. — Τίς γὰρ, φησὶ, τὸν περὶ προνοίας καὶ κτίσεως λόγον ἐξιχνιάσει;

v. 9. Οὕτως ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, τοῦ ἀποδοῦναί με τὰς εὐχάς μου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας.

Ὁ ὑπισχνούμενος καὶ μὴ ἀποδιδοὺς τὰς εὐχὰς τῷ Θεῷ, οὐκ ἔστιν ἐν ἡμέρᾳ τῇ οὔσῃ ἐξ ἡμέρας· πρώτη γὰρ ἡμέρα ἐστὶ τὸ ἐκκλῖναι ἀπὸ κακοῦ, δευτέρα τὸ ποιῆσαι τὸ ἀγαθόν.

v. 7, 8. Vat. 5, 16.

sus, clamat ad Deum. At quomodo, quum in Judæa sit, David clamat: *A finibus terræ ad te vociferatus sum?* Nisi forte egressus a malitia quæ nunc tropice terra appellatur, hoc dixerit. « Petra autem erat Christus. »

v. 7, 8. *Dies super dies regis adjicies. Permanet usque in sæculum in conspectu Dei. Misericordiam et veritatem ejus quis requiret eorum?*

Anni Christi uti regnantis *usque in sæculum* non deficient. — Filius in conspectu Patris, uti indeficiens Filius ac Deus est misericordiæ ac veritatis. — Quis enim, inquit, investigabit rationem providentiæ et creationis?

v. 9. *Sic psallam nomini tuo in sæculum sæculi, ut ego reddam vota mea de die in diem.*

Qui promittit, nec vota solvit Deo, non est ex hac die in alteram diem. Prior enim dies est declinare a malo, posterior vero facere bonum.

v. 9. Vat. 5.

Psalmus LXI.

v. 6. Ὅτι παρ' αὐτοῦ ἡ ὑπομονή μου. *Vat.* 661, 1.

Ὅτι σὺ εἶ ἡ ὑπομονὴ, Κύριε.

v. 10. Ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς, τοῦ ἀδικῆσαι αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό.

Ὁ δὲ Θεοδοτίων οὕτως· Πλὴν ἀτμὶς υἱοὶ τοῦ ἀνθρώπου· ψευδεῖς υἱοὶ ἀνδρὸς, ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ· εὐδιάλυτα γὰρ, φησὶ, τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἄνω κάτω ζυγοῦ δίκην μεταχωροῦντα. Κατὰ δὲ τοὺς Ο'· Ὡς μονίμοις θαῤῥοῦσι τοῖς ῥέουσιν, ἰσότητος ἀμελοῦντες καὶ μὴ τηροῦντες καθάπερ ἴσῳ ζυγῷ τὴν καρδίαν,

v. 6. *Quoniam ab ipso patientia mea.*

Quoniam tu es, Domine, patientia mea.

v. 10. *Mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.*

Sic vero Theodotion: *Verumtamen vapor filii hominis, mendaces filii viri, ut momentum stateræ.* Etenim, inquit, lubricæ res hominum, sursumque deorsumque transvehuntur, jugi instar. Secundum autem LXX: tanquam constantibus confidunt in fluxis bonis, æquita-

Ps. LXI, v. 6, vat. 5.

v. 10. Vat. 8, 12, 14, 15, 16. Hæc manibus tenuit Heracleota. Quoad Hexapla 1. ad Theodotionem Field. legit τῶν ἀνθρώπων, 2. glossema solum in LXX datum videtur. 3. Symmachus, ut apud Field. II, 192.

καὶ ὅμως κέρδος ἐντεῦθεν οὐδέν. Διὸ Σύμμαχος εἶπεν· Αὐτοὶ ματαιοῦνται ὁμοῦ. Εἰ οἱ ἅγιοι οὐ μάταιοι, οὐχὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἅγιοι· κατηργήθη γὰρ ἡ κατ' ἄνθρωπον γένεσις· μάταιοί εἰσιν οἱ τοῖς ματαίοις καὶ φθαρτοῖς τοῦ αἰῶνος τούτου προκαθεζόμενοι πράγμασι. — Οἱ ψευδόμενοι περὶ τὴν δικαιοσύνην (αὐτὴ γὰρ ζυγός ἐστι τῶν ἀρετῶν) ψευδεῖς εἰσιν υἱοὶ ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου γεγεννημένοι.

tem negligentes, neque cor, ut in æqua lance, custodientes, nec tamen ullum inde lucrum fit. Unde Symmachus ait: *Ipsi vani sunt simul.* Si sancti non sunt vani, ergo sancti non sunt filii hominum. Coarctata enim est humana natura, vani sunt qui in vanis corruptisque hujus sæculi rebus conquiescunt. — Illi nempe qui mentiuntur circa justitiam, (namque ipsa est statera virtutum) mendaces sunt filii ex patre Diabolo procreati.

v. 11. Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν.

Τοῦτο λεκτέον πρὸς τοὺς πλεονεκτοῦντας.

v. 11. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.*

Dicendum hoc ad homines opum cupidos.

v. 13. Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Τὸν περὶ προνοίας καὶ κρίσεως ἔχων λόγον· τοῦτο γὰρ δηλοῦται ἐκ τῶν ἐπιφερομένων ῥητῶν.

v. 13. *Quia tu reddes unicuique juxta opera sua.*

Ut qui habet rationem providentiæ et judicii: id quippe declaratur in allatis verbis.

v. 11, 13. Vat. 5, 14.

Psalmus LXII.

v. 2. Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω· ἐδίψησέ σοι ἡ ψυχή μου, ποσαπλῶς σοι ἡ σάρξ μου ἐν γῇ ἐρήμῳ καὶ ἀβάτῳ καὶ ἀνύδρῳ. *Vat.* 661, 2.

Καλὸν δὲ καὶ κατὰ τὸ ῥητὸν ὀρθρίζειν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ πάσης πράξεως ἀπαρχὴν ποιεῖσθαι προσευχὴν καὶ εὐποιΐαν πρὸς τὸν πλησίον, εἴτε ἐν ἐπισκέψει, εἴτε ἐν μεταδόσει. — Πρέπει δὲ τῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας διὰ τοῦ διώκεσθαι διατρίβοντι, καὶ μισουμένῳ δωρεάν, καὶ μηδαμῶς ἐγκαλοῦντι, λέγειν τό. Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω. — Ἡ κοιλία γοῦν, τῶν περὶ τρυφὴν ἐχόντων οὖσα θεός, ἁπλῶς οὐ λέγεται θεός, ἀλλ' οὐδὲ οἱ δαίμονες κυρίως θεοί, τῶν ἐθνῶν λεγόμενοι θεοί. Ὁ οὖν ἀληθῶς σοφὸς ἐρεῖ τῷ φύσει καὶ ἀληθῶς

v. 2. *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo: sitivit tibi anima mea: quam multipliciter tibi caro mea, in terra deserta et invia et inaquosa.*

At bonum est, juxta dictum hoc, mane vigilare ad Deum, et operis cujuscumque primitias facere preces ac beneficium adversus proximum, sive in tutela, sive in munificentia. Eum qui degebat in desertis Judææ, exsul ob persecutionem, et qui gratis odio habitus, nunquam ultionem vindicavit, dicere decuit: *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.* — Venter igitur deus eorum est, qui dapibus mancipantur, non Deus simpliciter dicitur, sed neque daemones proprie dii audiunt, verum dii gentium. Qui

Ps. LXII, v. 2. Vat. 6, 16. Nonnulla recepit anonymus Corderii, II, 236. — κατασκηνοῦσα codd.

Θεῷ. Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου. — Οὐ μόνον δὲ ἡ ψυχή μου ἐδίψησέ σε, ἀλλὰ καὶ ἡ σάρξ μου, καθάπερ μαθοῦσα τὴν ἐν τῇ ἀναστάσει ἐλπίδα ἑαυτῆς παρὰ σοί, ἢ πολυπλασίασθαι τὸ πρὸς σὲ δίψος ἑαυτῆς· διὸ καὶ κατασκηνῶν ἐπ' ἐλπίδι, οὐκ ἔχω λέγειν ὁπόσα πλησίως καὶ ποσαχῶς παρὰ τὴν δίψαν τῆς ψυχῆς μου ἐδίψησά σε.

v. 3. Οὕτως ἐν τῷ ἁγίῳ ὤφθην σοι, τοῦ ἰδεῖν τὴν δύναμίν σου καὶ τὴν δόξαν σου.

Οὕτως, πῶς; ἢ δίψης καὶ ἐπὶ πόθου περὶ τὸν ἅγιον συγχθείς; τίς δὲ ἂν εἴη, ἢ ὁ Μονογένης, καὶ εἰ μὲν εἴη ὁ Πάτηρ, πρὸς ὃν διψῶν δύναμιν καὶ δόξαν αὐτοῦ ὁ Μονογένης· Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις αὐτὸς ὢν καὶ ἡ δόξα, περὶ ἧς εἴρηται· Ὀφθήσεται ἡ δόξα Κυρίου. Παρίσταμαι δὲ σοί, τὴν ἄῤῥητον ὁ φανταζόμενος δύναμιν.

v. 4. Τὰ χείλη μου ἐπαινέσουσί σε.

Οὐ μόνοις δὲ χείλεσιν, ἀλλὰ πρὸς τῇ καρδίᾳ τὸν Θεὸν ὑμνητέον, κατὰ γὰρ Παῦλον· Καρδίᾳ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, χείλεσι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

v. 5. Ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀρῶ τὰς χεῖράς μου.

Αἴρει δὲ τὰς χεῖρας ὁ δίκαιος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὅτε ἀπὸ ὑγιῶν δογμάτων περὶ Θεοῦ καὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας ἐπαίρει ἀπὸ τῶν γηΐνων τὸ πρακτικὸν ἑαυτοῦ, ἐν ὀνόματι τοῦ Θεοῦ αἴρει τὰς χεῖρας ἑαυτοῦ· εἴτε δὲ ἀφ' ἡστινοσοῦν ἑτέρας διδασκαλίας, εἴτε παρ' Ἕλλησι φιλοσοφουμένης, εἴτε καὶ ἐν ἡτινιοῦν αἱρέσει, τάχα αἴρει μὲν τὰς χεῖρας ἑαυτοῦ, οὐ μὴν ἐν ὀνόματι τοῦ Θεοῦ.

v. 6. Ὡσεὶ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου, καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ ὄνομά σου.

Ὥσπερ δὴ τῶν σωματικῶν βρωμάτων τὰ

ergo vere sapit, ille huic Deo dicet qui natura ac vere Deus est: *Deus, Deus meus!* — Non solum *sitivit te anima mea,* sed *et caro mea,* utpote quæ conscia sit, in te esse spem suam de ipsius resurrectione, vel apud te multiplicari sitim suam: idcirco in tabernaculo spei inhabitans, dicendo non sum quam multa et quam multiplici animæ meæ siti te sitiverim.

v. 3. *Sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam.*

Sic, quomodo? Nisi siti ardens et præ desiderio erga sanctum? Sed quis possit ille esse, nisi Unigenitus, et nisi fuerit Pater, ad quem anhelans Unigenitus sitiat virtutem et gloriam ejus? Christus enim qui est Dei virtus et gloria, de qua dictum est: « Videbitur gloria Domini. Astabo tibi », ineffabilem contemplans virtutem.

v. 4. *Labia mea laudabunt te.*

Non labiis tantum, sed corde Deus laudandus est, dicente Paulo: « Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. »

v. 5. *In nomine tuo ego levabo manus meas.*

Enim vero tollit manus vir justus in nomine Domini, quando præ sanis de Deo dogmatibus, et sua erga illum pietate attollit a terrenis actus suos: sane in nomine Domini elevat manus. Sin autem ob qualemcumque alienam doctrinam, sive ob græcanicam philosophiam, vel quamlibet hæresin, fortasse manus quidam attollit suas, minime autem in nomine Domini.

v. 6. *Sicut ex adipe et pinguedine repleatur anima mea, et labia exultationis laudabunt nomen tuum.*

Ut corporeis in cibis pinguia et laute

v. 3. Ex cod. Florent. Plut. vi, 3.
v. 4. Vat. 2, 3, 8. Rom. x, 10.

v. 5. Vat. 16. initium apud BB.
v. 6. Vat. 2, 6, 8, 14, 16. Etiam Cf. BB.

πίονα καὶ εὔτροφα τῶν ζώων ἡδύτερα, οὕτω καὶ τῶν πνευματικῶν εἴη ἄν τινα ἀνάλογα τοῖς κατὰ σάρκα πίοσι. Διόπερ τοῦτο εἰδὼς παρὰ τὴν τῆς ψυχῆς τροφὴν ὑποδέχουσαν τοῦ σώματος, ὁ προφήτης εὔχεται λέγων περὶ αὐτῆς τό· ὡσεὶ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου. Τοιαῦτά γε ἦν καὶ τὰ κατὰ τὴν παραβολὴν τοῦ μόσχου τοῦ σιτευτοῦ. — Τὸ ἐν Θεῷ δὲ ἀγαλλιᾶν καὶ εὐφημεῖν νομίζω μὴ δύνασθαι κατορθοῦσθαι ἡμῖν χωρὶς τῆς ἀπὸ τῶν καλουμένων πτερύγων τοῦ Θεοῦ σκεπῆς, τουτέστι τῶν ἀρετῶν αὐτοῦ· ταύταις γὰρ ὑψοῦται, καὶ μετεωρίζεται, καὶ μεγαλύνεται ὁ Θεός, ὑφ' ἃς γενόμενοι, ἅτε δὴ ἁπλούμενοι διέμειναν ἡμῖν, δεκτικοὶ αὐτῷ γενόμεθα.

nutrita animalium ea sunt suaviora, ita et in rebus spiritualibus possit esse aliqua proportio cum carnibus delicatis. Idcirco id intelligens de animæ dapibus quæ corpori præstant, propheta exorat, dicens respectu ad eam: *Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea.* Hujusmodi erat parabola vituli pinguis. — Hanc vero in Deo exultationem et acclamationem censeo non posse a nobis recte fieri extra tegumentum alarum quæ protectio Dei dicuntur, id est extra virtutes ejus. Hisce quippe exaltatur et attollitur et magnificatur Deus. Quae si super nos sunt, ceu extensae desuper nobis immanent, tum acceptabiles ipsi efficimur.

v. 9. Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου.

[Τὰ] ὀπίσω τοῦ Θεοῦ ἐστὶ τὰ μετὰ τὸν Θεόν, ἅτινα ἐπαγγέλλεται καὶ Μωϋσῇ δειξείη.

v. 9. *Adhæsit anima mea post te.*

Post Deum sunt ea quæ cum Deo stant, qualia Moysi promissa sunt ut ostendantur.

v. 10. Αὐτοὶ δὲ εἰς μάτην ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου· εἰσελεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς.

Τούτους εὔχεται προφητικῶς ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας ὠθουμένους τῆς γῆς εἰς τὰ ταύτης παχύτερα κατελθεῖν· ὅπου μὴ δύνανται κατὰ τῶν ἀγωνιζομένων ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι ἐνεργεῖν, εἰ καὶ μόνον εἰρῆσθαι περὶ τῶν ζητούντων τὴν ψυχὴν τοῦ εὐχομένου δοκεῖ. Κατώτατα δὲ τῆς γῆς ἡ ἄβυσσος, ἔνθα χωρήσουσιν. Διόπερ ἐν εὐαγγελίῳ τῷ Σωτῆρί φασιν· Ἦλθες ἡμᾶς πρὸ καιροῦ βασανίσαι, μὴ πεμφθῆναι εἰς τὴν ἄβυσσον ἤδη δεόμενοι, εἰς δὲ χοίρους εἰσελθεῖν ἐπιτρέψαι.

v. 10. *Ipsi autem in vanum quærebant animam meam; introibunt in inferiora terræ.*

Prophetice vaticinatur de his qui ex splendore hujus terræ coguntur in crassiora descendere, ubi jam non possunt in humano corpore cum decertantibus luctari, quamvis illud videatur solummodo dictum de his qui quærunt animam deprecantis. Inferiora autem loca terræ sunt abyssus, quo dæmonia ibunt; idcirco in evangelio Salvatori dicunt: «Venisti ante tempus torquere nos,» jam non mitti in hanc abyssum rogabant, sed permitteret eos intrare in porcos.

v. 11. Παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας, μερίδες ἀλωπέκων ἔσονται.

Ἀναιρεθήσονται, φησίν, οὐχ ὑπὸ δυνατῶν πολεμίων, ἀλλ' ὑπὸ τῶν προσοικούντων· οἱ καθάπερ τεθήκασίν τε καὶ ἀπελαύνονται· αἰνίττεται δὲ τὸ πρόχειρον νόημα, τοῦ μηδὲ ταφῆς ἀξιωθῆναι τοὺς πλείους, ἀλλὰ προκεῖσθαι θηρίοις βοράν.

v. 11. *Tradentur in manibus gladii, partes vulpium erunt.*

Excidentur, inquit, non vero a validis hostibus, sed a finitimis incolis: qui perinde ac si contabuerint, dissipantur. Obvius autem verborum sensus hoc innuit, plerosque ne sepultura quidem dignos fore, sed futuros esse feris pabulum.

v. 9. Vat. 16.

v. 11. Vat. 12, 14, 16.

Psalmus LXIII.

v. 4. Οἵ τινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν. *Vat.* 662, 1.

Αὐτὴ ἡ ῥομφαία λόγος ἐστι δαιμονιώδης, χωρίζων ψυχὴν τῆς σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ.

v. 11. Εὐφρανθήσεται δίκαιος ἐν τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλπιεῖ ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐπαινεθήσονται πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.

Ἄφρων ἐλπίζει εἰς ἄνθρωπον· ὁ δὲ φρόνιμος ἐπὶ τῷ Κυρίῳ πέποιθεν. — Καὶ τὴν παρ' ἀνθρώπων δὲ καρπώσονται εὔκλειαν οἱ τὸν λογισμὸν πρὸς Θεὸν διευθύνοντες, καὶ τῆς ὁδοῦ τὰς εὐθείας ἔξω βαδίζειν οὐκ ἐνεχόμενοι. Ἐν περινοίᾳ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας γενόμενοι, τὸ θεῖον κριτήριον ἔδεισαν· διαφερόντως δὲ τῶν νόμων τῶν θείων ἐπιμελόμενοι, θυμηδῶς ἐμφορηθέντες, τὴν εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδα βέβαιαν ἐργάζονται. Εὐφραίνει ἄδικον πλοῦτος φθαρτὸς, τὸν δὲ δίκαιον γνῶσις Θεοῦ.

v. 4. Qui exacuerunt ut gladium linguas suas.

Gladius ille sermo est a dæmone oriundus, qui dividit animam a sapientia et scientia Dei.

v. 11. *Lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo, et laudabuntur omnes recti corde.*

Stultus in hominem sperat; prudens vero in Domino confidit. Vel ab hominibus nobile nomen lucrantur qui recte ad Deum cogitatus dirigunt, neque extra rectitudinis semitas gressus figere sibi permittunt; circumspicientes enim Dei providum numen, divinum judicium timuerunt. Strenue autem qui leges divinas meditantur, studio succensi, solidam in Deo spem sibi moliuntur. Improbo opes caducæ placent, justo autem agnitio Dei.

Ps. LXIII. v. 4. Vat. 2, 8. v. 11. Vat. 5.

Psalmus LXIV.

v. 2. Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν Σιὼν, καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχή. *Vat.* 662, 1.

Νόει μὲν Σιὼν καὶ τὴν ἀρετὴν, καὶ πύλας τὰς εἰς αὐτὴν, ὥσπερ εἰσαγωγὰς, εἰσόδους· μόνῳ δὲ τῷ ἐν Σιὼν, τουτέστιν ἐν τῷ σκοπευτηρίῳ καὶ τῇ ἀρετῇ, πρέπει ὁ ὕμνος τῷ Θεῷ, ὡς ὑψωθέντι ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου καὶ τῆς κακίας, καὶ διὰ τοῦτο δυναμένῳ ἐξαγγεῖλαι πάσας τὰς αἰνέσεις τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιὼν, ἐκκλησίας. Οὐ γὰρ ὡραῖος ὕμνος ἐν τῷ στόματι ἁμαρτωλοῦ, ὅτι οὐ παρὰ Κυρίου ἐξαποστάλη. — Καὶ πάλιν ἐὰν θέλωσιν οἱ ἔξω τῆς ἐκκλησίας θεολογεῖν, ἢ καὶ ὑμνεῖν

v. 2. *Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Hierusalem.*

Primum et in Sion intellige virtutem, et in portis ejus aditus qui veluti ad eam introducunt; unum vero eum qui stat in Sion, id est in loco speculæ et in virtute, decet hymnus ad Deum, ut qui exaltatus est ex interitus et malitiæ ostiis, ac propter hoc quascumque Dei laudes proferre valet in portis ecclesiasticis filiæ Sion, Ecclesiæ. Haud enim formosus hymnus est in ore peccatoris, quem Dominus ad id non deputavit. — Rursus qui extra Ecclesiam sunt, de Deo

Ps. LXIV, v. 2. Vat. 8, 16. Eccle. XV, 9. Plura ad Didymum retulit Corder. II, 266.

τὸν Θεόν, οὐ δυνήσονται· ὁ γὰρ πρέπων ὕμνος, ὕμνος Θεοῦ, ἐν μόνῃ Σιών, τῇ ἐκκλησίᾳ.

si dicere velint aut hymnum pangere, jam non poterunt. Hymnus enim decorus, hymnus Dei est in sola Sion, in Ecclesia.

Νόει δὲ Σιὼν καὶ τὴν ἐπουράνιον πόλιν. Ἐκεῖ γὰρ οἱ τέλειοι καὶ ἀληθῶς ὕμνοι ἀποδίδονται τῷ Θεῷ· ὡς γὰρ ἐν τῇ κάτω Σιὼν καὶ ἡ κάτω Ἱερουσαλὴμ, οὕτως καὶ ἐν τόπῳ, τῷ ὑπὲρ πάντα τόπον σωματικόν. Ἐν τῷ πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεις τῷ Θεῷ, ἔνθα αἱ ἀληθιναὶ ἀποδίδονται εὐχαί.

Deinde etiam in Sion intellige cœlicam civitatem; ibi enim perfecti et qui re vera hymni sunt, Deo dicantur. Sicut enim in interiore Sion et in terrena Hierusalem, ita cantatur in loco omnem superante locum corporeum. In Spiritu et veritate adorabis Deum, ubi vera vota redduntur.

v. 3. Εἰσάκουσον προσευχῆς μου· πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει.

v. 3. *Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.*

Σάρξ, ἀντὶ τοῦ πᾶς ἄνθρωπος. — Ἥξει δὲ πρὸς αὐτὸν πᾶσα σὰρξ διὰ μετανοίας, καὶ καθάρσεως, μηκέτι μένουσα σάρξ, ἢ κατὰ σάρκα πολιτευομένη,

Omnis caro, id est omnis homo. *Veniet* autem ad eum *caro omnis* per pœnitentiam et munditiem, jam caro non manens, nec juxta carneam legem vivens.

v. 5, 6. Μακάριος ὃν ἐξελέξω καὶ προσελάβου· κατασκηνώσει ἐν ταῖς αὐλαῖς σου. Πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου. Ἅγιος ὁ ναός σου, θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ.

v. 5. 6. *Beatus quem elegisti et assumpsisti, habitabit in tabernaculis tuis. Replebimur in bonis domus tuæ. Sanctum est templum tuum.*

Ἡ Ἀκύλα ἔκδοσις ἐμφαίνει ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν τὸ τὸν ἐλεγχθέντα ὑπὸ Θεοῦ ἐγγίζειν αὐτῷ. Μακάριος γάρ, φησίν, ὃν ἐξελέξω, καὶ ἐγγίζει, οὐ μόνον ὃν ἐξελέξω.

Aquilæ editio aperte declarat, fore ut electus a Deo sponte propria illi appropinquet. Ait enim: *Beatus quem elegisti, et appropinquat.* Non tantum dicit, *quem elegisti.* Theodotionis interpretatio: *Sanctitate plenum est templum tuum, ac justitiam tuam docet per oracula tua appropinquantes.* — Domum Dei in epistola ad Timotheum Paulus Ecclesiam vocat. Quod si discere moraris, quomodo convertatur quis in domo Dei, quæ est Dei viventis Ecclesia, hujusce domus bona sunt dona Spiritus, fides de Trinitate et alia dogma-

Θεοδοτίωνος· Ἁγιασμοῦ γὰρ πληρὴς ὁ σὸς ναός, καὶ τὴν σὴν δικαιοσύνην, διὰ τῶν σῶν λογίων, τοὺς προσιόντας διδάσκει. — Οἶκον Θεοῦ τὴν ἐκκλησίαν ἐπιστέλλων ὁ Παῦλος Τιμοθέῳ καλεῖ. Ἐὰν δὲ βραδύνῃς, ἵνα ἴδῃς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, τούτου τοῦ οἴκου ἀγαθὰ τὰ τοῦ Πνεύματος χαρίσματα, τάτε περὶ τῆς Τριάδος καὶ τὰ λοι-

HILARIUS *in cod. Veronensi.* v. 5. Quæ autem sicut bona domus possumus agnoscere? Ecclesiæ scilicet munera, quia et ipsa secundum Apostolum domus Dei est. *Sanctum est templum tuum.* Omnium namque credentium corpora templum Dei esse Apostolus docet, dicens: *An nescitis* etc. (*Hilarius editus longe lateque ab his recedit ac si duplex scriptura olim circumferretur.*)

v. 3. Vat. 5.

v. 5, 6. Vat. 5, 8, 10. Sunt obscura ab initio et dissoluta, de quibus silet Fieldius, sive ad Aquilam sive ad Theodotionem. Ultima anonymo dedit Corder. l. l. Cf. 1 Tim. III, 25. Joan. XIV, 23. 1 Cor. III, 16. Notare nemo negligat testimonium de canonibus apostolicis aut primum aut longe vetustissimum omnium quæ noverimus. Id quod prœterea confirmabitur altero testimonio in ps. CXVIII.

τὰ δόγματα, οἵτε παραδοθέντες ὑπὸ τῶν ἀποστόλων θεσμοὶ καὶ κανόνες. Ἐν δὲ τούτῳ θαυμαστὸς ἡ ἀρετὴ ἐπιτελεῖται, καλουμένη δικαιοσύνη, ἤγουν ὅτι ὁ πιστεύων καὶ ἔργων ἀγαθῶν πληρωθεὶς ἔχει τὸν Κύριον ἐν ἑαυτῷ. Εἴρηται γὰρ διὰ τῆς πίστεως κατοικεῖν τὸν Χριστὸν, τὸν ἔσω ἄνθρωπον, πρὸς τὸν τηροῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ μετὰ τοῦ Πατρὸς ἐρχόμενος, μονὴν ποιεῖται καὶ γίνεται ναὸς, κατὰ τό· Οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Καὶ μεθ' ἕτερα· Ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς, ὃς καὶ δικαιοσύνην θαυμαστῶς κατορθεῖ, τὴν διὰ πίστεως συνισταμένην.

v. 10. Ὁ ποταμὸς τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων.

Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας Θεοῦ! Καὶ πάλιν· Ἐν παντὶ γὰρ, ὁ Παῦλός φησι, ἐπλουτίσθητε ἐν πάσῃ γνώσει. Ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη φύσεων λογικῶν, εἴπερ ποταμοὶ ῥέουσιν ὕδατος ἐκ τῆς κοιλίας πιστεύσαντος Χριστῷ· ὕδατα δὲ ἔθος λέγειν τῇ γραφῇ τὰς φύσεις τὰς λογικὰς, καὶ γὰρ ὁ Δαυὶδ λέγει αἰνεῖν τὰ ὕδατα τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν τὸν Κύριον.

v. 13. Καὶ ἀγαλλίασιν οἱ βουνοὶ περιζώσονται.

Νῦν φύσεις λογικὰς τροπικῶς βουνοὺς ὀνομάζει.

v. 14. Ἐνεδύσαντο οἱ κριοὶ τῶν προβάτων.

Ἐνεδύσαντο Χριστὸν καὶ σπλάγχνα οἰκτιρμῶν.

ta, tum etiam traditi ab Apostolis ritus et canones. In hac vero domo mirabilis consummatur virtus, quæ vocatur justitia; scilicet quod is qui credit et bonis repletus est, in se Dominum habet. Dictum est enim, per fidem Christum habitare uti interiorem hominem; apud eum qui custodit sermonem ejus, veniens cum Patre, mansionem efficit, ac fit ipse templum, juxta illud: « An nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? » Et post pauca: « Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos, » quo mirabili modo justitia dirigitur, ea quae in fide consistit.

v. 10. *Flumen Dei repletum est aquis.*

« O altitudo divitiarum et sapientiæ Dei! » Et rursus: « In omni re, ait Paulus, divites facti estis in omni scientia. » Dei scientiæ cumulus est in naturis ratione insignibus, quando quidem « flumina fluent aquæ vivæ ex ventre ejus » qui Christo credidit. Solemne est Scripturæ, aquas vocare rationales naturas. Etenim David ait, aquas superiores, quæ super cœlos sunt, cantare Dominum.

v. 13. *Et exultatione colles accingentur.*

Nunc spirituales naturas colles tropologice nuncupat.

v. 14. *Induti sunt arietes ovium.*

Induebant Christum et viscera misericordiæ.

HILARIUS ibid. v. 10. *Flumen etc.* Nam in Evangelio sic ait: « Qui crediderit in me, sicut scriptum est, flumina de ventre ejus exient. »

v. 10. Vat. 5. Rom. XI, 33. 1 Cor. 1, 5. Jo. VII, 38. Ps. CXLVIII, 4.

v. 13, 14. Vat. 5.

ἐθνῶν ἁπάντων τὴν σωτηρίαν. Θεασάμενος ὁ προφήτης τοῖς τοῦ πνεύματος ὀφθαλμοῖς τὴν ἐσομένην πᾶσιν ἀνθρώποις σωτηρίαν διὰ τῆς θείας ἐπιφανείας, ἱκετεύει ταύτην ὅτι τάχιστα παρασχεθῆναι, ἵνα τὴν ἐκ ταύτης φυομένην εὐλογίαν τρυγήσωμεν ἅπαντες· εἶτα διὰ τὸν ἐπαγόμενον ταύτην ἡμᾶς διδάσκει σαφέστερον. Ἐπιφανεῖται δὲ τὸ πρόσωπον τοῦ πάντων δημιουργοῦ, τὸ πληροῦν ἡμᾶς εὐλογίας καὶ οἰκτιρμῶν, ἐπιφανέντος ἡμῖν τοῦ χαρακτῆρος τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ καὶ ἐμφανίσαντος ἑαυτὸν τοῖς ἀξίοις, ἐπεὶ γὰρ εἰκών ἐστι τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου ὃν ὁ καθορῶν, ὁρᾷ τὸν Πατέρα. Ὁ ἐμὲ γάρ, φησίν, ἑωρακώς, καὶ τὸν Πατέρα μου ἑώρακεν. Τότε τοὺς εὐεργετημένους εὐλογεῖ καὶ οἰκτείρει, πᾶσιν εὐλογίαν πνευματικὴν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἔχων Ἰησοῦς.

ctam, et omnes gentes ad eam vocatas. Intuens propheta cum spiritus oculis futuram omnibus hominibus salutem in divina Epiphania, eamdem postulat supplex ut quam cito habeatur, unde omnes benedictionem ex ea succrescendam metamus. Quam porro per sequentia nobis magis perspicue docet. Manifestatur autem persona Creatoris rerum omnium, qui affatim nobis impertitur benedictionem et miserationes, cum nobis ostendit figuram suæ substantiæ, seque revelavit id merentibus, quando quidem imago est invisibilis Dei; quem qui videt, Patrem videt. « Qui enim me vidit, ait, etiam Patrem meum vidit. » Tandem munificentia sua gaudentibus benedicit, eorumque miseretur Jesus, qui omnibus spiritualem benedictionem in cælestibus reservat.

Psalmus LXVII.

v. 3. Ὡς ἐκλείπει καπνός, ἐκλιπέτωσαν ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός, οὕτως ἀπόλοιντο οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ.

Ὥσπερ καπνὸς παρακολούθημά ἐστι πυρὸς καὶ φωτός, οὕτω τῶν δικαίων οἱ ἁμαρτωλοί, οὐ κατὰ προηγούμενον λόγον τοιοῦτοι γενόμενοι. Ὁ γὰρ προηγούμενος λόγος ἤθελε καὶ αὐτοὺς εἶναι φῶς, κατὰ τό· Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· καὶ ἐβούλετο αὐτοὺς εἶναι πῦρ, κατὰ τό· Ὁ ποιῶν τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ, πυρὸς φλόγα. Ἐπεὶ δὲ πεφεύ-

v. 3. *Sicut deficit fumus, deficiant; sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.*

Sicut fumus ignis atque luminis consequentia est, ita peccatores justorum sequela sunt, haud juxta præmissum sermonem. Præmissa enim verba volunt justos quoque esse lumen, secundum illud: « Vos estis lux mundi. » Volunt etiam eos esse ignem, juxta illud: « Qui facit ministros suos flammam ignis. »

Ps. LXVII. Incidimus in antiquum illud canticum quod longe Davidis et regum et judicum tempora superat, cum in ipsa per desertum peregrinatione tum primum insonuisse reputetur. Multis utpote tenebris obsitum Origenes prolixo eum commentario illustravit, cujus nova et plura fragmenta tandem eruisse juvabit.

v. 3. Vat. 15. Cf. Matth. v, 14. Ps. CIII, 4. 1 Joan. 1, 5. Hebr. XII, 19. Ps. XVII, 9. Luc. XII, 49. Interim strenua concio ab ore martyrum quasi erupit coram ruentibus simulacris, quæ tamen apud seniores Alexandrinos intacta non remansit. Plura enim more suo Eusebius corrosit et incondite effudit; pauciora Didymus, alia Theodorus Heracleota post Eusebium receperunt. Circa finem diligens lector expendat quæ elevare videntur impactum Origeni errorem de parcendis dæmonibus et mitigando inferno, quem quidem nullibi in his commentariis repperimus.

γασι τὸ εἶναι φῶς, καὶ οὐκ ἠθέλησαν γενέσθαι πῦρ, διὰ τοῦτο γεγόνασι καπνός. Τάχα δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι, ὅταν μὲν κολάζωσι, πῦρ εἰσίν· ὅταν δὲ διακονῶσι τὰ τῆς ἡμῶν σωτηρίας, φῶς. Καὶ ὁ Θεὸς τοῖς μὲν ἁμαρτωλοῖς πῦρ ἐστι, καταναλίσκον πᾶσαν κακίαν· τοῖς δὲ δικαίοις, φῶς. Ὁ γὰρ Θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκότος ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι.

Πάλιν προηγούμενον ἔργον τῶν μελισσῶν τὸ μέλι· παρακολούθημα δὲ τοῦ μέλιτος ὁ κηρός· κἂν ἔλθῃς ἐπὶ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, μέλι μὲν ὄψῃ τὴν ἐκκλησίαν· παρακολούθημα δὲ, τοὺς ἑτεροδόξους, οἷς ἐρεῖ· Οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· οὐ γὰρ γινώσκει τὸ ἐπισυμβάν.

Εἶεν δ' ἂν καὶ οἱ δαίμονες ἐχθροὶ ἀπολλύμενοι, οὐ πῦρ ὄντες, ὡς ἄγγελοι· οὐ φῶς, ὡς δίκαιοι· ἀλλὰ καπνὸς σκεδαννύμενος, ὁ τοῖς ὄμμασι βλαβερός. Πρότερον γὰρ μετεσχηματίζοντο εἰς ἀγγέλους φωτὸς, μαντείας καὶ θεραπείας ἐπαγγελλόμενοι, ὡς τοὺς ἀνθρώπους ἀπατωμένους θύειν αὐτοῖς καὶ τὰ φίλτατα· νῦν δὲ φροῦδα πάντα, καὶ ὄντως καπνὸς, ἀποσβεσθέντος αὐτῶν τοῦ πυρὸς, ὀργισθέντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ, κατὰ τό· Ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, δῆλον ὡς σβέσαντος αὐτῶν τὸ πῦρ, ὃ τοὺς ἀνθρώπους κατέφλεγε· καὶ ὁ καπνὸς δὲ αὐτὸς, ὡς μὴ ἔχων περὶ ὅ τι ὑποσταγῇ, ἐξέλιπε· καθάπερ γὰρ τὸν μὲν καπνὸν σκεδάννυσι τῶν ἀνέμων ἡ προβολὴ, ὁ δὲ κηρὸς λύεται τῷ πυρὶ προσπελάζων, οὕτως τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ, φροῦδοι γεγόνασι τῶν ἀνθρώπων οἱ δυσμενεῖς παντελῶς, καὶ μέντοι ὡς ἀπόλλυται νόσος ὑπὸ ἰατροῦ, καὶ σκότος ὑπὸ ἡλίου, οὕτως ἡ ἁμαρτία ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ. Ὅταν οὖν ἐκτακῶσιν ὡς κηρὸς, καὶ ἐκλίπωσιν ὡς καπνὸς οἱ ἁμαρτωλοὶ, καθὸ εἰσὶν ἁμαρτωλοὶ, τότε οὐ μόνον ἐφ' ἑαυτοῖς εὐφραίνονται οἱ δίκαιοι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ ἐκλείποντι καπνῷ, καὶ ἐπὶ τῷ ἐκτακέντι κηρῷ· ὁρῶσι γὰρ ἀγαθὸν γενόμενον τὸ ἐκλιπεῖν τὸν καπνὸν, τὸ ἐκτακῆναι τὸν κηρόν. Τάχα δὲ τοιοῦτόν τι βλέπων ὁ Σωτὴρ γινόμενον ἀπὸ τοῦ πυ-

Verum impii, quum refugerint esse lumen, neque ignis voluerint fieri, idcirco fumus evaserunt. Fortasse angeli quoque, quando pœnas exercent, ignis sunt; lumen vero, quando ministri nostræ saluti inserviunt. Et Deus quoque peccatoribus est ignis, consumens omnem malitiam, justis autem lux. Deus enim lux est, et tenebræ in eo non sunt.

Rursus præmissum apum opus est mel: mellis autem sequela, cera. Et si transieris ad eventum Christi, aspicies mel esse Ecclesiam, sequelam autem esse heterodoxos, quibus dicit: « Nunquam novi vos. » Non novit enim, quod perdendum est. — Fuerint hoc etiam dæmones, inimici qui perdendi sunt, quum neque ignis sint, sicut angeli, neque lumen, ut justi; sed fumus qui dissipatur, qui oculis noxius obest. Primum enim transformati erant in angelos lucis, vaticinia et medelas venditantes, ita ut decepti homines vel charissima pignora illis immolarent: nunc vero frivola omnia sunt et reapse fumus, extincto illorum igne per iram Dei in illos succensam, ut illud: « Ascendit fumus in ejus ira, » ejus nimirum qui extinxit eorum ignem, quo homines adurebantur. Fumus autem iste, quasi nihil habens in quo subsisteret, evanuit. Quemadmodum enim fumum dissipat ventorum flatus, ac cera dissolvitur, ad ignem si accedat, ita in Christi præsentia, evanidi omnino facti sunt hominum sævi hostes: atque interea sicut tollitur morbus a medico, et nox a sole, ita peccatum a Deo optimo. Quando ergo tabuerunt, ut cera, et evanuerunt, ut fumus peccatores, in quantum tales erant, tunc temporis justi non solum super eos lætantur, sed et ideo quod evanuit fumus et cera liquefacta est: vident enim bonum id fieri, quod dissipetur fumus, quod liquefiat cera. Fortasse id videns Salvator,

ρὸς, ὅτι μέλλει ἐκτήκεσθαι κηρὸν, ἵνα μόνον μέλι καταλειφθῇ, εἶπε τό· Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἤθελον εἰ ἤδη ἐκαίη. Οὐχ ἁπλῶς δὲ εἶπεν ἀπόλλυσθαι τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ἀλλ' ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὕτω πῶς ὁ κηρὸς ὑπὸ πυρὸς, οὐ τῆς οὐσίας τῆς ψυχικῆς φθειρομένης, ἀλλὰ τῆς ἕξεως καθ' ἥν τίς ἐστιν ἁμαρτωλός· οὐδὲ γὰρ ὁ τηκόμενος κηρὸς εἰς τὸ μὴ ὂν καταστρέφει, εἰς δὲ τὴν τοῦ πυρὸς ἀναδίδοται οὐσίαν, ἀπολλυμένης αὐτοῦ τῆς ποιότητος.

v. 4. Ἀγαλλιάσθωσαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· τερφθήτωσαν ἐν εὐφροσύνῃ.

Προσθεὶς ὅτι ἀγαλλιάσθωσαν, ἔδειξεν ὡς οὐ κατ' ἀνθρώπων τὴν ἱκετηρίαν ταύτην προσήνεγκεν, ἀλλὰ κατὰ δαιμόνων, ὧν σκεδαννυμένων καὶ φρούδων γινομένων, ἀγάλλεται ἔθνη, καὶ τὸν σεσωκότα Θεὸν ἀνυμνεῖ· οὐ καλὸν καὶ τὸ ἀγαλλιάσθωσαν μόνον, ἂν μὴ λάβῃ τὴν προσθήκην, ἀναγκαῖον οὖσαν, τὸ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὥστε ἀξίαν εἶναι τὴν ἀγαλλίασιν τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ Θεοῦ, οὐ κοσμικὴν οὖσαν, ἀλλὰ καρπὸν τοῦ Πνεύματος.

v. 5. Ἄσατε τῷ Θεῷ, ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβηκότι ἐπὶ δυσμῶν. Κύριος ὄνομα αὐτῷ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε ἐνώπιον αὐτοῦ.

Ὥσπερ ἐὰν ᾄδειν μοι προκῆται βασιλεῖ, δεήσει με εἰδέναι ποῖα μέλη ἀποδέχεται ὁ βασιλεὺς, ἵνα ᾄδων ἀρέσω αὐτῷ· οὕτως εἰ μέλλω ᾄδειν τῷ Κυρίῳ, δεήσει με εἰδέναι τὰ μέλη τὰ εὐφραίνοντα τὸν Κύριον, ἵν' ἐπ' αὐτοῦ ἀκροατοῦ ᾄσω τῷ Κυρίῳ. Ἐπεὶ καὶ τὰ αἰσθητὰ ἐπίβαθρα γίνεται πρὸς τὸ νοῆσαι τὰ κρείττονα, ἰστέον ὡς ὁ μὲν ᾄδων ψιλῇ χρῆται φωνῇ, ὁ δὲ ψάλλων καὶ τῷ ὀργάνῳ· ἴδε οὖν σεαυτὸν χωρὶς σώματος, καὶ ἐννόησον τὸ ᾄδειν. Νόησόν σου καὶ τὸ σῶμα, καὶ ὅρα τὸ ψάλλειν. Ἄδει γὰρ τῷ Θεῷ ὁ διὰ ὑγιῶν δογμάτων τὴν ψυχὴν παιδευόμενος, ὁ τὰς πρεπούσας αὐτῷ θεολογίας ἐκ διανοίας κεκαθαρμένης ἀναπέμπων. Ψάλλει δὲ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ὁ διὰ τῶν τοῦ σώματος κι-

quod igne urente, oportuerit ceram tabescere, ut tantum modo mel supersit, dixit: « Ignem veni mittere in terram et utinam jam comburat! » Non simpliciter dixit aboleri peccatores, sed *a facie Dei.* Ac sicut alicubi cera coram igne, sic non destructa spirituali substantia, sed facultate qua quis peccator est; neque etiam tabefacta cera in nihilum convertitur, sed ignis in substantiam transmittitur, sublata qualitate ceræ.

v. 4. *Exultent in conspectu Dei, delectentur in lætitia.*

Ubi autem addidit: *exultent,* ostendit, minime adversus homines hanc postulationem prolatam fuisse, sed adversus dæmones; quod evanescunt et futiles fiunt, ideo exultare gentes, hymnisque suis celebrare Deum qui salvavit eas. Neque congruum est ut tantummodo *exultent,* nisi et addatur quod necessarium est auctarium, nimirum *in conspectu Dei,* quæ ut digna sit oculis Dei exultatio, ea non est sæcularis, sed fructus Spiritus.

v. 5. *Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus, iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi, et exultate in conspectu ejus.*

Quemadmodum, si mihi contingat cantum dicare imperatori, necesse mihi erit nosse qualia imperator accepta cantica habeat, ut canendo illi placeam: ita, si canticum oblaturus sum Domino, oportebit me edoceri carmina quæ Dominum delectantur, ut super tono audito canam Domino. At quando quidem sensilia fiunt gradus inferiores ad meliora percipienda, sciendum est quomodo cantor utatur pura voce, psaltes autem etiam instrumento: vide ergo temetipsum, secluso corpore, et intellige canendi opus. Intuere etiam tuum corpus, et vide quid sit psallere. Canit enim Deum ille qui per sana dogmata animam erudiens,

νήσεων, διὰ τῆς τῶν αἰσθητηρίων χρήσεως, τοιαῦτα πράττων ὡς δοξάζεσθαι παρὰ τοῖς ὁρῶσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὥσπερ ὁ τεχνίτης, ἐν ᾧ ψάλλει, οὐ συγκεχυμένως κρούει τὰς χορδὰς, ἀλλ' οἶδε τοὺς καιροὺς καὶ τοὺς τόπους, καί ποτε μὲν τήνδε, ποτε δὲ τήνδε κρούσει· οὕτως ὁ εἰδὼς ψάλλειν τῷ τοῦ σώματος ὀργάνῳ, ῥυθμίζει αὐτὸ τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἶδε πότε κινήσει τὴν χορδὴν, τὴν χεῖρα ἢ τὸν πόδα, ἵνα περιπάτῃ ὡς δέον, ἵνα πράττῃ τὸ πρέπον· τὸν ὀφθαλμὸν, ἵνα μὴ ἐκμελὲς ἴδῃ καὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι· τὸ οὖς, ἵνα μὴ παραδέξηται ἀκοὴν ματαίαν· τὸ στόμα, ἵνα μὴ λαλῇ ἀργὸν ῥῆμα. Ἔστι καὶ τῇ χορδῇ τῆς κοιλίας χρήσασθαι ἐμμελῶς, ὅτε εἰς δόξαν Θεοῦ ἐσθίομεν καὶ πίνομεν.

Ἐπὶ δυσμῶν. — Δυσμαί εἰσι φύσεις λογικαὶ ἐκπεσοῦσαι τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου. — Ὁδοποιήσατε. Ζητεῖ καὶ ἐν σοὶ περιπατῆσαι ὁ Κύριος, καὶ βλέπων ἀκάνθας, ἡδονὰς καὶ μερίμνας ἐν σοὶ, ἄλλους ζητεῖ περιπάτους καθαρωτάτους, καὶ σὲ καταλείπει· ἐπιβήσεται δὲ σοὶ, ὅταν δύῃ ὁ ἐναντίος τῷ ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης, ἥλιος ὁ Σατανᾶς, ὁ μετασχηματιζόμενος εἰς ἄγγελον φωτός· εἰσὶ γοῦν τινες ἐν τῷ νόμῳ, ἕως μὲν ἀνατέλλει ἑαυτοῖς ὁ τῆς ἀδικίας ἥλιος, ἀκάθαρτοι· ἐὰν δὲ δύῃ, καθαροί· δυέτω σοι πάντα σοι φωτίζειν νομιζόμενα, καὶ δεδοξασμένα ὑπό σου καὶ θαυμαζόμενα· δυέτω φιλαργυρία, δυέτω ἀλλοτρία διδασκαλία, δυέτω πορνεία, ἣν ἐνόμιζες διὰ τὴν ἡδονὴν εἶναί τι ἀγαθὸν, ἵνα ἐπεβῇ ὁ Κύριος ποιήσαντί σοι δυσμὰς τῶν ἐναντίων.

Ὁδοποιήσατε. — Εὐτρεπεῖς γενέσθαι φησιν εἰς τὸ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης πορεύεσθαι, τοῦ ἐπ' ἔσχατα Χριστὸν ὀφθῆναι ἐν σαρκὶ τοῖς ἐπὶ γῆς ἢ τοῖς ἐπιβεβηκόσιν ἐπὶ δυσμῶν, τῶν μέχρι ᾅδου πεποιημένων τὴν κάθοδον.

theologicas laudes Deo dignas ex mente repurgata dicat. Psallit autem nomini ejus, ille qui dum corporis actus movet solito usu sensuum, ea peragit quæ gloriosum coram spectantibus nomen ejusdem Dei faciunt. Et quemadmodum melodus, dum psallit, non confuse chordas exciet, sed intelligit tempora et loca, ac modo hance, illamve modo chordam percutiet: ita qui peritus est psallendi cum corporis instrumento, hujusce rhythmum verbo Dei accommodat, et novit quandonam rite movebit chordam, manumve aut pedem, ut ambulet ubi oporteat, ut congruum actum agat; sive oculum, ut nihil ineptum cernat, neque ad concupiscendum; sive aurem, ne unquam percipiat vanum auditum; sive os, ne otiosum proferat verbum. Immo etiam apte utendum est chorda ventris, quando ad gloriam Dei manducamus et bibimus.

Super occasum. Occasus sunt spiritus qui ex sole justitiæ ceciderunt. *Iter facite.* Dominus etiam in te avet ambulare, ac videns inesse tibi spinas voluptatum et sollicitudines, quærit alios itineris socios purissimos, teque deserit. Ascendet tibi, quando cadet sol ille Satanas, soli justitiæ infensus, larva referens angelum lucis. Sunt igitur in lege nonnulli impuri, quamdiu in eis oritur sol injustitiæ: sin occiderit, puri sunt. Tibi occidant quæcumque luculenta reputas, et gloriosa ac mirabilia. Occidat pecuniæ amor, occidat aliena doctrina, occidat fornicatio, quam tu ob voluptatem, esse aliquod bonum censebas, unde ascendat Dominus in te, si coram illo stravisti adversarios occasus. *Iter facite.* Belle paratos esse ait ad eundum iter illud, quo in novissimis cernitur Christus carne accinctus, tum hominibus super terram, tum iis qui descenderunt in Occasum, cujus descensio ad inferos usque pertingit.

v. 6. Ταραχθήσονται ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, πατρὸς τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν.

Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου γίνεται· οὗτος οὖν ὁ πατήρ σου, ἐὰν ἁμαρτάνῃς, ἀποθανέτω. Ἐάν σοι ἀποθάνῃ, σοὶ οὐ ζῇ, κἂν ἄλλοις δοκῇ ζῆν. Γενοῦ ὀρφανὸς, καὶ οὐκέτι χρήσῃ τοιούτῳ πατρὶ, ἀλλ' ἐκείνῳ ὅς σε ὡς ὀρφανὸν ἄλλον ἀναλήψεται. Πάλιν μνηστεύσεται τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν ὁ Χριστός· παρανόμως δὲ ὁ διάβολος βούλεται αὐτῆς νυμφίος γίνεσθαι, ἵνα ποιήσῃ αὐτὴν ἐφθαρμένην· ἡ ψυχὴ οὖν σου χήρα γενέσθω ἐκείνου, ἵνα σοι κρίνῃ τὰ δίκαια ὁ Θεὸς καταλίποντι τὸν ἀνόμως συνῳκηκότα καὶ τὸν κατὰ κακίαν γεννήσαντα. — Ὀρφανός ἐστιν ὁ στερηθεὶς διὰ κακίαν τοῦ ἐπουρανίου Πατρὸς, ὃν αὐτὸς ἑκὼν ἐπάσπατο.

Τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα λελατρευκότες ὀρφανοί τινες ἦσαν· κατὰ τὸν δὲ κόσμον ἀνεπικούρητοι παντελῶς καὶ πρὸς πᾶσαν πλεονεξίαν ἑτοιμοί. Ἐπειδὴ δὲ πεπιστεύκασι, πεπλουτήκασι Πατέρα τὸν Θεὸν, διὸ γὰρ τῆς τῶν χηρῶν κηδεμονίας καὶ τῆς τῶν ὀρφανῶν ἐπιμελείας τὸ δίκαιον αὐτοῦ τῆς προνοίας ἐδήλωσεν, τῶν ψυχῶν τῶν ὀρφανῶν καὶ τῶν ἀβοηθήτων θόσων. — [Νόει] ὀρφανοὺς τὰ ἔθνη, ὡς μὴ ἔχοντα τὸν Θεὸν πατέρα, χήραν δὲ τὴν ἐκκλησίαν, ὡς μὴ λαβοῦσαν ἄνδρα τὸν Χριστὸν, τούτων γὰρ ἕνεκεν καὶ ἀπόθανεν.

v. 6. *Turbabuntur a facie ejus, patris orphanorum et judicis viduarum.*

Quicumque facit peccatum, ex Diabolo oritur. Ipse ergo idem pater tuus, si peccaveris, moriatur. Si tibi mortuus est, tibi non vivat, etiamsi aliis videatur vivere. Orphanus fias, neque amplius simili utere patre, sed illo qui te veluti alium orphanum assumet. Iterum humanæ animæ memor erit Christus. Sed ausu nefario vult Diabolus hujus animæ sponsus fieri, ut eam faciat scortum. Tua igitur anima vidua hujus sponsi fiat, ut Deus justa tibi judicet, qui deseruisti male tibi conjunctum et malignos fetus generantem. Orphanus est, qui per malitiam orbatus est cœlesti patre, quam sponte amplexus erat.

Qui creaturam pro Creatore coluerunt, quidam orphani erant, ac secundum sæculum quocumque prorsus auxilio destituti, ac parati ad subeundam vim et tyrannidem. Postquam autem crediderunt, suas habuere divitias, patrem Deum. Etenim per tutelam viduarum et procurationem orphanorum, quam justa sit providentia sua, ostendit, animas veluti orphanas et auxilio orbatas vindicans. — Intellige orphanos esse populos qui Deum non habent patrem; viduam autem Ecclesiam quæ nondum sponsum susceperat Christum: horum enim gratia, mortuus est.

v. 7. Ὁ Θεὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ. Ὁ Θεὸς κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ, ἐξάγων πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ, ὁμοίως τοὺς παραπικραίνοντας, τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις.

Τόπος Θεοῦ, ψυχὴ καθαρά· διὸ ἐπιφέρει, ὁ Θεὸς κατοικίζειν μονοτρόπους, τοὺς αὐτῷ καὶ μόνῳ ἀναθέντας τὴν οἰκείαν ζωὴν, πάσης διψυχίας καὶ κοσμικῆς αὐτῆς ἐπιθυμίας

v. 7. *Deus in loco sancto suo, qui inhabitare facit unius moris in domo, qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.*

Locus Dei, anima pura. Ideo subjicit: Deus inhabitare facit unanimes, qui in ipso in eoque solo posuere vitam suam propriam, divortium animæ quodcum-

v. 6. Vat. 15.

v. 7. Vat. 2, 5, 6. Ps. XLIX, 9.

ἀλλοτριάσαντες, οὓς καὶ ἐν τῇ οὐρανίῳ πόλει κατοικίζει. — Ὥσπερ τοὺς πεπεδημένους ἐξάγει ἐν ἀνδρείᾳ, οὕτως καὶ τοὺς ἀδίκους ἐξάγει ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς ἄφρονας ἐν φρονήσει. — Ὁμοίως τῷ εἰρημένῳ τοῖς ἐν δεσμοῖς· Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει· Ἀνακαλύφθητε. Δεσμοὺς δὲ καὶ σκότος τὴν τῶν δαιμόνων λατρείαν λέγει.

que et mundanam concupiscentiam repudiantes, quos ipse porro incolas in cœlesti civitate collocat. Sicut vinctos educit in fortitudinem, ita et iniquos educit in justitiam, et stultos in sapientiam. — Simile est quod dicitur vinctis: «Exite, et stantibus in tenebris: Revelemini». Vincula autem et tenebras dicit dæmonum cultum.

v. 8. Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ διαβαίνειν σε τὸν ἔρημον. Διάψαλμα. Γῆ ἐσείσθη, καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν ἀπὸ προσώποο τοῦ Θεοῦ τοῦ Σινά.

v. 8. *Deus, cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto,* [*diapsalma*] *terra mota est, etenim cœli distillaverunt a facie Dei Sinai.*

Ὡσαύτως, ὁ Θεὸς, προερχομένου σου πρὸ τοῦ λαοῦ σου, βαίνοντος διὰ ἀδικήτου, γῆ ἐσείσθη, οὐρανὸς δὲ ἔσταξεν, μέλλων, φησί, διαβαίνειν εἰς τὴν ἔρημον ἐκείνην, καὶ ἀοίκητον, καὶ μηδέπω δεξαμένην τοῦ φωτὸς τὴν ἀκτῖνα, ἐκλόνησα γῆν μὲν καὶ συνέσεισεν· οὐρανόθεν δὲ τὰς τῆς χάριτος ψεκάδας ὑπέσταξεν· γέγονε δὲ τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τότε γὰρ ἡ γῆ ἐσείσθη, τό τε δὲ μετὰ τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπάνοδον· τηνικαῦτα γὰρ ἐπεφοίτησεν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, οἷόν τινας δρόσου ψεκάδας μιμούμενος, τοῖς ἀποστόλοις· εἶτα σαφέστερον Ἰουδαίους διδάσκων τὸν πάντα ταῦτα δρῶντα, ἐπήγαγεν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐν τῷ Σινᾷ φανέντος.

Similiter cum tu, Deus, procedis ante populum tuum, gradiens contra injustum, terra tremuit, cœlum distillavit. Ingressurus, ait, in hoc desertum, incolarum expers, neque ullum luminis radium recipiens, terram succussi, et contremuit. Cœlitus vero distillavit gratiæ stillas: horum autem prius sub cruce factum est, tunc enim terra mota est; posterius vero post reditum in cœlum. Tum enim Spiritus gratia supervenit, tanquam aliquot roris stillas imitata, super apostolos; exinde clarius Judæos edocens de auctore harum omnium rerum, eduxit eos a facie Dei, qui in monte Sina apparuit.

v. 10. Βροχὴν ἑκούσιον ἀφορεῖς, ὁ Θεὸς, τῇ κληρονομίᾳ σου.

v. 10. *Pluviam voluntariam segregabis, Deus, hæreditati tuae.*

Τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμά φησι βροχήν· καταβήτω ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον· ἑκούσιον δὲ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς νομικῆς λατρείας· ἐκεῖνος γὰρ οὐκ ἦν αὐτοῖς ἑκούσιος, κατὰ τό· Τίς ἐκζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν μου;

Prædicationem evangelii pluviam dicit. «Descendat sicut pluvia in vellus.» *Voluntariam* vero, in oppositione legalis ministerii, quod Judæis voluntaria non fuit, juxta illud: Quis ista requisivit ex manibus meis?

v. 18. Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον.

v. 18. *Currus Dei decem millibus multiplex.*

Ἅρμα τοῦ Θεοῦ, ψυχαὶ καθαραί, αἷς ἐπέβη ὁ καθαρὸς Θεός, ᾧ ὑποζεύγνονται τῶν εὐθυνόντων αἱ χιλιάδες.

Currus Dei, animæ puræ, in quas purus ascendit Deus, currus cui subjugantur decem millia recte currentium.

v. 8. Vat. 6. Cf. Athanas. Corder. II, 343.

v. 10, 18. Vat. 6, 12. Ps. LXXI, 6.

v. 19. Ἀναβὰς εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν· ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώπῳ, καὶ γὰρ ἀπειθοῦντες τοῦ κατασκηνῶσαι.

Αἰχμαλωσία ἐστι Χριστοῦ φύσεως λογικῆς ἀπὸ κακίας καὶ ἀγνωσίας ἐπ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἐπάνοδος. Καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας τοῦ κατασκηνῶσαι οὐκ ἀπέβλεψα, φησίν, εἰς τὴν δευτέραν αὐτῶν ἀπείθειαν, ἀλλὰ καὶ ἀντιλέγοντας ὁρῶν ἐπέμεινα ἕως αὐτοὺς οἰκητήριον, ὅτι οἰκεῖον, ἀπέφηνα.

v. 19. *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, accepisti dona in homine; etenim non credentes inhabitare fecisti.*

Captivitas capta Christi est, naturam rationalem a malitia et ignorantia ad virtutem et scientiam revocare. Eos enim qui non credunt ut inhabitent, non respexi, inquit, in secunda illorum infidelitate, sed videns eos contradicere, sustinui, donec eis uti proprium manifestaverim domicilium.

v. 22. Πλὴν ὁ Θεὸς συνθλάσσει κεφαλὰς ἐχθρῶν αὐτοῦ.

Ἐχθρῶν κεφαλαὶ τὰ πρώτως ἐκ τῶν δαιμόνων συμβαίνοντα τὰ νοήματα τῇ ψυχῇ.

v. 22. *Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum.*

Capita inimicorum sunt illæ cogitationes quæ ex dæmone tum primum incidunt in animam.

v. 24. Ὅπως ἂν βαφῇ ὁ ποῦς σου ἐν αἵματι, ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν σου ἐξ ἐχθρῶν παρ' αὐτοῦ.

Ποῦς Χριστοῦ, ὁ ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος, ὅστις διὰ τοῦ πάθους ἐβάφη τῷ αἵματι· ὅπερ αἷμα κωλύουσιν ἡμᾶς οἱ ἐχθροὶ πίνειν, κύνας ἡμᾶς ἀεὶ βουλόμενοι εἶναι, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Οἴδασιν γὰρ ὅτι οἱ τρώγοντες τοῦ Χριστοῦ τὰς σάρκας καὶ πίνοντες αὐτοῦ τὸ αἷμα ἐν αὐτῷ μένουσιν, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτοῖς.

v. 24. *Ut intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.*

Pes Christi homo est ex Maria natus, ille qui per passionem tinctus est sanguine; quem sanguinem ne nos canes manducemus, prohibent inimici, nos canes esse semper volentes, neque ullatenus ire in agnitionem veritatis. Sciunt enim quod qui comedunt carnes Christi, et bibunt ejus sanguinem, in ipso manent, et ipse in eis.

v. 28. Ἐκεῖ Βενϊαμὶν νεώτερος ἐν ἐκστάσει.

Περὶ Παύλου τοῦτό φασι προφητεύεσθαι.

v. 28. *Ibi Benjamin in mentis excessu.*

Dicunt id fuisse de Paulo prædictum.

v. 33. Αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς, ᾄσατε τῷ Θεῷ, ψάλατε τῷ Κυρίῳ. Διάψαλμα.

Αἱ βασιλεῖαι, ἃς ἔδειξεν ὁ διάβολος τῷ Κυρίῳ, ἃς λαμβάνει, οὐκ ἀπὸ τοῦ εἰπόντος· Πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκύνῃς μοι, ἀλλ' ἀπὸ αἰτήσασθαι τὸν Πατέρα ἔθνη κληρονομίαν ἑαυτῷ.

Τὸ διάψαλμα κεῖται διὰ τό· Ἰδοὺ δώσει τῇ φωνῇ αὐτοῦ φωνὴν δυνάμεως.

v. 33. *Regna terræ, cantate Deo, psallite Domino. Diapsalma.*

Regna terræ sunt, quæ Diabolus ostendit Domino; quæ Christus recipit, non ab isto dicente: « Omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me », sed ex eo quod a Patre petiit gentes in hæreditatem. — Diapsalma hic ponitur, ob illud proximum: *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.*

v. 19. Vat. 2, 3. Cf. Heracl. p. 330.
v. 22. Vat. 5.
v. 28, 33, Vat. 5.
v. 33. Vat. 5, 12, 16. Cf. Matth. IV, 9.

v. 34-36. Τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολάς,... καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν νεφέλαις.

Οἶμαι δὲ αὐτὸν νεφέλας λέγειν τοὺς ἀγγέλους, αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ διδάσκοντες ἡμᾶς· δύναμις δὲ τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστός ἐστιν. — Ἐν ταῖς νεφέλαις, αἷς ἐντελεῖται τοῦ μὴ βρέχειν ὑετὸν ἐν οἷς τέθεικε τόξον αὐτοῦ, ἐν ταύταις δὲ ἁπαργησόμεθα εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου.

v. 34. *Ascendenti super cœlum cœli ad Orientem... Et virtus ejus in nubibus.*

Puto autem ab eo nubes dici angelos. Ipsi enim sunt qui edocent nos. Virtus autem Dei Christus est. — *In nubibus,* quibus præcipitur ne pluant imbrem, quibus posuit arcum suum. In iisdem vero rapiemur in occursum Domini.

v. 34-36. Vat. 5, 14.

Psalmus LXVIII.

v. 2, 3. Σῶσόν με, ὁ Θεός, ὅτι εἰσέλθωσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου, ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις· ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης. *Vat.* 665, 1.

Ὕδατα λέγει τοὺς λογισμοὺς καὶ τοὺς πειρασμοὺς τοὺς εἰσερχομένους εἰς τὴν ψυχήν. Ταῦτα γὰρ ἡ ἀνθρωπεία ἐπεπόνθει φύσις, κατενεχθεῖσα διὰ τῆς ἁμαρτίας εἰς τὸν θάνατον, καὶ εἰς αὐτὸν τοῦ ᾅδου τὸν χῶρον, ὃν καὶ ὕλην βυθοῦ καὶ βάθος θαλάσσης ἐν τοῖς παροῦσιν ὀνομάζει.

v. 2, 3. *Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque animam meam, infixus sum in limo profundi, et non est substantia; veni in altitudines maris.*

Aquas vocat tentationes et vexationes, quæ animam aggrediuntur. Hæc enim pati solet humanitas, per peccatum in mortem involuta, et in ipsum inferni locum, quem limum altum, altitudinemque maris in his versiculis vocat.

v. 13. Κατ' ἐμοῦ ἠδολέσχουν οἱ καθήμενοι ἐν πύλῃ.

Ἀεὶ γὰρ καθεζόμενοι ἐν ταῖς πύλαις τοῦ ἱεροῦ, Ἰουδαῖοι ἔλεγον· Τίς ἂν εἴη ὁ ἄνθρωπος τοῦτος;

v. 13. *Adversum me loquebantur qui sedebant in porta.*

Semper enim considentes in foribus templi, Judæi aiebant: « Quis est homo iste? »

v. 14, 15. Ἐγὼ δὲ τῇ προσευχῇ μου

v. 14, 15. *Ego vero in oratione mea ad*

Ps. LXVIII, v, 2. Vat. 16. Dividit hunc Psalmus Origenes cum vulgato in psalmos Athanasio, cui plura ex nostris data sunt. Sed fortasse totum altius repetundum est. Neque enim Athanasio brevi et conciso, neque Origeni philologico, sed potius Alexandrinis senioribus quadrat archaïca facundia commentarii, qualem repperimus ad psalmum XXXVII. Idem quippe τὸ ὕφος, eadem apposita cæsim juncta, immo eadem illa prosopopœia Christi patientis Patrem alloquentis, ut in v. 6. apud Athanasium: Γέγονε γάρ, κατὰ τὸν ἱερὸν ἀπόστολον, ὁ τοῦ Κυρίου σταυρός, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνοις δὲ μωρία. Σὺ οὖν, ὦ Πάτερ, φησίν, ἔγνως τὴν διὰ τοῦ σταυροῦ οἰκονομίαν. " Tu igitur, o Pater, inquit, nosti œconomiam crucis. „ Et in v. 7: Ἐπειδὴ ἐγώ, φησί, κατεδεξάμην ὑπὲρ αὐτῶν γεύσασθαι θανάτου, ἀναιρεθείη ἡ πάλαι κατ' αὐτῶν γενομένη διὰ τὸν θάνατον αἰσχύνη. " Quando, inquit, in me suscepi gustare pro illis mortem, aboleatur ipsis illata olim per mortem infamia. „

v. 13, 14, 15. Vatic. 12, 14. Nostra partim apud vulgatum Athanasium minus recte referuntur ad v. 16, 17, ex quo tamen quædam recepta sunt. — Cf. Hebr. v, 7, ac nota locum Pauli non referri ad clamorem Christi in cruce, sed ad agoniam in horto, Luc. XXII, 42-44. — Ubi δελέασαι τὸν Σατανᾶν, et in fine, respicitur ád Valentiniana somnia, quæ tunc temporis nondum evanuerant, immo sæviebant sub Senioribus Alexandrinis, nec nisi, florente Origene, deridebantur.

πρὸς σὲ, Κύριε, καιρὸς εὐδοκίας ὁ Θεὸς, ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου, ἐπάκουσόν μου ἐν ἀληθείᾳ τῆς σωτηρίας σου. Σῶσόν με ἀπὸ πηλοῦ, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ, ῥυσθείην ἐκ τῶν μισούντων με καὶ ἐκ τοῦ βάθους τῶν ὑδάτων.

Ὅρου κατάρας φρικτῆς προκειμένου, ἵνα κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται, ἢ διδάξῃ ἡμᾶς παρ' ὃ ὁ Παῦλος ἐδίδαξεν, ἀνάθεμα ἔστω, τίς ἐστιν ὁ ὑποκεφαλίσαι Παῦλον, μᾶλλον δὲ τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ, δυνάμενος; Οὐκοῦν αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐν τῷ Παύλῳ λαλῶν, περὶ ἑαυτοῦ καὶ εἰς ἑαυτὸν τὴν τοιαύτην εὐχὴν ἀναφέρει, καὶ μαρτυρεῖ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ, ὅτι ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, τουτέστιν ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐρχόμενος, δεήσεις καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν ἐκ θανάτου, τουτέστι πρὸς τὸν Πατέρα, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσήνεγκε, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ Υἱὸς ὢν, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθεν, τὴν ὑπακοήν. Ἐνταῦθα Παῦλος καὶ τὰ σεσιγημένα καὶ λείποντα τοῖς εὐαγγελισταῖς ἡμᾶς ἐδίδαξε, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς λέγων γενέσθαι τὴν προσευχὴν, τό· Πάτερ, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. Οὐκ ἐν ὑποκρίσει ἐπὶ τὸ δελεάσαι τὸν Σατανᾶν, οὐ τὸ τοῦ κόσμου οἰκειούμενος θέλημα, ἀλλ' ἐξ οἰκείου προσώπου Χριστὸς οἰκονομικῶς ἑκουσίως προσεύχεται μετὰ κραυγῆς, μετὰ δακρύων, μετὰ ἱδρωτος, καὶ θρόμβου αἵματος, μετὰ ἀγγέλου ἐνισχύοντος, καὶ οἱονεὶ παρακαλοῦντος· καὶ παρηγοροῦντος αὐτὸν, καίπερ Υἱὸς Θεοῦ ἀληθὴς ὑπάρχων, καὶ ἐν ἀγωνίᾳ γενόμενος προσηύχετο, ὥς φησιν εὐαγγελιστὴς, ἀλλὰ καὶ ἐκτενέστερον, ἀλλὰ καὶ δὶς, ἀλλὰ καὶ τρὶς τὴν εὐχὴν τῷ Πατρὶ προσάγει. Τοῦ οὖν Παύλου, μᾶλλον δὲ, πάλιν λέγω, τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐν αὐτῷ τῷ Παύλῳ λαλοῦντος, εἰς ἑαυτὸν ἀναφέροντος τὴν τοιαύτην προσευχὴν, τίς ἐστιν ὁ παραχαράξαι δυνάμενος ἃ αὐτὸς ὁ Χριστὸς περὶ ἑαυτοῦ ἐμαρτύρησεν;

te, Domine, tempus beneplaciti Deus, in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ. Eripe me de luto, ut non infigar, libera me ab his qui oderunt me, et de profundo aquarum.

Quum tremendum exstet dirarum decretum, quo etiamsi Angelus de cœlo annuntiaverit, docueritve nos quidquam præter quod Paulus edocuit, anathema sit, quis est qui Paulo adversa fronte obsistere possit, tum maxime quum in eo Christus loquatur? Christus ergo in Paulo loquens, de se et ad seipsum refert illam precàtionem, et in epistola ad Hebraeos testatur, « quod in diebus carnis suæ », nimirum quando ad crucem processit, « obsecrationes et supplicationes ei qui potens erat salvum eum a morte facere, » id est Patri, « cum clamore valido atque lacrymis offerebat, et exauditus est præ reverentia.» Quantumvis Filius erat, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam. Hoc loco Paulus ea quæ silentio ab evangelistis prætermissa sunt, edocuit, quando dixit: « cum clamore valido, has fuisse preces emissas: » « Pater, transeat a me calix iste! » non simulate, quasi Satanam inescaret ac deciperet, non quod mundi voluntatem faceret suam, sed Christus ex propria persona, suaque dispensatione et sponte sua, precatur « cum clamore, cum lacrymis, » cum sudore, cum fluxu sanguinis, cum angelo qui confortat eum, et quasi consolatur et hortatur. Etiamsi verus Dei Filius esset, sed factus in agonia deprecabatur, ut ait evangelista, immo prolixius, et usque bis, et usque ter orationem Patri ingeminat. Paulo igitur, quin immo, iterum dico, Christo qui in ipso Paulo loquebatur, eamdem orationem ad se referente, quis est qui perperam adulterare audeat ea quæ ipse Christus de se testificatus est?

v. 23. Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν εἰς παγίδα.

Αὐτὴ τοίνυν ἡ τράπεζα κηρύσσει Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρίαν. Αὐτὴ ἡ τράπεζα μὴ νοουμένης τῆς γραφῆς, γεγένηται τοῖς Ἰουδαίοις εἰς παγίδα. Οὐ πᾶσι δὲ ἡ τράπεζα τοιαύτη ἦν, ἀλλ' ἐνώπιον τοῦ λαοῦ ἐκείνου. Ἐπίστησον δὲ εἰ τράπεζα δύναται λέγεσθαι ὁ Χριστὸς, σοφία τυγχάνων ἡ λέγουσα· Ἔλθετε, φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ ὁ ἄρτος ζῶν, ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς, οὗ ἡ σὰρξ ἀληθινή ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμα ἀληθής ἐστι πόσις. Καὶ γὰρ γέγονεν Ἰουδαίοις εἰς σκάνδαλον καὶ εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν, τῷ ἐκδικεῖσθαι πᾶν αἷμα τὸ ἀπὸ Ἄβελ ἕως Ζαχαρίου, ἀπὸ τῆς γενεᾶς ἐκείνης, ἐφ' ἧς οἱ ἄρτοι καὶ τὸ ἄριστον, αἱ γραφαὶ εἰσὶν παγὶς, καὶ σκάνδαλον ὑπαρχουσιν τοῖς μόνῳ τῷ γράμματι προσαναπαυομένοις.

v. 23. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.*

Hæc mensa igitur prædicat Christum cruci affixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Hæc mensa ipsa Scripturæ, non intellectæ, facta est Judæis in laqueum. Haud omnibus tamen talis mensa erat, sed coram ipso illo populo. Disce autem an mensa vocari possit Christus, qui est sapientia illa, dicens : « Venite, manducate panem meum; et qui est vivus panis, de cœlo delapsus : cujus caro verus est cibus, et sanguis verus est potus. » Etenim factus est Judæis in scandalum, et in laqueum, et in retributionem, ut vindicaretur omnis sanguis ab Abel usque ad Zachariam ex generatione ista, pro qua Scripturæ, panes quidem et convivium, laqueus sunt et scandalum, ut qui sub sola littera omnino prostrati jacent.

v. 24. Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νότον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαψον.

Πῶς γὰρ οὐκ ἐσκοτίσθησαν, μὴ δεξάμενοι τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον; ἐπήγαγεν αὐτοῖς τὸ ζοφωδὲς νέφος τῶν συμφορῶν, εἰς δουλείαν αὐτῶν καταψηφίσαι δέσποτας, ἵνα οἷς ποιοῦσιν, περιπέσωσιν εἰς ἐπίπονον ἐργασίαν συγκεκοφότες. Οὐ γὰρ πρόσκαιρος αὐτοῖς, ὥσπερ ἐπὶ Βαβυλονίων, γέγονεν ἡ αἰχμαλωσία,

v. 24. *Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva.*

Quomodo enim non obscurati sunt, qui noluerunt solem justitiæ recipere? Induxit eis tenebricosam nubem calamitatum, in servitutem, cum eis decreverit dominos per quos ob facinora sua irruant in gravem laborem incurvati. Non jam enim precaria, ut apud Babylonios, captivitas ingruit.

v. 34. Ὅτι εἰσήκουσε τῶν πενήτων ὁ Κύριος, καὶ τοὺς πεπεδημένους αὐτοῦ οὐκ ἐξουδένωσεν.

Ταῦτα γνόντες, φησὶν, οἱ τῷ πνεύματι πτωχοὶ ἀγαλλιαθήσονται· λέγουσι δὲ ταῦτα οἱ ἀπόστολοι διὰ τοὺς δι' αὐτῶν πιστεύσαντας.

v. 34. *Quoniam exaudivit pauperes Dominus, et vinctos suos non despexit.*

Quorum memores, inquit, in spiritu pauperes exultabunt. Hæc vero dicunt Apostoli per eos qui ope illorum crediderunt.

v. 23. Vat. 14. 1 Cor. 1, 25. Prov. IX, 15. Joan. VI, 33, 51, 56. Luc. XI, 31. Quæ apud BB. dissoluta sunt et mutila. Nolim theologi leviter legant eucharistica tantæ vetustatis testimonia, neque fastidiant archæologi hunc canonem : Οἱ ἄρτοι καὶ τὸ ἄριστον, αἱ γραφαί, vel τράπεζα, Χριστός, ut S. Melito : *Mensa, Christus Dominus.*
v. 24, 34. Vat. 16.

Psalmus LXIX.

v. 3. Αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν.

Ζητοῦσιν αὐτὴν οἱ πρὸς κακίαν καὶ ἀγνωσίαν αὐτὴν προτρεπόμενοι· ἐτράπουντο εἰς φυγὴν μετ' αἰσχύνης, τὴν ἐμὴν ὁρῶντες μεταβολήν.

v. 4. Ἀποστραφείησαν παραυτικὰ αἰσχυνόμενοι οἱ λέγοντές μοι· Εὖγε, εὖγε!

Τό· Εὖγε, εὖγε οἱ δαίμονες λέγουσιν ἁμαρτάνουσιν ἡμῖν. Ἔστιν δ' ὅτε καὶ γελῶτα ἐπέμπουσιν, ἐμπαίζοντες ἡμῖν καὶ ἐναντιούμενοι.

v. 5, 6. Καὶ λεγέτωσαν διαπαντός· Μεγαλυνθήτω ὁ Θεός, οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου. Ἐγὼ δὲ πτωχὸς καὶ πένης... Καὶ ῥυστής μου εἶ σύ, Κύριε, μὴ χρονίσῃς.

Σωτήριον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὁ μονογένης αὐτοῦ Υἱός. Ἐγὼ δὲ πτωχὸς καὶ πένης, Χριστός φησιν, ἑκουσίως πτωχεύσας διὰ τὸν ἄνθρωπον, ἵνα πλουτίσῃ ἐκεῖνον. — Μὴ χρονίσῃς· τῆς γὰρ σῆς προμηθείας τετύχηκα. Τὸ δέ· μὴ χρονίσῃς ἀντὶ τοῦ· ἐπάρχω ὡς τάχιστά, καὶ μὴ ἀναβάλῃς τὴν αἴτησιν.

v. 3. *Confundantur et revertantur qui quaerunt animam meam.*

Quaerunt eam, ut eam abducant in malitiam et ignorantiam. *Convertantur* in fugam cum ignominia, videntes meam mutationem.

v. 4. *Avertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, euge!*

Euge, euge, clamant dæmones nobis peccantibus; immo vero fit, ut risum in nobis emittant, nos deridentes et oppugnantes.

v. 5, 6. *Et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus et pauper sum... Et liberator meus es tu, Domine, ne moreris.*

Salutare Dei et Patris est Christus, Unigenitus Dei filius. *Ego vero egenus et pauper sum,* ait Christus qui pauperem se fecit propter hominem, ut eum faceret divitem. — *Ne moreris,* videlicet auspicare quam celerrime, neque rejicias deprecationem.

Ps. LXIX, v. 2. Vat. 5, 6, 7, 14.
v. 4. Vat. 2, 3, 5, 7, 14. In hoc psalmo plura dividit cum vulgato Theodoreto Origenes, cui communi consensu codd. nostri tribuunt scholia in v. 4, 5, 6.
v. 5, 6. Iidem codd. Vat. una cum Florent. Plut. VI, 3. „Christus pauper factus, ut hominem ditaret," sententia est Origeni solemnis.

Psalmus LXX.

v. 1, Τῷ Δαυὶδ, υἱῶν Ἰωναδὰβ καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων, *Vat.* 667, 1.

Ὠριγένους, Ἀθανασίου ὑπόθεσις. Οἱ υἱοὶ τοῦ Ἰωναδὰβ γεγόνασιν ἄνδρες εὐλαβεῖς καὶ

v. 1. *Ipsi David psalmus filiorum Jonadab et priorum captivorum.*

ORIGENIS, ATHANASII ARGUMENTUM. Jonadab filii fuere viri religiosi et justi,

Ps. LXX. Prolixum procemium, ex parte licet editum apud vulgatum Athanasium, haud indignum censui incremento et emendatione juxta codd. Vat. 12, 14. Etiam colligenda de filiis Jonadab varietas apud Corder. ὡς καὶ μάρτυρα τῆς αὐτῶν ἀρετῆς γενήσεσθαι Θεῷ τὸν προφήτην διαλεγόμενον Ἱερεμίαν. Præterea notat Theodoretus reapse filios Jonadab non fuisse primos captivos, „quando quidem, ait, beatus Hieremias vinum ipsis adferre a Deo jussus fuit, ut Judæos redargueret." Silent Hexapla edita de inscriptionis varietate, cujus utinam expositio fieret in codd. minus ambigua et dissoluta. Cf. Rom. X, 6. 1 Cor. XV, 22.

δίκαιοι, καὶ τῶν τοῦ πατρὸς ἐντολῶν φύλακες ἀκριβεῖς· καὶ οὕτω θεοσεβεῖς καὶ τὸ ἦθος χρηστοί, ὡς καὶ μάρτυρα τῆς αὐτῶν ἀρετῆς γενέσθαι τὸν Θεὸν, τῷ προφήτῃ διαλεγόμενον Ἱερεμίᾳ. Ἐπὶ τούτων δὴ καὶ ἡ πρώτη τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὑπὸ Χαλδαίων ἅλωσις γεγένηται.

Σχοῖεν δ' ἂν οὗτοι πρόσωπον τοῦ ἀποστολικοῦ χοροῦ, τοῦ καὶ σφόδρα τὰς τοῦ ἐπουρανίου Πατρὸς φυλάξαντος ἐντολὰς, καὶ τοὺς ἐπαίνους εἰληφότος, διὰ τῶν πρὸς αὐτοὺς εἰρημένων μακαρισμῶν. Ὁμοίως γοῦν καὶ ἐπὶ τούτων τῶν ἀποστόλων, φημὶ, ἡ πρώτη τῆς Ἱερουσαλὴμ αἰχμαλωσία ὑπὸ Ῥωμαίων ἐγένετο.

Εἰσάγονται τοίνυν οὗτοι οἱ θεοφιλεῖς ἄνδρες, τουτέστιν ὁ ἀποστολικὸς χορὸς, διὰ προκειμένου ψαλμοῦ εὐχὴν καὶ εὐχαριστίαν ἀναφέροντες τῷ Θεῷ. Ἐφ' οἷς θλιβομένους αὐτοὺς ἀπὸ τῶν διωκόντων διὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ἀπὸ τῶν νοητῶν ἐπιβούλων τῆς αὐτῶν ψυχῆς δαιμόνων διέσωσεν· ἔπειτα ὑπισχνούμενοι μόνας τὰς δι' αἰνέσεως ἀναπέμπειν θυσίας, ἀπηλλαγμένοι δηλονότι τῆς κατὰ νόμον λατρείας.

Ἐκ δὲ τῶν Ο' τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐκδόσεως ἐπιγραφὴν ἐχούσης· Ὑπὲρ τῶν υἱῶν Ἀδὰμ καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων.

Καὶ μετ' ὀλίγον. Οἱ μὲν ἐμπαθεῖς τὰ ὄμματα τῆς ἀκτῖνος χωρίζονται· οἱ δὲ ὑδροφοβοῦντες [κατὰ] τῆς τοῦ ὕδατος ὄψεως [δυσχεραίνουσι]· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων κακία, διὰ τὸ μὴ θέλειν ὁμολογεῖν τὴν δόξαν τοῦ θείου κηρύγματος, ἀπαράδεκτον ποιεῖ διὰ τῆς σιωπῆς τὴν ἀλήθειαν.

Ἔξεστιν δὲ καὶ διὰ τῆς ψαλμῳδίας ἐπιγνῶναι τὰ τῆς προφητείας αἰνίγματα· λέγει γὰρ περὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι ὅσας ἔδειξάς μοι θλίψεις καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτο δὲ σαφέστερον ἐκ τοῦ Παύλου νοήσωμεν, πῶς ἐκ τῶν ἀβύσσων ἀνάγεται ὁ τῷ βάθει τῆς ἁμαρτίας καθελκυσθεὶς, περὶ οὗ φησι· Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τίς ἀναβήσεται

paternorum præceptorum strenui custodes; atque adeo pii erga Deum, moribus ita commendati, ut virtutis eorum testis Deus factus sit, in colloquio cum propheta Jeremia habito. Quorum tempore primum a Chaldaeis actum est Hierosolymæ excidium.

Possit etiam in iisdem haberi persona apostolici collegii, utique cœlestis Patris mandata egregie custodientis, suas quoque laudes adepti propter beatitatis encomia de ipsis pronuntiata. Similiter sub eorumdem temporibus, apostolorum inquam, facta etiam est prima sub Romanis Solymorum captivitas.

Introducuntur porro viri hujusmodi Dei amici, nimirum chorus apostolorum, juxta præsentem psalmum, preces et gratiarum actiones pro se Deo redhibentes, ut ipsi vexati liberentur tum ab iis qui ob evangelium eos persequuntur, tum a spiritualibus animarum suarum insidiatoribus dæmonibus, polliciti porro et solas se laudis hostias esse oblaturos, cultus videlicet legali jam immunes.

Sed ecclesiastica LXX interpretum editio præ se fert inscriptionem: *Super filios Adam et priores captivos.*

Ac paulo post: Alii quidem oculos capti, radio solis privantur; alii vero aquam velut ab ipso conspectu reformidant. Eodem sane modo, ipsa quoque Judæorum malitia, ideo quod noluit confiteri gloriam præconii evangelici, repudiatam fecit veritatem silentio prætermissam.

Præterea in promptu quoque est per hanc psalmodiam agnoscere prophetiæ ænigmata. Ait enim circa priores captivos, tanquam ex hominis persona: *Quantas ostendisti mihi tribulationes,* et cætera (v. 20): id vero clarius intelligemus ex apostolo Paulo, quomodo ex abysso eripiatur ille qui in profundum peccati raptus est, de quo ait: « Nec dicas in corde

εἰς τὸν οὐρανόν; ὅθεν γὰρ εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον ὁ θάνατος, ἐκεῖθεν ἐξώκισται μεθ' ὅλου κατεχομένου τοῦ αἰχμαλώτου ὑπὸ τοῦ θανάτου· κατέβη διὰ τοῦ πάθους εἰς τὴν ἄβυσσον ταύτην· ἐφ' ᾧ τε συναγαγεῖν ἑαυτῷ πάλιν ἐπὶ τὰ ἄνω τὸν βύθιον· ταῦτα γὰρ ὁ ἀπόστολος διεσάφησε μετ' ἀκριβείας, ἄλλα τε πολλὰ περὶ τούτων εἰπών, φησὶ καὶ τοῦτο· ὥσπερ ἐν τῷ 'Αδὰμ. πάντες ἀποθνήσκομεν, οὕτω, καὶ τὰ ἑξῆς. Διὰ τὸ γενέσθαι τὴν ἐπιγραφήν· Ὑπὲρ τῶν υἱῶν 'Αδὰμ, καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων, διὰ τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν τοῦ Κυρίου, βύουσι τὴν ἀκοὴν 'Εβραῖοι, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν οὐ προσδέχονται.

v. 4. Ὁ Θεὸς, ῥῦσαί με ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ· ἐκ χειρὸς παρανομοῦντος καὶ ἀδικοῦντος.

Χεὶρ ἁμαρτωλοῦ, ἡ ἁμαρτητικὴ πρᾶξις. Αἰτεῖ δὲ μηδὲ κατὰ ποσὸν αὐτῇ ἐνεργεῖν· σκόπει δὲ εἰ ἕν ἐστιν ὑποκείμενος ἁμαρτωλὸς καὶ ἄδικος καὶ παράνομος. Δοκεῖ γὰρ ἁμαρτωλὸς ὁ ἀδικῶν καὶ παράνομος· εἰ δὲ τὰ τρία δηλοῖ τὸν διάβολον, χεῖρα ληπτέον αὐτοῦ τὴν ὅσην στρατιωτικὴν αὐτοῦ δύναμιν· ῥυσθῆναι τοίνυν ἐξ ἀκαθάρτων πνευμάτων αἰτεῖ, ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα γενόμενος τοῦ Θεοῦ, ἀφ' ἧς οὐδεὶς ἁρπάσαι δυνήσεται.

v. 11. Λέγοντες· Ὁ Θεὸς ἐγκατέλιπεν αὐτὸν, καταδιώξατε καὶ καταλάβετε αὐτόν.

Ταύτας τὰς φωνὰς τέθεικεν, ὡς ἀπὸ δαιμόνων λεγομένας ἐπὶ τοῖς ἐγκαταλειφθεῖσιν, αἵ τινες οὐκ ἂν ἐῤῥήθησαν, εἰ μὴ ἐγκατελείφθη ὁ ἄνθρωπος. Ἔχομεν γὰρ ἐν ταῖς Βασιλείαις, ὅτι Κύριος ἀπέστη ἀπὸ Σαοὺλ, καὶ πνεῦμα πονηρὸν παρὰ Κυρίου ἔπειγε τὸν Σαούλ· ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτά φασιν ἐκεῖνοι, φησὶν καὶ ἔργῳ· Μὴ ἐπιθῶνται· μὴ μακρύνῃς τοῦ πάλιν τὴν σὴν προσνεῖμαι βοήθειαν.

v. 4. Vat. 6.

tuo: Quis ascendit in cœlum? Ex quo enim intravit mors in mundum, exinde sedem habet cum quocumque captivo sub morte posito. » Descendit autem per passionem in abyssum illam, ut secum rursus colligeret immersum, ad superiora reducem. Hæc namque Apostolus explicuit accurate, cum inter multa dixit illud: « Sicut in Adam omnes morimur, ita in Christo omnes vivimus etc. » Respectu ad inscriptionem *Super filios Adam et super priores captivos,* ob factam in carne Christi œconimiam, obturant aures Judæi, neque epigraphen accipiunt.

v. 4. *Deus, eripe me de manu peccatoris, de manu contra legem agentis et iniqui.*

Manus peccatoris est actus peccandi. Petit autem ut ne tantillum cum ea manu operetur. Considera autem utrum unum idemque subjectum sit peccator et exlex et iniquus: videtur enim peccator etiam legis inimicus et iniquus esse. Si autem hæc tria Diabolum significant, manus ejus accipienda est quasi pro hostili ejus virtute. Petit itaque ab immundis spiritibus liberari, sub potenti manu Dei constitutus, ex qua nemo eripere poterit.

v. 11. *Dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini, et comprehendite eum.*

Has voces proposuit, ut a dæmonibus elicitas adversus derelictos, quæ non effutirentur, nisi desereretur homo. Habemus enim in Regum libro quod Deus recessit a Saüle, et spiritus nequam a Domino Sauli missus est. Sed quamvis hæc dæmonia loquantur, ait ex opere ipso: In me ne irrumpant, tu noli procrastinare iterum præstare tuum auxilium.

v. 11. Vat. 5, 16.

v. 14. Ἐγὼ δὲ διαπαντὸς ἐλπιῶ.

Δυνατὸν μὲν διαπαντὸς αἰνεῖν τὸν Θεόν, καὶ διαπαντὸς εὐλογεῖν, καὶ διαπαντὸς σωφρονεῖν καὶ δικαιοπραγεῖν. Πῶς δὲ δυνατὸν διαπαντὸς ἐλπίζειν; Ὁ γὰρ ἐλπίζων διαπαντός, οὐδέποτε τυγχάνει τοῦ πράγματος ἐκείνου οὗ ἐλπίζει τυχεῖν. Καὶ ὁ μὲν ἐρεῖ τὸ διαπαντὸς οὐ κατὰ τοῦ πλάτους τῶν αἰώνων τεθεῖσθαι, ἀλλὰ κατὰ τῆς ζωῆς τῆς αἰσθητῆς. Ἕτερος δὲ καὶ κατὰ τοῦ πλάτους τῶν αἰώνων τὸ διαπαντὸς ἐκλείψεται, ἵν' ᾖ τὸ πέρας τῆς ἐλπίδος ἡ γνῶσις τῆς Τριάδος. Ὁ δὲ τρίτος ἐρεῖ τεθεῖσθαι τὸ διαπαντὸς ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· αὐτὴ γὰρ μόνη ἡ γνῶσίς ἐστιν ἀπέραντος.

v. 22. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν σκεύεσι ψαλμοῦ τὴν ἀλήθειάν σου, ὁ Θεός.

Σκεῦος ψαλμοῦ, ψυχὴ καθαρά· σκεύη δὲ ψαλμοῦ, δι' ὧν ὕμνους ἀναπέμπει Χριστὸς τῷ Πατρί, οἱ καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν λαοί, ὧν ἥρμοσε τὰς ψυχάς, παραστήσας αὐτοῖς τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' οὐ τύπους καὶ σύμβολα νομικά, γλῶσσαν ἔχων καὶ χείλη τοὺς αὐτῶν διδασκάλους.

v. 24. Ἔτι δὲ καὶ ἡ γλῶσσά μου ὅλην τὴν ἡμέραν μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅταν αἰσχυνθῶσι καὶ ἐντράπωσιν οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι.

Ζητοῦσι δὲ αὐτῷ κακὰ βλασφημοῦντες αὐτόν· ἑτοιμὴ δὲ ἡ γλῶσσά μου, Ἀκύλας ἔχων πρόφασιν· καταισχύνονται. — Τὴν τῆς ψυχῆς ἁρμονίαν φησιν· ὅταν γὰρ μηδὲν ἐνάντιον ἐν αὐτῇ ἡ γλῶσσα ποιῇ ἢ πάσχῃ, ἡ ψυχή, τότε δὴ νοητή, καθάρα κληθείη δικαίως.

v. 14. *Ego autem semper sperabo.*

Fieri quidem potest ut semper Deus cantetur, ut semper benedicatur, et ut semper caste agatur et justa fiant. Sed qui potis est sperare semper? Qui enim semper sperat, numquam id quod sperat, consequitur. Alius vero dicet illud *semper* spectare non latitudinem sæculorum, sed vitam istam. Alius in contrario de spatio sæculorum *semper* intelliget, ut spei terminus sit cognitio Trinitatis. Tertius autem dicet poni *semper* respectu ad sanctam Trinitatem. Hæc enim sola cognitio est sine termino.

v. 22. *Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam, Deus.*

Vas psalmi, anima pura. Vasa autem psalmi organa sunt, quibus Christus Patri hymnos dicat, scilicet sparsi per ecclesias populi, quorum sonoras efficit animas, dum eis proposuit veritatem, non per typos et symbola legalia, linguam et labia sibi assumens in illorum magistris.

v. 24. *Adhuc autem et lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam. Cum confusi et reveriti fuerint, qui quærunt mala mihi.*

Ipsi quærunt mala, blasphemantes eum. *Parata autem lingua mea,* habet Aquila, præmisso: *confundantur.* Loquitur de harmonico animæ concentu. Anima enim quando in se lingua nihil facit neque patitur contrarium, tunc sane spiritualis, merito cithara vocatur.

v. 14. Vat. 5, 16. Post Athanasium et Theodorum Heracl. cuncta auctius colligere eo magis placuit quod ibi tres seniores Alexandrini ab Origene recoli videntur, quorum scholia Corderius misere truncavit. Nostra, si minus integra sunt, certe sapiunt Alexandrinos.

v. 22, Vat. 12,14.

v. 24. Vat. 12.

Psalmus LXXI.

v. 8. Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. *Vat.* 667, 2.

Λέγει τὸν Ἰορδάνην, ἐφ' ᾧ βαπτισθεὶς ὁ Χριστὸς, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἐμαρτυρώθη. Ἀπὸ τότε γὰρ ἤρξατο, φησὶν, ὁ Κύριος κηρύσσειν καὶ λέγειν· τοῦτο οὖν ἡ προφητεία αἰνίττεται.

v. 9. Καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λείξουσι.

Ἀντὶ τοῦ· σπανιοῦσιν οἱ χοϊκοί.

v. 10. Βασιλεῖς Ἀράβων καὶ Σαβὰ δῶρα προσάξουσι.

Προθεσπίζει τὰ περὶ πάντων αὐτῷ καὶ βασιλέων καὶ βαρβάρων προσκομιζόμενα.

v. 14. Ἐκ τόκου καὶ ἐξ ἀδικίας λυτρώσεται τὰς ψυχὰς αὐτῶν, καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτοῦ.

Τὴν μὲν κατὰ διάνοιαν ἁμαρτίαν, ἀδικίαν ὠνόμασεν· τὴν δὲ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν, τόκον. Καὶ τοκιζόμεθα μὲν ἁμαρτάνοντες, ἀδικούμεθα δὲ ἐννοοῦντες. Διὸ πρότερον τὸν τόκον περιερεῖ, ὕστερον δὲ καὶ τὴν ἀδικίαν αὐτήν. Δεῖ γὰρ πρῶτον ἀπέχεσθαι τῆς ἁμαρτίας, εἶτα τῆς κατ' ἔννοιαν ἡμῖν γενομένης. — Καὶ ἔντιμον, φησί, τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Σεβάσμιος παρὰ πᾶσιν ἔσται καὶ ἔνδοξος, ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ὀνόματί σου μεγάλῳ. Καὶ δότε δόξαν τῷ ἐνιόντι αὐτῷ. Πῶς οὖν ἔλαβε; ὅπερ ἔχει, ἀεὶ φαίνεται.

v. 15. Καὶ ζήσεται, καὶ δοθήσεται αὐτῷ ἐκ τοῦ χρυσίου τῆς Ἀραβίας.

Τὸ δὲ ζήσει, ἀντὶ τοῦ διαμενεῖ ὅσον τέθεικεν.

v. 8. *Et dominabitur a mari usque mare, a flumine usque in fines orbis terrarum.*

Flumen dicit Jordanem, in quo Christus aqua tinctus a Patre testimonium habuit. Ex hoc incoepit Dominus, ait, prædicare et loqui. Id ipsum ergo prophetia asserit.

v. 9. *Et inimici ejus terram lingent.*

Videlicet terrestres viri evanescent.

v. 10. *Reges Arabum et Saba dona adducent.*

Præoccupat ea quæ ipsi ab omnibus tum regibus tum barbaris comparantur.

v. 14. *Ex usura et iniquitate redimet animas eorum, et honorabile nomen eorum coram illo.*

Peccatum menti conceptum vocavit iniquitatem; operi autem mandatum, usuram. Fenus quidem exercemus, peccando; verum cogitando malum, iniqui sumus. Ideo primum tollit usuram, post modum iniquitatim ipsam. Oportet enim prius ab peccato operis, deinde cogitatu in nobis concepto abstinere nos. — *Et honorabile,* inquit, *nomen ejus.* Venerandus et gloriosus eris omnibus, Deus, in nomine tuo magno. Et date gloriam ipsi ad nos venienti. Atqui quomodo quid accipit? Quod habet, in æternum est.

v. 15. *Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiæ.*

Id vero *et vivet,* id est manebit quantum disposuit.

Ps. LXXI, v. 8. Florent. Plut. VI, 3, ex quo plura porro et optima haurienda sunt.
v. 9. Vat. 5.
v. 10. Idem Florent.
v. 14. Vat. 4, 5, 12, 14, 16.
v. 15. Iterum Florent.

Psalmus LXXII.

v. 1. Ὡς ἀγαθὸς τῷ Ἰσραὴλ ὁ Θεός. *Vat.* 668, 2.

Καρπὸς Χριστοῦ τὰ πιστεύσαντα ἔθνη καὶ ὑψωθέντα ἐπὶ θεοσεβείᾳ ὑπὲρ τὸν Ἰσραήλ.

v. 2. Ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες, παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου.

Πόδας δὲ καὶ διαβήματα τοὺς ὑπεριδόντας τὴν εὐσέβειαν λογισμοὺς καλεῖ τροπικῶς, κατὰ τῆς διανοίας κινήματα καὶ διανοήματα, ἅπερ ἐχέονται καὶ χαυνοῦνται, ὅταν ἐπὶ τὸ χεῖρον τράπωσιν. Τοιαύτη ἡ γυνὴ Λώτ· τοιοῦτος ὁ ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄρατρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω· τοιοῦτοι οἱ πεσόντες ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἵνα δὲ φοβηθῇς ἐκχέοντα διαβήματα, ἄκουε τοῦ ἐν τῷ Ἰεζεχιὴλ Κυρίου λέγοντος· Δίκαιος, ἐὰν ἀποστρέψῃ ἀπὸ τῶν δικαιοσυνῶν αὐτοῦ, πᾶσαι αἱ δικαιοσύναι αὐτοῦ, ἃς ἐποίησεν, οὐ μὴ μνησθήσονται. Τινὲς γὰρ ἐν ἀσκήσει καὶ πάσαις ἀρεταῖς διαλάμψαντες, ὕστερον ὑπεσύρησαν εἰς βίον χαυνώτερον. Πλὴν ἐγώ, φησίν, οὐκ ὠλίσθην, ἦ γὰρ ἂν ἀπωλόλην, ἀλλά μοι κατευθύνθη τὰ κατὰ Θεὸν διαβήματα, μὴ παρ' ὀλίγον, μηδ' ὅλως ἐκχεόμενα· οὕτω τῶν οἰκείων λογισμῶν δημοσιεύσας τὴν ζάλην. Οὐ γὰρ περὶ ποδῶν καὶ διαβημάτων, ἀλλὰ περὶ λογισμῶν χωλευόντων λέγει, καὶ ὅτι ἐγγὺς ἐγένετο τοῦ διαχυθῆναι καὶ διαλυθῆναι τῶν ποδῶν τὰς βάσεις, ὡς μηδὲ στάναι δύνασθαι τοῦ λοιποῦ, ἀλλὰ περιτραπῆναι καὶ εἰς ὄλισθον ὑποσυρῆναι. Καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει λέγων·

v. 3, 4. Ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις,

v. 1. *Quum bonus Deus populo Israel!*

Christi fructus sunt populi qui credunt, et provehuntur divinam ad religionem, posthabito Israel.

v. 2. *Mei autem pene moti sunt pedes, paulo minus effusi sunt gressus mei.*

Pedes autem et *gressus* allegorice vocat tentationes, quæ labefactant pietatem, ob mentis scilicet motus et cogitatus, qui effunduntur et vacillant, quando ad deteriora vergunt: qualis erat mulier Loth; qualis ille « qui quum manum miserit ad aratrum, postea reversus est retrorsum »; quales illi qui in deserto ceciderunt. Unde autem reformides gressus effusos, audi apud Ezechielem Domini sermonem: « Justus si perversus fuerit a justitiis suis, omnes illius justitiæ quas fecit, non memorabuntur amplius ». Nonnulli enim, jam ascesi et cunctis virtutibus præfulgentes, postremo abrepti sunt in viam magis lubricam. Attamen ego, inquit, non lapsus sum, immo non despondi animum, sed recti gressus manserunt mihi ad Dominum, neque paululum, neque ullo modo effusi sunt: sic intimorum cogitatuum in procella me composui. Haud enim de pedibus et gresssibus, sed de lubricis tentationibus loquitur; et quia prope factum est ut effunderentur et dissolverentur solidæ pedum bases, unde porro stare nequiret, sed circumverti et subtrahi in exitium cœpisset, hujus rei causam subdit, dicens:

v. 3, 4. *Quia zelavi super iniquos, pacem*

Ps. LXXII, v. 1. Vat. 3.

v. 2. Vat. 15. Gen. XIX, 26. Luc. IX, 62. Ezech. III, 20; XXXIII, 18.

v. 3, 4. Vat 2, 15. Aliquid fort. diest, ubi ἀπαγόρευσις in cod. vel quod præstat ὑπαγόρευσις respectu ad II. Cor. 1, 9.

εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν· ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν, καὶ στερέωμα ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν.

Τὰ τὸν κλόνον αὐτῷ ποιήσαντα τῆς ψυχῆς ἀφηγεῖται· ὅτι ὑπὸ τῆς εἰρήνης τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ τῆς κατὰ τὸν βίον εὐροίας τῶν [ἄλλων ὄντων] ἐν κοπετῷ· Ἐπυρπολούμην, φησί, βλέπων τοὺς παρανομίᾳ καὶ πονηρίᾳ συζῶντας, ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ καὶ εὐποτμίᾳ πολλῇ, ὡς καὶ μέχρι θανάτου τὴν εὐημερίαν αὐτοῖς ἐκτείνεσθαι, καὶ τὸν θάνατον δὲ ὄντως εὐδαίμονα τούτους ὑπομένειν· ὡς ζηλοῦσθαι παρὰ πάντων, καὶ μηδένα ἀνανεύειν, εἴ τις αὐτὸν ἔροιτο, εἰ βούλοιτο τοιούτου θανάτου τυχεῖν· ἀλλ' ἐθέλει ἕκαστος οὕτως ἀποθανεῖν· μᾶλλον δὲ ἐν κινδύνοις καὶ δυσπαθείαις ἐξεταζόμενοι, ἑαυτοὺς ὑπαγορεύουσιν, ὡς τῆς ἀνανεύσεως δηλούσης τὴν ἀπαγόρευσιν ἢ καὶ τὴν μνήμην τοῦ θανάτου. Εἰ δέ που ἄρα καὶ συμβῇ τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτῶν ἐπιστρεπτικὴ μάστιξ, οὐδὲ αὐτὴ στερεά ἐστι καὶ ἐπίπονος, ἀλλ' ἐλαφρὰ καὶ εὐπαρακόμιστος ἐξ ἐπιπολῆς τρέχουσα· πρὸς ὀλίγον γὰρ αὐτοῖς προσπελάζει τὰ λυπηρά, εἶτα ἀπαλάττονται· ἐν κόποις κἂν ἄρ' οὖν αὐτοῖς τὰ πράγματα φέρεται, καὶ οὔτε πόνοις, οὔτε ταλαιπωρίαις, οὔτε παιδείαις περιβάλλονται, ἄλλοις ἀνθρώποις παραπλησίως μαστιζομένοις δι' ἐπιπόνου βίου· ὁ γὰρ διὰ χειρῶν πόνος καὶ τὸ δέεσθαι τῆς καθ' ἡμέραν ἐργασίας εἰς διατροφήν· οἷον ἀντὶ μαστίγων τοῖς ἀνθρώποις δέδοται, ἐπὶ τοιούτοις πολλοὶ καὶ νῦν σκανδαλίζονται εἰρήνην οὐκ ἔστιν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν. Ἀνάνευσιν λέγει τὴν μνήμην τοῦ θανάτου.

v. 7. Ἐξελεύσεται, ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν.

Στέαρ δὲ πολλάκις ἔφημεν τὴν εὐπάθειαν καὶ τὴν εὐκληρίαν, ὡς ἐν τοσαύτῃ τοίνυν,

peccatorum videns, quia non est respectus in morte eorum, et firmamentum in flagellis eorum.

Exposuit quæ causa fuerit cur anima turbaretur. Etenim propter pacem peccatorum in secundo rerum fluxu viventium, præ cæteris in luctu degentibus, succensebar, inquit, cernens eos qui convivunt in nequitia et flagitiis, alta frui pace et opipara felicitate, adeo ut usque ad obitum prosperos dies suos producant, immo etiam mortem vere beatam oppetant, ita ut omnes æmulentur, ac nemo hæsitaverit, si quis eum siscitetur an vellet similem assequi interitum, quin unusquisque ita mori velit. Verum enimvero qui in periculis, calamitatibusque probantur, sibi met id probro vertunt, ac si infausta sententia declaret damnationem, mortemque comminiscatur. Quod si forte inter peccandum istis subierit flagellum, eos emendandi gratia, id ipsum neque durum est, neque diuturnum, sed leve et toleratu facile, ac prompto cursu diffugiens. Vix enim modicum mœsta eos attingunt, porro amoventur. Quod si forte an molesta illis negotia succedant, neque laboribus involvantur, neque miseriis, neque castigationibus, quibus cæteri homines supra modum per continuam vitam impinguntur. Labor enim manuum et quotidiani operis necessitas ad sustentandam vitam quoddam velut flagellum mortalibus accessit. Propterêa multi etiam nunc scandalum de hac pace accipiunt: *quia non est respectus in morte eorum.* Respectum dicit mortis memoriam.

v. 7. *Prodibit quasi ex adipe iniquitas eorum.*

Adipem vero sæpenumero diximus esse jucundam et prosperam fortunam,

v. 7. Vat. 13.

φησὶν, ὄντες εὐημερίᾳ μετὰ πάσης ἀδείας τὴν ἀδικίαν ἐτόλμων.

v. 8. Διενοήθησαν καὶ ἐλάλησαν ἐν πονηρίᾳ, ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν.

Οὐ λογίζονται ἑαυτοὺς εἶναι ὡς ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲ ὅτι μετὰ τῶν ἀνθρώπων μέλλουσιν κρίνεσθαι.

v. 10, 11. Διὰ τοῦτο ἐπιστρέφει ὁ λαός μου ἐνταῦθα, καὶ ἡμέραι πλήρεις εὑρεθήσονται ἐν αὐτοῖς. Καὶ εἶπαν· Πῶς ἔγνω ὁ Θεὸς, καὶ εἰ ἔστι γνῶσις ἐν τῷ ὑψίστῳ;

Ζητήσεις τοῦτό πως. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς, φησὶν, ἐκεῖνα ὑπέσχετο· οὗτοι δὲ παρ' ἑαυτοῖς ἐλογίζοντο οὕτως μήτε ἐφορᾶν τὸν Θεὸν, μηδέ τι τῶν γενομένων εἰδέναι. Εἶτα δείξας τὴν τούτων ἀσέβειαν, τοὺς οἰκείους ἐκφέρει λογισμούς. Ὁ μὲν ἐμὸς λαὸς, φησὶν, ἐκ τοῦ καταβληθῆναι τοὺς εὐσεβεῖς, ὠφεληθήσεται. Οἱ δὲ προλεχθέντες δυσσεβεῖς καὶ ἄθεοι, οὕτως ἠσέβουν ὡς σκάνδαλον γενέσθαι τοῖς ὁρῶσι τὸν βίον αὐτῶν καὶ ὡς μηχανεύειν καὶ λέγειν· Πῶς ἔγνω; ἀντὶ τοῦ· Πῶς γινώσκει τὰ καθ' ἡμᾶς καὶ διώκει; λέγεται· καὶ πῶς γνῶσιν ἔχει τῶν ἡμετέρων; Ὁ δὲ Σύμμαχος σαφέστερον· Οἱ δε ἔλεγον· Πῶς ἔγνω ὁ Θεὸς, εἰ ἔστι γνῶσις ἐν τῷ ὑψιστῷ;

v. 13. Καὶ εἶπα· Ἄρα ματαίως ἐδικαίωσα, καὶ ἐνιψάμην ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου.

Ὠριγένους, Θεοδωρήτου. Τί γὰρ ἐκέρδανα, φησί, πόῤῥω τῶν πονηρίᾳ συζώντων γενόμενος· τὸ γὰρ ἐνιψάμην, ἀντὶ τοῦ ἀθῶον ἐμαυτὸν ἐφύλαξα· οὐκ ἐκοινώνησα τοῖς κακοῖς ἐπὶ μελέτης καὶ δικαιοσύνης, καὶ τῆς κακίας τὴν κοινωνίαν φυγὼν, καὶ αἰκίζομαι καὶ παροινοῦμαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν.

v. 8. Vat. 3. — v. 10, 11. Vat. 3, 5, 12.

adeo, inquit, ut in tam luculenta beatitate injustitiam cum tota facilitate affectent.

v. 8. *Cogitaverunt et locuti sunt in malignitate, iniquitatem in altum locuti sunt.*

Non cogitant se esse sicut quisque hominum, neque futurum esse ut cum cæteris judicentur.

v. 10, 11. *Ideo revertetur populus meus illic, et dies pleni invenientur in eis. Et dixerunt: Quomodo scivit Deus? Et num est scientia in Altissimo?*

Tu illud *quomodo* forte quæres. Etenim, inquit, Deus hæc et hæc promisit; illi autem secum cogitabant, minime Deum desuper considerare, nec quidquam eorum quæ fiunt, cernere. Sed postquam ostendit propheta horum hominum impietatem, tum suas proprias subjicit considerationes. Populus meus, inquit, ex afflictione virorum piorum habebit emolumentum. Supra autem dicti homines, impii et athei, eo usque improbe grassabantur, ut scandalum fierent cernentibus illorum vitam, audeantque cogitare et dicere. *Quomodo novit?* Ac si dicatur: Quomodo cognoscit nostra facinora ac persequitur? Dicitur: Quomodo rerum nostrarum notitiam habet? Symmachus autem magis perspicue: *Quomodo novit Deus, aut forte cognitio sit in Altissimo?*

v. 13. *Et dixi: Ergo sine causa justificavi cor meum, et lavi inter innocentes manus meas.*

Origenis, Theodoreti. Quid enim lucratus sum, inquit, procul a viventibus in injustitia remotus. Verbum enim hoc *lavi,* idem est ac: me innocentem custodivi, haud communicavi cum improbis; meditationi justitiæ intentus, malitiæ societatem fugiens, opprobria patior et contumelias singulis diebus.

v. 13, 14. Vat. 5.

v. 14 Καὶ ὁ ἔλεγχός μου εἰς τὰς πρωΐας.

Ζητήσεις καὶ τοῦτο καὶ πειράσεις τοῦ γνῶναι.

v. 16, 17. Καὶ ὑπέλαβον τοῦ γνῶναι, τοῦτο κόπος ἐστὶν ἐναντίον μου, ἕως οὗ εἰσέλθω εἰς τὸ ἁγιαστήριον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνῶ εἰς τὰ ἔσχατα αὐτῶν.

Ὁμοίως διὰ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν ηὐτρέπισας αὐτοῖς κολάσεις αἰωνίας.

v. 21. Ὅτι ἐξεκαύθη ἡ καρδία μου, καὶ οἱ νεφροί μου ἠλλοιώθησαν.

Ταῦτα λογιζόμενος ὑπὸ τῆς ἐκείνης παρονομίας, ἐπυρπολούμην. Ἀναλαβὼν γὰρ τὸ προοίμιον, ὅ ἐστιν· Ἐζήλωσα ἐν τοῖς ἀνόμοις, καὶ ὅπερ ζῆλον ἐκάλει, τοῦτο ἐνταῦθα [λέγει] καρδίας ἔγκαυσιν. Καὶ οἱ νεφροί μου ἠλλοιώθησαν. Νεφροὺς τοὺς λογισμοὺς ἀσεβεῖς φησιν· ἔχων τοὺς λογισμοὺς, μικρὸν δεῖν, ἐξετράπην διὰ τὴν ἐκείνων ἀλαζονείαν.

v. 23. Καὶ ἐγὼ διαπαντὸς μετὰ σοῦ.

Μετὰ Θεοῦ λέγεται εἶναι, πρῶτος μὲν ὁ τὴν ἁγίαν γινώσκων Τριάδα, καὶ μετ' αὐτὸν, ὁ τοὺς λόγους τοὺς περὶ τῶν νοητῶν θεωρῶν· τρίτος δὲ πάλιν ὁ καὶ αὐτὰ ἀσώματα βλέπων· καὶ πάλιν τέταρτος ὁ τὴν θεωρίαν ἐπιστάμενος τῶν αἰώνων· ὁ δὲ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπάθειαν κεκτημένος, πέμπτος ἂν τούτοις συγκαταχθείη δικαίως.

v. 27. Ὅτι ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται· ἐξωλοτρεύσας πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ.

Περὶ εἰδώλων λέγει. Παύσωμεν τῆς νο-

v. 14. *Et castigatio mea in matutinis.*

Quæres etiam hoc, et cognoscere probabis.

v. 16, 17. *Et suscepi cognoscere, hoc labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, et intelligam in novissima eorum.*

Videlicet propter eorum peccata præparasti illis æterna supplicia.

v. 21. *Quia inflammatum est cor meum, et renes mei commutati sunt.*

Ego mecum talia recogitans, de hac legum eversione, exardescebam. Assumpto enim hoc exordio: *Zelatus sum super injustos,* quod zelum vocabat, in hoc loco dicit cordis incendium. — *Et renes mei commutati sunt.* Renes dicit tentationes: impia, inquit, consilia volvens, paulo minus subvertebar, ob horum hominum arrogantiam.

v. 23. *Et ego semper tecum.*

Cum Deo primus esse dicitur is qui sacram agnoscit Triadem; secundus, ille qui contemplatur rationes rerum spiritualium; tertius insuper, qui etiam incorporea intuetur; quartus præterea, qui theoriam rerum æternarum consecutus est; qui vero tranquillissima anima potitur, quinto loco hisce merito jure accensebitur.

v. 27. *Qui ecce qui elongant se a te peribunt; perdidisti omnes qui fornicantur abs te.*

De idolis loquitur: mores nostros a

v. 16, 17. Vat. 5.
v. 21. Vat. 2, 12.
v. 23. Vat. 5, 12, 14.
v. 27. Vat. 2, 5, 6, 12, 14. Plura in medio scholio ad v. 12, Corderius Cyrillo dedit, II, 510. Ex hoc insigni commentario non pauca suffuratus est Pseudo-theodorus. Cerne mihi in primis nonnulla quæ archaeologos rei ægyptiacæ studiosos movebunt, ac certe interpretem produnt Alexandrinum, Corder. II, 525 in v. 12. Ἢ ἀντὶ τοῦ· ἕως πότε ἀποκρύπτεις τὴν σαυτοῦ χεῖρα ἤτοι τὴν ἐνέργειαν, μὴ βουλόμενος αὐτοῖς δεῖξαι ὅσον ἰσχύει ἡ δεξιά σου; Ἐπεὶ ἐν εἰκόσι καὶ στύλαις οἱ βασιλεῖς καθεζόμενοι προτείνουσι τὴν δεξιὰν ὑπτιοῦντες ἐπὶ τα ἔμπροσθεν, ὥσανεὶ καταπαύοντες τοὺς πολεμίους. „ Vel idem est ac si dicat: *Usquequo abscondis manum tuum,* sive efficaciam tuam, nolens ipsis ostendere quantum valeat dextera tua? Quoniam reges, qui in imaginibus et columnis continentur, resupini dexteram in anteriora protendunt, adversarios quodammodo silere jubentes. „ Corderium in nonnullis tam latine quam græce ob rei singularitatem emendare oportuit.

ητῆς πορνείας τοὺς τρόπους, ἵνα μὴ τὸν τοῖς φιλαμαρτήμοσι πρέποντα, καὶ ὀφειλόμενον ὄλεθρον ὑπομείνωμεν. Νοητὴν δὲ πορνείαν φαμὲν πᾶν εἶδος φαυλότητος καὶ ἀκαθαρσίας. — Καὶ γὰρ ὅσοι ἀφίστανταί σου καὶ μακρὰν γίνονται τῇ διαθέσει, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἀπώλειαν ἐκδέχονται, ὅτι ἀποσχίζοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται. Οὐδεὶς διΐσταται τοπικῶς τοῦ μὴ ἐν τόπῳ Θεοῦ· σχέσει δὲ τὸ ἄδικον καὶ πονηρὸν μακρὸν νοεῖται τοῦ δικαίου καὶ ἀγαθοῦ, ὅπερ ἀπόλλυσιν, ὡς καὶ σώζει τὸ ἐγγίζειν ἀρετῆς ἀναλήψει Θεῷ. Ταὐτὸν γὰρ τὸ μακρύνεσθαι τῷ ἁμαρτάνειν. Οὐκ εἶπεν· οἱ μακρύναντες· δυνατὸν γὰρ μετανοοῦντας σωθῆναι, μηκέτι μακρύνοντας ταύτῃ. Καὶ ὁ ποιῶν, ἀλλ' οὐχ ὁ ποιήσας δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας.

spirituali fornicatione coerceamus, ne peccatorum amatoribus interitum justa sententia erogandum sustineamus. Spiritalem autem fornicationem dicimus esse quodcumque genus nequitiæ et corruptelæ. Etenim quicumque a te recedunt, et longe fiunt consulto, nihil aliud quam interitum recipiunt, quia *recedentes a te peribunt*. Nemo quoad locum a Deo sine loco distat, sed habitu quod iniquum et malum est, longe recedere putatur a justo et bono, quod perditio est, sicut salus est appropinquare Deo virtutis adeptione. Idem est enim elongari et peccare. Non ait: *qui elongaverunt se*. Possunt enim pœnitentiam agentes salvari, sed ab illa minime se *elongantes*. Qui facit enim, non qui fecit, peccator est.

v. 28. Ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Κυρίῳ ἀγαθόν ἐστι, τίθεσθαι ἐν τῷ Κυρίῳ τὴν ἐλπίδα μου, τοῦ ἐξαγγεῖλαι πάσας τὰς αἰνέσεις σου ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών.

v. 28. *Mihi autem adhærere Domino bonum est, ponere in Domino spem meam, ut annuntiem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion.*

Δι' αὐτῶν γὰρ τῶν πραγμάτων τὴν πεῖραν λαβών, οὐ χωριστὸς ἔσομαι τοῦ σεσωκότος Θεοῦ, καὶ τῇ εἰς αὐτὸν ἐλπίδι βεβαιωθήσομαι. Διὰ τοῦτον γὰρ τῆς ἐλπίδος ἐπανόδου τετύχηκα, καὶ τὰς σὰς θαυματουργίας ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἐξηγοῦμαι· αὐτὴν γὰρ ὠνόμασε θυγατέρα Σιών· ὥσπερ γὰρ υἱοὺς ἀνθρώπων τοὺς ἀνθρώπους καλεῖ, οὕτως θυγατέρα Σιὼν τὴν Σιὼν ὀνομάζει. Διώνυμος γὰρ ἡ πόλις· ἡ γὰρ αὐτὴ δὲ Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ ὑπὲρ τῆς θείας καλεῖται γραφῆς. — Πολλῶν πολλὰ περὶ ἀγαθοῦ φιλοσοφησάντων, συντόμως ὁ σοφὸς [λέγει] τὸ κολλᾶσθαι τῷ Θεῷ. Τοῦτο δὴ αἱ συναγωγοὶ ἀρεταὶ πρὸς τελειότητα. Πύλαι Σιών, ἧς ἡ θυγάτηρ ἡ κατὰ ταύτην γινομένη ἢ καὶ γεννηθεῖσα ψυχή.

Per hæc enim adeptus negotiorum experientiam, separari non potero a Deo salutis largitore, ac mea in eum spe confirmabor. — Nam per eum spem consecutus sum revertendi, et enarrabo tua prodigia in Sion. Hanc enim vocavit filiam Sion: etenim sicut homines vocat filios hominum, ita Sionem vocat filiam Sionis. Duplex enim est nomen civitatis et eadem in sacra Scriptura dicitur Sion et Hierusalem. — Multi multa de bono quum philosophi disputaverint, breviter Sapiens ait: *Adhærere Deo*. Id ipsum vero sunt universæ virtutes quæ conducunt ad perfectionem. Sunt portæ Sion, cujus filia est anima juxta illam facta vel generata.

v. 28. Vat. 5.

Psalmus LXXIII.

v. 1. Ἵνα τί ἀπώσω, ὁ Θεὸς, εἰς τέλος; ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου. *Vat.* 660, 2.

Ἐπιπόνην ἔσχες τὴν κατὰ τῶν προβάτων τῶν σῶν ἀγανάκτησιν.

v. 5. Ἔθεντο τὰ σημεῖα αὐτῶν σημεῖα, καὶ οὐκ ἔγνωσαν ὡς εἰς τὴν εἴσοδον ὑπεράνω.

Ἀπὸ τῶν Ἰωσήπου περὶ τῆς ἁλώσεως λεγομένων, καιομένου δὲ τοῦ ναοῦ καὶ τῶν περιξ ἁπάντων, οἱ Ῥωμαῖοι κομίσαντες τὰς σημαίας εἰς τὸ ἱερὸν κατὰ τῆς ἀνατολικῆς πύλης ἄντικρυς, ἔθεσαν αὐτὰς αὐτόθι, καὶ τὸν Τῖτον μετὰ μεγιστῶν εὐφημιῶν ἀνέφηναν αὐτοκράτορα.

v. 7. Ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ ἁγιαστήριόν σου εἰς τὴν γῆν, ἐβεβήλωσαν τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματός σου.

Ἀκύλας· Ἐνέπρησαν πάσας ἰσχυρὰς ἀπὸ τῆς γῆς. Σύμμαχος· Ἐνέπρησαν πάσας τὰς συναγωγὰς τοῦ Θεοῦ εἰς γῆν. Θεοδοτίων· Ἐνεπύρισαν πάντας καιροὺς ἰσχυροῦ.

v. 8. Εἶπαν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν ἡ συγγένεια αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτό· Δεῦτε, καταπαύσωμεν τὰς ἑορτὰς Κυρίου ἀπὸ τῆς γῆς.

Εἰ δὲ καὶ μὴ λόγῳ, τῇ δὲ δυνάμει ταῦτα ἔλεγον. Ἐρεθιστικῶς δείκνυσιν, ὡς οὐ προέθεντο τοσοῦτον ἡμῖν, ὁπόσον σοι πολεμεῖν. Μετὰ πολλῆς ἐπελθόντες ἡμῖν τῆς συμφωνίας ἕνα σκοπὸν εἶχον τὸν ὑπὸ σοῦ δεδομένον καταλῦσαι νόμον. Διὰ γὰρ τῶν ἑορτῶν τὴν κατὰ νόμον πολιτείαν ἐδήλωσε. Ταῦτα δὲ, φησὶν, ἐτόλμων, μήτε τὰς ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν ὁρῶντες θαυματουργίας, μήτε ὑπὲρ προφητικῆς διελεγχόμενοι χάριτος· τούτων γὰρ ἁπάντων ἐξαίφνης κατέστησαν ἔρημοι. Πάλαι γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἔσχον προφήτας, τὸν Ἀγγαῖον,

Ps. LXXIII, v. 1. Vat. 2, 7. Mel. ἐπίπονον.
v. 5. Vat. 5, 12, 14, 16.

v. 1. *Ut quid, Deus, repulisti nos in finem? Iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ?*.

Diu adversus oves asperam habebas indignationem.

v. 5. *Posuerunt signa sua signa, et non cognoverunt in exitu super summum.*

Legitur apud Josephum de excidio: quum conflagratum fuit templum, et cunctæ in circuitu ædes, Romani sua introducentes vexilla in sanctuarium, a facie portæ orientalis, ibidem ea posuerunt, ac Titum faustis et maximis clamoribus salutarunt imperatorem.

v. 7. *Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui.*

Aquila: *Incenderunt cunctas validas a terra.* — Symmachus: *Incenderunt omnes synagogas Dei in terra.* — Theodotion: *Incenderunt omnia tempora Potentis.*

v. 8. *Dixerunt in corde suo cogitationes eorum simul: Venite, quiescere faciamus dies festos Domini a terra.*

Nisi verbo, saltem opere talia dicebant. Indignantis more ostendit, non tantum nobis, quantum tibi eos esse infensos: cum multa in nos concordia irruentes, unum sibi scopum habent, legem a te datam dissolvere. Per *dies festos* enim, vitam ex lege peractam declaravit. Hæc vero ausi sunt, ait, neque considerantes prodigia sub majoribus nostris patrata, nec prophetica redargui gratia: harum enim omnium rerum prorsus se jejunos habuere. Namque olim, vel post reditum a Babylone, pro-

v. 7. Vat. 12. Cf. et emenda Field. 11, 217.
v. 8. Vat. 12, 14. Alias αἱ συγγένειαι.

τὸν Ζαχαρίαν, οἳ προέλεγον τὰ ἐσόμενα, καὶ τῶν πολεμίων τὰς ἐπιβουλὰς καταδήλους ἐποίουν.

v. 11. Ἵνα τί ἀποστρέφεις τὴν χεῖρά σου, καὶ τὴν δεξιάν σου ἐκ μέσου τοῦ κόλπου σου εἰς τέλος;

Χεὶρ καὶ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ, ὁ Μονογενής. — Χριστός ἐστι δεξιὰ τοῦ Πατρὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ὅθεν ἐλθὼν ἐξηγήσατο περὶ τοῦ Θεοῦ. Εἰ διαφέρει ἡ χεὶρ καὶ ἡ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ, ἐφίστημι, μήποτε ἡ μὲν χεὶρ[τὰ] κατὰ τῶν ἐχθρῶν τοῦ λαοῦ ποιεῖ· ἡ δὲ δεξιὰ τὰ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἀγαθὰ, οἷον ἡ χεὶρ, ὅτε θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλῖψιν Αἰγυπτίοις ὑπὲρ Ἑβραίων ἀπέστειλεν ὁ Θεός. — Ἵνα τί ἀπεκρύβης, φησὶ πρὸς τὸν Πατέρα, τὸν Υἱόν σου ἐν τῷ κόλπῳ σου; Χριστός ἐστιν ἡ δεξιὰ τοῦ Πατρός· ἐκ μεταφορᾶς, [κατὰ] τὸ τοὺς παρακαλουμένους μὲν, μὴ προσιεμένους δὲ τὴν παράκλησιν· πρότερον ἐπὶ τὸν κόλπον τὰς χεῖρας ἔχων ἐπὶ τῷ ἐπιλαβέσθαι, πῶς ἐθέλει αὐτὸς τοὺς παρακαλοῦντας αὐτὰς ἀποστρέφειν εἰς τὸ ὀπίσω;

v. 12. Ὁ δὲ Θεὸς βασιλεὺς ἡμῶν πρὸ αἰῶνος εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς.

Ἐντεῦθεν λαβόντες τινὲς ἀνεφήναντο τὰ Ἱεροσόλυμα ὀμφαλὸν εἶναι τῆς γῆς. — Ὁ δὲ Υἱός σου, ὁ Χριστὸς, φησὶ, προώριστο πρὸ αἰώνων τῆς φύσεως βασιλεὺς διὰ σαρκώσεως τῆς κατὰ ἄνθρωπον.

v. 13, 14. Σὺ ἐκραταίωσας ἐν τῇ δυνάμει σου τὴν θάλασσαν. Σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος. Σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος.

Διαγράφει τῷ λόγῳ τίνι τρόπῳ τὴν παλαιὰν αὐτῶν σωτηρίαν εἰργάσατο· καὶ πρῶτον μὲν τὸ παγῆναι ὡσεὶ τεῖχος τῆς θαλάσσης τὰ ὕδατα, ὅτε ἐξ Αἰγύπτου ἐξῄεσαν·

phetas habuerunt Aggæum, Zachariam, qui futura præsagiebant, ac perspicuas inimicorum faciebant insidias.

v. 11. *Ut quid avertis manum tuam et dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?*

Dei manus et dextera Unigenitus est. Christus est dextera Patris, ut qui est in sinu Patris, unde exiens enarravit quæ Dei erant. Utrum differat manus a dextera, considero, ne forte manus agat contra inimicos populi, dextera autem præstet bona super populum; quemadmodum manus erat, quando immisit Deus in Aegyptios iram et furorem et calamitatem propter Hebræos. — *Ut quid abscondisti,* inquit ad Patrem, Filium tuum in sinu tuo? Christus, dextera Patris. Utitur metaphora eorum, qui invocantur quidem in auxilium, sed suppetias porrigere nolunt. Quem vero primum ait manus habuisse in sinu ad succurrendum, quomodo vult ab invocantibus eas removere retrorsum?

v. 12. *Deus autem rex noster ante sæculum, operatus est salutem in medio terræ.*

Inde nonnulli profecti disseruerunt Hierusalem consistere in umbilico terræ. Filius autem tuus Christus, inquit, præfixus est ante sæcula rex per naturam, secundum suam humanæ carnis assumptionem.

v. 13. *Tu dominatus es in virtute tua mare; tu contrivisti capita draconum in aqua; tu confregisti capita draconis.*

Describit hoc sermone quomodo olim eorum salutem operatus sit: ac primum quod constrinxit tanquam murum maris æquora, quando ab Aegypto exierunt,

v. 11. Vat. 5, 6, 12, 14. Cf. BB. Joan. 1, 18. Ab initio pura est formula Melitonis *Anal.* II, 7.

v. 12. Vat. 5, 12.

v. 13. Vat. 5. Etiam in h. vers. apud Theodorum Heracl. fulget quasi purpura inter sordes, commentarius solito amplior, quem facile Origeni restituerem, sed habet Corder. II, 526, 527.

καὶ τοῦτό ἐστι τό· Ἐκραταίωσας τὴν θάλασσαν. Δεύτερον δὲ τὸ συντριβῆναι τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ τῶν ὑδάτων κεφαλὴν, οὓς καὶ δράκοντας διὰ τὸ πονηρὸν τῆς γνώμης ὀνομάζει· εἶτα μετὰ ταῦτα, καὶ τοῦ ἐξάρχοντος αὐτῶν βασιλέως, ὃν δράκοντα προηγόρευσεν. — Κεφαλαὶ τῶν δρακόντων εἰσὶν τὰ πρῶτα κατὰ τὴν διάνοιαν συνιστάμενα φαῦλα νοήματα. Συνέτριψαν δὲ αὐτὰ δι' ὧν ἔλεγεν· Ἐῤῥήθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ μοιχεύσετε, ἐγὼ δε λέγω ὑμῖν· ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτήν. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως.

v. 16. Σὺ κατηρτίσω ἥλιον καὶ [φαῦσιν]. Φαῦσιν νῦν τὴν σελήνην ὠνόμασε.

v. 18. Μνήσθητι ταύτης τῆς κτίσεώς σου. Ἐχθρὸς ὠνείδισε τὸν Κύριον, καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε τὸ ὄνομά σου.

Ἐπικαλεσάμενος διὰ τῆς κτίσεως εἰς οἶκτον τοῦ λαοῦ τὸν Θεὸν, πάλιν ἑτέρῳ προσώπῳ αὐτὸν ἐπικαλεῖται· οὗτος δέ ἐστιν ὁ τρόπος τοῦ μεγαλοφρονεῖν τὸν ἐχθρόν. — Μνήσθητι ταύτης τῆς κτίσεώς σου· εἰς ἐπικουρίαν προσκαλεῖται τὸν Θεὸν διὰ τῆς κτίσεως, καί φησι· Μνήσθητι ταύτης· εἰ διὰ τοὺς ἀνθρώπους, φησὶ, τὴν κτίσιν πεποίηκας, παράσχου τὴν ἐπικουρίαν αὐτοῖς δι' οὓς ἡ κτίσις γεγένηται. — Ἐπειδὴ οὐχ ἡμεῖς ἠδικήμεθα, ἀλλὰ σύ· σὺ γὰρ, ὡς Θεὸς, τῶν σῶν πτωχῶν μὴ ἀποστραφῇς τὴν ἱκεσίαν· σὲ γὰρ ὠνείδισεν ὁ ἐχθρὸς, καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε· τούτου χάριν ἀνάστηθι. Νῦν μὲν ἄφρονα τὸν διάβολον ὀνομάζει· πάλιν δὲ διὰ τὸ αὐτὸν ὀνειδίζεσθαι, εἰς οἶκτον καλεῖ τὸν Θεόν. Μνήσθητι τῶν ἐπαγγελιῶν σου, φησὶν, ὧν ἐπηγγείλω τῷ Ἀβραὰμ δοῦναι τῷ σπέρματι αὐτοῦ, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι.

v. 19. Μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι; τῶν ψυχῶν τῶν πενήτων σου μὴ ἐπιλάθῃ εἰς τέλος.

v. 16. Vat. 5. ἥλιον καὶ φαῦσιν leg. fort. Orig.
v. 17. Vat. 2, 5, 42.

et hoc est *dominatus es mare;* dein quod contriverit sub aquis caput Ægyptiorum, quos etiam dracones vocat, improba propter eorum consilia: tum etiam contrivit caput regis qui imperabat eis, quem draconem nuncupavit. — Capita draconum sunt primæ cogitationes pravæ, quæ menti oboriuntur. Contrivit autem illas per hæc verba: « Dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem vobis dico: Si quis viderit mulierem in concupiscentiam, jam mœchatus est eam in corde suo ». Ac similiter de cæteris.

v. 16. *Tu formasti solem et lunam.*
Nunc lunam nominat splendorem.

v. 18. *Memor esto hujus creaturæ tuæ: inimicus improperavit Domino, populus insipiens incitavit nomen tuum.*

Postquam hoc verbo *creationis* provocavit Deum ad miserendum populi, rursus altera usus persona, eum deprecatur. Talis autem est imago superbientis inimici. — *Memor esto hujus tuæ creationis.* In auxilium vocat Deum ob creationem, et ait: *Memento hujus.* Si propter homines, ait, feceris creationem, præsta auxilium eis pro quibus creatura facta est. — Quando quidem non nos injusta patimur, sed tu. Tu enim, qui Deus es, supplices pauperum tuorum preces ne avertas. Namque tibi insultat inimicus, et te populus ineptus exasperat. Idcirco exsurge. — Nunc vero insipientem vocat Diabolum, et iterum eo quod *improperavit,* incitat Deum in misericordiam; memento, inquit, eorum quæ promisisti Abraham, dandi illius posteris terram fluentem lac et mel.

v. 19. *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi; animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.*

v. 18. Vat. 3, 7. Cf. BB.
v. 19. Vat. 12.

Ὅρα πάλιν οἰκτιρμοῦ τρόπον· διὰ τὸ τοὺς ἐχθροὺς παροξύναι τὸ ὄνομα, ἐπανέτεινε τὸν τρόπον τῶν οἰκτιρμῶν· καὶ θηρία διὰ τὴν ὠμότητα τοὺς ἐχθροὺς ἀποκαλέσας, καὶ ἔχοντάς τι τοὺς ἡμαρτηκότας συγγνώμης διὰ τῆς ἐξομολογήσεως. Τοῦτο δὲ εὔχεται μὴ ὁλοτρόπως ἀπολέσθαι τὴν Ἱερουσαλήμ, ὃ καὶ γέγονεν· πολλοὶ γὰρ τῶν σταυρωσάντων ἐπίστευσαν καὶ ἐσώθησαν.

Vide rursus modum excitandi misericordiam: propterea quod inimici irritant nomen, protendit argumentum miserationum, etiam bestias inimicos nuncupans ob crudelitatem, et quod peccatores quid veniæ habeant in peccatorum confessione. In hoc vero postulat ne Hierusalem universa ruina cadat, uti evenit. Multi enim ex his qui crucifixerunt, crediderunt et salvi facti sunt.

v. 22. Ἀνάστα, ὁ Θεός, δίκασον δίκην σου.

22. *Exsurge, Deus, judica causam tuam.*

Ἀνάστηθι, καὶ δίκασον τὴν δίκην σου. Ἡ ὑπερηφανία τῶν δαιμόνων καὶ τῶν αἱρετικῶν ἐγνωσμένη σοί ἐστιν.

Exsurge et judica causam tuam. Non tibi ignota est arrogantia daemonum et haereticorum.

v. 22. Vat. 3, 6.

Psalmus LXXIV.

v. 1. Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, ψαλμὸς τῷ Ἀσὰφ ᾠδῆς. *Vat.* 670, 2.

Ὁ δὲ Σύμμαχος· Ἐπινίκιος περὶ ἀφθαρσίας ψαλμὸς ᾠδῆς.

Εἴρηται καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ἐκ προσώπου τῶν ἐν Βαβυλῶνι δορυαλώτων, ὑμνεῖν τὸν Θεὸν ὑπισχνουμένων, ὅταν τῆς θείας χάριτος ἀπολαύσωσι. Κατὰ δέ τινας, εὐχαριστήριός ἐστιν, ὡς ἀπὸ Ἐζεχίου ὑπὲρ τῆς τῶν Ἀσσυρίων ἀναιρέσεως. Ὑψηλότερος δὲ περὶ ἀφθαρσίας ὁ λόγος, τῆς τοῖς δικαίοις ἀποκειμένης, οἷς καὶ τὸ τῆς νίκης ἀποτεθησαύρισται βραβεῖα. Διὸ καὶ ἐπινίκιος ἐπιγέγραπται, καὶ εἰς τὸ τέλος ἡμᾶς ἀναπέμπει, περὶ οὗ φησιν ὁ ἀπόστολος· Εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί· εἰς ὃ οἱ ἐνταῦθα τὸν καλὸν ἀγῶνα νενικηκότες, τῆς ἀφθάρτου ζωῆς τεύξονται, ἢ περὶ [τοῦ] τὸν ἀρξάμενον ἔργου ἀγαθοῦ ἐπιτελέσαι αὐτὸ δεῖ[ν]. Διὰ τοῦτο, εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, εἴρηται, ἵνα μέχρι τέ-

v. 1. *In finem, ne corrumpas, psalmus cantici Asaph.*

Symmachus vero: *Triumphalis, de immortalitate, psalmus cantici.*

Dictatus etiam est hic psalmus ex persona Judæorum in Babylone sub hasta emptorum, Deum hymnis cantare voventium, quando fuerint divinam gratiam consecuti. Juxta nonnullos, eucharisticus, quasi ab ore Ezechiæ de Assyriorum internecione. — Sublimior autem ratio est de illa immortalitate, quæ justis reconditur, quibus quoque victoriæ praemia ceu in thesauris reposita sunt. Idcirco *triumphalis* inscribitur in epigraphe, et *ad finem* nos remittit, de quo dicit Apostolus: « Deinde finis, quum tradiderit regnum Deo et Patri. » Nempe quando illi qui in nobili victores certamine, immarcescibilem vitam consequentur, vel uti oportet, incæptum boni operis finem con-

Ps. LXXIV. Vat. 15. 1 Cor. XV, 24. Field. II, 219. Verba plurima corrasit Eusebius, pauciora anonymus qui brevissima scholia perstrinxit Corderio. Quid si Origenes ipse plura receperit a Senioribus. Sed diligenter adverte in fine quæ alibi non facile reperies, de uno cantore cui plures succedunt in eodem psalmo, tum etiam ea quæ ὑπακοὴν innuunt.

λους φεύγοντες τὴν φθορὰν, εἴτουν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἐν ἀφθαρσίᾳ τὸν Κύριον ἀγαπῶντες, τουτέστιν ἐν ἀρετῇ, καὶ μὴ διαφθείραντες τοὺς εὐσεβεῖς λογισμοὺς, τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομήσωμεν κατὰ τὴν δικαίαν τοῦ Θεοῦ κρίσιν, ἧς πρόῤῥησιν ἔχει ὁ ψαλμός· ὁ γὰρ εἰς τὸ τέλος ὁρῶν καὶ ποιῶν τὸ τῆς ἀφθαρσίας, κέκραγε τό· Μὴ διαφθείρῃς. Ὀργάνῳ δὲ καὶ φωνῇ ὁ ψαλμὸς ἀποτελεῖται· διὸ ψαλμὸς ᾠδῆς ἐπιγέγραπται, δηλωτικὸς ὢν τοῦ δεῖν ἡμᾶς καὶ ὀργάνῳ διὰ τῶν σωματικῶν κινήσεων ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, καὶ φωνῇ νοητῇ, διὰ τοῦ τὸν νοῦν ἀνακεῖσθαι τῷ δημιουργῷ. Λέγεται δὲ κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ὑπὸ πλήθους, ἑξῆς δὲ ὑπὸ ἑνός. Νόει νῦν τὸ μὲν πλῆθος τὴν ἐκκλησίαν εἶναι, τὴν ἀπὸ ἐθνῶν κεκλημένην καὶ ὑπακούσασαν τῷ καλέσαντι· μᾶλλον δὲ τὸ τῶν ἀποστόλων πρόσωπον, παραινοῦν τοῖς ἀνθρώποις σωτηρίας ἔχεσθαι, [διὰ τὸ] ὑποτιθέμενον αὐτοῖς τὸ Θεῖον ἐκεῖνο καὶ φοβηρὸν δικαστήριον. Τὸν δὲ ἕνα τὸν Κύριον εὐχαριστοῦντα ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ.

v. 2. Ἐξομολογησόμεθά σοι, ὁ Θεὸς, ἐξομολογησόμεθα καὶ ἐπικαλεσόμεθα τὸ ὄνομά σου.

Εὐχαριστήσομέν σοι σφόδρα ὑπὲρ τῶν γεγενημένων· ὁ γὰρ διπλασιασμὸς τὴν ἐπίτασιν τῆς εὐχαριστίας δείκνυσι. Καὶ τὸ σὸν ὄνομα, τὸ ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων ὀνειδισθὲν, ἐπικαλεσόμεθα. Ἢ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος χριστιανοὺς καλέσομεν ἑαυτοὺς, καὶ τούτῳ λαμπρυνθησόμεθα. Τάχα δὲ οἱ μὴ τέλειοι ἐξομολογοῦνται μὲν περὶ τῶν ὑπαρξάντων αὐτοῖς ἀγαθῶν, ἐπικαλοῦνται δὲ ὑπὲρ τοῦ ἄλλα λαβεῖν· οἱ δὲ τέλειοι ὑπὲρ τῆς φυλακῆς ὧν ἔλαβον. Ἢ ἐπεὶ διττὸς ὁ τῆς ἐξομολογήσεως τρόπος, δὶς εἴρηται τὸ ἐξομολο-

summabunt. Idcirco dictum est *in finem, ne corrumpas*, ut usque *in finem* a corruptione fugientes, nimirum a peccato, et in integritate illibata diligentes Dominum, id est in virtute, neque temerantes pios cogitatus, incorruptibilitatem consequamur jure hæreditatis, juxta æquum Dei judicium, cujus prooemium psalmus habet. Qui enim respicit *in finem,* et peragit opera intemeratæ virtutis, clamavit hoc: *ne corrumpas!* Instrumento autem et voce psalmus conficitur; ideo *psalmus cantici* inscribitur; quo monemur, oportere nos et cum organo per corporeos motus celebrare Deum, et cum voce spirituali per mentem subjectam Creatori. Pronunciatur autem in principio a multitudine, postea vero ab uno. Scito nunc primum multitudinem esse Ecclesiam, a gentibus electam et respondentem vocanti eam; vel potius apostolorum personam esse, homines exhortantium ad salutem, ob ipsis reservatum divinum tribunal ac formidandum. Deinde scito unum esse Dominum gratias pro Ecclesia agentem.

v. 2. *Confitebimur tibi Deus, confitebimur tibi, et invocabimus nomen tuum.*

Gratias tibi vehementer agemus pro iis quæ facta fuere: geminatio enim intentiorem gratitudinem ostendit. Ac nomen tuum, ab Assyriis exprobatum, invocabimus. Vel ex nomine illo nosmet appellabimus Christianos, quo cognomine nobilitabimur. Fortasse autem qui nondum perfecti sunt, confitentur quidem de bonis quæ ipsis contigerunt; invocant autem, ut alia recipiant; perfecti vero pro custodiendis bonis quæ receperunt. Vel quoniam gemina est confessio-

v. 2. Vat. 15. Multa priscam ætatem sapiunt, uti affectatum quasi novum nomen Christianorum, tum discrimen inter perfectos et minus perfectos, tum duplex confessio, una peccatorum, altera gratiarum, et utraque spontanea et publica sit.

γεῖσθαι, τοῦ μὲν πρώτου δηλοῦντος τὴν ἐφ' ἁμαρτίαις ἐξομολόγησιν· τοῦ δὲ δευτέρου τὴν ἐφ' οἷς πεπόνθασιν ἀγαθοῖς εὐχαριστίαν· ἐπεὶ δὲ οὐχ οἷόν τέ ἐστιν οὕτως ἐπικαλέσασθαι τὸ ὄνομα Κυρίου, ὥστε τυχεῖν τοῦ· Ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται, ἐὰν μὴ πρότερόν τις ἀποταξάμενος τῇ ἁμαρτίᾳ ἐξομολογήσηται περὶ τῶν προημαρτημένων, διὰ τοῦτο ἡ ἐκκλησία ἐπιμένει τῇ ἐξομολογήσει· εἴπερ οὖν καὶ ἡμεῖς θέλομεν ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις εὑρεθῆναι καὶ σωθῆναι μετ' αὐτῶν, κατήγοροι τῆς ἑαυτῶν ἁμαρτίας γενώμεθα, τέλεον καταλιπόντες αὐτήν.

v. 3. Διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου, ὅταν λάβω καιρὸν, ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ.

Ἑνικῶς τοῦτο εἰπὼν ὡς ἑκάστου τοῦτο λέγοντος, ὅπερ ἐν τῇ κοινῇ πάντων γίνεται φωνῇ· τὸ δ' ὅταν λάβω καιρὸν, τουτέστιν ὅταν ἐπανέλθωμεν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, διὰ τὸ μὴ ἐξεῖναι ᾄδειν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας· διηγεῖσθαι δὲ τοῦ Θεοῦ τὰ θαυμάσια ὑπισχνεῖται καὶ ὁ ἀποστολικὸς χορὸς, τῶν διωκόντων ἀπαλλαγείς. Τάχα δὲ ὁ Σωτὴρ λέγει ταῦτα πρὸς τὸν Πατέρα περὶ τῆς ἐκκλησίας, ὅτι οὐδέπω ταύτας χωροῦσι τὰς διηγήσεις τῶν μυστηρίων σου, ἀλλὰ καιροῦ δέονται τῆς τελείας ἐπιστροφῆς. Εἰ θέλοι οὖν καὶ ἡμῶν ἕκαστος ἀκοῦσαι τοῦ Ἰησοῦ διηγουμένου τὰ θαυμάσια τοῦ Πατρὸς, δότω αὐτῷ καιρόν· δίδωσι δὲ καιρὸν ὁ βιοὺς καλῶς. Τὸ μὲν οὖν διηγήσομαι, ἀνθρώπινον, τὸ δὲ ἑξῆς Θεοῦ φωναὶ, ὥσπερ νοοῦμεν, τὸ ἔθος ἐχούσης τῆς γραφῆς τὰς μεταβάσεις ποιεῖσθαι

nis enuntiatio, bis dicitur *confiteri,* quorum prius significat confessionem pro peccatis, posterius autem gratiarum actiones pro bonis quæ experti sunt. Quum vero nemo possit nomen Domini tam efficaciter invocare, ut fiat illud: « Quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit », nisi prius peccare renuntians, confessus fuerit pro admissis peccatis, idcirco Ecclesia perseverat in confessione. Si ergo nos quoque volumus inter vocatos reperiri et salvari cum illis, fiamus nosmet peccati nostri accusatores, id perfecte relinquentes.

v. 3. *Enarrabo omnia mirabilia tua; cum accepero tempus, ego rectitudines judicabo.*

Singulariter id loquitur, unoquoque idem proferente, quod communi omnium voce prædicatur. Illud vero *cum accepero tempus,* id est, quando revertemur ex captivitate, quippe cantare non expedit in terra aliena. Fore autem ut enarret portenta Dei, pollicetur quoque chorus apostolicus, a persecutoribus ereptus. Quæ fortasse Salvator loquitur ad Patrem de Ecclesia: [Ego narrabo], quoniam homines nondum capiunt enarrationes mysteriorum tuorum, sed indigent opportunitate perfectæ conversionis. Si ergo unusquisque nostrum velit audire Jesum enarrantem Patris mirabilia, tempus illi cedat; tempus vero ille dat qui bene vivit. Hoc ergo *enarrabo,* hominis est; quod vero sequitur, Dei sunt voces,

v. 3. Vat. 15. Iterum more vetustæ arcani disciplinæ recurrit τελείωσις et τῶν μυστηρίων varia pro temporibus declaratio. Sed ecce haud sine Ariana fraude transtulit sibi Eusebius quædam verba; ubi apud Origenem recte et plane asserit Unigenitus tum suas ἐνεργείας, tum Patris sui θεολογίαν, Cæsariensis dubium audacter subdit: Ὅρα τοίνυν εἰ μὴ διὰ τούτων ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος τὰς οἰκείας ἐνεργείας διδάσκει, τὴν τοῦ Πατρὸς διεξιὼν θεολογίαν, aut vidius apud Corderum II, 552 idem interrogans: μήποτε τοίνυν. κτλ... Canonem vero biblicum de mutatione personarum in continua serie, mirum est quam fuse et arroganter effutiat ibid. p. 552 Theodorus Mopsuestenus, haud semel Origenis metaphrastes, quantumvis simul et acerrimus oppugnator. Tandem Symmachi locum apud Fieldium Aquilæ fere tribuitur, II, 219. Α. ὅταν λάβω συνταγήν. Σ. ὅταν λάβω τὴν συναγωγήν, ac multa in hoc loco confusio notatur.

τῶν προσώπων, ἄνευ τοῦ ἐπισημαίνειν. Ὁ Μονογενὴς εἰσάγεται τὰς οἰκείας ἐνεργείας διδάσκων, καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς θεολογίαν διεξιών. Ἀντὶ δὲ τοῦ ὅτε λάβω καιρόν, συνταγὴν ὁ Σύμμαχος εἶπε, τοῦ λόγου δηλοῦντος ὡς ἐπειδὰν ὁ συνταχθείς μοι παρὰ σοῦ τῆς ἐπιδημίας καιρὸς ἐπιστῇ, πάντα σου, Πάτερ, τὰ θαυμάσια τοῖς ἐξ ἐθνῶν διηγήσομαι· δικαιοσύνης γὰρ ἔργον τό μὴ μόνον Ἰουδαίους προσίεσθαι, ἀλλ' ἐξ ἁπάντων ἐθνῶν ποιεῖσθαι τῶν σωζομένων τὴν ἐκλογήν, διὸ ἐπάγει· Ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ.

ut opinamur, quum sit mos Scripturæ faciendi mutationem personarum, quin de hoc moneatur. Unigenitus introducitur, tum proprias operationes edocens, tum Patris theologiam enarrans. — Pro lectione: *cum accepero tempus,* Symmachus *cum accepero ordinationem* dixit, utique ac si id declaretur, scilicet quum constitutum mihi a te tempus incolatus advenerit, omnia prodigia tua, Pater, gentibus enarrabo. Justitiæ enim opera est, ut non solum Judæi adducantur, sed ex omnibus gentibus condatur fidelium salutem adeptorum Ecclesia. Unde pergit; *Ego rectos judicabo.*

Αὕτη τοῦ σωτῆρος ἡ φωνή, δικαίως κρίνειν ἀπαγγελλομένου κατὰ τὸν καιρὸν τοῖς ἀδικοῦσι καὶ τοῖς ἀδικουμένοις· μόνος γὰρ αὐτὸς εὐθύτητας κρινεῖ· κατὰ δὲ τὴν ἱστορίαν, ἐγώ, φησίν, ὑμῖν δικάσω καὶ Βαβυλωνίοις καὶ Ασσυρίοις.

Hæc vox est Salvatoris promittentis se juste judicaturum esse in tempore, tam eos qui inique judicant, quam eos qui injuste judicantur. Solus enim ipse est qui rectitudines judicabit. Secundum autem historiam: Ego, inquit, faciam judicium vobis ex Babyloniis et Assyriis.

v. 4. Ἐτάκη ἡ γῆ, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες αὐτήν.

v. 4. *Liquefacta est terra, et omnes inhabitantes in ea.*

Ἀλλὰ μαρτυρησάτω καὶ ἡμῖν Ἰησοῦς, ὅτι ἡ εἰκὼν τοῦ χοϊκοῦ καὶ ἡ ἐν τῷ θνητῷ ἡμῶν σώματι βασιλεύουσα ἁμαρτία, καὶ πᾶν τὸ γήϊνον, καὶ ἡ περὶ τὰ γήϊνα ἐνέργεια, μετὰ τῶν ᾠκειωμένων τοῖς γηΐνοις ἀντικειμένων δυνάμεων, οὐ μόνον ἀπετέθη, ἀλλὰ καὶ οἱονεὶ ἐξηφανίσθη τέλεον. Ἐὰν γὰρ τῷ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατώσωμεν, ὡς πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ περιφέρειν ἡμᾶς, ἐρεῖ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν γῆς καὶ τῶν γηΐνων τὸ ἐτάκη ἡ γῆ. Καὶ ἐν τῇ συντελείᾳ δὴ ἐρχομένης τῆς κρίσεως, ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, καὶ οἱ ἐν τῇ γῇ ἀποθανοῦνται.

Sed nobis quoque testimonium præstet Jesus, futurum esse ut imago terreni hominis et peccatum quod in mortali corpore nostro imperat, et quodcumque terrenum est, et quæ de terrenis operatio est, cum inhabitantibus inter terrenos adversariis potestatibus, non solum amoveantur, sed quodammodo evanescant prorsus. Si enim spiritu corporis actiones mortificamus, ita ut semper nobiscum mortem Jesu circumferamus, de terra nostra et de terrenis nostris dicet: *Liquefacta est terra.* Et sane in consummatione, imminente judicio, cœlum et terra transibunt, et qui in terra sunt, morientur.

v. 4. Vat. 15. cf. 1 Cor. xv, 69. II. Cor. IV, 10. Luc. XXI, 33. Nota in fine Origenem cum Patribus latinis consentire, de moritura ultima hominum generatione, rarissimum sane inter Orientales hac de re testimonium. Cf. A. Battandier, *Revue Cath.* Jullet, 1881.

v. 5, 6. Εἶπα τοῖς παρανομοῦσι μὴ παρανομεῖν, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι· Μὴ ὑψοῦτε κέρας. Μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν, μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν.

Πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνεσι διὰ τῶν ἀποστόλων ἐμαρτύρατο μὴ παρανομεῖν, μηδὲ λαλεῖν ἀδικίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ. Παρανομοῦσι γὰρ οἱ ἀπὸ τοῦ λαοῦ, οἵτινες ἀκούοντες τῶν νόμων, οὐκ ἐτήρουν αὐτούς.

v. 8. Ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστι· τοῦτον ταπεινοῖ καὶ τοῦτον ὑψοῖ.

Ὃν θέλει δηλαδὴ κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν βεβιωμένων ἑκάστῳ. Ἢ ταπεινοῖ μὲν τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν, ὑψοῖ δὲ τὸν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, κατὰ τὰ εἰρημένα ἐν ταῖς ἀραῖς· Ὅτι ὁ προσήλυτος ὅς ἐστιν ἐν σοί, ἀναμνήσεται ἐπὶ σὲ ἄνω, ἄνω· σὺ δὲ καταβήσῃ κάτω, κάτω. — Καὶ ἄλλως· τοῦτον ταπεινοῖ, τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, καὶ τοῦτον ὑψοῖ, τὴν ψυχὴν καὶ τὸ πνεῦμα. Καὶ μέντοι αὐτὸς καθιστᾷ βασιλεῖς καὶ μεθιστᾶ. Καὶ ταπεινοῖ μὲν ἀσεβεῖς, ὑψοῖ δέ τοὺς ταπεινοὺς τῇ καρδίᾳ.

v. 9. Ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου, οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος.

Κέρασμα τὸν οὐρανὸν ὀνομάζει.

v. 10. Καὶ πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συνθλάσω.

Κλάσματα λέγει τὴν φθοράν.

v. 5, 6, 8. Vat. 15. Dan. II, 21.
v. 8. Vat. 15.

v. 5, 6. *Dixi peccatoribus: Nolite inique agere, et delinquentibus: Nolite exaltare cornu, nolite loqui adversus Deum iniquitatem.*

Cæterum alia gentibus in toto orbe sparsis testimonia per Apostolos præbuit, non prævaricari legem, neque loqui injustitiam adversus Deum. Nam prævaricantur in populo quicumque leges audientes, eas non custodiunt.

v. 8. *Quoniam Deus judex est, hunc humiliat, et hunc exaltat.*

Quem videlicet mavult, juxta merita vitæ a singulis peractæ. Vel humiliat quidem circumcisionis plebem, exaltat vero populum gentium, secundum ea quæ in [Deuteronomii] anathematibus dicta sunt, nempe: « Proselytus qui in te est, memorabitur super te supra, supra; tu vero descendes infra, infra. » Et aliter: *hunc humiliat,* carnis consilium, *et hunc exaltat,* animam et spiritum. Interea illis constituit imperatores et destituit, et humiliat impios, exaltat vero humiles corde.

v. 9. *Quia calix in manu Domini, vini meri, plenus mixto.*

Mixtum vocat cœlum.

v. 10. *Et omnia cornua peccatorum confringam.*

Confracta cornua ait interitum.

v. 9. 10 Vat. 5.

Psalmus LXXV.

v. 3. Καὶ ἐγεννήθη ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτοῦ ἐν Σιών. *Vat.* 670, 2.

Ἀλλ' εἰ μὲν ὁ παρὰ Ἰουδαίοις τιμώμενος τόπος ἀπόρθητος καὶ ἀπολέμητος ἐπεφύλακτο, λόγον ἂν εἶχε συγχωρεῖν Ἰουδαίοις αὐ-

v. 3. *Et factus est in pace locus ejus, et habitatio ejus in Sion.*

Verum si ille apud Judæos locus honoratus, inexpugnabilis et bellicis insultibus immunis servatus fuisset, lice-

Ps. LXXV. v. 3. Vat. 15. Hebr. VII, 22. Phil. IV, 7.

τὸν εἶναι νομίζειν τὸν ὑπὸ τῶν γραφῶν δηλούμενον. Εἰ δὲ οὗτος **μὲν ἐκ βάθρων ἤρται** ἁλοὺς πολλάκις ὑπὸ πολεμίων, ἐν εἰρήνῃ δὲ λέγεται ὁ τόπος τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἂν δύναιτο ἀληθῶς λογίζεσθαι τόπος εἶναι Θεοῦ, ὁ πολλάκις ὑπὸ πολεμίων ἁλούς· διὸ οὐδ' εἴρηκεν ὁ προφήτης· Ἐν Σαλὴμ γέγονεν ὁ τόπος αὐτοῦ, ὡς ἂν μέν τις Ἰουδαϊκῶς νοήσῃ τὰ Ἱεροσόλυμα· ἀλλ' ἀντὶ ταύτης, τὴν διάνοιαν τοῦ πράγματος παρέστησεν, ἀντὶ τοῦ Σαλὴμ εἰπὼν ἐν εἰρήνῃ. Εἰ μὲν οὖν καὶ ἐπὶ γῆς εὑρίσκοιντο ψυχαὶ ἐν εὐσταθείᾳ καὶ ἀταραξίᾳ καὶ γαλήνῃ διάγουσαι, εἰκότως ἂν λέχθειεν καὶ αὗται τόπος Θεοῦ, ὡς αἱ χωρητικαὶ οὖσαι θείου Πνεύματος. Εἰ δὲ σπανίως εὑρίσκοιντο ἐπὶ γῆς τοιοῦτοι, ἐν δὲ τῇ κατ' οὐράνιον χρηματίζουσι τοῦ Θεοῦ πόλεις αἱ τῶν ἁγίων ψυχαί, ἔνθεν ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός, δῆλον ὅτι εἰρήνης ἔσται τόπος ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ὡς ἐλευθέρα, ὅρασις ἀληθῶς οὖσα εἰρήνης· ἀλλὰ γὰρ παντὶ τρόπῳ καὶ ἡμῖν ἀποδιωκτέον τὴν τῶν παθῶν ταραχήν, ἵν' εἰρήνην τὴν ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν ἔχοντες, τόπος γινώμεθα Θεοῦ. Ἐσόμεθα δὲ καὶ κατοικητήριον αὐτοῦ, σκοπευτικοὶ τῆς ἀληθείας καὶ ἀρετῆς προθέμενοι εἶναι. Σιὼν γὰρ σκοπευτήριον ἑρμηνεύεται. Ὡς οὖν ὁ ἁμαρτωλὸς δίδωσιν τόπον τῷ διαβόλῳ, οὕτως ὁ καλὸς καὶ ὁ ἀγαθὸς δίδωσι τόπον τῷ Θεῷ ἐν τῷ ἡγεμονικῷ αὐτοῦ, ζητοῦντι ἐνοικῆσαι ἐν ἡμῖν καὶ ἐμπεριπατῆσαι, καὶ μονὴν ποιῆσαι· καὶ ψυχὴ γενομένη σκοπευτήριον καὶ χρηματιστήριον τοῦ τόπου τοῦ Θεοῦ, ἔσται κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ.

v· 11. Ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι.

Τοῦτο τὸ ἐνθύμιον αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐστίν, μὴ ἐφαπτομένης ἔξωθεν δυνάμεως ἀγαθῆς ἢ πονηρᾶς, λέγεται δὲ καὶ λογισμός.

v. 11. Vat. 5.

ret Judæis **ostendere eum esse** quem Scri**pturæ** significant. Sin autem idem locus sublatus fuerit, sæpe a fundamentis excisus ab hostibus, in pace autem dicitur esse locus Dei, is locus sæpe ab hostibus vastatus jam Dei locus dici nequit. Unde propheta non dixit: « In Salem » *factus est locus ejus,* unde aliquis judaica mente intelligeret esse Hierusalem. Sed pro civitate intellectum rei attulit, pro *Salem* cum dixit *in pace*. Si ergo vel in terra inveniantur animæ quæ in firma et tranquilla statione et in serenitate commorantur, verosimiliter dici possint et ipsæ locus Dei, ut quæ contineant divinum Spiritum. Quod si raro reperiantur loca hujusmodi in terra, sunt vero in cœlesti regione Dei civitates, animæ sanctorum, unde exulant dolor et luctus et planctus, dubio procul pacis erit locus superna Hierusalem, uti libera, ut quæ vere est visio pacis. Cæterum quocumque pacto a nobis met averruncanda est passionum procella, ut pacem habentes quæ exsuperat omnem sensum, Dei locus fiamus. Erimus autem etiam ejus habitatio, speculatores veritatis et virtutis in antecessum constituti. Sion enim interpretantur speculam. Sicut ergo peccator dat locum diabolo, sic bonus vir et probus dat, in suæ mentis phrontisterio, locum Deo quærenti habitare in nobis et deambulare et mansionem facere; atque anima quæ fit speculatorium et officina loci divini, erit Dei habitaculum.

v. 11. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi.*

Hæc cogitatio est ipsi homini indita, quamdiu foras non elicitur vis bona vel mala; etiam dicitur ratiocinium.

Psalmus LXXVI.

v. 1. Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἡ φωνή μου πρὸς τὸν Θεόν, καὶ προσέσχε μοι. *Vat.* 671, 1.

Τί δὲ τὸ πρὸς Κύριον; ὅτι ἡ τῶν πολλῶν φωνὴ οὐκ ἀναφέρεται πρὸς τὸν Κύριον· οὐδὲ γὰρ κατὰ Κύριον πρόεισιν αὕτη· τοῦ δὲ δικαίου οὐ μόνον ἡ κατὰ τὴν εὐχὴν φωνή, ἀλλὰ πᾶσα φωνὴ ἱεροῦται τῷ Κυρίῳ, τῷ ἀεὶ λέγειν ἃ δεῖ, καὶ πᾶσα εἶναι κατὰ Θεόν. Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐὰν μὴ ὅλῃ ἀνακειμένῃ ψυχῇ αὐτῷ εὐχώμεθα, ἀλλὰ παρὰ τὸν καιρὸν μόνον εὐχώμεθα, κεκραξόμεθα τῇ φωνῇ πρὸς τὸν Θεόν, οὐ καθαρᾷ δὲ φωνῇ εὐχόμενοι, οὐκ ἀκουσθησόμεθα. Ἐγὼ κἂν προσέχῃ μοι ὁ Θεός, διὰ τὴν ἐν ἐμοὶ ἄνοιαν οὐκ αἰσθάνομαι ὅτι προσέσχε μοι ὁ Θεός· ὁ δὲ ἤδη διαβεβηκὼς καὶ προκόπτων, οὐκ ἀναισθητεῖ τῆς τοῦ Θεοῦ προσοχῆς, ἢ τῆς ἀποστροφῆς· διὸ νῦν μὲν λέγει ὅτι προσέσχε μοι. Ἑτέρωθι δὲ ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου ἀποστρέφεις ἀπ' ἐμοῦ; ἐάν ποτε αἴσθησθε ἀπεστραμμένου αὐτοῦ, ἢ διὰ πειρασμοῦ, ἢ ὁπωσδήποτε τοῦ Θεοῦ κτλ.

v. 1. *Voce mea ad Dominum clamavi, et vox mea ad Dominum, et intendit mihi.*

Cur illud *ad Dominum?* Quod multorum vox non ad Dominum refertur, neque enim loquela vulgi secundum Dominum procedit. Justi autem vox non solum in oratione, sed in quocumque verbo consecratur Domino, in eo quod ea semper ait quæ oportet, et tota ad mentem Dei est. Et nos igitur, si Deum non cum tota ipsi devota anima oramus, sed dumtaxat pro tempore precamur, voce quidem clamaverimus ad Deum, sed voce non pura orantes, non audiemur. Ego sane etiamsi Deus intendat mihi, propter meam insipientiam, haud adverto quod mihi Deus intendit. Qui vero jam pervenit et sursum progreditur, non sentire cessat, utrum Deus attendat aut avertatur: ideo nunc dicit quod *intendit mihi.* — Et in alio loco: « Ut quid vultum tuum avertis a me? » Nisi forte sentiendum sit, a vobis eum aversum esse vel propter tentationem, vel demum qualicumque modo.

v. 4. Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ καὶ εὐφράνθην. Ἠδολέσχησα, καὶ ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμά μου.

Οὐ κομίζει ὀλιγοψυχίαν καὶ λύπην μνημονευθεὶς ὁ Θεός, ἀλλὰ καὶ εὐφροσύνην ἐργάζεται. Οὐδὲν γὰρ οὕτω παρακαλεῖ ψυχήν, ὡς μνήμη Θεοῦ· μνήμη γὰρ Θεοῦ εὐφραίνει ψυχήν. Ὁ δὲ ἐπιλαθόμενος αὐτῆς πενθήσει πικρῶς. — Ἀδολεσχία ἐστὶν ἡ περί τι συνεχὴς διατριβὴ καὶ ὁμιλία.

v. 4. *Memor fui Dei, et delectatus sum; exercitatus sum, et defecit spiritus meus.*

Dei memoria neque attenuat animam, neque constristat, sed lætitiam creat. Nihil enim adeo solatur animam, sicut recordatio Dei. Memoria enim Dei lætificat animam. Qui vero eum obliviscitur, amaro dolebit planctu. — Exercitatio est de aliquo negotio continua tractatio et colloquium.

5. Προκατελάβοντο φυλακὰς πάντες οἱ ἐχθροί μου.

Τοῦτο γνώρισμά ἐστι πολλῆς ἀγρυπνίας.

v. 5. *Anticipaverunt vigilias omnes inimici mei.*

Prolixæ vigiliæ hoc signum est. So-

Ps. LXXVI, v. 1. Vat. 15, Ps. XXII, 2.

v. 4. Vat. 3, 5, 16. v. 5. Vat. 5.

μόνον Θεὸν ἀναπολήσας καὶ μνησθεὶς ἐν τοῖς ὀδυνήροις, εὐφράνθην.

v. 7. Καὶ ἐμελέτησα νυκτὸς μετὰ τῆς καρδίας μου, ἠδολέσχουν καὶ ἔσκαλεν τὸ πνεῦμά μου.

Τὸ ἔσκαλλον ὁ Θεοδοτίων ἐξηρεύνησεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐσκάλεσεν εἴρηκεν. Ταῦτά φησι· Νύκτωρ παρ' ἐμαυτῷ λογιζόμενος, ἀνηρεύνων. Τί δέ ποτε τῶν ἡμετέρων προγόνων τοσαύτην ἐποιήσατο πρόνοιαν; ἡμῶν δὲ κακοπραγούντων ὑπερορᾷ; ἐλογιζόμην δὲ πρὸς τούτοις καὶ ταῦτα· Ἆρα μὴ παντελῶς τὰ καθ' ἡμᾶς ἀπηγόρευσεν καὶ ἀλλοτρίους ἡμᾶς τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας ἀπέφηνεν;

v. 11. Καὶ εἶπα· Νῦν ἠρξάμην, αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου.

Δεξιάν φησι ἀντιλαμβανομένην ἁγίων καὶ σώζουσαν αὐτούς, καὶ καταφέρουσαν ἐχθροὺς καὶ ἀνατρέπουσαν αὐτοὺς ἀνθεστηκότας· ἠλλοιώμην ἐγώ, πεφρόνηκα, λοιπὸν ὀρθῶς διάκειμαι, διότι καὶ ἀγαπᾷ Θεὸς τοὺς ἁγίους.

v. 14. Ὁ Θεός, ἐν τῷ ἁγίῳ ἡ ὁδός σου.

Ἅγιος εἶ, φησί, καὶ ἐν ἁγίοις ἀναπαύῃ, καὶ ἐν τούτοις ἐνοικεῖς καὶ ἐμπεριπατεῖς.

v. 16. Ἐλυτρώσω ἐν τῷ βραχίονί σου τὸν λαόν σου.

Βραχίων τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστός, δι' οὗ ἠνέργησεν τὰ ἐν ἡμῖν ἀγαθά, τὰ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ γεγονότα.

v. 17. Εἴδοσάν σε ὕδατα, ὁ Θεός, εἴδοσάν σε ὕδατα.

Νῦν τὰ ὕδατα λογικὰς φύσεις σημαίνει.

v. 18, 19. Φωνὴν ἔδωκαν αἱ νεφέλαι, καὶ γὰρ τὰ βέλη σου διαπορεύονται. Φωνὴ τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ.

lummodo ego Deum iterum, iterumque revolvens, Deique memor in angustiis meis, hilaris fiebam.

v. 7. *Et meditatus sum nocte cum corde meo, exercitabur, et sarriebam spiritum meum.*

Verbum *sarriebam* Theodotion vertit *scrutatus est*. Symmachus autem dixit *sarriebat*. Hæc David: Noctu mecum recogitans, scrutabar illud: qui fit ut demum pro majoribus nostris tantam præstiterit providentiam, nos autem qui prava agimus, despicit? Ad hæc autem id quoque considerabam: Nonne prorsus nostra condemnavit, alienosque nosmet ab ejus tutela demonstravit?

v. 11. *Et dixi: Nunc cæpi, hæc mutatio dexteræ Excelsi.*

Dexteram dixit eam manum quæ sanctos suscipit salvosque facit, et quæ hostes subigit, retroque verti adversarios cogit. Mutabar, inquit, sapuit mens, ac tandem recte compositus sum, quia Deus diligit sanctos.

v. 14. *Deus, in sancto via tua.*

Sanctus es, inquit, et inter sanctos requiescis, et in eis habitas et ambulas.

v. 16. *Redemisti in brachio populum tuum.*

Brachium Dei Christus, per quem operatus est omnia in nobis bona, quæ secundum ejus beneplacitum facta sunt.

v. 17. *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ.*

Nunc aquas nuncupat spirituales naturas.

v. 18, 19. *Vocem dederunt nubes; etenim sagittæ tuæ transeunt. Vox tonitrui tui in rota.*

v. 7. Vat. 12. cf. Field. II, 208 et nota varietatem plus minus dubiam. Neque etiam scholium cum psalmo apte congruit.

v. 11. Vat. 5, 16. Plura Cyrillo dantur apud Corder.

v. 14. Vat. 3.

v. 16, 17. Vat. 5.

v. 18. Vat. 12, 14. Videndum in fine annon alius interpres sit unus ex Senioribus alexandrinis.

Νεφέλας ἐν τούτοις [λέγει] τοὺς ἀποστόλους, τοὺς τὸν εὐαγγελικὸν καὶ οὐράνιον διακονοῦντες λόγον· βέλη δὲ τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος. Ὅμοιον οὖν ὡσεὶ λέγοιεν· ἐνέργειαι εἰς τοὺς ἁγίους μαθητὰς ἐξάκουστοι πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ γεγόνασιν. Ἰστέον δὲ ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς βέλος ἐκλεκτὸν ὠνόμασται παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ. Βροντὴν, τὸν εὐαγγελικὸν λόγον, τὸν κατακτυπήσαντα τὴν ἐπούρανον, διὸ καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν υἱὸν βροντῆς ἐπεκάλεσε. Τροχὸν δὲ τῶν ἀνθρώπων τὸν βίον, ὡς ἐκ τοῦ Ἰεζεχιὴλ ἔστι μαθεῖν. — Ἄλλος δὲ φωνὴν ἐν τῷ τροχῷ, ἡνίκα ἐνέδησε τοὺς ἄξονας τῶν αἰγυπτίων ἁρμάτων.

v. 21. Ὡδήγησας ὡς πρόβατα τὸν λαόν σου ἐν χειρὶ Μωυσῆ καὶ Ἀαρών.

Ἡ κατὰ Μωσέα φιλοσοφία τετραχῇ τέμνεται· εἰς τὸ ἱστορικὸν, καὶ τὸ κυρίως λεγόμενον νομοθετικὸν, ἅπερ ἂν εἴη τῆς ἠθικῆς πραγματείας ἴδια· τὸ τρίτον τε εἰς τὸ ἱερουργικὸν, ὅ ἐστιν ἤδη τῆς φυσικῆς θεωρίας, καὶ τέταρτον ἐπὶ πᾶσι τὸ θεολογικὸν εἶδος. Τετραχῶς δέ ἡμῖν ἐκληπτέον καὶ τοῦ νόμου τὴν βουλὴν ὡς τύπον τινὰ δηλοῦσαν, ἢ ὡς σημεῖον ἐμφαίνουσαν, ἢ ὡς ἐντολὴν κυροῦσαν εἰς πολιτείαν ὀρθὴν, ἢ θεσπίζουσαν ὡς προφητείαν. Ταύτῃ δὲ μεθόδῳ Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ὁδηγοῦσι τὸν ἀπὸ κακίας ἐπ' ἀρετὴν ὁδεύοντα λαόν.

v. 21. Vat. 5.

Nubes in similibus locis dicit Apostolos, qui evangelicum cælestemque sermonem ministrant; sagittas autem Spiritus operationes. Perinde ergo ac si dixisset: operationes in sanctos Apostolos audire fecit universo orbi. Scito autem quod ipse Christus dicitur sagitta electa apud Isaiam. Tonitru autem ait verbum evangelicum, quod intonuit in toto orbe, ideoque evangelistam filium tonitru vocavit. Rotam vero dicit hominum vitam, ut apud Ezechielem legere est. Alius vero interpres *vocem in rota* audit, quando illigavit axes in curribus Ægyptiorum.

v. 21. *Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moysi et Aaron.*

Quadrifariam Mosaïca philosophia dividitur; aut historica est, et proprie legislativa, quæ ad moralem institutionem peculiariter spectant; tertia est liturgica, quæ porro pertinet ad naturalem contemplationem. Quarta est in primis de re theologica. Quadruplici autem modo nobis iutelligendum est Legis consilium: quatenus typum nobis exponat, aut signum ostendat, aut præceptum confirmet ad recte mores regendos, aut prophetiam vaticinetur. Per hanc viam et methodum Moyses et Aaron ab improbitate ad virtutem gradientem populum deduxerunt.

Psalmus LXXVII.

v. 1. Συνέσεως τῷ Ἀσάφ.

Προσέχετε λαός μου τὸν νόμον μου, κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. *Vat.* 672, 1.

Ταύτης γὰρ δεόμεθα εἰς θήραν τῆς προκειμένης διανοίας, ὥστε γνῶναι τίς ὁ λόγος, καὶ τίς ὁ λαὸς αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ νόμος, ἕτερος ὢν παρὰ τὸν τοῦ Μωσέως. Δαυὶδ γὰρ οὐκ ἦν νομοθέτης, ἵνα λέγῃ· Προσέχετε τῷ νόμῳ μου, οὐδὲ ἥρμοττεν αὐτῷ λέγειν· Τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Οὐ γὰρ οἰκεῖα, τὰ δὲ πρὸς τοῦ Πνεύματος προέφερε ῥήματα. Ὁ μὲν οὖν λέγων σωτήρ ἐστι, νόμος δὲ αὐτοῦ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ λαὸς οἱ χριστιανοί. Τάχα δὲ εἰ μὴ Ματθαῖος εἶπεν ὅτι ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρός ἐστιν ὁ ψαλμὸς, οὐκ ἂν ἐτόλμησα, διὰ τό· Ὅσα ἠκούσαμεν, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐπὶ τὸν Σωτῆρα ἀναγαγεῖν τὰ γεγραμμένα. Νῦν δὲ σώζω, καὶ ὅτι ὁ Σωτὴρ ὁ λέγων ἐστὶ, καὶ ὅτι οὐ δι' ὅλου τοῦ ψαλμοῦ λέγει ὁ Σωτήρ.

Ταῦτα μὲν εἰς τὸ καθάραι τὸ λέγειν πρόσωπον, κατὰ λέξιν δὲ ἀκούσωμεν.

Προσέχετε κτλ. Νόμου ὄντος τοῦ κατὰ Μωσέα, εὔχεται τὸ ἐν τῷ προφήτῃ Πνεῦμα ἐν τῷ Θ' ψαλμῷ, ὅπως ἀναστήσῃ τοῖς ἔθνεσι νομοθέτην, καὶ διαθήσεται διαθήκην καινὴν, κατὰ Ἱερεμίαν, καὶ ἀλλαχόσε λέγει· Δώσω αὐτοῖς καρδίαν ἑτέραν τοῦ φοβεῖσθαί με, καὶ ὁδὸν ἑτέραν. Ἦλθεν οὖν ὁ Σωτὴρ, καὶ

Intellectus ipsi Asaph.

v. 1. *Attendite, popule meus, legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei.*

Quo intellectu nobis opus est, ad explorandam mentem hic subjectam, unde noscamus quis sermo sit, et quis populus ejus, et quænam lex, alia porro quam Mosaïca. Nam David non erat legislator, ut dicat: *Attendite legem meam,* neque competit ei addere: *verba oris mei,* minime quippe sua, sed afflata a Spiritu sancto verba proferebat. Igitur is qui loquitur, Salvator est; ejus vero lex Evangelium, et populus Christiani. Sane nisi Matthæus edixisset hunc inesse psalmum in persona Salvatoris, ego ob illa verba: *Quanta audivimus, et patres nostri narraverunt* etc. non sustinuissem dicta hæc Salvatori ascribere. Sed nunc securus sum, Salvatorem esse eum qui loquitur, non tamen loqui per totum psalmum.

Hactenus hæc, ad declarandam loquentis personam; jam verbotenus audiamus:

Attendite etc. Lex quum sit Moysi data, postulat ille Spiritus, qui apud prophetam erat in psalmo IX, ut constituat legislatorem super gentes, et disponat testamentum novum, juxta Hieremiam; et alicubi dicit: « Dabo illis ut timeant me cor alterum, et aliam viam. » Accessit

Ps. LXXVII. Praeter majorem psalmum CXVIII, nullus alius est quem abundantiori Origenis commentario auctum reperimus, non solummodo in Vaticanis codd, quorum plerique parciores sunt, sed maxime in optimis codd. Laurentianis, inscriptis sub Plut. v. 14. et Plut. VI, 3, quos locuplete symbolo confirmant codd. Veneti apud Gallandium. Quibus si instituto nostro licuisset addere, quantumvis exilia, novem et decem scholiola a Maurinis collecta, et fusiora Gallandii, integer fere commentarius restitueretur.

v. 1. Laurent Plut v, 14. cf. Matth: XIII, 35, ubi David diserte appellatur sub nomine prophetæ, etiam Isaiæ, in nonnullis exemplaribus, teste Eusebio, fort. post Origenem, quem Cæsariensis de more suo sequitur in hoc psalmo, maxime ab initio, sive per compendia, sive παραφραστικῶς, filum magistri, ut idem ostendit, nunquam deserens.

λέγει Χριστιανοῖς, τῷ λαῷ αὐτοῦ, τῷ ἐξ ἐθνῶν· Προσέχετε, λαός μου, τῷ ἐμῷ νόμῳ, τῷ εὐαγγελικῷ, περὶ οὗ εἴρηται· Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, ἀλλὰ μὴ ὁ τοῦ Μωσέως. μηκέτι σαββατίζετε, μὴ πάλιν ἄζυμα ποιήσητε, μηκέτι κατὰ τὰ πρῶτα καὶ παλαιὰ πορεύεσθε. Ἰδού, γέγονε τὰ πάντα καινά, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθον. Ὅτι δὲ λαὸς Χριστοῦ τὰ ἔθνη, Ζαχαρίας φησί· Καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν.

igitur Salvator, et ait Christianis, populo suo ex gentibus: *Attendite, popule meus, legem meam* evangelicam, de qua dictum est: «Ex Sion exibit lex», sed non Lex Moysis. Nolite sabbata celebrare, neque azyma conficere amplius, neque secundum priora et vetera ambulare. Ecce omnia nova facta sunt, antiqua transierunt. Gentes autem esse Christi populum Zacharias asserit: «Confugient gentes multæ ad Dominum, et erunt ipsi in populum.»

v. 2. Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς.

v. 2. *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.*

Καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ πρῶτον ἀπὸ τοῦ νόμου ἄρχεται ὁ Κύριος λέγων· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, εἶτα λέγει τὰς παραβολάς. Δεῖ δὲ καὶ ἡμᾶς πρῶτον τῷ νόμῳ ἐπιμελῶς ἐμμελετῆσαι, καὶ μετὰ τὴν κατόρθωσιν τῶν ἐθῶν ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θεολογίαν, ἤτοι τὰ τοῦ στόματος ῥήματα· οὐκ αἰσθητῶς δὲ πάρεστι Χριστός, τὸ ῥῆμα λαλῶν, ἵνα κλίναντες τοῦτο τὸ οὖς πληρώσωμεν τὴν ἐντολήν, ἀλλ' ἔστιν ἄλλο τι ἐν ἡμῖν οὖς, περὶ οὗ λέγει ὁ Σωτήρ· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Etiam in Evangelio, incipit primum a lege Dominus, dicens: «Beati pauperes spiritu,» postea edisserit parabolas. At nos quoque oportet primum legem sollicite exercere, ac post emendationem morum, transire ad sermonem de Deo, nimirum ad verba oris. Haud vero per sensus adest Christus, successive locutus, ut hanc aurem inclinantes, mandatum impleamus, sed nobis alia indita auris est, de qua Salvator dicit: «Qui habet aures audiendi, audiat.»

Παραβολή ἐστι λόγος ὡς περὶ γενομένου τοῦ μὴ γενομένου κατὰ τὸ ῥητόν, δυναμένου δὲ γενέσθαι, τροπικῶς δηλωτικὸς τῶν πραγμάτων ἐκ μεταλήψεως τῶν ἐν τῇ παραβολῇ λεγομένων· ἢ λόγος ἀπό τινος οὐ κύριον μὲν ἐμφορῶν τῷ κυρίῳ, ἐπὶ δὲ τὸ ἀληθὲς καὶ κύριον ἄγων τὸν συνιέντα· ἢ λέξις δι' ἑτέρων τὰ κυρίως δηλούμενα μετ' ἐνεργείας παριστάνουσα.

Parabola sermo est, quo veluti factum refertur quod non evenit, juxta litteram, per figuram res declarans quæ metaphorice in parabola significantur; vel sermo est qui verba quædam non propria miscet propriis, sed quæ intelligentem ea ad verum et proprium sensum ducant; vel etiam dicendi genus quod per aliena verba, facto interposito, propria significat.

v. 3-6. Ὅσα ἠκούσαμεν καὶ ἔγνωμεν αὐτά, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν διηγήσαντο ἡμῖν· οὐκ ἐκρύβη ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῶν εἰς γενεὰν ἑτέραν, ἀπαγγέλλοντες τὰς αἰνέσεις Κυρίου καὶ τὰς δυναστείας αὐτοῦ καὶ τὰ

v. 3-6. *Quanta audivimus et cognovimus et patres nostri enarraverunt nobis. Non sunt occultata a filiis eorum, in generatione altera; narrantes laudes Domini et virtutes ejus et mirabilia ejus quæ fecit. Et*

v. 2. Vat. 5, 12, 14. Laurent. Plut. v, 14. cf. Matth. v, 3; xiii, 43. Huc accedunt Athanasius et vetus anonymus apud Corder. ii, 631, 633, 634. Etiam p. 635 Theodorus Mopsuestenus, quod notandum est, ab Origene recepit πνεῦμα interpretatum προαίρεσις, pelagianæ, ut solet, doctrinæ favens. Codd. habere videntur inepte ἠρέμα λαλῶν.

v. 3-6. Laurent. Plut. v, 14. Deuter. xl, 17. Ab initio sua in primis recepit Eusebius.

θαυμάσια αὐτοῦ ἃ ἐποίησε. Καὶ ἀνέστησε μαρτύριον ἐν Ἰακὼβ, καὶ νόμον ἔθετο ἐν Ἰσραὴλ, ὃν ἐτείλατο τοῖς πατράσιν ἡμῶν, γνωρίσαι αὐτὸν τοῖς υἱοῖς αὐτῶν, ὅπως ἂν γνῷ γενεὰ ἑτέρα, υἱοὶ οἱ τεχθησόμενοι, καὶ ἀναστήσονται, καὶ ἀπαγγελοῦσιν αὐτὰ τοῖς υἱοῖς αὐτῶν, ἵνα θῶνται ἐπὶ τὸν Θεὸν τὴν ἐλπίδα αὐτῶν, καὶ μὴ ἐπιλάθωνται τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ἐκζητήτωσιν, ἵνα μὴ γένωνται ὡς οἱ πατέρες αὐτῶν, γενεὰ σκολιὰ καὶ παραπικραίνουσα· γενεὰ ἥτις οὐ κατηύθυνε ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐπιστώθη μετὰ τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτῆς.

suscitavit testimonium in Jacob, et legem posuit in Israel, quam mandavit patribus nostris notam facere eam filiis suis, ut cognoscat generatio altera, filii qui nascentur et exsurgent et narrabunt filiis suis, ut ponant in Deo spem suam, et non obliviscantur operum Dei, et mandata ejus exquirant, ne fiant sicut patres eorum, generatio prava et exasperans, generatio quæ non direxit in corde suo, et non est creditus cum Deo spiritus ejus.

Τὸ ἑξῆς οἱ πατέρες ἡμῶν διηγήσαντο ἡμῖν, ἀπαγγέλλοντες τὰς αἰνέσεις τοῦ Κυρίου. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα ἐξ ἑνὸς ἐλέγετο προσώπου τοῦ Χριστοῦ, τὰ δὲ προκείμενα λέλεκται μὲν ἐκ τοῦ αὐτοῦ· συμπαραλαμβάνει δὲ καὶ ἕτερα πρόσωπα, ὑποκαταβὰς τῆς αὐτοῦ θεότητος, καὶ ἀνθρωπίνως φθεγγόμενος. Οἱ δὲ συμπαραλαμβανόμενοι εἰσὶν οἱ κατὰ σάρκα ὁμογενεῖς αὐτοῦ μαθηταί. Διὸ πληθυντικῶς διεξέρχεται τὰ μετὰ χεῖρας. Ὅτε μὲν γὰρ οἰκεῖον νόμον αὐτοῖς προὐβάλετο, σὺν αὐθεντίᾳ βασιλικῇ ἐξ ἑνὸς προσώπου προεφέρετο τὴν ἐπαγγελίαν. Νῦν δὲ ὅτε τῶν παλαιῶν ἀναγνωσμάτων ἐπιτέμνει τὴν διήγησιν, κοινοποιεῖ τὸν λόγον, καὶ ἠκούσαμεν, εἶπε, διὰ τὸ πρόσλημμα, καὶ ἔγνωμεν, ἀντὶ τοῦ ἐβεβαιώθημεν περὶ αὐτῶν, καὶ ἐπληροφορήθημεν, τῶν πατέρων ἡμῖν διηγησαμένων, Μωσέως, φημὶ, καὶ τῶν προφητῶν. Τούτων γὰρ υἱὸς ὁ Χριστὸς διὰ τῆς μητρός.

Ea sequuntur: *Patres nostri enarraverunt nobis, annuntiantes laudes Domini.* Præcedentia quidem ex una Christi persona pronuntiabat; lecta vero nunc dicuntur quidem ex eodem nomine, sed simul comprehendit alias personas, descendens ab ipsius deitate, humanoque more locutus. Qui vero conveniunt, sunt connaturales ipsi secundum carnem, discipuli. Ideo plurali numero pergunt quæ ad manus sunt. Quando enim propriam legem illis subjiciebat, cum regia auctoritate, unius imperantis ore, sententiam proferebat. Nunc vero quum veterum documentorum relationem perstringit, communi sermone utitur, et *audivimus,* inquit, per acceptam traditionem, et *cognovimus,* ac si dicat: De his rebus confirmati et certiores facti sumus ab enarrantibus nobis patribus, a Moyse, inquam, et prophetis. Horum quippe filius per matrem Christus erat.

Τάχα δὲ καὶ οἱ μαθηταὶ ἀποκρίνοντες καί φασιν· Ὅσα ἠκούσαμεν καὶ ἔγνωμεν, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὐ πάντων δέ ἐστιν τὸ ἀκούειν καὶ τὸ γινώσκειν, ἢ μόνον τῶν συνιέντων τοὺς λόγους· ἀλλ' οὐδὲ πᾶσιν οἱ φύσει πατέρες διηγήσαντο, ἀλλά τισι, καὶ οἱ κατ' ἐπιστήμην καὶ θέσει. Ἡμεῖς γοῦν οἱ ἐξ ἐθνῶν τῷ θείῳ Λόγῳ προσελθόντες, οὐκ ἔχομεν διδασκάλους ἐπιγράψασθαι τῶν μαθημάτων

Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, ἐπεὶ πνευματικῶς Αἴγυπτος καλεῖται πᾶς ὁ περὶ γῆν τόπος, οἱ ἐν τούτῳ διατρίβοντες Αἰγύπτιοι προσαγορεύονται. Χάριτι οὖν Θεοῦ τούτων τῶν Αἰγυπτίων τὰ πρῶτα γεννήματα τῆς ψυχῆς αὐτῶν

Quantum autem ad sublimiorem sensum, quum spiritualiter vocitetur Ægyptus quicumque terræ locus, qui ibi degunt, Ægyptii appellantur. Gratia igitur Dei eripitur horum Ægyptiorum prima

ἀναιρεῖται, ἄνοια καὶ κακία τυγχάνονται. Πρὸ γὰρ τῶν ἀρετῶν καὶ ἐπιστημῶν, τῶν ὀφελίμων τέκνων, τῶν διανοιῶν κακία καὶ ἄγνοια ὑφίσταται. Ἀλλὰ καὶ παντὰ τῷ κατὰ τέχνην ἢ ἐπιστήμην ἐνεργοῦντι, οὐκ εὐθὺς τὸ εὖ ποιῆσαν παραγίνεται, ἀλλὰ μετὰ τὸ ἀνεπιλήπτως εὐεργῆσαι. Ἀναιρεῖται οὖν εἰκότως ἀπαρχὴ παντὸς πόνου ὡς φαύλη, ὅτι δὲ περὶ ψυχῶν τὰ λεγόμενα σώμασι συμπεπλεγμένων, δῆλον ἀπὸ τοῦ προσκεῖσθαι ἐν τοῖς σκηνώμασι· σκηνώματα γὰρ ψυχῶν σώματα. Πονηρὸν ἐνταῦθα τὸν ἐπίπονον ἄγγελον καὶ πονηρὸν εἶπεν, οὐ τῇ κακίᾳ πεποιουμένον, ἀλλὰ τοὺς πόνους καὶ ὠδύνας ἐνεργοῦντα. — Ἀπαρχὴν εἴρηκε πόνων τὴν πληγὴν τὴν ἐπὶ τοῖς πρωτοτόκοις, οὐχ ἐπειδὴ πρῶτον ἐπ' αὐτοῖς ἤλγησαν, ἀλλ' ἐπειδὴ μείζονος ταύτης συμφορᾶς οὐκ ἀπέλαυσαν. Τὸ αἴτιον τῷ αἰτιατῷ ὁμωνύμως ἐκλήθη· τὸ γὰρ ἀποτέλεσμα τοῦ θυμοῦ καὶ αὐτὸς θυμὸς εἴρηται, καὶ τὸ ἀποτέλεσμα τῆς ὀργῆς, ὀργή· καὶ τὸ ἀποτέλεσμα τῶν πόνων καὶ αὐτὸς πόνος λέγεται, καὶ ἐπὶ τῆς ἐλπίδος ὡσαύτως.

soboles, nempe si ignorantia et malitia succedunt. In locum enim virtutum et scientiarum, quæ sunt proficui filii, substituuntur cogitationum malitia et ignorantia. Ei vero, qui artem aut disciplinam exercet, non semper omnia cito procedunt, ut bene opus agatur, sed postquam sine reprehensione opus bene actum est. Tolluntur ergo opportune primitiæ cujuscumque laboris uti minus bonæ. Quod vero prædicta sint de animabus quæ sunt corporibus copulatæ, palam est ex verbo addito *in tabernaculis*. Animarum enim tabernacula sunt corpora. Hic vero dixit angelum noxium et pravum, minime in malitia creatum, sed laborum et ærumnarum opificem.

Primitias censuit laborum plagam in primogenitis irrogatam, non ideo quod prima fuit in eorum doloribus, sed quod majorem illa calamitatem non experti sunt. Causa pro causæ effectu homonyma sumitur: effectus enim iræ, et ipsa ira est: et indignatio opere consummata, indignatio est. Et laborum fructus, labor ipse dicitur, et de spe similiter.

v. 52. Καὶ ἀπῆρεν ὡς πρόβατα τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἤγαγεν αὐτοὺς ὡσεὶ ποίμνιον ἐν ἐρήμῳ.

Ἐγὼ μέντοι εὑρίσκων γεγραμμένον ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, πάλαι μὲν ὑπελάμβανον τοῦτο γεγονέναι κατὰ σύγχυσιν τῶν γλωσσῶν· σκοπῶν δὲ ὕστερον, εὕρισκον μὴ δύνασθαι τοῦτο πρὸ τῆς γενέσεως τοῦ Ἰακὼβ ἐπ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἀναφέρεσθαι, ἐξέβη δὲ ἡνίκα Ἰουδαῖοι ἐξῆλθον ἐκ γῆς Αἰγύπτου, τότε πρῶτον ἐχρημάτισε μερὶς Θεοῦ ὁ Ἰακώβ, τουτέστιν ὁ ἐξ Ἰακὼβ λαός. Ἀλλ' ὅπερ ἐλέγομεν, τότε λαὸς Θεοῦ ὁ Ἰσραὴλ ἐχρημάτισεν, ὅτε τῆς Αἰγύπτου ἐξῆλθε, καὶ ὅτε μὲν ἦσαν ἐν Αἰγύπτῳ, οὔπω ἦσαν ἀγέλη διεσκεδασμένοι ἐν αὐτῇ, διὸ ὡς

v. 52. *Et abstulit sicut oves populum suum, et perduxit eos tamquam gregem in deserto.*

Interim ego scriptum reperiens quod quum dispertitus est Deus gentes, facta est pars Domini populus ejus Jacob, intellexi, id quidem olim factum fuisse in confusione linguarum, sed ulterius introspiciens, detexi, fieri id non potuisse ante ortum Jacob, et ad illud tempus referri, quando Judæi e terra Ægypti exierunt, tunc primum vocatus est Jacob pars Dei, id est populus ex Jacob ortus. Sed quod dicebamus: tunc populus Dei Israel nuncupatus est, quando ab Aegypto exivit, in quo erant oves palabundæ per hos agros, ideo illos *ut a-*

v. 52. Laurent. Plut. v, 14. Cf. Deut XXXII, 9. 1 Cor. XV, 27, Ps, CXL, 7.

πρόβατα αὐτοὺς ἀπαίρει Θεός· ἡνίκα δὲ συνάγει αὐτοὺς καὶ ποιεῖ ἕν, ἀπαίρων πρότερον ἀπὸ παντὸς τοῦ κόσμου τὸν λαὸν αὐτοῦ, εἶτα ἀνάγων διὰ τῆς πολιτείας τῆς ἄνω φερούσης, καὶ ποιῶν ἄνω φέρεσθαι, καὶ ἐπὶ τὰ ἀνώτερα ὁδεύειν, ὅπερ οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτοὺς ποιεῖν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, τότε ἑνώσας αὐτοὺς ποιεῖ ποίμνιον ἕν. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν ὅσον ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγόμεθα, τηροῦμεν τότε ποίμνης μυστήριον· ὅτε δὲ ἀμελοῦμεν τῶν συνάξεων, μιμούμεθα τὰ ἀποσκιρτῶντα καὶ ἀπαιῄσσοντα τοῦ ποιμνίου πρόβατα, καὶ δύνανται καθ' ἡμῶν τῶν διασκεδασθέντων οἱ ἐχθροὶ καὶ τὰ θηρία τὰ ἐνεδρεύοντα, οἱ λύκοι, ὡς μανθάνομεν ἀπὸ τῶν ποιμνικῶν. Ἐάν ποτε ἐπιτιθῶνται ποίμνῃ, οὐ δύνανται ἐπιτίθεσθαι αὐτῇ συναχθείσῃ, ἀλλ' ἐπιτηροῦσί που πρόβατον ἀπονεμόμενον, κἀκείνῳ ἐπιβουλεύουσιν. Εἴπερ οὖν καὶ ἡμεῖς βουλόμεθα μὴ ἐπιβουλεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, μὴ καταλείπωμεν τὴν συναγωγήν, ἀλλὰ συνερχώμεθα ἐπὶ τὸ αὐτό, τιμῶντες τὴν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἡμέραν, ἵνα συναχθῇ ὀστοῦν Χριστοῦ πρὸς ὀστοῦν, καὶ ἁρμονία, καὶ φλέβες, καὶ νεῦρα, καὶ δέρμα, ἤδη δὲ καὶ αἱ τρίχες. Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐστὲ, καὶ ἀναγκαῖον τοῦτο συνάγεσθαι, ἵνα μὴ λέγῃ περὶ ἡμῶν Χριστός· Διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου;

v. 54. Καὶ εἰσήγαγεν αὐτοὺς εἰς ὄρος ἁγιάσματος αὐτοῦ, ὄρος τοῦτο ὃ ἐκτήσατο ἡ δεξιὰ αὐτοῦ.

Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, ὄρος ἁγιάσματος ἡ διῃρμένη καὶ ὑψηλοτάτη ἀρετὴ καὶ γνῶσις· εἰς ἣν γνησίως εἰσάγει ὁ μόνος τέλειος διδάσκαλος Ἰησοῦς, οὗ κτῆμα πᾶσα ἀρίστη γνῶσις καὶ θεωρητικὴ τῆς ἀληθείας ἕξις. Ὅθεν καὶ οἱ ταύτας τὰς διαθήκας κτώμενοι, κτήματα Θεοῦ καλοῦνται.

v. 55. Καὶ κατεσκήνωσεν ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν τὰς φύλας τοῦ Ἰσραήλ.

gnos aufert Deus; quum vero congregat eos, et in unum facit, auferens primum plebem suam ab universo mundo, deinde evehens eam per vitæ institutum ad superna ferens, curansque eos in sublime tolli et ad superiora progredi, quod penes eos non erat facile in terra Ægypti, tunc in unum eos cogens, facit unum ovile. Nos autem, quantumque in unum congregamur, tantumdem servamus ovilis mysterium; quum vero synaxes negligenter colimus, imitamur oves quæ ab ovili resiliunt et recedunt, atque in nos dispersos invalescunt inimici atque feræ et lupi insidiantes, uti didicimus a gregum ductoribus. Si forte ovile invadunt, nequeunt gregem collectum superare; sed studiose inquirunt ovem errantem, eique insidias parant. Si ergo nos quoque nolumus insidiose capi ab adversariis potestatibus, caveamus ne cœtum Ecclesiæ deseramus, sed concurramus in unum, formidantes diem resurrectionis Domini nostri, ut Christi colligatur os ad os, et compago, et venæ, et nervi, et pellis, immo etiam capilli. An nescitis quia corpus Christi estis, et necesse est coagmentetur, ne de nobis Christus dicat: « Dissipata sunt omnia ossa mea? »

v. 54. *Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem quem acquisivit dextera ejus.*

Sublimiori sensu, mons sanctificationis est distincta et excelsissima virtus et scientia: in quam scite inducit solus perfectus magister Jesus, cujus acquisitio est quæcumque præstantissima agnitio et contemplativa veritatis possessio; unde et hi qui hujusmodi dispositiones adepti sunt, acquisitiones Dei vocantur.

v. 55. *Et habitare fecit in tabernaculo eorum tribus Israel.*

v, 54-55. Laurent. Plut. v, 14.

Κατεσκήνωσε τὰ ἔθνη πιστεύσαντα εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ εἰσήγαγεν αὐτούς.

v. 61. Καὶ παρέδωκεν εἰς αἰχμαλωσίαν τὴν ἰσχὺν αὐτῶν, καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῶν εἰς χεῖρα ἐχθροῦ.

Τοῦ σκηνώματος τὴν καλλονὴν τὴν κιβωτόν φησι.

v. 65. Καὶ ἐξηγέρη ὡς ὁ ὑπνῶν Κύριος, ὡς δυνατὸς κεκραιπαληκὼς ἐξ οἴνου.

Ὁ δυνατὸς, καρηβαρήσας ἐξ οἴνου, ὅταν ἀναστῇ, σφοδρότερον κινεῖται καὶ ὁρμητικώτερον· οὕτω, φησὶ, καὶ ὁ Θεὸς ἀνέστη κατὰ τῶν ἀλλοφύλων. Πλὴν καθάπερ ἡ κραιπάλη, τουτέστιν ἡ μέθη, ἐπείσακτον πάθος ἐστὶν, οὐκ ἔμφυτον, οὕτως ἡ ὀργὴ πάθος οὐκ ἔστι Θεοῦ, ἀλλὰ τιμωρία δικαία τοῖς πλημμελοῦσιν ἐπαγομένη. Μηδέποτε οὖν ἀναγινώσκων περὶ Θεοῦ ταῦτα τὰ ἀνθρωποπρεπῆ, ὑπολάμβανε τὸν Θεὸν ἐν πάθει εἶναι· ἀπαθὴς γάρ ἐστι παντὶ τρόπῳ. Ὁ δὲ ἁμαρτάνων ἐκκαίει ἑαυτῷ ὀργήν. Εἰ ἐγὼ εἶπον τὸν Θεὸν ὡς κεκραιπαληκότα ἐξ οἴνου ἀναστήσασθαι, τίς οὐκ ἂν ἐπελάβετό μου τῶν φιλαιτίων, λέγων ὅτι μέθην καὶ κραιπάλην φέρεις ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἄνθρωπος διδασκόμενος ὅτι οὐδὲ ἄνθρωποι μέθυσοι βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσιν; Ἀλλ᾽ ὅμως τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἐν τῇ ἐλευθέρᾳ τοῦ λέγειν ἐξουσίᾳ τυγχάνον, εἶπε τὸν Θεὸν διανίστασθαί ποτε ὡς δυνατὸν, καὶ κεκραπαληκότα ἐξ οἴνου. Τάχα γὰρ οἱονεὶ ἡμεῖς καρηβαροῦμεν, καὶ μεθύειν ποιοῦμεν τὸν Θεὸν, ὡς καθεύδειν, ὡς ὀργίζεσθαι, ὡς τὰ λοιπὰ, ἃ μὴν ἐφ᾽ ἡμῖν. Ἀλλὰ γένηται, ὡς καὶ κεκραιπαληκώς. Ἀλλ᾽ ἐὰν ἐπιστρέψωμεν, καὶ γινώμεθα εὔφρονες, ἐγείρεται. Καὶ τί ποιεῖ;

v. 66. Καὶ ἐπάταξε τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, εἰς τὰ ὀπίσω, ὄνειδος αἰώνιον ἔδωκεν αὐτοῖς.

Πατάσσει εἰς τὰ ὀπίσω τοὺς ἐχθρούς. Οἳ

Inhabitare fecit gentes Christo fideles et introduxit eas.

v. 61. *Et tradidit in captivitatem virtutem eorum, et pulchritudinem eorum in manum inimici.*

Pulchritudinem tabernaculi de arca intellexit.

v. 65. *Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus a vino.*

Potens, a vino capite nutans, quando surrexit, vehementius movetur et ferociori impetu. Ita etiam Deus, ait, surrexit adversus alienigenas. Verumtamen quemadmodum crapula, id est ebrietas, adtitia est passio, non indita, ita ira non est Dei propria propensio, sed justa punitio a peccatoribus invecta. Minime ergo in Deo legens similes hominum habitus, suppone Deum aliquid esse passum. Sane quocumque pacto patiendi expers est. At qui peccat, sibimet accendit iram. Si ego dixerim Deum esse crapulatum, quis eorum res scrutantium me non objurgaverit, aiens: tu ebrietatem et crapulam in Deum infers, edoctus homo qui fueris, quod ebriosi non hæreditabunt regnum Dei? Verumtamen sacer Spiritus, suam usurpans libere loquendi potentiam, dixit Deum insurgere aliquando ut potentem et ex vino crapulatum. Forte an qualiter nos caput movemus, etiam facimus Deum inebriari, ut dormiat, ut irascatur, uti cætera quæ nostra sunt. Verum esto ut etiam quasi crapulatus fiat; attamen si revertimur, et sanam habemus mentem, suscitatur. Et quid facit?

v. 66. *Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit eis.*

Percutit in posteriora: qui enim in

v. 61. Vat. 5. Huc respexit Didymus apud Corder.

v. 65. Vat. 2, 5, 7, 14. II. Cor. VI, 16. Ultima transierunt verbo tenus ad vulgatum Athanas. in psalm. et apud Corder. II, 645.

66. Vat. 5, 14.

γὰρ κατενώπιον βλέποντες τοῦ Θεοῦ, καὶ παριστάμενοι αὐτῷ, οὐ πατάσσονται, ἀλλ' ὅταν τις φύγῃ τὸν Θεὸν, τότε πατάσσεται, καὶ μὲν ἀναίσθητος ὢν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, εἶτα ὀνειδίζεται παρὰ τοῦ θέλοντος αὐτὸν εἰς ἐπιστροφὴν ἄγειν· μετανοήσῃ καὶ αἰσχυνθῇ, ἀναίσχυντος ὢν τὸ πρότερον, ἅμα τε ἤρξατο ὀνειδίζειν ὁ Κύριος, καὶ ἐπαύσατο. Ἐὰν δὲ μὴ μετανοήσῃ, τηρεῖται αὐτῷ ὁ ὀνειδισμὸς καὶ ἐπὶ τὴν ἀνάστασιν. — Καὶ ἐπάταξε κτλ. Τοῦτό φησιν, διὰ τὸ Ἀζωτίους καὶ Ἀσκαλωνίτας εἰς τὰ ὀπίσω τῆς ἕδρας πατάξαι, ἄχρις οὗ τὴν κιβωτὸν ἐξαπέστειλαν.

conspectu Dei intuentur, et coram eo astant, non percutiuntur. Sed quando quis Deum fugit, tunc percutitur ; atque quum non sentiat propria peccata, porro probris illum incessit, qui vult eum in conversionem reducere; pœniteat et pudeat eum, qui prius sine pudore fuit, et statim ut Dominus incoepit increpare eum, et postea requievit. Sin autem eum non pœnituerit, convicium ei adhærebit, et usque ad resurrectionem. — *Et percussit* etc. Hoc dixit ob Asotios et Ascalonitas, qui natibus percussi sunt, donec arcam remiserint.

Psalmus LXXVIII.

v. 2. Ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τὰς σάρκας τῶν ὁσίων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. *Vat.* 675, 1.

v. 2. *Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.*

Τῶν δαιμόνων οἱ μὲν θεωρίᾳ, οἱ δὲ πράξει ἀντίκεινται· καὶ οἱ μὲν πρότεροι πετεινὰ οὐρανοῦ ὀνομάζονται, οἱ δὲ δεύτεροι λέγοιντ' ἂν θηρία τῆς γῆς. — Ὡς πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἢ θηρία τῆς γῆς, τὰ ἔθνη καὶ αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς κατέφαγον Ἰάκωβον τὸν Ἰσραήλ.

Dæmones quidem alii contemplationi, alii autem actioni adversantur : illi porro volucres cœli nominantur, hos autem dicere possis bestias terræ. — Perinde ac volucres cœli aut bestiæ terræ, gentes et regna terræ comedebant Jacobum Israel.

v. 3. Ἐξέχεαν τὸ αἷμα αὐτῶν ὡς ὕδωρ.

v. 3. *Effuderunt sanguinem eorum sicut aquam.*

Τὸ οὖν αἷμα, ὃ ἐξέχεαν, ἐκ τῶν ἐσθιομένων ἀρετῶν καὶ πινομένων δογμάτων ἐστί. — Χρήσαιτο ἄν τις τούτοις ἐκ δίκης τοῦ ἐκχυθέντος μαρτύρων αἵματος αὐτῶν.

Igitur sanguis quem effuderunt, scaturit ex virtutibus quas comedunt, et ex dogmatis quæ ebibunt. — Quo verbo utatur quisquis vindicaverit sanguinem martyrum.

v. 7. Καὶ τὸν τόπον αὐτοῦ ἠρήμωσαν.

Τόπος γνώσεως Θεοῦ καὶ νοῦς.

v. 7. *Et locum ejus desolaverunt.*

Mens quoque est locus scientiæ Dei.

v. 8, 9. Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα, βοήθησον ἡμῖν, ὁ Θεὸς, ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἕνεκα τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου.

v. 8, 9. *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis, adjuva nos, Deus salutaris noster, propter gloriam nominis tui.*

Ps. LXXVIII, v. 2. Vat. 2, 4, 7, 16.
v. 3. Vat. 2, 5.

v. 8, 9. Vat. 4. 6. Plura retinuit Theodorus, alia præstitit Laurent. Plut. VI, 9.

Τὸ δέ· ἐπτωχεύσαμεν, ἀντὶ τοῦ· πάσης ἐγυμνώσθημεν προστασίας. Καλῶς δὲ καὶ τό· ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἀντὶ τοῦ· ὡς ἀεὶ τοῦτο ἐφάνης ποιῶν, οὕτω καὶ νῦν ποίησον, καὶ ταῦτα πρὸς ἀναξίους, ὅτι καὶ οὐχ ὡς ἄξιοι, αἰτοῦσιν· ἀλλ' ὡς τοῦ Θεοῦ ὀφείλοντος ἑαυτῷ ἀκολουθεῖν, ἐπάγουσιν· ἕνεκα τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου, ὅταν γυμνοὶ γεγόναμεν πάντη ἀπὸ τῆς σῆς βοηθείας, νῦν δώρησαι ἡμῖν ταύτην, ὁ Θεὸς, ὁ σωτὴρ ἡμῶν.

Illud: *pauperes facti sumus,* est pro hoc: omni sumus protectione destituti. Optime etiam dictum: *Deus salutaris noster,* id est: uti semper te ostendisti facientem, fac etiam nunc, vel erga indignos, quoniam non veluti digni deprecantur; sed quasi oporteat Deum esse sibimet consequentem, pergunt: *propter gloriam nominis tui,* quoniam nudi omnino facti sumus auxilio tuo, nunc illud nobis largitor, Deus, salvator noster.

v. 11. Εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ὁ στεναγμὸς τῶν πεπηδημένων.

Νοῦν μὲν δεσμοῖ ἀγνωσία, ψυχὴν δὲ κακία· ψυχὴν δέ φημι θυμὸν καὶ ἐπιθύμιον, ὅπερ λέγεται θυμικὸν καὶ ἐπιθυμικόν.

v. 11. *Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.*

Mentem in vinculis tenet ignorantia, animam vero malitia. Animam dico animum ejusque affectum, quod item dicitur concupiscendi facultas et effectus.

v. 12. Ἀπόδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν ἑπταπλάσια εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν.

Δότωσαν δίκας ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλησαν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ· τὸ γὰρ ἑπταπλάσιον τὸν βίον τοῦτον σημαίνει, ὡς καὶ τὸ ὀκτωπλάσιον τὸν μέλλοντα. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό· Δὸς μερίδα τοῖς ἑπτὰ καίγε τοῖς ὀκτώ. — Ὁ κόλπος τὸ ἀκόριστον δηλοῖ· τοῦτο οὖν λέγειν βούλεται, ὅτι ἀκόριστον αὐτῶν ποίησον τὸν ὀνειδισμὸν, μεγάλως καὶ δοκοῦσι παροξύνειν τὸν Θεόν· οὐ γὰρ εἴρηκε τὸν ὀνειδισμὸν ἡμῶν, ἀλλὰ τὸν σόν· ὁ γὰρ περὶ ἡμᾶς ὀνειδισμὸς, σὸς μᾶλλον ἢ ἡμῶν. Τοῦτο οὖν φησί· πολλαπλασίως ἀπόδος ἐκείνοις, σύναψον αὐτοῖς τεμωρίαν ἀκόριστον, καὶ πλείονα τῆς ἡμετέρας.

v, 12. *Redde vicinis nostris septuplum in sinum eorum, opprobrium ipsorum, quod exprobraverunt tibi, Domine.*

Pœnas pro admissis sceleribus pendant in hac vita. Illud enim *septuplum* hanc vitam significat, sicut octuplum, futuram. Simile est hoc: « Da partem his septem, illis octo ». — Sinus autem id ostendit quod satiari nequit. Hoc igitur dicere vult: fac illis inexhaustum sit opprobrium, tum maxime quod videntur irritare Deum. Non enim dixit opprobrium nostrum, sed tuum. Nam non de nobis derisio est, verum de te. Hoc ergo inquit: septuplum illis retribue; irroga illis pœnam satiari nesciam, et sæviorem quam nostram.

v. 11. Vat 5.

v. 12. Vat: 4, 5. Eccle. xi, 2. Hinc etiam declaratur obscurus Ambrosii locus: *Et mandatum accipis, octo illis partem dare, fortasse benedictionibus,* videlicet ut in vita futura benedicantur. Quæ crux aliquando fuerunt legentibus in Breviario Rom. lect. viii pro pluribus martyribus, loco secundo.

Psalmus LXXIX.

v. 1. Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες, ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατα Ἰωσήφ. *Vat.* 675, 2.

Οὐκ ἀπέστην, εἰμὶ εἰς τὰ πρόβατα, ὧν ἕκαστος λέγει τῷ Θεῷ· Κτηνώδης ἐγεννήθην παρὰ σοί. Καί· Κύριος ποιμαίνει με. Ὅταν δὲ ὡς ἀπὸ ποιμένος εὐφρανθῇ, ἐρεῖ ὡς λογικός· Ἡτοίμασε ἐνώπιόν μου τράπεζαν.

v. 2, 3. Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβεὶμ, ἐμφάνηθι, ἐναντίον Ἐφραὶμ καὶ Βενιαμὶν καὶ Μανασσῇ· ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς.

Ἐνταῦθα μὲν κάθηται ἐπὶ τῶν Χερουβεὶμ ὁ Θεὸς, ὡς καὶ παρὰ τῷ Ἐζεχιήλ. Ἀλλαχοῦ δὲ ἐπέβη ἐπὶ τῶν Χερουβεὶμ, καὶ ἐπετάσθη. Καὶ διὰ μὲν τῆς καθέδρας τὴν σταθερὰν ἕξιν μηνύει τῶν Χερουβείμ· διὰ δὲ τῆς πτήσεως αἰνίττεται τὴν ταχεῖαν ἐνέργειαν. Ἀπὸ δὲ τῶν τριῶν ἐπιφανεστέρων φυλῶν τὸ σύμπαν τοῦ Ἰσραὴλ ἐσήμηνε γένος. Ποτὲ ὁ λόγος πρὸς τὸν καλόν ἐστι ποιμένα, τὸν ποιμαίνοντα τὸν Ἰσραὴλ, ἐναντίον Ἐφραὶμ, ὁδηγοῦντα δὲ τὸν Ἰωσὴφ ἐναντίον Μανασσῆ, καθήμενον δὲ καὶ τῶν Χερουβεὶμ ἐναντίον Βενιαμίν. — Ἐπὶ τοῦ δυνατοῦ τὰ Χερουβεὶμ λέγεται ἀεί. Ὁ ἐπὶ πάντων, φησὶ, ὢν τῶν δυνατῶν, καὶ πάσας ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν εἴτε ἀοράτους δυνάμεις, εἴτε ὁρατοὺς, δεῖξον σεαυτὸν διὰ τῆς εἰς ἡμᾶς βοηθείας.

v. 6. Ψωμιεῖς ἡμᾶς ἄρτον δακρύων.

Διὰ τούτων ῥημάτων παρίστησε τὴν πικροτάτην μετάνοιαν.

v. 9, 10. Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας· ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτὴν, ὡδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς, καὶ κατεφύτευσας τὰς ῥίζας αὐτῆς, καὶ ἐπλήσθη ἡ γῆ.

v. 1. *Qui pascis Israel, intende, qui deducis velut ovem Joseph.*

Haud recessi, sum inter oves. Horum singuli Deo dicunt: « Sicut jumentum factus sum apud te », et « Dominus pascit me. » Quando vero tanquam de pastore quis lætatur, dicit ut ovis rationalis: « Preparavit in conspectu meo mensam ».

v. 2-3. *Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraïm et Benjamin et Manasse. Excita potentiam tuam, et veni, ut salvos nos facias.*

In hoc loco sedet Deus super Cherubim, ut apud Ezechielem. Alibi vero « ascendit super Cherubim, et volavit. » Atqui per sessionem respicit ad stabilem Cherubim potestatem; per volatum autem significat in opere velocitatem. Per has vero tres tribus insigniores universum Israelis genus intellexit. Fieri potest ut sit sermo ad bonum pastorem qui pascit Israel in conspectu Ephraïm, qui ducit vero Joseph ante Manasse, sedet autem super Cherubim in conspectu Benjamin. — De potente Cherubim dicuntur semper. O tu qui es, inquit, super omnes potentes, et qui sub te habes quascumque sive invisibiles potestates sive visibiles, ostende te ipsum tuendo nos.

v. 6. *Cibabis nos pane lacrymarum.*

Ex his verbis exhibuit acerbissimam pœnitentiam.

v. 9-10. *Vineam de Ægypto transtulisti, ejecisti gentes, et plantasti eam. Viam fecisti in conspectu ejus, et plantasti radices ejus, et implevit terram.*

Ps. LXXIX, v. 1, 2, 3. Vat. 2, 5, 15. — Ἀπὸ δὲ... γένος. Hæc notula transiit ad Cyrillum, apud Maium., neque eamdem omnino omisit Theodoretus. Cf. Ps. LXXII, 23; XXII, 1, 3. Ezechiel. X, I. Dan. III,55. Ps. XVII, 11. In fine ex Laur. Plut. VI, 5.

v. 6. Laurent, laud. Plut. VI, 3.

v. 9, 10. Vat. 5. Rom. XI, 32.

Ἔθνη μὲν ἐξέβαλεν ὁ Θεός, ἵνα κατεφυτεύσῃ τὸν Ἰσραήλ, συνέκλεισε δὲ εἰς ἀπείθειαν τὸν Ἰσραήλ, καὶ τὴν ἀνόδευτον ἔρημον, οὐκ οὖσαν πρότερον ὁδὸν ὡδοποίησεν ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἔμπροσθεν τῆς ἀμπέλου.

Equidem gentes ejecit Deus, ut plantaret Israel; conclusit autem Israel in infidelitate; et in deserto invio, ubi prius nulla semita erat, viam fecit Deus virtutum in conspectu vineæ.

v. 11. Ἐκάλυψεν ὄρη ἡ σκιὰ αὐτῆς, καὶ αἱ ἀναδενδράδες αὐτῆς τὰς κέδρους τοῦ Θεοῦ.

v. 11. *Operuit montes umbra ejus, et arbusta ejus cedros Dei.*

Ἀναδενδράδες εἰσιν οἱ θεωρητικοί.

Vineæ fruticationes sunt viri contemplationis studiosi.

v. 13. Ἵνα τί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς, καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν;

v. 13. *Ut quid destruxisti maceriam ejus, et vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam?*

Οἱ δαίμονές εἰσιν οἱ τρυγῶντες τοὺς καρποὺς ἡμῶν· οὓς αὐτοὶ ἐκφέρειν ἡμᾶς ἐνεργοῦσιν κακὴν γεωργίαν γεωργοῦντας ἡμᾶς.

Dæmones sunt qui vindemiant fructus nostros, quos omni arte a nobis tollere student, improbam exercentibus agriculturam.

v. 14. Ἐλυμήνατο αὐτὴν σῦς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν.

v. 14. *Devastavit eam aper de sylva, et singularis ferus eam depastus est.*

Μονιὸν δὲ ἄγριον λέγει τὸν Σατανᾶν, ὅνπερ σημαίνει χοῖρος ἐξ ὕλης, λέγει δὲ τὸν διάβολον.

Singularem feram vocat Satanam, idem significat aper sylvestris, loquitur autem de diabolo.

v. 17. Ἐμπεπυρισμένη πυρὶ καὶ ἀνεσκαμμένη· ἀπὸ τῆς τιμήσεως τοῦ προσώπου σου ἀπολοῦνται.

v. 17. *Incensa igni et suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt.*

Οὐκ ἀμνός, φησί, μέλλων αὐτοὺς τιμῶν ῥύσασθαι, ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ μόνη ἡ ἐπιτίμησις πάντας ἀφανίσαι, γενομένης τῆς σῆς προνοίας ἐπάνω.

Non jam, inquit, Agnus debet eos a suppliciis eruere, sed satis est sola increpatio, ut omnes destruantur, desursum imminente tua providentia.

v. 18. Γενηθήτω ἡ χείρ σου ἐπ' ἄνδρα δεξιᾶς σου, καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ.

v. 18. *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, et super filium hominis quem confirmasti tibi.*

Ἄνδρα δεξιᾶς τὸν Χριστὸν ὀνομάζει· ἄνδρα δὲ διὰ τὴν ἀνθρωπότητα· δεξιᾶς αὐτοῦ, πρῶτον μὲν ὡς ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός, μετὰ σαρκὸς καθεζόμενον, ἔπειτα δι' αὐτοῦ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐποίησε.

Virum dexteræ Christum vocat, *virum* autem propter humanitatem. *Dexteræ ejus,* primum quia in dextera Patris sedet cum carne, deinde quod per eum universam creaturam condidit.

v. 19. Καὶ οὐ μὴ ἀποστῶμεν ἀπὸ σοῦ, ζωώσεις ἡμᾶς, καὶ τὸ ὄνομά σου ἐπικαλεσόμεθα.

v. 19. *Et non discedimus a te, vivificabis nos, et nomen tuum invocabimus.*

Ἐπεὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν κέκρυπται [ἐν Χρισ-

Quoniam « vita nostra abscondita est

v, 11. Laurent. 15.
v. 13, 14. Vat. 5, 12, 14, 16.

v. 17, 18. Vat. 13.
v. 19. Vat 5, 16.

τῷ], ζωώσεις ἡμᾶς εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον. — Ζωοποιήσεις ἡμᾶς, οὐδεὶς δύναται ζωοποιῆσαι ἡμᾶς, εἰ μὴ εἰπών· Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή· ταύτης γὰρ ἐξ ἡμῶν λαμβανομένης τῆς ἀπαρχῆς, πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἐπιγνώσεται, καὶ τὴν γεγενημένην φιλανθρωπίαν ἀνυμνήσει· τῷ τρόπῳ δὲ τούτῳ καὶ τοῦ θανάτου τὸ κράτος λυθήσεται, καὶ ἡμεῖς τῆς ζωῆς τῆς αἰωνίου τευξόμεθα, σὲ προσκυνοῦντες τὸν πατέρα Θεόν.

in Christo », vivificabis nos in tempore venturo. — *Vivificabis nos :* nemo nos vivificare potest, nisi qui dixit : « Ego sum vita. » Ex hisce enim nostris primitiis universa hominum natura verum Deum cognoscet, et nobis factam clementiam hymnis celebrabit. Eodem quoque pacto mortis potestas dissolvetur, et nos æterna vita fruemur, te Deum patrem adorantes.

Psalmus LXXX.

v. 1. Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν τῷ Ἀσὰφ ψαλμός. Ἀγαλλίασθε τῷ Θεῷ τῷ βοηθῷ ἡμῶν. Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ Ἰακώβ. *Vat.* 676, 2.

Ἠθικώτερον δέ, ὧν μὲν κατορθούντων οἱ καρποὶ ἐπὶ τὰς ληνοὺς ἔρχονται, ἀκουέτωσαν τοῦ ἀγαλλιᾶσθαι τῷ Θεῷ· ὁ δὲ ἁμαρτῶν, καὶ δεόμενος μετανοίας καὶ ἐπιστροφῆς, μὴ ἀγαλλιάσθω, ἀλλὰ λυπηθήτω κατὰ Θεόν· ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται. Καὶ σὺ δέ, ἐὰν βοηθηθεὶς ὑπὸ Θεοῦ, τὴν συγκομιδὴν ἐποιήσω τῶν καρπῶν ἐπὶ τὰς ἁγίους ληνούς, μὴ ἐπιλανθάνου τοῦ Θεοῦ, καθὸ βοηθός σου γέγονεν. Κἂν εὐπορῇς λέγων τῶν κατ' ἀξίαν ἀποδοθησομένων τῷ Θεῷ ἐν εὐχαριστίᾳ, ἀλάλαζε εὐσήμῳ φωνῇ καρδίας κεκραγυίας, ὑπερβαινούσης τὰ σημαινόμενα ἀπορούσης λέξεως, καὶ διὰ τὴν ἀπορίαν τῶν λέξεων ἀπόῤῥητα καὶ ἄῤῥητα λαλούσης. Ἐὰν γὰρ ἀναβῇς τὰ λεκτά, ἐὰν ὑπέρβῇς τὰ ἐπαγγελλόμενα, τὰ διὰ στόματος φωνούμενα, καὶ μόνῳ νῷ δυνηθῇς ὑμνεῖν τὸν Θεόν, τῷ ἀποροῦντι ἐπιθεῖναι ἑαυτοῦ κινήματα τῷ λόγῳ παρὰ τὸ τὸν λόγον τὸν ἐν σοὶ μὴ δύνασθαι βαστάζειν τοῦ νοῦ τὰ ἀπόῤῥητα καὶ τὰ θεῖα, ἀλαλάξεις τῷ Θεῷ Ἰακώβ, ὡς μιμητὴς τοῦ πτερνιστοῦ Ἰακώβ.

v. 1. *In finem super torcularia, psalmus ipsi Asaph. Exultate Deo, adjutori nostro, jubilate Deo Jacob.*

Potior ad mores respectus fit: equidem rectorum est, quorum fructus in torcularia feruntur, audire monitum exultandi Deo. Peccator vero, qui indiget pœnitentia et conversione, non exultet, sed lugeat secundum Deum: luctus enim secundum Deum, in salutem pœnitentiam operatur non pœnitendam. Et tu vero si, favente Dei auxilio, collegisti fructus portandos in divina torcularia, noli Dei oblivisci, ut qui tibi adjutor fuit. Etiamsi impeditus sis, quin, ut decet, ea loquaris quæ Deo placeant, ut grates agas, jubila festiva voce cordis clamantis, quo superantur signa ambiguæ dictionis, et quod ob ipsam verborum penuriam arcana et ineffabilia verba pronunciat. Etenim si ultra colloquia ascendis, si transgredieris ea quæ renunciantur, ea quæ per os insonant, ita ut solo spiritu queas Deum hymno celebrare, ac ambigenti imponas tibi met ipsi conatus loquendi, inquantum nequeas sermonem in te contentum sufferre usque ad Spiritus arcana ac divina oracula, jubilabis Deo Jacob, tanquam imitator Jacobi illius qui plantam subcollavit.

Ps. LXXX, v. 1. Laurent. Plut. v. 14.

v. 3. Λάβετε ψαλμὸν, καὶ δότε τύμπανον, ψαλτήριον τερπνὸν μετὰ κιθάρας.

Τάχα δὲ ἓν μοι δίδωσιν ὁ λόγος, τρία δέ με ἀπαιτεῖ· δίδωσι γάρ μοι ψαλμὸν, καὶ ἀπαιτεῖ ἀπ' ἐμοῦ πρῶτον τύμπανον, δεύτερον ψαλτήριον, εἶτα κιθάραν· ἵνα μάθω ὅτι δίδωσί μοι καὶ χάριν τοῦ Θεοῦ, τὴν διδασκαλίαν· ἀπαιτεῖ δέ με ἁγιασμὸν ὁλοτελῆ, ἵνα ἁγιάσθω ὁλόκληρος τῷ πνεύματι καὶ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι· ἵν' αἰνῶ τὸν Θεὸν, ὡς ἐν τυμπάνῳ, τῇ νεκρώσει τοῦ σώματος, εἶτα δυνηθῶ συμφωνίαν ποιῆσαι, ὡς ψαλτηρίου, πρὸς κιθάραν τοῦ Πνεύματος, πρὸς τὴν ψυχὴν, ἢ κατὰ τὸν ἀπόστολον πρὸς τὸν νοῦν, ὥστε λέγειν· Ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νῷ.

v. 3. *Sumite psalmum, et date tympanum, psalterium jucundum cum cithara.*

Forte an unum mihi dat versiculus, tria vero a me exigit. Porrigit enim mihi psalmum, et postulat a me in primo loco tympanum, in secundo psalterium, postremo citharam; ut edocear mihi etiam concedi Dei gratiam, didascaliam nimirum. A me vero requirit integram sanctitatem, ut omnino totus fiam sanctus in spiritu, in anima et in corpore; unde sic Deo canam, tum in tympano per corporis mortificationem, tum valeam concentum exercere, quasi per psalterium et spiritus citharam in anima, sive juxta apostolum in spiritu; ex quo dicere fas sit: « Psallam spiritu, psallam et mente. »

Ψαλτήριον πάλιν τὸ σῶμά φησι διὰ τὴν γενομένην ἁρμονίαν καὶ συμφωνίαν πρὸς αὐτῷ τῆς ψυχῆς, ἵνα ἄρτιοι γένωνται οἱ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι, καὶ τὰς ψυχὰς ἀνατεθέντες τῷ Θεῷ καὶ τὸ σῶμα, οὐ τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ. — Τύμπανον δὲ ὀργανόν ἐστιν ἐκ δερμάτων πεποιημένον. Λέγει οὖν· Ὑπήκοοι τοῖς θείοις νόμοις γενόμενοι, παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ. — Προστάττει δέχεσθαι μὲν ἀκοαῖς τὴν τῶν λόγων διδασκαλίαν, διδόναι δὲ τὴν διὰ τοῦ σώματος πρᾶξιν. Λάβετε διδασκαλίαν πνευματικήν. καὶ δότε νέκρωσιν μελῶν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς.

Rursus psalterium vocat corpus ob insitam harmoniam et concordiam inter corpus et animam, ut bene instructi fiant homines Dei, qui animas Deo consecrarunt, et corpus, non mundo, sed Domino voverunt. Tympanum vero est instrumentum ex pellibus compactum. Igitur ait: Auditum divinis dantes legibus, « apponite corpora vestra hostiam viventem, Deo placentem. » — Recipere auribus præcipit sermonum didascaliam, ac dare corporis operationem. Sumite spiritualem disciplinam, et date terrenorum membrorum necem spontaneam.

v. 4. Σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγι.

Ὥσπερ πάλαι ποτὲ ὁ Ἰσραὴλ αἰσθητὰς λαμβάνων σάλπιγγας ἐν τῇ νεομηνίᾳ, ἐσάλπισεν, τοῦτο πρόσταγμα δεδωκότος Θεοῦ, εἰς μαρτύριον τοῦ ἐλευθερωθῆναι αὐτοὺς τῆς ἐξ Αἰγύπτου δουλείας· οὕτω καὶ ὁ νέος λαὸς τῇ εὐαγγελικῇ χρώμενος σάλπιγγι, ἧς ὁ φθόγγος εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν, κελευέ-

v. 4. *Buccinate in neomenia tuba.*

Sicut olim Israel, tactiles assumens tubas, aliquando in neomenia buccinabat, juxta Dei præceptum, ut testarentur se esse ab Ægypti servitute liberatos, ita et novus populus, dum tuba insonat evangelica, cujus sonus in omnem terram increpuit, jubetur in neome-

v. 3. Ab initio ex eodem cod. Florent. dein Vat. 2, 3, 4, 6. Addunt codd. nostri prolixum commentarium, quem ægre omisimus, utpote editum in vulgato Athanasio, Patrol. col. 363-364. Cf. 1 Cor. xiv, 15. Phil. iv, 18.

v. 4. Vat. 14.

ται ἐν ταῖς νεομηνίαις σαλπίζειν, τουτέστι ἐν τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς αὐτοῦ, ὁμολογῶν καὶ αὐτὸς καὶ μαρτυρῶν τῷ Θεῷ, ὅτι δι' αὐτοῦ ἐκ τῆς νοητῆς ἐλευθερώθησαν Αἰγύπτου, τουτέστιν ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους.

v. 5. Ὅτι πρόσταγμα Ἰσραὴλ, καὶ κρίμα τῷ Θεῷ Ἰακὼβ, μαρτύριον ἐν τῷ Ἰωσὴφ ἔθετο αὐτόν.

Τὰ προειρημένα, λέγω δὲ τὸ ἀγαλλιᾶν τῷ Θεῷ Ἰακὼβ, καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦτο πρόσταγμά ἐστι δοθὲν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ κρίμα ἐστὶν κριθὲν τῷ Θεῷ Ἰακὼβ, καὶ μαρτύριόν ἐστιν ὃ ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῷ Ἰωσήφ.

v. 6. Μαρτύριον ἐν τῷ Ἰωσὴφ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ ἐξελθεῖν ἐκ τῆς Αἰγύπτου· γλῶσσαν ἣν οὐκ ἔγνω, ἤκουσεν.

Ἤκουσεν ὁ Ἰσραὴλ, ἢ ὁ Ἰωσήφ. Καὶ ἡμεῖς οὖν ὅσον μὲν ἐκ γῆς Αἰγύπτου οὐκ εἰσόμεθα, τὴν γλῶσσαν ἣν πρότερον οὐκ ἔγνωμεν, ἠκουσάμεθα, καὶ ἀνεστήσαμεν ἀπὸ ἄρσεων, ἐν αἷς ἐν Αἰγύπτῳ ὄντες ἐβαρούμεθα. — Ἤκουσεν αὐτοῦ [Θεοῦ] γλῶσσαν, τὴν ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ γενομένην φωνὴν, ἢ φωνῆς θείας οὐδέποτε ἀπολαύσας, ταῦτα ἔπη ἢ Κυρίου τὸν νόμον δεχόμενος.

v. 7. Ἀπέστησεν ἀπὸ ἄρσεων τὸν νῶτον αὐτοῦ, αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐν τῷ κοφίνῳ ἐδούλευσαν.

Ἀπὸ ἄρσεων δὲ καὶ τῶν βασταγμάτων λέγει· αἱ γὰρ ἀνομίαι αὐτῶν ὑπερῆραν τὴν κεφαλὴν αὐτῶν, ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' αὐτούς. Οἱ γὰρ τοῖς τῆς πλινθείας ταλαιπωρίας πόνοις, κοφίνῳ τὸν πηλὸν ἐκβάλλοντες, φέρουσι κατὰ νῶτον, τὸν τοίνυν νῶτον αὐτῶν ἀπέστησεν ἀπὸ ἄρσεων, τουτέστιν ἐλευθέρωσε τῶν βασταγμάτων. — Αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐν τοῖς κοφίνοις ἐργαζομένων τὸν Αἰγύπτιον πηλὸν, καὶ συναγόντων ἄχυρα, ἐδούλευον. ἀλλ' ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἐλθὼν ἐπλήρωσεν ἄρτοις, ἑκάστῃ φυλῇ κόφι-

niis inflare tubas, id est renovare spiritum suum, ipse quoque Deum confessus, contestatusque per eum se a Spirituali Ægypto liberatum, nimirum a potestate noctis.

v. 5. *Quia præceptum Israel est, et judicium Deo Jacob, testimonium in Joseph posuit illud.*

Quæ supra dicta sunt, id est *exultare Deo Jacob etc.* illud est præceptum Israeli datum; et judicium a Deo Jacob pronuntiatum, idemque testimonium quod Deus posuit in Joseph.

v. 6. *Testimonium in Joseph posuit illud, quum exiret da terra Aegypti, linguam quam non noverat, audivit.*

Audivit Israel vel Joseph. Ac nos etiam, quamdiu ab Ægypto non exivimus, linguam quam prius nesciebamus, audivimus, et surreximus ab oneribus, quæ nos, dum in Ægypto fuimus, pondere premebant. — Audivit Joseph Dei linguam, vocem in Sina prolatam; vel divina voce nondum fruens, hæc verba, sive Domini legem recepit.

v. 7. *Avertit ab oneribus dorsum ejus, manus ejus in cophino servierunt.*

Ab oneribus, dicit, et sarcinis avertit. Iniquitates enim illorum caput eorum superabant, et sicut onus grave graviter eos opprimebant. Nam qui subacti miserrimis laboribus in conficiendis lateribus, lutum ingerunt in cophinum, hi terga oneribus dant. Igitur dorsum eorum *avertit ab oneribus,* seu liberavit a sarcinis portandis. Manus nostræ, quando in cophinis lutum Ægypti tractabant, et lubrica coacervabant, in servitute erant. Sed salvator noster veniens

v. 5. Vat. 4, 5, 12.

v. 6. Vat. 4, 5, 12. Quoties Noster exitum ab Aegypto recolit, respicere solet ad Baptismum, sed non sine arcana quadam ambiguitate, ut ubi quinque panes hordeaceos et cophinos duodecim, mel et aquam de rupe, comminiscitur.

νον, καθ' ὃν ζητήσεις ὅσοι ἐν ἐρήμῳ ἄρτοι εὑρέθησαν πλείονες ἢ πέντε, κοφίνων δὲ εὐπόρησαν δώδεκα.

implevit panibus cophinum pro singulis tribubus; qua de re quæres cur in eremo non plúres quam quinque panes inventi sint, duodecim vero cophini præsto fuerint.

v. 9. Ἄκουσον, λαός μου, καὶ λαλήσω σοι, Ἰσραήλ, καὶ διαμαρτύρομαί σοι.

Τῶν ὀργάνων ἃ μὲν ἔχει τὴν ἁρμονίαν τὴν μουσικήν, ἃ δέ ἐστιν ἀνάρμοστα. Ὁ οὖν γεγυμνασμένος ἐν τοῖς μουσικοῖς ἔργοις, ἐπιλέγεται τὰ ἐναρμόνια, φεύγει δὲ τὰ ἀνάρμοστα, ἵνα μὴ ἀσχημονῇ διὰ τὸ ὄργανον, ὡς οὐχ ὑπηρετοῦν τῇ τέχνῃ ὁ τεχνίτης. Καὶ ὁ Θεὸς οὖν ἐὰν ἀπορῇ τῶν ὀργάνων αὐτοῦ, σιωπᾷ, οὐ παρ' ἑαυτόν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν ὀργάνων ἀπορίαν. Ὄργανα δὲ Θεοῦ οἱ μακάριοι προφῆται, καὶ ὥσπερ ὁ ἀκούων χορδῆς καὶ ἤχου τοῦ ἐν τῇ λύρᾳ, οὐκ ἐκείνης ἀκούει, ἀλλὰ τοῦ μουσικοῦ κρούοντος μουσικῶς τὸ ἐπιτήδειον ὄργανον, οὕτως ὁ ἀκούων προφήτου, μὴ νομιζέτω ἀνθρώπου ἀκούειν, ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ ὄργανον εὑρόντος ἐπιτήδειον, καὶ συγχρησαμένου αὐτῷ εἰς δέον. Μακαρίζω οὖν καὶ τοῦτον τὸν προφήτην, ὅτι ὄργανον ἑαυτὸν ἔταξε πρὸς διαδοχὴν κρούοντος Θεοῦ, καὶ τό· ἄκουσον, λαός μου, ἐπὶ τὸν χρώμενον τῷ ὀργάνῳ ἀναφέρω Θεόν· ὡς καὶ ὀφθαλμοῖς χρῆται δικαίου καὶ ὠσὶ καὶ χειρί, καὶ πᾶσι τοῖς μέλεσιν· ἀκούσωμεν οὖν τί λέγει ὁ Θεὸς ἐν τῷ ἰδίῳ ὀργάνῳ, διαμαρτυρόμενος πρὸς τὸν λαόν. Πεῖραν, φησί, τῆς ἐμῆς δυνάμεως εἰληφώς, ὦ Ἰσραήλ, δέξαι προθύμως τὰς παρ' ἐμοῦ προσφερομένας νομοθεσίας. Διαμαρτύρια γάρ ἐστι προλέγουσά σοι καὶ τῆς ἀπειθείας τὴν τιμωρίαν, καὶ τῆς εὐπειθείας τὴν ὠφέλειαν.

v. 9. *Audi, populus meus, et loquar tibi; Israel, et contestabor te.*

Inter istrumenta, alia cient musicum concentum, alia destituuntur harmonia. Quisquis ergo exercitatus fuit in re musica, eligit ea quæ harmonica sunt, abhorret vero ab absonis, ne pudefiat ob instrumentum, ac si artifex in arte sua deficiat. Et Deus ergo, si de instrumento dubitat, silet, non propter se, sed ob instrumenta inepta. Porro instrumenta Dei sunt beati prophetæ; et quemadmodum ubi quis chordam sonumve audiens ex lyra elicitum, non lyram audit, sed musicum, harmonice pulsantem instrumentum aptissimum, ita qui audit prophetam, caveat ne credat hominem audire, sed Deum qui commodum repperit instrumentum, eoque pro re nata utitur. Beatum ergo dico illum prophetam, qui semet organum instruxit, obediens pulsanti Deo, et illud dictum: *audi, populе meus*, refero ad Deum instrumento utentem: utitur quasi justi oculo, et auribus, et manu, et omnibus membris. Audiamus ergo quid dicat Deus in suo organo, contestatus ad populum suum. Tu qui fecisti, ait, o Israel, experientiam meæ potestatis, accipe strenue prolatas a me legum formulas; testimonia enim sunt, quæ te alloquuntur, et de pœna incredulitati imminente, et de servatis bonæ fidei emolumentis.

v. 10. Οὐκ ἔσται ἐν σοὶ θεὸς πρόσφατος.

Πρόσφατός ἐστι θεός, ὁ μηδὲν οὐσιῶσαι δυνάμενος, ἢ ὁ τῇ κακίᾳ πεποιημένος, καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσι νενομισμένος. Ὠνόμασεν τὴν πολύθεον εἰδωλολατρίαν οὕτω παραπεμ-

v. 10. *Non erit in te deus recens.*

Deus recens est ille qui non potest existere, vel qui improbe fabricatus, nec nisi ab Ethnicis reputatus est. Quo nomine polytheismi idololatriam signa-

v. 9. Ex Florent. jam laudato.

v. 10. Vat. 2, 6.

πομένην. Δεῖ γὰρ σὲ δεσπότην ἡγεῖσθαι ἐμὲ, τὸν ἀπαλλάξαντά σε δουλείας, ἀφ' ὧν ἔλαβες τὴν πεῖραν.

v. 11. Πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό.

Ἀντὶ τοῦ· εἴ τι δυνάσαι, αἴτησαι, καὶ πλείω παράξω ὧν αἰτεῖς. Καὶ πληρώσω, ἀντὶ τοῦ τελειωτέρους λόγους παρασκευάσω εἰπεῖν.

v. 17. Καὶ ἐψώμισεν αὐτοὺς στέατος πυροῦ, καὶ ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς.

Αὐτός ἐστιν ὁ πυρὸς, περὶ οὗ γέγραπται· Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. Ἀφ' οὗ στέατος ψωμίσει ἡμᾶς ὁ Θεός, διδοὺς ἄρτον ζῶντα, ὃν αὐτὸς ἀρτοποιεῖ ὁ Πατήρ. Οὗτος δὲ ὁ πυρὸς καὶ πέτρα ἐστί. Πέτρα δέ ἐστιν ὁ Χριστός· ἀφ' ἧς πέτρας οὐ μόνον ὕδωρ ποτίζον καὶ τὸν λαὸν, ἀλλὰ καὶ μέλι χορτάζον τοὺς μακαρίως πενῶντας. — Λέγει δὲ τότε τὸ ὕδωρ τῆς περιτομῆς· νῦν δὲ λέγει τὸ τῆς ζωῆς, τὸ ἐκ πλευρᾶς ἐξελθὸν Ἰησοῦ. — Τοῦτον ψωμίζει ὁ Θεός, ὃν δι' ἐντολῶν παιδεύει, καὶ τοῦτον χορτάζει, ὃν διὰ τῆς αὐτοῦ θεωρίας εὐφραίνει. — Ἠθικῶς δὲ τὸ εἶδος τῆς φιλοσόφου καὶ ἀπεράτου καὶ τῷ ἀναγκαίῳ μετρουμένης ζωῆς ἰδιότατον μὲν ἔχει τόπον τὴν ἐρημίαν, καὶ ταύτῃ κατὰ τὸ πλεῖστον ἐμφιλοχωρεῖ· συμβαδίζει δὲ πανταχοῦ τοῖς βουλομένοις, εἴπερ ἐν τρόπῳ, καὶ μὴ ἐν τόπῳ τὸ φιλοσοφεῖν, ὅπερ οὐδὲν ἂν τῶν πάντων στενοχωρήσειεν.

vit quam sic missam facit. Tu enim oportet censeas me esse Dominum, qui te a servitute retraxi, teste quam habuisti rerum experientia.

v. 11. *Dilata os tuum, et implebo illud.*

Ac si dicat: quantum potes, pete, et plus dabo quam petieris. *Et implebo,* id est curabo ut præstantiora verba proferas.

v. 17. *Et cibavit eos ex adipe frumenti, et de petra melle saturavit eos.*

Hoc est frumentum de quo scriptum est: « Nisi granum frumenti cadens mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert ». Cujus ex adipe cibabit nos Deus præbens panem vitæ, quem panem efficit Pater. Idem frumentum etiam lapis est. « Petra autem est Christus » ; ex qua petra non solum aqua potat populum, sed et mel satiat beatos famelicos. — Id vero tum ait de aqua circumcisionis; nunc vero loquitur de aqua vitæ, quæ exivit ex latere Jesu. — Hunc cibat Deus, quem de præceptis erudit, et satiat illum quem contemplatione sui lætificat. — Moraliter autem, forma vitæ philosopho dignæ, et sine mensura, et sola vitæ neeessitate encumscriptæ, suum habet locum præ cæteris proprium in solitudine, et hujusmodi vita plerumque hoc incolatu gaudet, unaque ubivis locorum cum volentibus obtinet, si quidem morum habitu, non loco philosophatur, id quod a nulla rerum omnium angustia coerceri possit.

v. 17. Vat. 4, 16. In fine idem Florentin. Cf. Joan. xii, 24. 1 Cor. xvi, 4,

Psalmus LXXXI.

Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

v. 1. Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρινεῖ. *Vat.* 677, 1.

Ὠριγένους, Βασιλείου. Εἴρηται γοῦν ἀλλαχοῦ ὅτι κρινεῖ ἀνάμεσον τῶν ἐθνῶν. Τοῖς γὰρ ἁγίοις οὐ τὸ κρίνεσθαι, ἀλλὰ τὸ μεῖζον τὸ διακρίνεσθαι. Διακρίνει γὰρ αὐτούς, ὥσπερ βασιλεὺς ἐν ἡμέρᾳ ἱλαρᾷ, ἕκαστον ἀμειβόμενος τῶν ἀξιωμάτων τιμῆς. Τίς μὲν ἄξιος ἀναστῆναι τὴν ἀνάστασιν τὴν ὡς ἡλίου; τίς δὲ τὴν ὡς σελήνης; καὶ τίς τὴν ὡς ἀστέρων; Στήσεται οὖν ἐν συναγωγῇ θεῶν, οὐκ ἀνθρώπων, ἤτοι κατ' ἄνθρωπον περιπατούντων, καὶ διακρινεῖ. Τίς μὲν τούτων τῶν θεῶν ἀνόλογον ἡλίου δόξαν ἔχει; τίς δε σελήνης; τίς δ' ἀστέρων; τί δὲ ποιεῖ ἡμᾶς ἀνθρώπους πεσόντας ἀπὸ τῆς θεότητος; Ἄκουε Παύλου περὶ τῶν μικροτέρων λέγοντος ἁμαρτημάτων· Ὅπου μὲν ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις; οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; Κἀκεῖ γὰρ μονονουχὶ ἔκραγε καὶ λέγει· Ὁ μὲν Λόγος ὑμᾶς ἐκάλεσεν, ἵνα ἦτε θεοί· ὑμεῖς δὲ οὐ βούλεσθε τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦν, ἵνα ἀποθεώτητε. Ἀλλ' ἐρχομένην Θεοῦ δωρεὰν εἰς ὑμᾶς ποιοῦσαν ὑμᾶς θεούς, ἁμαρτάνοντες ἀπωθεῖσθε. Ἑβραῖοι δέ φασιν· ὅτι ὁ Θεὸς ἔστη μέσον τῶν ἀρχόντων, ὡς παρὼν αὐτοῖς ἀοράτως· διὸ καὶ ἐν μέσῳ πολλῶν ἐλέγξει αὐτοὺς διὰ τῶν προφητῶν, εἰ ἀδίκως ἄρξουσι.

Psalmus ipsi Asaph.

v. 1. *Deus stetit in synagoga deorum; in medio autem deos dijudicabit.*

Origenis, Basilii. Igitur dictum alicubi est: *Judicabit in medio gentium.* Namque sanctis viris non competit judicari, sed multo magis discerni. Discernit enim eos, ut rex in solemni et fausta die, cuique distribuens, prout digni sunt, honorem. Quis vero dignus erit in resurrectione exurgere ut sol? Quis exurgere ut luna? quis exurgere ut astra? Stabit igitur in synagoga deorum, non hominum, sive ut homo ambulantium, et judicabit. Quis vero hos inter deos gloriam, qualis solis est, habet? Quis qualis est lunæ? Quis, qualis siderum? Quid vero facit nos homines a deitate excidere? Audi Paulum disserentem de minoribus peccatis. « Ubi jam in vobis est zelus et contentio? nonne carnales estis? Et secundum hominem ambulatis?» Hoc sane ibi tantum non clamavit, dicens: Verbum vos vocavit, ut dii sitis. Vos autem nolitis actus corporis morti tradere, ut Dii efficiamini. Sed venientem in vos gratiam Dei, ut Deos faciat vos, peccando repudiatis. Apud Hebræos legitur: *Deus stetit in medio archontum,* uti ipsis astans invisibili modo. Ideo in medio multorum contradicet illis per prophetas, si cum injustitia munus archontis egerint.

v. 2. Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε;

Πρόσωπα ἁμαρτωλῶν εἰσιν αἱ κακίαι, καθ' ἃς μορφοῦνται οἱ ἄδικοι. Κρίνων ἀδικίαν, κριτὴς ἀδικίας· κατ' ἐπακολούθημα δὲ, λαμβάνομεν πρόσωπον ἁμαρτωλῶν, πλου-

v. 2. *Usquequo judicatis iniquitatem, et facies peccatorum sumitis?*

Larva peccatorum sunt malitiæ, quarum formas induunt iniqui. — Qui judicat injuste est judex iniquitatis. Per consequentiam autem assumimus facies

Ps. lxxxi. v. 1. Laurent. Plut. v, 14. ii Cor. iii, 3.

v. 2. Vat. 4, 5, 14.

σίων ἢ δυνατῶν, ἢ ὡραίων, ἢ βιαίων, καὶ ὑβριστῶν πρόσωπα λαμβάνομεν, οἷς ἁμαρτωλοῖς εἶναι συμβέβηκε πολλάκις. Ἢ τάχα ὡς οἱ ἐν θεάτροις πρόσωπα λαμβάνοντες κατὰ τὰ προκείμενα δράματα, οὕτως καὶ ἡμεῖς τῶν ἀντικειμένων ἐνεργειῶν, ὁτὲ μὲν ὀργῆς, ὁτὲ φόβου, ὁτὲ λύπης.

peccatorum, divitum aut potentium aut illustrium, aut violentorum etiam et subsannantium. Vel forte, sicut illi qui in theatris personas propositis fabulis dramaticis aptas accipiunt, sic nos quoque facies sumimus inimicorum vitiorum, modo iræ, modo timoris, modo mæstitiæ.

v. 5. Ἐν σκότει διαπορεύονται.

Σκότος νῦν τὴν ἄγνοιάν λέγει.

v. 5. *In tenebris ambulant.*

Tenebras nunc dicit ignorantiam.

v. 6, 7, Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. Ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε.

Θεοί εἰσιν ὅσοι ἔχοντες τὸν Λόγον, τηροῦσιν· ὁ γὰρ ἐνὼν αὐτοῖς Λόγος, οὐκ ἐᾷ ἀποθνήσκειν αὐτούς, ζωὴ τυγχάνων. Ἐπειδ' ἂν δὲ ἀποβάλωσι τὸν Λόγον, ὄντα ζωήν, ἀποθνήσκουσι· ἀποθνήσκουσι δὲ οὐχὶ τὸν κοινὸν θάνατον, ἀλλὰ τὸν ἑπόμενον τῇ ἁμαρτίᾳ, πίπτοντες παραπλησίως ἑνὶ τῶν ἀρχόντων· οὗτος δέ ἐστιν ὁ διάβολος.

v. 6, 7. *Ego dixi: Dii estis et filii excelsi omnes: vos autem sicut homines moriminі, et sicut unus de principibus caditis.*

Hi dii sunt quicumque Verbum habentes, retinent. Verbum enim cum illis unitum non sinit eos mori, quum sit illis vita. Postquam autem Verbum rejecerint, moriuntur. Moriuntur autem, non solum communi morte, sed et illa quæ peccatum consequitur, cadentes perinde ac unus ex principibus: iste autem est Diabolus.

v, 5. Vat. 5. Scholiolum fere recoxet primus Corderii anonymus.

v. 6. Vat. 4. Didymus apud Corderium plura retinuit, pauciora apud Maium.

Psalmus LXXXII.

v. 4. Ἐπὶ τὸν λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμην, καὶ ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ἁγίων σου. *Vat.* 677, 2.

Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· Κατὰ τὸν λαόν σου πανούργως ὁμιλοῦσι, καὶ συμβουλεύονται κατὰ τοῦ ἀποκρύφου σου. Ἐπειδὴ γὰρ ἐξ αὐτῶν ἔμελλεν βλαστήσειν ὁ Χριστός, συνελήλυθε δὲ τὰ ἔθνη πρόῤῥιζον ἀνασπᾶσθαι τῶν Ἰουδαίων τὸ ἔθνος, διδάσκει τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὅτι οὐ καθ' ἡμῶν κέχρηνται ταῖς ἐπιβουλαῖς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ ἐν ἡμῖν ἀποκεκρυμμένου Χριστοῦ, ὃν ἀνθήσειν ἐκ τῆς Ἰουδαίας φυλῆς προσηγόρευσε· τῆς γὰρ

v. 4. *Super populum tuum astute cogitaverunt consilium, et conspiraverunt adversus sanctos tuos.*

Symmachus autem sic: *Contra populum tuum astuta colloquuntur, et deliberant adversus occultum tuum.* Quandoquidem ex illis oportuit Christum germinari, concurrerint vero gentes ad evellendum radicitus stirpem Judæorum, docet Spiritus sanctus, quod adversarii insidias non struunt adversus nos, sed contra Christum in nobis absconditum, quem florem ex tribu Juda

Ps. LXXXII, v. 4. Vat. 2, 7. Cf. Field II, 234, adducto Theodoreto, qui nostra leviter aucta et mutata subinde attexuit, præeunte Theodoro Heracl.

ῥίζης ἐκτεμνομένης, πόθεν ὁ καρπὸς φυήσεται;

v. 5. Εἶπαν· Δεῦτε καὶ ἐξολοθρεύσωμεν αὐτοὺς ἐξ ἔθνους, καὶ οὐ μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα Ἰσραὴλ ἔτι.

Οἱ μὲν θεομάχοι οὐ βούλονται ἔθνος Θεοῦ ἐν ἀνθρώποις ἐφεστάναι, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰσραὴλ ἐξαλειφθῆναι σπουδάζουσιν· ὁ δὲ Θεὸς ἀεὶ ἔθνος ἐπὶ γῆς ἑαυτῷ καταρτίζων, καὶ μετὰ τὴν τοῦ προτέρου λαοῦ πτῶσιν, τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν συνεστήσατο, τὸ καινὸν καὶ νέον ἔθνος, τὸ καθόλου τῆς οἰκουμένης.

v. 7-9. Τὰ σκηνώματα τῶν Ἰδουμαίων, καὶ οἱ Ἰσμαηλῖται, Μωὰβ καὶ Ἀγγαρηνοί... καὶ Ἀσσοὺρ συμπαρεγένετο μετ' αὐτῶν.

Ἰσμαὴλ, εἰσακουσμένος Θεοῦ. Ἀμαλὴκ λαὸς ἐκ λείχων. Ἀσσοὺρ, εὐθὺς ἀτείχιστος· δηλοῖ δὲ ὁ λαὸς Ἀμμονιτῶν καὶ Μωαβιτῶν διαφερόντως τοῦ Θεοῦ θρασυνθέντας καὶ τὰ λοιπὰ συναγείραντας ἔθνη.

v. 13. Κληρονομήσωμεν ἑαυτοῖς τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ.

Ψυχὴ δὲ καθαρὰ, κλῆρος Θεοῦ.

v. 14-19. Θοῦ αὐτοὺς ὡς τροχὸν κτλ.

Πρῶτον, θοῦ αὐτοὺς ὡς τροχόν· δεύτερον, ὡς κάλαμον· τρίτον, ὡσεὶ πῦρ· τέταρτον, ὡσεὶ φλόγα. Πέμπτον, οὕτως καταδιώξεις· ἕκτον, ἐν τῇ ὀργῇ σου· ἑπτὸν, πλήρωσον· ὄγδοον, ζητήσουσιν· ἔννατον, αἰσχυνθήτωσαν· δέκατον, ἐντραπήσονται· ἐνδέκατον, γνώτωσαν. Ὁ Θεός μου, φησὶν, οὕτως αὐτοὺς παρήγαγεν καὶ παρακύκλωσε ταῖς ἁμαρτίαις, ἤγουν τιμωρίαις, ὡς μηδεμίαν αὐτοῖς ἀνάπαυσιν γενέσθαι ὡς πάντων τροχῶν, φησὶ, παράγεσθαί τε καὶ κυλίεσθαι· ὁ τροχὸς μὲν γὰρ ἀφάπτεται τῆς γῆς.

v. 19. Καὶ γνώτωσαν ὅτι ὄνομά σου Κύριος.

Εἰς αὐτὴν ἁμαρτάνει γνῶσιν, ὁ τὸν πεφυκότα νοῦν ὁρᾶν τὴν γνῶσιν ἁμαρτάνειν κατεργάζων.

v. 5. Laurent. Plut. v, 14.
v. 7-9. Vat. 3.

orituram esse prædixerat. Nam radice excisa, unde fructus emerget?

v. 5. *Dixerunt: Venite et disperdamus eos de gente, neque memoretur nomen Israel ultra.*

Hostes in Deum pugnantes nolunt populum Dei inter homines subsistere, quin immo, ut nomen Israel aboleatur, enituntur. Deus vero qui semper populum in terra sibi instaurat, etiam post ruinam prioris populi, Ecclesiam ex gentibus constituit, ut recentem et novum populum in toto orbe futurum.

v. 7-9. *Tabernacula Idumaeorum et Ismaelita, Moab et Agareni... Assur venit cum illis.*

Ismael, *a Deo exauditus;* Amalec, *populus labiorum;* Assur, *promptus, sine muro.* Significat autem populus Ammonitarum et Moabitarum eos qui diversim in Deum insolescunt, et cæteras gentes ad consurgendum movent.

v. 13. *In hæreditatem nostram habeamus Dei sanctuarium.*

Hæreditas Dei, anima pura.

v. 14-19. *Pone eos ut rotam* etc.

Primum: *pone eos ut rotam;* secundo, *ut stipulam;* tertio, *sicut ignem;* quarto, *velut flammam;* quinto, *ita persequeris;* sexto, *in ira tua;* septimo, *imple;* octavo, *quærent;* nono, *erubescant;* decimo, *confundantur;* undecimo, *cognoscant.* — Deus meus, inquit, ita eos deduxit et conclusit in peccatis, seu in suppliciis, ut nulla supersit quies, et torqueantur, inquit, et involvantur in omnibus rotis. Rota enim terræ incumbit.

v. 19. *Et cognoscant quia nomen tibi Dominus.*

Contra ipsam scientiam peccat, qui peccare facit mentem, natam ad scientiam intuendam.

v. 13. Vat. 16.
v. 14, 19. Vat. 3. In fine Laur. id.

Psalmus LXXXIII.

v. 3. Ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου, ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ Θεὸν ζῶντα. *Vat.* 678, 1.

Ζητήσεις πόθεν ἐπιποθεῖ ἡ ψυχὴ, οὐ τὸ ἐπιποθεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκλείπειν εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου; πότερον ὑπομνησθεῖσα; σὰρξ δὲ ἀγάλλεται ἐπὶ Θεὸν ζῶντα, ἐπείπερ ὄψεται τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. — Αὐλαὶ Κυρίου αἱ θεωρίαι τῶν γεγονότων σωμάτων εἰσίν. ἐν ταύταις γὰρ ἡμεῖς δεῖ γενέσθαι τὸ πρότερον, εἶθ' οὕτως εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, ὅστις ἐστιν ἡ θεωρία τῶν ἀσωμάτων.

v. 4. Καὶ γὰρ στρουθίον εὗρεν ἑαυτῷ οἰκίαν, καὶ τρυγὼν νοσσίαν ἑαυτῇ, οὗ θήσει τὰ νοσσία αὐτῆς. Τὰ θυσιαστήριά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων.

Βούλεται εἰπεῖν ὅτι ὡς στρουθίου δίκην, καὶ ἡμεῖς ἐπλανώμεθα· ὡς γὰρ ἐκεῖνα τοῦ μὴ ἔχειν καλιὰν πλανᾶται, πηξάμενα δὲ ἐν αὐτῇ διατρίβουσι, καὶ τὰ νοσσία ἐκθάλπουσιν, οὕτως καὶ ἡμεῖς πάλαι μὲν ἐπλανώμεθα. Νῦν δὲ ὑπὸ τῆς θείας χάριτος προκληθέντες, παρὰ τὰς σκηνὰς καὶ τὰ θυσιαστήριά σου, τοὺς ἰδίους ἐκπαιδεύομεν νεοττούς. — Καὶ Ἀκύλας οὕτως· Καίγε ὄρνεον εὗρεν ἑαυτοῦ οἶκον, καὶ στρουθὸς νοσσίαν ἑαυτῷ, οὗ ἔθετο τὰ νοσσία. Ἔθος δὲ τῇ γραφῇ τρυγῶσιν ἀφομοιοῦν τοὺς ἁγίους μυσταγωγούς, οἱ τῷ ἐπεικεῖ τρόπῳ τοὺς νεοττοὺς θάλπουσι παρὰ τοῖς θείοις θυσιαστηρίοις, ὥσπερ τρυ-

v. 3. *Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum.*

Quæres undenam concupiscat anima, non solum præ desiderio, sed usque ad deficiendum *in atria Domini?* Nonne quia recordata est? Caro autem exultat *in Deum vivum,* ideo quod videbit salutare Dei. *Atria Domini* sunt contemplationes existentium corporum. His enim meditationibus oportet nos primum inseri, deinde hoc modo ingredi in templum Domini, quod est theoria entium spiritualium.

v. 4. *Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum ubi ponat pullos suos. Altaria tua, Domine virtutum!*

Dicere vult, quod passeris instar nos quoque erravimus. Sicut enim hi aviculi vagantur, deficiente nido, in illo autem stabiliti morantur, et pullos confovent, sic et nos olim quidem erravimus, sed nunc divina provocati gratia, juxta tabernacula et altaria tua, nostros proprios pullos instituimus. — Et Aquila in hunc modum: *Etenim avicula invenit sibi domum et passer nidum sibi, ubi posuit pullos.* Sane mos Scripturæ est, turturibus assimilare sacros mystagogos, qui decenti modo pullos fovent, divina inter altaria, more turturum; quibus alumnis sunt suavia

Ps. LXXXIII, v. 3. Vat. 4. Mutila videntur.

v. 4. Vat. 4, 5. Cf. Field II, 235. Nemo non osculo salutabit canam memoriam scholæ christianæ umbratili altari consociatæ et nido assimilatæ turturum. Nec mirum, si suavia Adamantini verba partim transierint ad Theodorum Heracl. ad elegantem Apollinarium, ad poeticum Cyrillum Alexandrinum, cujus verba latine referre juvat: „Solet divina Scriptura turturibus assimilare sanctos doctores mysteriorum. Cur id, inquam? quia vocalissimus et suavis est turtur. Nobis autem discendi studiosis tales videntur sacrorum magistrorum sermones; sunt igitur hi spiritualium turturum instar etc.„ Vide græca et sequentia apud Maium *Bibl. V. PP.* t. III, 261.

γόνες· οἷς καὶ ἡδεῖς εἰσιν οἱ τούτων λόγοι, ὡς τρυγόνων πνευματικῶν. Ἢ οὕτως· στρουθία μὲν τῶν ἀνθρώπων αἰνίττεται τὰς ψυχὰς τὰς ὑπὸ τοῦ νοητοῦ ἐχθροῦ ἀγρευομένας· τρυγόνες δὲ τὰς ἐν ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ ζώσας ψυχάς· λέγει οὖν ὅτι πᾶσα ψυχὴ ταύτην εὑρήσει καταφυγήν, τὴν εἰς τὸ θυσιαστήριόν σου εἴσοδον. Δεῖ πρότερόν τινα σπουδάσαι ἑαυτῷ οἶκον εὑρεῖν, ἐν ᾧ δυνήσεται δέξασθαι Θεόν, ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλους ποιῆσαι οἴκους Θεοῦ. Χρησώμεθα δὲ τοῖς ῥητοῖς πρὸς τοὺς ἀκαθάρτους ἀνθρώπους καὶ διδάσκειν ἐπιχειροῦντας. Κατὰ τὴν ἔννοιαν τοῦ ῥητοῦ, μείζων ἡ τρυγὼν τοῦ στρουθίου.

magistrorum colloquia, utpote turturum spiritualium. Vel in hac sententia: passeres quidem significant animas, quas spiritualis inimicus more venatoris insequitur; turtures vero eas animas, quæ in puritate et castitate vivunt. Ait ergo quod omnis anima hoc perfugium inveniet, hunc juxta tuum altare accessum. Oportet primum nonnulli domum sibi inveniant, in qua valeant Deum excipere, deinde et alias domus Dei condant. His verbis utamur, dirigendis ad innocuos viros et qui erudiri solliciti sunt. Quod spectat ad loci sententiam, turtur potior est passere.

v. 6, 7. Ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο ἐν τῇ κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος, εἰς τὸν τόπον ὃν ἔθετο.

Αἱ ἀναβάσεις αὗται τῶν γνώσεων τῇ καρδίᾳ συμβαίνουσιν ἐκ τῆς ἀντιλήψεως τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἀναβαίνει τὰ περὶ τῆς κρίσεως, καὶ διατίθεται ἐν αὐτῷ, καὶ φυλάττει τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. Κοιλὴ δὲ κλουθμῶνός ἐστιν, ἤ τοι τὸ ἀνθρώπινον σῶμα, ἢ τὸ συγγενὲς τούτου κόσμος.

v. 6, 7. *Ascensiones in corde suo disposuit, in vallem lacrymarum, in locum quem posuit.*

Cordi subeunt ascensiones scientiarum, ipsa Dei favente tutela, id est: semper in corde justi ascendunt cogitationes de judicio, easque in se disponit, servatque mandata Dei. Vallis vero fletus est corpus humanum, vel congener illi mundus.

v. 8. Πορεύσονται ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν.

Σύγκρισις ἁγίας γνώσεως πρὸς γνῶσιν ανθρωπίνην· σύγκρισιν ποιησαμένοις τῆς γνώσεως τῆς τῶν ἔξωθεν σοφῶν καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ, ἀποφαίνεται κρείσσω εἶναι τὴν μικρὰν μερίδα παρὰ Κυρίου ἢ τοὺς θησαυροὺς μετὰ ἀφοβίας, τοὺς παρὰ τῷ Σωλομῶνι λεγομένους.

Καὶ μετ' ὀλίγον· Ὁ αὐτός φησιν· ἐξελεξάμην παραῤῥίπτεσται ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μου, μᾶλλον ἢ οἰκεῖν με ἐν σκηνώματι ἁμαρτωλῶν· οὕτω δή μοι ὁ θεῖος ἀξιέραστος οἶκος, ὡς αἱρεῖσθαι παρὰ τοῦτον, καὶ ἐπ' ἐδάφους ἐῤῥίφθαι καὶ πρὸ τῶν τούτου καλινδεῖσθαι θυρῶν, ἢ ἐν ταῖς μεγάλαις καὶ λαμπραῖς τῶν παρανομίᾳ συζώντων οἰκίαις

v. 8. *Ibunt de virtute in virtutem.*

Comparatio est sacram inter gnosin et humanam. Instituta collatione inter scientiam sophorum foris stantium et theognosiam, palam est præstare vel portionem exiguam apud Dominum, quam thesauros sine timore apud Salomonem memoratos.

Ac paulo post: Idem David ait: « Elegi abjectus esse in domo Domini magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. » Ita vero prædilecta mihi est domus Dei, ut me ad eam versus attollam, ejusque in pavimento prosterni malim, et ipsius ante fores convolutari, magis quam in amplis habitare et pellucidis

v. 6, 7. Vat. 4, 5, 6.

v. 8. Iidem codd. cf. Pr. xv, 16, Ps. LXXXIII, 11.

διαιτᾶσθαι· καὶ γὰρ ἐκείνους ἐδίδασκεν ἡ χάρις τοῦ πνεύματος μὴ παραβλέπειν τοῦ θείου οἴκου τὴν ἐρημίαν, καὶ ἡμεῖς παιδευόμεθα τοὺς τῷ Θεῷ ἀφιερωμένους οἴκους ποθεῖν ἀεί, ὅμοιον ὡσεὶ λέγοι· καὶ μικρός τις καὶ εὐτελὴς εἶναι μᾶλλον βουλοίμην ἂν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἢ μέγας ἐν τῷ ἁμαρτωλῷ λαῷ.

v. 9, 10. Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Ὑπερασπιστὰ ἡμῶν ἴδε, ὁ Θεός, καὶ ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου.

Ἀντὶ τοῦ· ἐπέμενον ὑμῶν προιστάμενος, ὑπερασπίζων καὶ φροντίζων καὶ τῆς εὐπρεπείας τῆς βασιλείας ἡμῶν. Χριστὸν γὰρ λέγει ἐνταῦθα, τὸν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντα βασιλέα τὸν Ζοροβαβέλ. Ἢ πρόσωπον χριστοῦ λέγει τὸν σεσωσμένον λαόν, ὃν καὶ Παῦλος μέλη Χριστοῦ καὶ σῶμα ἐκάλει.

v. 12. Ὅτι ἔλεον καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ Κύριος, ὁ Θεὸς χάριν καὶ δόξαν δώσει.

Ἔλεον καὶ ἀλήθειαν, ἀντὶ τοῦ· ἐλεήμονα καὶ ἀληθινὸν ἀγαπᾷ Κύριος. Συνηθὲς γὰρ τῇ γραφῇ τὴν ἕξιν ἀντὶ τοῦ μετέχοντος λέγειν· οὐχὶ δύο λέγει πράγματα, ἀλλ' ἥδεται τῷ ἐλεεῖν καὶ ἀληθεύειν ἀγαπᾷ· ἢ ἔλεος καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ, οὐ τὰς δι' αἱμάτων θυσίας, ἀλλὰ τὸ ποιεῖν ἔλεος καὶ ἀγαπᾶν τὴν ἀλήθειαν, — Χάριν, φησί, θείαν οἱ τοιοῦτοι ἐκ τῶν τοῦ παναγίου Πνεύματος κρουνῶν ἀρύοντες, οἱ τὴν ἀλήθειαν δηλαδὴ καὶ τὸν ἔλεον ἀγαπῶντες.

v. 13. Κύριε τῶν δυνάμεων, μακάριος ἄνθρωπος ὁ ἐλπίζων ἐπὶ σέ.

Κατάδηλον πάντη τοῦ ψαλμοῦ τὸ ἀκροτελεύτιον· μακαρίζει γὰρ καὶ ζηλωτὸν ὀνομάζει τὸν πάσης μὲν βιωτικῆς εὐκληρίας καταφρονοῦντα, μόνῃ δὲ ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐλπίδι θαῤῥοῦντα.

v. 9, 10. Vat. 4, 12, 15. I Cor. VI, 5. Respici Babylonem, et Zorobabel vocari regem, dubium ingerit de scholii sinceritate.

ædibus viventium in impietate. Etenim nos spiritus gratia edocuit, non despicere divinæ domus solitudinem; nosque in id instruimur, ut domus Deo sacratas perpetuis habeamus in votis, perinde ac si dicat: Et modicus et vilis esse malim prorsus, dum in ecclesia sim, quam jactari magnus in peccatorum populo.

v. 9, 10. *Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam. Protector noster aspice, Deus, et respice in faciem Christi tui.*

Id est, persevera ita nos tueri et protegere, et curæ habere decus regni nostri. Christum enim vocat hic regem a Babylone reducem, Zorobabel. Vel faciem Christi appellat populum salute incolumem, quem Paulus vocavit Christi membra et corpus.

v. 12. *Quoniam misericordiam et veritatem diligit Dominus, Deus dabit gratiam et gloriam.*

Misericordiam et veritatem, id est, misericordem et veracem diligit Dominus. Consuevit enim Scriptura habitum agendi pro agente dicere. Non duas res dicit, sed placet ei misericordiam exerceri, et dici verum lubet. Vel *misericordiam ac veritatem diligit,* non sacrificia cruenta, sed facere misericordiam et diligere verum. — Gratiam divinam dictum est hauriri ex sanctissimi Spiritus fontibus, ab iis scilicet qui veritatem et misericordiam diligunt.

v. 13. *Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.*

Plane perspicua est ultima psalmi clausula. Beatum enim renuntiat, et æmulatione dignum asserit eum, qui omnem vitæ jucunditatem aspernatur, sola vero spe in Deum confidit.

v. 12. Vat. 2, 4, 7. Codd. ἀληθεύειν ἀγαπᾶν, deinde ἀλήθειαν ἀγαπᾶν.

v. 13. Vat. 2.

Psalmus LXXXIV.

v. 1. Εἰς τὸ τέλος, τοῖς υἱοῖς Κορὲ ψαλμός. *Vat.* 678, 2.

Οἱ μὲν υἱοὶ Κορὲ τὸ αὐτὸ ἔλεγον δύο ἢ τρεῖς· ἓν μὲν δὲ λέγεται, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγωμεν πάντες. Ἐπινίκιος καὶ οὗτος τῶν ἐπανελθόντων ἐκ Βαβυλῶνος· ἐσχημάτισται δή, ὡς τοῦ Θεοῦ στρατηγοῦντος, καὶ λαβόντος τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ διὰ χρόνου ἐπανερχομένου εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῦ λαοῦ καταδιελόντος ἑαυτὸν δίχα, τοῦ προηγουμένου τε καὶ ἑπομένου, καὶ ὡς νικητὴν ἀνευφημοῦντος τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Προθεσπίζει δὲ ἐνταῦθα μετὰ τῆς σκιᾶς καὶ τὴν ἀλήθειαν, ἤτοι μετὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον καὶ τοῦ παντὸς κόσμου τὴν σωτηρίαν.

v. 1. *In finem, filiis Core psalmus.*

Inter filios Core idem recitabant modo duo, modo tres. Unum vero dicitur, ut idem omnes nos repetamus. Triumphalis quoque est hymnus iste revertentium ex Babylone. Expolitus sane, ac si Deus agmen duceret, captivosque susciperet, ac pro decursu temporis, in Hierusalem reverteretur, populusque bifariam divisus propter ipsum, præcederet sequereturque, ac ducem veluti victorem Deum universorum faustis acclamationibus celebraret. In hoc autem hymno vaticinatur post umbram fore etiam veritatem, sive post Judæorum a Babylone reditum, etiam totius orbis salutem.

v. 2, 3. Εὐδόκησας, Κύριε, τὴν γῆν σου, ἀπέστρεψας τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰακώβ. Ἀφῆκας τὰς ἀνομίας τῷ λαῷ σου, ἐκάλυψας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

Εὐδοκεῖ Κύριος τὴν ἀγαθὴν καὶ σπουδαίαν γῆν τυγχάνουσαν, διὰ τοῦ δέχεσθαι τὸν παρ' αὐτοῦ σπορὸν, καὶ ὡς ἕκατον καρποφορεῖ· καὶ ἀφίησι μὲν τὰς ἀνομίας διὰ τοῦ βαπτίσματος· ἐπικαλύπτει δὲ τὰς ἁμαρτίας διὰ τῆς πικρᾶς μετανοίας. Νῦν μὲν τὴν γῆν σου, κατωτέρω δὲ τοῦ κατασκενῶσαι δόξαν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, και κατωτέρω δὲ καὶ ἡ γῆ ἡμῶν δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς· ἐν τῇ εἰς τὴν γῆν καθόδῳ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, εὐδόκησεν ὁ Θεὸς τὴν γῆν ἑαυτοῦ. Ἡ γῆν σου, ἀντὶ διαστολῆς ἀλλοτρίας λέγει τὴν Ἰουδαίαν, τῷ διὰ τῆς πίστεως γενομένῳ αὐτοῦ λαῷ. Λέγει δὲ

v. 2, 3. ***Benedixisti, Domine, terram tuam, avertisti captivitatem Jacob. Remisisti iniquitatem plebi tuæ, operuisti peccata eorum.***

Benedicit Dominus terram, quae bona est diligenterque ferax, quod ab ipso semen recipit, et fructum quasi centuplum dat; nequitias vero remittit per baptismum, sed operit peccata per acerbam pœnitentiam. Nunc quidem dicit *terram tuam;* inferius autem (v. 10) *ut inhabitet gloria in terra nostra.* Inferius vero (v. 13) *Et terra nostra dabit fructum suum;* in terram delapso Salvatore nostro, tum benedixit Deus terram suam. Vel *terram tuam* ait per oppositionem inter Judæam et populum qui ejus fa-

Ps. LXXXIV, v. 1. Vatic. 4. Plura detraximus e prooemio psalmi quod occurrit apud Corderium t. II, p. 739 in quodam anonymo, cæteris interpretibus constanter præfixo, quamvis insulsa tantum proferat scholiola præter proœmia sat insignia, quæ non semel, ut infra in ps. LXXXVI cum Origene conveniunt. Unde suspicio arridet latere apud hunc anepigraphum libellum Origenis in titulos psalmorum, hactenus detegendum, hic saltem laciniis discerptum. Sequentia Didymus apud Maium imitatur.
v. 2, 3, Vat. 2, 15. Zachar. VIII, 22.

τὸν ἐξ ἐθνῶν κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Ζαχαρίου τοῦ προφήτου· Ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καταφεύξονται ἐπὶ τὸν Κύριον ἔθνη πολλά, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν.

v. 8. Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου, καὶ τὸ σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν.

Οὐ μόνον ὁ ἐλεούμενος ὁρᾷ τὸν δεικνύμενον αὐτῷ ἔλεον ἀπὸ Θεοῦ, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ὁ φωτιζόμενος εἰς γνῶσιν τοῦ ἐλέου, ὥστε ἂν εἰπεῖν· Ἔλεον καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι, Κύριε. Νῦν ἐνικῶς τὸ σωτήριον ἡ ἀρετή ἐστι, τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστός.

v. 9. Ὅτι λαλήσει εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τοὺς ἐπιστρέφοντας πρὸς αὐτὸν καρδίαν.

Καὶ ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους αὐτοῦ καὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτόν, ὁ σωτὴρ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φησιν· Εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι. Δείκνυσι δὲ καλῶς ὡς ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστροφὴ μηκέτι πταιόντων δικαιοσύνης ἀρχή, διὸ καὶ πελάζει φοβουμένοις ἡ σωτηρία, καὶ ἣν ἀφῆκας, ἀπολαμβάνουσι σὺν εὐκλείᾳ πατρίδα.

v. 10. Πλὴν ἐγγὺς τῶν φοβουμένων αὐτὸν τὸ σωτήριον αὐτοῦ.

Εἰ ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου, σοφία δὲ ἡμῶν ἐστιν ὁ Χριστός, καλῶς οὖν λέγεται ὁ σωτὴρ ἐγγὺς εἶναι τῶν φοβουμένων αὐτόν.

v. 8. Vat. 2. Ps. c, 8.
v. 9. Vat. 2, 3, 5, 6. Joan. xiv, 27.

ctus est per fidem. Significat nempe populum ex gentibus conflatum, secundum prophetæ Zachariæ oraculum: « In die illa confugient ad Dominum gentes multæ, et erunt ipsi in populum. »

v. 8. *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis.*

Non modo qui misericordiam consequitur, ostensam cernit misericordiam Domini, sed multo magis, qui illuminatus est in cognitionem misericordiæ, ut dicere possit: « Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine. » Nunc proprie salutare virtus est, salutare Dei, Christus.

v. 9. *Quoniam loquetur pacem in plebem suam, et super sanctos suos, et super revertentes ad eum corde.*

Et pro apostolis suis et pro omnibus in se credentibus Salvator ait in evangeliis: « Pacem meam relinquo vobis. » Pulchre autem ostendit quod reditus ad Deum non est justitiæ initium, in peccatoribus. Ideo salus appropinquat timentibus, et quam dimisere patriam, cum gloria suscipiunt.

v. 10. *Verumtamen prope timentibus eum salutare ipsius.*

Si initium sapientiæ est timor Domini, sapientia autem nostra Christus est, egregie ergo dicitur: Salvator *prope est timentibus eum.*

v. 10. Vat. 4, 5. Consentit Laurent. Plut. v, 3. Eccli. i, 16.

Psalmus LXXXV.

v. 1. Προσευχὴ τῷ Δαυίδ. *Vat.* 679, 1.

Προσευχή ἐστιν ἡ μετὰ δοξολογίας περὶ μειζόνων ἀναπεμπομένη.

v. 2. Σῶσον τὸν δοῦλόν σου, ὁ Θεός μου, τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ σέ.

Δοῦλος Θεοῦ, ὁ μὴ δουλεύων ἁμαρτίᾳ, μηδέ τινι πάθει ὑποκείμενος, ἐν μόνῳ δὲ ἐλπίζων Θεῷ. Ἐγὼ ἤλπισά σοι, δέσποτα, δὸς ἐλπίδι τῆς σωτηρίας ἀντίδοσιν. — Ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ σωτηρία ἐστὶ ψυχῆς. Ἐπειδὴ ὅσιος ἑαυτῷ κατηγόρευσεν, ἐπὶ τὸ ταπεινὸν πάλιν καταφέρει τὸν λόγον, δοῦλον ἑαυτὸν ἀπογραφόμενος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπ' αὐτῷ μόνῳ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἔχειν ἐπαγγελλόμενος.

v. 4. Εὔφρανον τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, ὅτι πρὸς σὲ, Κύριε, ἦρα τὴν ψυχήν μου.

Εὔφρανον, ἤτοι διὰ ζωήν. Διδάσκει ἡμᾶς ὁ λόγος, ὡς τὸν βουλόμενόν τε παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβεῖν ἀγαθὸν, ἀδιάλειπτον δεῖ εἶναι εἰς προσευχήν. Αἴρει πρὸς Κύριον τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ὁ διὰ πράξεως καὶ θεωρίας κουφίζων αὐτήν.

v. 5. Ὅτι σὺ, Κύριε, χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς καὶ πολυέλεος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις σε.

Ἀντὶ τοῦ ἐπιεικὴς Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων ἱλαστὴς εἰρήκασιν· ὁ δὲ Σύμμαχος· Καὶ ἀφιείς. Ἐπήγαγε δὲ τοῦτο θεραπεύων τὸ δοκοῦν φορτικόν.

v. 8. Οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε.

Τίνι γὰρ εἶπεν ποτὲ ὁ Πατήρ· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου;

v. 9. Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε, καὶ δοξάσουσι τὸ ὄνομά σου, Κύριε.

Εἰ πάντα τὰ ἔθνη ἥξει καὶ προσκυνήσει

v. 1. *Oratio ipsi David.*

Oratio cum voto est juncta doxologiæ et pro majoribus rebus emissa.

v. 2. *Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.*

Servus Dei est qui peccato non servit, neque passioni subjacet, sed qui in solo Deo sperat. « Ego in te speravi, Domine. » Da spei retributionem in salute. — Scientia Dei salvatio est animæ. Quoniam justus seipsum accusat, ad humilitatem iterum convertit sermonem, se ipsum ascribens Dei servum, et in Deo solo spem salutis se habere professus.

v. 4. *Lætifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, levavi animam meam.*

Laetifica, id est per vitam. Nos sermo docet opus esse, si quis velit a Deo bonum recipere, indefessas effundere preces. Ad Deum levat animam suam, qui per actionem et contemplationem eam leviorem facit.

v. 5. *Quoniam tu, Domine, suavis et mitis et multæ misericordiæ es omnibus invocantibus te.*

Pro hac voce *mitis,* Aquila et Theodotion dixerunt *propitius,* sed Symmachus: *et remittens.* Id vero subdidit, ut temperaret quod videtur gravius.

v. 8. *Non est similis tui in diis, Domine.*

Cui enim dixit unquam Pater : « Sede a dextris meis ? »

v. 9. *Omnes gentes quascumque fecisti, venient, et adorabunt in conspectu tuo, Domine, et laudabunt nomen tuum, Domine.*

Si omnes gentes venturæ sint ad no-

Ps. LXXXV, v. 1. Vat. 4.
v. 2. Vat. 4, 12. Ps. III, 17.
v. 4. Vat. 2, 3, 5, 12.

v. 5. Laurent. Plut. v. 3. Field. II, 237, ubi Symmachus: Ἀφίων.
v. 8, 9. Vat. 4, 12 Ps. CIX, 1.

τὸ ὄνομα Κυρίου, ἥξει δηλονότι καὶ τὰ ἔθνη τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα· εἰ δὲ οὕτω πᾶσα ἄρα φύσις λογικὴ προσκυνήσει ἐνώπιον Κυρίου, ἔπειτα δὲ καὶ δοξάσει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὅπερ σημαίνει τὸν ἐν αὐτῷ ὑπάρχοντα Πατέρα.

v. 11. Ὁδήγησόν με, Κύριε, ἐν τῇ ὁδῷ σου, καὶ πορεύσομαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου.

Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, φησὶν ὁ Χριστός. Καὶ πάλιν· Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. Εὔχεται τοίνυν πρῶτον μὲν ἐν αὐτῷ γενέσθαι, ὡς ὁδὸν τὸν Χριστὸν, τουτέστιν ὡς ἀρετὴν, ἔπειτα δε ὡς ἀλήθειαν, ὅπερ ἐστι τῆς θεωρίας.

v. 17. Ποίησον μετ' ἐμοῦ σημεῖον εἰς ἀγαθὸν, καὶ ἰδέτωσαν οἱ μισοῦντές με, καὶ αἰσχυνθήτωσαν, ὅτι σὺ, Κύριε, ἐβοήθησάς μοι, καὶ παρακάλεσάς με.

Οὐχ ἁπλῶς σημεῖον, ἀλλὰ σημεῖον ἀγαθὸν, ἀντὶ τοῦ· Ποίησον σημεῖον ἐμοὶ φέρον τὸ σωτήριον. Καὶ ἰδέτωσαν οἱ μισοῦντές με, τὴν εἰς ἐμὲ τοιγαροῦν πρόνοιαν δυσμενεῖς θεασάμενοι αἰσχύνης ἀναπλησθήσονται, καὶ ἐπονείδιστοι παρὰ πᾶσι γενήσονται. Σημεῖα ἀγαθά ἐστιν τὰ χαρίσματα τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, ταῦτα γὰρ μάλιστα αἰσχύνονται καὶ οἱ δαίμονες. — Καὶ παρεκάλεσάς με. Παράκλησίς ἐστιν ἀνάκτησις ψυχῆς ἀπὸ πολλῶν κόπων. Ἢ ἐστί· Βεβαιώθημαι καὶ παρακέκλημαι.

men Domini adorandum, venient dubio procul etiam gentes quæ bella volunt: quod si ita est, tota ergo natura ratione ornata prona coram Domino adorabit, postea vero laudabit quoque nomen ejus, quod significat Patrem in ipso residentem.

v. 11. *Deduc me, Domine, in via tua, et ambulabo in veritate tua.*

«Ego sum via», ait Christus, et porro: «Ego sum veritas.» Interea postulat primum Christum tamquam viam sibi esse, id est ut virtutem, deinde ut veritatem, quæ in contemplatione est.

v. 17. *Fac mecum signum in bonum, et videant qui oderunt me, et confundantur, quoniam tu, Domine, adjuvisti me, et consolatus es me.*

Non simpliciter signum quærit, sed signum bonum, videlicet: fac mihi signum proferens salutem. *Et videant qui oderunt me, et confundantur.* Et enim factam erga me providentiam quum adversarii viderint, pudefient et ridiculi omnibus evadent. Signa bona sunt spiritus charismata, quæ potissimum dæmones erubescere faciunt. — Et *consolatus es me.* Consolatio est recreatio animæ a multis angustiis. Vel dicit: Confirmatus sum et consolatus.

v. 11. Vat. 4, 12. Joan x, 1.

v. 17. Vat. 3, 4, 7, 12.

Psalmus LXXXVI.

v. 1. Τοῖς υἱοῖς Κορὲ ψαλμὸς ᾠδῆς. *Vat.* 679, 2.

Ἐπινίκιος οὗτός ἐστιν, ἀπαλλαγείσης τῆς πόλεως· προθεσπίζει δὲ καὶ τὴν κληρονομίαν καὶ σωτηρίαν τῶν ἐθνῶν.

v. 2. Οἱ θεμέλιοι ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις.

v. 1. *Filiis Core psalmus odæ.*

Etiam triumphalis psalmus est, civitate liberata. Sed præcinit quoque haereditatem et salvationem gentium.

v. 2. *Fundamenta ejus in montibus san-*

Ps. LXXXVI, v. 1. Vat. 4. Anonymus supra notatus eadem fere habet, quæ Theodoretus liberius explicuit.

v. 2. Vat. 4, 5. Idem Theoderetus initium scholii suum fecit usque ad Ephes. II, 20, comite Theodoro Heracl. qui legit apud Aquilam ἐν ὄρεσι ἡγιασμένοις, at Field. II, 238 habet ἡγιασμένου cum Anonymo Corderii II, 772.

Ἀγαπᾷ Κύριος τὰς πύλας Σιων ὑπὲρ πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακώϐ.

Θεμέλια τῆς εὐσεϐείας τὰ θεῖα παιδεύματα· ὄρη δὲ ἅγια, ἐφ' ὧν ταῦτα πέπηγε τὰ θεμέλια, οἱ τοῦ Σωτῆρος ἀπόστολοι. Περὶ τούτων γὰρ ἔφη καὶ Παῦλος· Ἐποικοδομηθέντες εἰς τὸ θεμέλιον τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν· ἐπὶ τούτων τῶν ἁγίων ὄρεων ὁ δεσπότης Χριστὸς κατέπηξε τὰ τῆς εὐσεϐείας θεμέλια. Ἢ θεμελίους Θεοῦ τοὺς τῆς πόλεως θεμελίους καλεῖ, ὡς δι' αὐτὸν οὐκ ἀνατραπέντας. Ὄρη δὲ ἅγια, τὴν Σιὼν καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς τοῦ ἁγίου Θεοῦ δείξαντος ἐκεῖ τὴν ἑαυτοῦ κατοικίαν, δι' ἣν οὐ παρεδόθη καὶ αὐτὰ τοῖς Ἀσσυρίοις. Διό φησιν· Ἕστηκα καὶ ἅπαντα σῶα ἐπὶ τῆς οἰκείας ἕδρας. — Ἡγοῦμαι καλῶς μὴ προσκεῖσθαι τὸ τίνος οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ, ἵν' ἐπιζητήσαντες εὕρωμεν ἐν τοῖς ἐφ' ἑξῆς τὸν λεγόμενον τεθεμελιωκέναι τὴν Σιὼν ἄνδρα, ὃς καὶ ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ ἐθεμελίωσεν αὐτήν. Ὁ δὲ Ἀκύλας· Θεμελίωσις αὐτοῦ ἐν ὄρει ἡγιασμένῳ. Σημαίνει δὲ τὸ ἑδραῖον τῆς τῶν Ἑϐραίων πολιτείας, καὶ τὸ οἰκεῖον καύχημα ἐν τῷ ὄρει τῆς Σιὼν εἶναι, οὗ καὶ ὁ ναὸς ἵδρυτο. Ὄρεα δὲ καὶ πόλιν εἶπε, σεμνύνων τὸ Σιὼν ὄρος. Ἀγαπᾷ Κύριος καὶ τὸν πρακτικὸν καὶ τὸν θεωρητικόν. Ἰακὼβ γὰρ πτερνιστὴς ἑρμηνεύεται, ἡ δὲ Σιὼν σκοπευτήριον.

v. 5. Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ· Ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ.

Μητέρα ἕκαστος τὴν Σιὼν ὀνομάζει, καὶ πᾶς ἄνθρωπος ἐρεῖ· Μήτηρ Σιών. Ὁ μὲν παῖς Ἰησοῦς γεννᾶται ἐν βηθλεέμ· ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐν τῇ Σιὼν, διὰ τὸ πρᾶξιν μὲν τίκτεσθαι ἐν τῇ ψυχῇ, σοφίαν δὲ γεννᾶσθαι ἐν τῷ νῷ.

ctis. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Fundamenta religionis sunt divina præcepta. Montes autem sancti, super quos structa fuere fundamenta, sunt Apostoli; de his enim Paulus dicit: « Superædificati in fundamentum apostolorum et prophetarum. » Sacros super hos montes Dominus Christus compegit religionis fundamenta. Vel positos in fundamenta Dei vocat, qui urbem stabiliunt, ut qui propter illum non subversi sunt. Sanctos autem montes ait montes Sion et Jerusalem; ac si Deus sanctus declaraverit ibi suum domicilium, propter quod neque hi montes Assyriis traditi fuerunt. Ideo ait: Statui etiam fore ut omnia integra stent in propria sede. Arbitramur apte non designari quis sit ille cujus sunt fundamenta, unde quæritando inveniamus in his quæ sequuntur, hominem a quo Sion fundata fuit, illum qui natus est in ea, et fundavit eam. Sed Aquila ait: *Fundatio ejus in monte sanctificato.* Significat autem stabilimentum rei Hebræorum publicæ, et gloriosum urbis decus, ubi templum erectum est. Montem vero et urbem dixit respectu ad montem Sion. Diligit porro Dominus virum actuosæ et contemplativæ vitæ deditum. Jacob enim supplantator etymo intelligitur, Sion vero speculæ statio.

v. 5. *Mater Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea.*

Matrem quisque vocat hanc Sion, et omnis homo dicet: Mater Sion. Jesus natus est in Bethleem, ut puer; ut homo, in Sion; ac si actio nascatur in anima, sapientia vero gignatur in mente.

v. 5. Vat. 2, 4, partim Laur. Pl. vi, 3. Origenes interpunxisse videtur: Μήτηρ Σιών, ἐρεῖ ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, quæ lectio tantum non arridet, immo in Vat. B στίχος clauditur in prima voce ἄνθρωπος. — Ambiguitas vocis θεμέλιος. tam *fundamentum* quam *virum in fundamento positum* significantis, obscuritatem scholio creavit.

v. 6. Κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν καὶ ἀρχόντων τούτων τῶν γεγενημένων ἐν αὐτῇ.

Τοῦτο ὁ Σύμμαχος οὕτως· Κύριος ἀριθμήσει γράφων λαούς, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ. Ὁ γὰρ τοὺς ἐν αὐτῇ πολιτευομένους λαοὺς τῆς παρ' αὐτοῦ γραφῆς ἀξιῶν, ἐν αὐτῇ ἐγεννήθη, Κυρίος ὢν καὶ Θεός· ταύτην δὲ τὴν ἀρίθμησιν καὶ ὁ Κύριος ἐδίδαξεν, εἰπών· Ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ἠρίθμηνται. Ἢ τῶν λαῶν, φησί, καὶ τῶν ἀρχόντων, τῶν ἐν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ γεγεννημένων, ἀρίθμησιν ὁ Κύριος διηγήσεται, τὴν γενομένην ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἣν αὐτὸς αὐτοῖς διηγήσατο, λέγων· Χαίρετε, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγγέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. — Ἢ καὶ οὕτως· Ἀναστήσει, φησί, τὰ πάτριά σου πάλιν, καὶ ἔσονταί σοι σύνοδοι ἐν τῷ ναῷ, καὶ ἀναγνωσθήσονται θεῖαι γραφαί, δι' ὧν ὁ Θεὸς τοῖς λαοῖς δοκεῖ διαλέγεσθαι· ἐν αἷς συνόδοις, φησίν, καὶ ἄρχοντες ἔσονται, πάλιν λέγων διδασκάλους καὶ ἱερεῖς. Καὶ τί δεῖ τά πολλὰ λέγειν; φησὶν οὕτως· Ἔστι πεπολισμένη καὶ πληθύνουσα, ὡς ἂν πόλις οἰκισθείη παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἀλύπως διαγόντων ἐν αὐτῇ καὶ μετὰ πλείστης εὐφροσύνης.

v. 6. *Dominus narrabitur in scripturis populorum et principum, horum qui fuerunt in ea.*

Quod sic apud Symmachum: *Dominus numerabit scribens populos: ipse ibi natus est.* Qui enim populos in ea jure civitatis donatos dignatur sua notare scriptura, in ea natus est, qui Dominus et homo est. Hanc numeris conscriptionem Dominus edocuit, aiens: « Vobis autem etiam capilli capitis vestri numerati sunt.» — *Vel populorum,* ait, *et principum* qui in ipsa ecclesia generati sunt, numerationem Dominus enarrabit conscriptam in cœlis, quam illis ipse recensuit, dicens: « Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. » — Vel etiam taliter: Restituet, inquit, patrios ritus tuos, et tibi coetus erunt in templo, et recitabuntur divinæ Scripturæ, per quas palam est Deum populos alloqui. In his cœtibus, inquit, aderunt etiam principes, sic rursus dicens magistros et sacerdotes. Sed quid plura? Sane urbis est civili ordine perpolita, et conferta turbis, ita ut habitetur incolis a mœrore alienis et cum plurima jucunditate.

v. 7. Ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία ἐν σοί.

Ἡ γὰρ ἐν οὐρανῷ πολιτεία πάσας ἀθυμίας κεχώρισται. — Ἢ οὕτως· ὅταν σοι, φησί, πάντων τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἡ κατοικία γένηται, τότε καὶ εὐφροσύνης ἔσονται πλήρεις.

v. 7. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te.*

Quæ enim in cœlis est civitas, cujuscumque luctus expers est. — Vel sic: Quando, inquit, omnium qui in Ecclesia sunt, fiet communis domus, tum gaudio cumulabuntur.

v. 6. Vat. 4. Matth. x, 30. Luc. x, 20. Ultima scholii verba certatim corradunt Theodoretus, Theodorus Heracl. Anonymus, ita tamen ut *reges* non de solis magistris et sacerdotibus intelligant, id quod placuit Origeni, quum nondum reges in ecclesia receptos vidisset. Cf. Field. II, 239.

v. 7, Vat. 4.

Psalmus LXXXVII.

v. 3. Εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ἡ προσευχή μου. *Vat.* 680, 1.

Ὡσπερεὶ ζώσης τῆς ἑαυτοῦ προσευχῆς ἀξιοῖ, ὅπως ἔλθοι ἐνώπιον τοῦ Κυρίου.

v. 4, 5, 6. Ὅτι ἐπλήσθη κακῶν ἡ ψυχή μου, καὶ ἡ ζωή μου τῷ ᾅδῃ ἤγγισε, προσελογίσθην μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον· ἐγεννήθην ὡς ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος.

Τὸ δέ· ἐπλήσθη κακῶν ἡ ψυχή μου, ὁ Χριστὸς λέγει, τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρων ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, καὶ πλήρης ὢν [κακῶν]· ὁ περὶ ἡμῶν ὀδυνάμενος, προσελογίσθη μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. — Εἰ αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐβάστασε, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, εἰκότως κακῶν ἐνεπλήσθη, φησίν. Ἐὰν μεταλάβῃς τὸν ᾅδην· εἰς τὸν θανόντα, γνῶθι πῶς ὁ θάνατος διαφέρει ζωῆς ἀνθρώπου· τὸ πλῆθος ἠντομόλησε τῶν περιστοιχιζόντων με θεωρῆσαι κακῶν· παρ' αὐτὸν γὰρ εἰμι τὸν θανόντα, καὶ τῆς σῆς δέομαι βοηθείας. — Ὡς ἀβοήθητος μὲν, οὐ μὴν ἀληθῶς ἀβοήθητος, ὡς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, εἰ καὶ εἶπεν· Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; Μόνος γὰρ ὁ Ἰησοῦς, εἰ καὶ ἀπέθανεν ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ, ἀλλ' ἐν νεκροῖς μόνος ἦν ἐλεύθερος, ὡς τό· Ἔρχεται ὁ ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν. Διὸ οὐκ ἔχων τοὺς τῆς ἁμαρτίας δεσμοὺς, ὡσεὶ ἐλεύθερος, ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, ἐξουσίαν ἔχων μόνος πάλιν λαβεῖν αὐτὴν [τὴν ζωήν]. Ὁ βουλόμενος τοῦτο ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος λαβεῖν, νοησάτω οὕτως· εἰ πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας, ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος καὶ νεκρός ἐστι· ψυχὴ γὰρ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ καὶ ἀποθανεῖται. Καὶ καλῶς λέγεται ὁ Σωτὴρ ἐν νεκροῖς εἶναι ἐλεύθερος, ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.

v. 3. *Intret in conspectu tuo oratio mea.* Commendat orationem, ac si vivens esset, ut intret in conspectu Domini.

v. 4, 6. *Quia repleta est malis anima mea, et inferno vita mea appropinquavit, æstimatus sum cum descendentibus in lacum; factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.*

Illud: *repleta est malis anima mea,* Christus pronuntiat, ferens nostra peccata in anima sua, et cumulatus malis: dira propter nos passus, reputatus est *cum descendentibus in lacum.* Si ipse peccata nostra pertulit, si proptor nos acerbe doluit, haud immerito ait: *repleta est malis anima mea.* Si inferni nomine mortem acceperis, scito quomodo mors a vita hominis differat. Multitudo calamitatum quæ mihi circumfusæ sunt, impedivit quin mala considerem. Juxta mortuum ipsum jaceo, et indigeo auxilio. — Quasi adjutorio destitutus, sed non vere sine auxilio, utique a Patre, quantumvis dixerit: « Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? » Solus enim Jesus, etsi mortuus ex peccatis populi, tamen in mortuis erat liber, juxta illud: « Venit princeps, et in me non inveniet quidquam ». Unde non habens vincula peccatorum, tamquam liber, surrexit a mortuis, solus potestatem habens iterum sumendi vitam. Qui vult hunc locum de Salvatore accipere, sic intelligat: Si quivis peccatum faciens, peccati servus est, idem ille etiam mortuus est. Anima enim quæ peccat, ipsa quoque moritur. Et optime dicitur Salvator liber in mortuis, « peccatum enim non fecit, neque inventus est in ore ejus dolus. »

Ps. LXXXVII, v. 3. Vat. 4.
v. 4, 6. Vat. 4, 5, 14, 16. Ps. XXI, 2, Joan. XIV, 30. I Petr. II, 22. Quædam in fine ad vulgatum Athanasium transierunt.

v. 8. Καὶ πάντας τοὺς μετεωρισμούς σου ἐπ' ἐμὲ ἐπήγαγες.

Μετεωρισμοὺς τὴν μετὰ σφοδρότητος ἐπενεχθεῖσαν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει ὑπὲρ τῆς παραβάσεως δίκην φησί· σημαίνει δὲ πάλιν τὸν θάνατον.

v. 9. Ἐμάκρυνας τοὺς γνωστούς μου ἀπ' ἐμοῦ, ἔθεντό με βδέλυγμα ἑαυτοῖς.

Οἱ Ἰουδαῖοι ἔθεντο αὐτὸν βδέλυγμα ἑαυτοῖς· ἐπὰν δὲ μακρύνῃ τις ἑαυτὸν ἀπὸ Χριστοῦ, τότε καὶ ἀπὸ Θεοῦ μακρύνεται κατ' ἀναλογίαν οὗ ἑαυτὸν μακρύνει· ὁρῶν δέ τις Ἰούδαν ἢ ἀλλοτριουμένους Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, τεθειμένους αὐτὸν βδέλυγμα ἑαυτοῖς, ὄψεται πῶς ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ.

v. 10. Οἱ ὀφθαλμοί μου ἠσθένησαν ἀπὸ πτωχείας.

Καὶ πρὸς τούτοις, φησὶν, ὑπὸ τῶν πολλῶν δακρύων ἐξεῤῥύη μου τὸ διοριστικόν. Ὁ γὰρ Σύμμαχος οὕτως· Ὁ ὀφθαλμός μου ἐξέῤῥευσεν ἀπὸ τῆς κακώσεως. Δακρύων, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμούς μου κατεδαπάνησα, κλαίειν ὑπὸ τῆς ὀδύνης ἀναγκαζόμενος. — Διὰ τὴν πτωχείαν, ἣν ἐπτώχευσεν πλούσιος ὢν, ὡς ἐσταυρώθη, οὕτως καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ἠσθένησεν· οὐ γὰρ ἑώρα, ὡς ὅτε ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπῆρχεν, ἀλλ' ὡς μορφὴν δούλου λαβὼν, ἔβλεπε· καὶ ἄλλως δὲ πτωχὸς οὐχ ὑφίσταται ἀπειλήν· καὶ οὐκ ἰσχυροὶ ὁρᾶν· διὸ ἐπεὶ ἐν Κορίνθῳ πολλοὶ ἀσθενεῖς, οὐδὲ βρῶμα λαβεῖν δύνανται, οὐδὲ βλέπειν τὸ τῆς γνώσεως αὐτοῦ φῶς.

v. 12, 13. Μὴ τοῖς νεκροῖς ποιήσεις θαυμάσια; ἢ ἰατροὶ ἀναστήσουσι, καὶ ἐξομολογήσονταί σοι; μὴ διηγήσεταί τις ἐν τῷ τάφῳ τὸ ἔλεός σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῇ ἀπωλείᾳ; μὴ γνωσθήσεται ἐν τῷ σκότει τὰ θαυμάσιά σοῦ, καὶ ἡ δικαιοσύνη σοῦ ἐν γῇ ἐπιλελησμένῃ;

Ἔτι μοι ζῶντι, φησὶ, τὴν σὴν δεῖξον θαυματουργίαν· ἀποθανὼν γὰρ ταύτην οὐχ ὄψο-

v. 8. *Et omnes elationes tuas induxisti super me.*

Elevationes nuncupat ultionem cum vehementia ruentem in hominum genus ex Adami lapsu: rursus autem significat mortem.

v. 9 *Longe fecisti notos meos a me, posuerunt me abominationem sibi.*

Judaei posuerunt eum sibi rem execrandam. Quando vero quis se longe facit a Christo, tum simul procul a Deo tantum repellitur, quantum se elongat. Videns autem aliquis Judam aut eos qui alieni sunt a Jesu Christo Deo, eum sibi reputantes rem abominandam, conspiciet quomodo haec vere fieri possint.

v. 10. *Oculi mei infirmati sunt præ inopia.*

Et propterea, inquit, ex multis fletibus deffluit visus meus. Symmachus enim ita: *Oculus meus effluxit propter vexationem.* Flendo, inquit, oculos meos impendi, lacrymari præ dolore coactus. — *Præ inopia,* quia pauper factus est, dives quum esset, quando cruci affixus est, ita imbecillis oculo factus est. Haud enim consideravit quatenus se in forma Dei esset, sed uti formam servi accipiens, conspexit. Et cæterum pauper minas non sustinet, neque intuendi vim habet. Idcirco Corinthi multi infirmi erant, neque cibum sumere, neque videre poterant lumen ejus scientiæ.

v. 12, 13. *Numquid mortuis facies mirabilia? Aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi? Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, et veritatem tuam in perditione? Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, et justitia tua in terra oblivionis?*

Viventi adhuc mihi, inquit, ostende tuam miram omnipotentiam. Mortuus e-

v. 8. Vat. 5.
v. 9, 10. Vat. 4. I Cor. XI, 30. Field. II, 240.

v. 12, 13. Vat. 4, 14. Graviter memorari legem arcani nemo non notaverit.

μαι, οὐκ ἔστιν ἰατρὸς ἀπαλλάξαι θάνατον δυνάμενος· ἢ τὰς αἰτίας ἡμᾶς διδάσκει Χριστὸς τῆς εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ καθόδου, μονονουχὶ λέγει ὅτι οὔτε ἐν νεκροῖς δυνατὸν, φησὶ, ποιήσασθαι θαυμάσια, οὔτε ἰατροὺς ἀναστῆσαι, ἵνα ἐξομολογήσωνταί σοι, οὔτε μὴν οἱ ἐν τῇ ἀπωλείᾳ δυνατοὶ ἦσαν γνῶναί σου τὴν ἀλήθειαν· τούτου χάριν, Πάτερ, καὶ τοῖς ἐν ᾅδου καταλελόγισμαι, ἵνα ἀναστάντες οἱ ἐν τῇ ἐπιλελησμένῃ γῇ, καὶ τῶν θαυμασίων σου πεῖραν λάβοιεν, καὶ διηγήσωνται οἱ πάλαι ἐν τῷ σκότει τὴν ἀλήθειάν σου. Ἀπώλειαν δέ φησι τὸ τῶν νεκρῶν χωρίον, διὰ τὸ ἀνέλπιστον τῆς ζωῆς. — Ἢ τις τάφος κεκωνιαμένος καὶ μνημεῖον ἄδηλον ἔχει λάρυγγα τάφου ἀνεῳγμένου, ἐν τούτῳ οὐκ ἔσται, οὐκ ἔσται διήγησις ἐλέου Θεοῦ· ὅταν ἐν τοῖς μυστηρίοις συναγώμεθα, ἀπολλυμένοις οὐ παραδοτέον τὴν ἀλήθειαν. — Γῆ ἐπιλελησμένη ἐστὶν ἡ ψυχὴ λογικὴ, τῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐστερημένη καρπῶν. — Ὥσπερ ἐν τοῖς ἀπολολόσιν οὐκ ἔστιν ἀλήθεια, οὕτως ἐν τοῖς ἐσκοτισμένοις οὐκ ἔστι θαυμασία. Οὐ δυνατὸν, φησὶ, τοὺς εἰς κόνιν διαλυθέντας νεκροὺς, καὶ ἐν τῷ ζόφῳ τοῦ θανάτου διάγοντας, καὶ λήθῃ παραδεδομένους, τῆς σῆς αἴσθεσθαι φιλανθρωπίας, καὶ τῶν σῶν θεαμάτων θεατὰς καταστῆναι.

nim jam non videbo eam. Medicus non est qui mortem avertat Vel Christus nos edocet causas sui in mortem descensus. Tantummodo non dicit: Neque in mortuis fas est miracula facere, neque suscitare medicos, ut tibi confiteantur, neque licet iis qui perditione pessumdantur, noscere tuam veritatem. Ea propter, o Pater, etiam in inferno cum mortuis reputatus sum, ut ubi surrexerint hi qui sunt *in terra oblivionis,* experiantur tua mirabilia, atque iterum veritatem tuam enarrent qui habitant *in tenebris*. Perditionem vocat locum mortuorum ob nullam in eo spem vitæ habendam. — Vel quale sepulcrum est dealbatum aut obscurum monumentum, quod os habeat tumuli hiantis. In simili loco non erit sane, non erit enarratio misericordiæ divinæ. Quando propter mysteria congregamur, perditis non est tradenda veritas. — *Terra oblivioni data* rationalis est anima fructibus sancti Spiritus orbata. Sicut in reprobis non est veritas, ita neque his qui in tenebris sunt, mirabilia occurrunt; fieri non potest, ait, ut qui dilapsi in cinerem, sunt mortui et in umbra mortis jacent, et oblivioni toti traduntur, tuam sentiant clementiam, tuorumque mirabilium sistant se spectatores.

v. 14. Κἀγὼ, Κύριε, πρὸς σὲ ἐκέκραξα, καὶ τὸ πρωῒ ἡ προσευχή μου προφθάσει σε.

Ἀπαλλαγῆναι τῶν ἐπικειμένων ποτνιῶμαι, καὶ φθάνω τῇ δεήσει τὸν ὄρθρον. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· Ἐμοῦ δὲ πρὸς σὲ, Κύριε, ἡ οἰμωγὴ, καὶ κατ᾽ ὄρθρον προσευχή μου προφθάσει σε. — Διὰ ταῦτα, φησὶ, λείψανον ἔτι κἀγὼ τῶν ζώντων ὑπάρχων, ταχέως τυχεῖν σου τῆς φιλανθρωπίας παρακαλῶ· τὸ γὰρ πρωῒ ἐπὶ τοῦ τάχους λαμβάνει, ἢ ὅτι φθάνω τῇ δεήσει τὰ ἐλπιζόμενα.

v. 14. *Et ego ad te, Domine, clamavi, et mane oratio mea præveniet te.*

Averruncari imminentia mala oro supplex, et a diluculo precibus occurro. Symmachus autem in hunc modum: *At meus ad te gemitus, Domine, et mane preces meæ prævenient te.* Propterea, inquit, dum adhuc sum inter viventes residuus, ocius postulo ut tua erga homines clementia fruar. Mane quippe pro cito accipit, sive ad bona sperata precibus propero.

v. 14. Vat. 4. Field. II, 241.

v. 15. Ἵνα τί, Κύριε, ἀπωθεῖς τὴν προσευχήν μου.

Ἕως ποτὲ, δέσποτα, ἐπιτείνεις μοι τὰ κακὰ, καὶ τῆς εὐμενείας οὐ μεταδίδως; τὸ γὰρ μὴ τὰς ἱκεσίας τὰς ψυχικὰς προσίεσθαι τὸν Θεὸν, ἄπωσιν αὐτὴν καὶ ἀπόῤῥιψιν ὀνομάζει.

v. 16. Πτωχός εἰμι ἐγὼ, καὶ ἐν κόποις ἐκ νεότητός μου.

Δι' ἡμᾶς γὰρ ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῆς ἐκείνου πτωχείας πλουτήσωμεν.

v. 19. Ἐμάκρυνας ἀπ' ἐμοῦ φίλον, τοὺς γνωστούς μου ἀπὸ ταλαιπωρίας.

Ταλαιπωρίαν τοῦ πάθους τὸν καιρὸν κατασημαίνει· λέγει οὖν ὡς παρὰ τὸ πάθος αὐτὸν καὶ οἱ φίλοι καὶ οἱ γνώριμοι ἐγκατέλιπον. Ἐπειδὴ γὰρ γεγονὼς ὑπήκοος τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, ἐν δὲ τῷ σταυρῷ καταλέλειπται ὑπὸ τῶν μαθητῶν, τούτου χάριν τὸν Πατέρα αὐτοῦ μακρῦναι τοὺς φίλους καὶ τοὺς γνωρίμους λέγει.

v. 15. *Ut quid, Domine, repellis orationem meam?*

Usquequo in me, Dominator, extendis mala, neque tuam mecum clementiam communicas? Etenim, ad Deum usque non pervenire supplicationes, id suam vocat remotionem, suumque repudium.

v. 16. *Pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea.*

Propter nos egenus factus est, ut paupertate ejus ditemur.

v. 19. *Elongasti a me amicum, notos meos a miseria.*

Infortunium indicat tempus patiendi. Ait ergo Christus, quomodo imminente patiendi tempore, etiam amici et proximi eum reliquerint. Etenim quum obediens fuerit Patri usque ad mortem, mortem autem crucis, in cruce autem derelictus fuerit a discipulis, idcirco ait Patrem a se amovisse amicos et notos.

v. 16. Vat. 16, consentiente Laur. Pl. VI, 3 in solemni epiphonemate ad latinos præcones passim traducto. II Cor. VIII, 9.
v. 19. Vat. 15. Phil. II, 8.

Psalmus LXXXVIII.

v. 2, 3. Τὰ ἐλέη σου, Κύριε, εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι, εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῷ στόματί μου, ὅτι εἶπας· Εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου. *Vat.* 680, 2.

Προφητεύει ὁ Σωτὴρ οἰκοδομὴν ἐλέου, ὥσπερ ὑπὸ ἀρχιτέκτονος Θεοῦ, σοφῶς τῶν εὐεργετουμένων ἔλεον οἰκοδομοῦντος· ἔσονται γὰρ τῶν εὐπειθομένων ἐλέου θεμέλιον, καὶ τὰ μετὰ τὸν θεμέλιον, καὶ ἐλέου πύλαι, καὶ οἶ-

v. 2, 3. *Misericordias tuas, Domine, in æternum contabo, in generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur, in cœlis præparabitur veritas tua.*

Vaticinatur Salvator erigendas esse ædes misericordiæ, architecto Deo, qui pro benedictis suis sapienter misericordiam ædificat. Erunt enim sane credentibus misericordiæ fundamenta, et cum

Ps. LXXXVIII, v. 2, 3. Vat 4, ex quo fere omnia recipiuntur fragmenta insignis commentarii, quem vix in multis acceptum non referam senioribus Alexandrinis, quamvis nemo non sæpe agnoscet Origenem, maxime in brevioribus et argutis scholiis de solita gnosi infercitis. Pauca ierunt ad alios interpretes, nec nisi ea quæ satis nos certiores faciunt recognitum fuisse et sincerum esse opus tantæ antiquitatis. Pleraque insuper confirmantur codice Laurentiano Plut. VI, 3, qui etiam nova quædam præstitit. Theodorus Heracl. vulgatus sua orditur excerpta a verbis ἐλέη τοῦ Θεοῦ καλεῖ κτλ. Eusebius, ut nos recolit breviter *Quintam editionem*. Maurinis tantum brevissima scholiola sunt. De Hexapl. cf. Field. II, 240, 241. 1 Cor. XIII, 12.

κοι, καὶ θύραι, καὶ θυρίδες, καὶ κιόνες, καὶ στοαί, καὶ ναὸς ἀπ' ἐλέου, καὶ θυσιαστήριον, καὶ καταπέτασμα, καὶ πόλις. Καὶ ἐπὶ γῆς μὲν οὐ πᾶς ἄνθρωπος ῥύστης, καὶ οὐκ ἔστι καθαρὰ ἀλήθεια· ἀλλὰ δι' ἐσόπτρου ἀλήθεια, καὶ ἐν αἰνίγματι· ἐν οὐρανοῖς καὶ ὧν ἐστιν ἡ βασιλεία, ἑτοιμάζεται αὐτή, ἵνα οἱ τὸ εἰκῆ πολίτευμα ἔχοντες ἐν οὐρανοῖς, αὐτὴν θεάσωνται, φορέσαντες τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου· ἐπείπερ ἐπὶ γῆς βλέπομεν δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι, διὸ καὶ εἴ τις δοκεῖ ἐγνωκέναι, οὔπως ἔγνωκε ὡς δεῖ γνῶναι· διὰ τοῦτο ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ.

fundamentis cætera fabrica, et portæ clementiæ, et exedra et fores et fenestræ et columnæ et porticus et sacellum misericordiæ sacrum, et altare et velum et civitas. — Sane super terram nemo hominum redemptor est, nulla veritas intemerata, sed veritas per speculum et in ænigmate; sed in cœlis pro his quorum regium est palatium, ipsa præparatur, ut his qui honestum vivendi genus habent, eam contemplari detur, dummodo ferant imaginem cœlestis exemplaris. Quando quidem in terra per speculum videmus et in ænigmate, ideo vel si quis cognovisse videatur, minime cognoscit, uti nosse oportet. Inde illud: *In cœlis præparabitur veritas* Dei.

Ἐλέη τοῦ Θεοῦ καλεῖ τὴν τῷ Δαυὶδ δοθεῖσαν ἐπαγγελίαν, ὡς ἐκ φιλανθρωπίας παρέσχεται· ᾄσομαι οὖν, ἀντὶ τοῦ μιμνήσομαι ταύτης διηνεκῶς, τοῦτο γὰρ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν· οὐχ ἕνα ἔλεον, τὸν αἰῶνα ἐσόμενον, ἀλλὰ πολλοὺς τοὺς καὶ μετὰ τὸν αἰῶνα δοθησομένους· ᾄσεται ὁ σωτὴρ εἰς τὸν αἰῶνα, εἰς τὰς δύο γενεάς, τοὺς ἐξ ἐθνῶν καὶ τοὺς ἐκ περιτομῆς, ἀπαγγέλλει ὁ σωτὴρ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, ἐν σώματι γενόμενος, διὰ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Εἰπὼν δὲ ὅτι μνησθήσομαι τῆς ἐπαγγελίας, ἐπάγει καὶ αὐτοῦ τὰ ῥήματα· δυσώπει γὰρ τὸν δεσπότην ἃ εἶπεν ὁ Θεός. Εἰς οἰκτιρμὸν τὰ αὐτοῦ ῥήματα προσφερόμενα, ἐπιφέρουσι γοῦν·

Misericordias Dei vocat largitam Davidi promissionem, ut quæ benignitatis munus est. *Cantabo* ergo, pro recordabor eam, in perpetuum, id est *in generationem et generationem*. Non unam dicit misericordiam, quæ in ævo futura sit, sed plurimas quæ post sæculum dabuntur. Cantabit Salvator in sæculum per duas etiam generationes, unam ex gentibus, alteram ex circumcisione. Salvator annuntiabit veritatem Dei, in corpore consistens per os suum. Dum vero dicit: Recordabor promissionis, subjicit ipsius Dei verba: flectunt enim Dominum ad misericordiam verba quæ Deus protulit. Verba igitur quæ pietatem eliciunt, subjiciuntur:

Ὅτι εἶπας· εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται. — Ὑπέσχου, λέγει, τὴν τοιαύτην φιλανθρωπίαν οἰκοδομεῖν εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ καλῶς οἰκοδομίαν εἶπε τὴν κατὰ μικρὸν τῆς ἐπαγγελίας αὔξησιν. Ἤρξατο γὰρ ἐξ ἑνὸς τοῦ Ἀβραάμ, καὶ διέβη εἰς τὸν Ἰσραηλιτικὸν λαόν, ἐκ τούτου εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Ἦν γὰρ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελία πρὸς τὸν Δαυίδ, φυλάξαι τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, ὅς ἐστι Χριστός.

Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur. In æternum pollicitus es, inquit, hujusmodi clementiæ ædificium in aevo esse mansurum. Et optime ædificium dixit esse hanc pollicitationem paulatim auctam. Incœperat enim ab uno Abraham, tum transmeavit ad plebem Israeliticam, ab illa ad universum orbem. Hæc enim erat Dei ad David promissio, servandum esse semen illius, quod est Christus.

Ἡ δὲ ε' ἔκδοσις εἶπα ἔχει, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ προφήτου λεγομένου τοῦ Χριστοῦ.

Quinta autem editio habet: *Dixi*, tamquam in persona prophetæ Christo loquente.

Ἢ τὸ οἰκοδομηθήσεται, ἀντὶ τοῦ ἐγερθήσεται· ἀνίσταται γάρ πως τὸ οἰκοδομούμενον· τοῦτο δέ ἐστιν ἡ διὰ Χριστοῦ χάρις. Ἐπεὶ δὲ ἕτοιμον ἀεὶ τὸ ἑδραῖον σημαίνει καὶ τὸ βέβαιον, βούλεται εἰπεῖν ὅτι ἡ τοιαύτη σου ἐπαγγελία ἥδρασται, καὶ τὸ βέβαιον ἔχει ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὥστε αὐτὴν μηδὲν ἐπίγειον παραγίνεσθαι πρᾶγμα. Ὁ δὲ Σύμμαχος· ἑδραιωθήσεται.

Vel etiam illud *ædificabitur* est pro *excitabitur*. Aliquomodo enim surgit quod ædificatur, et hujusmodi est data per Christum gratia. Quum autem præparatio semper significat stabilitatem et firmitatem, id dicere vult quod hujusmodi promissio stabilis sit et firmitatem in cælis habeat, ita ut nullatenus aliquid caducum esse queat. Symmachus autem scripsit: *Stabilietur*.

v. 4, 5. Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου, ὤμοσα Δαυὶδ τῷ δούλῳ μου· Ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου, καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου.

v. 4, 5. *Disposui testamentum electis meis, juravi David servo meo: Usque in æternum præparabo sedem tuam, et ædificabo in generationem et generationem thronum tuum.*

Τῷ εἶπας καὶ τοῦτο συνῆπται, ὅτι ταύτας πρὸς τοὺς ἐκλεκτοὺς ἐποιησάμην τὰς συνθήκας· ἐκλεκτοὺς δὲ καλεῖ Ἀβραάμ, Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Πρὸς δὲ τούτοις ἔφη ὠμωμοκέναι καὶ τῷ Δαυίδ, ἀνώλεθρον αὐτοῦ φυλάξαι τὸ σπέρμα, καὶ ἐν πάσῃ γενεᾷ τὸν τούτου θρόνον ἀνθήσειν. Ταῦτα δὲ οὐκ εἰς αὐτὸν τὸν Δαυὶδ νοεῖται. Πῶς γάρ; ἀλλ' εἰς Χριστὸν τὸν ἐξ αὐτοῦ καταγόμενον, καὶ διηνεκὲς ζῶντα καὶ βασιλεύοντα. Καὶ ποῦ ὤμοσεν ἢ ἐν τῷ εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· Καὶ ἔσται, ὅταν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι σου, καὶ κοιμηθῇς μετὰ τῶν πατέρων σου, ἀναστήσεται ἐκ τοῦ σπέρματός σου ἄλλος, ὃς ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου, καὶ ἑτοιμάσω εἰς τὸν αἰῶνα τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Αὐτὸς οἰκοδομήσει οἶκον τῷ ὀνόματί μου, καὶ ἀνορθώσω τὴν βασιλείαν αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν.

Id quoque præcedenti verbo *dixisti* quadrat, quod similia electis fecerim fœdera. Electos jam vocat Abraham, Isaac et Jacob, quibus ait se simul et Davidi juravisse, fore ut incolume servet semen ejus, et in omni generatione floreat ipsius thronus. Quæ quidem non de Davide intelliguntur. Etenim quomodo? utique per Christum ex illo oriundum, viventem et regnantem in perpetuum. Ubi nam vero juravit? nisi quando dixit ad eum: « Et erit quando implebuntur dies tui, et dormies cum patribus tuis, exsurget ex stirpe tua alius qui erit de ventre tuo, et præparabo in sæculum regnum ejus. Ipse ædificabit domum nomini meo, et eriget regnum suum in sæculum. Ego ero illi in patrem, et ille erit mihi in filium. »

Οὐ τοῖς κλητοῖς, ἀλλὰ τοῖς ἐκλεκτοῖς ὁ θρόνος τοῦ Δαυίδ, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ ἡ βασιλεία οἰκοδομεῖται εἰς γενεάν, τοῖς ἐκ περιτομῆς, καὶ γενεάν, τοῖς ἐξ ἐθνῶν. Ὡς οἰκία οἰκοδομεῖται, οὕτως ὁ θρόνος τοῦ Δαυίδ,

Non jam vocatis, sed eligendis ædificatur thronus Davidis, id est Christi potestas, *in generationem* unam pro circumcisis, et alteram *generationem* pro gentibus. Sicut habitatio fabricatur, sic thro-

v. 4, 5. Vat. 4. Cf. II, Reg. VII, 12. Gen. II, 22. In fine Vat. 5, 12, 14, 16. Pauca regerit Hesych. apud Corder II, 821, et Eusebius pauciora, quæ non recipit Montefalconius.

ἢ ὡς ᾠκοδόμητο ὁ Θεὸς τὴν πλευρὰν ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ εἰς γυναῖκα, οὕτως φησὶ καὶ τό· Οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν θρόνον σου. Εἰ θρόνος ἐστὶ τοῦ Χριστοῦ φύσις λογική (ταύτην δὲ πεποίηκεν ὁ Θεός), καλῶς λέγεται Χριστὸς κεκαθικέναι ἐπὶ θρόνου Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Τὸ δὲ γινώσκεσθαι τὸν Χριστὸν ὑπὸ τοῦ πεφυκότος γινώσκειν αὐτὸν, καθέδραν ὀνομάζει ἡ θεία γραφή.

v. 6. Ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου, Κύριε, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν ἐκκλησίᾳ ἁγίων.

Σὲ γὰρ προσήκει παρὰ πάντων ὑμνεῖσθαι, οὐχ ἥκιστα δὲ παρὰ τῶν τὸν οὐρανὸν οἰκούντων, ἀκριβέστερον ἐπισταμένων τὰ σὰ θαυμάσια. Ἢ οὕτως τοῦτό φησι διὰ τοὺς λέγοντας· Ἐτέχθη ὑμῖν Χριστὸς Κύριος ἐν πόλει Δαυὶδ, καὶ ὅτι γεννηθέντος τοῦ Χριστοῦ, ποιμέσι τοὺς ἀγγέλους εὐαγγέλισθαι, καὶ ἑτέρους δὲ ἐπουρανίους στρατιὰς ὀφθῆναι λεγόντων· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη. Καὶ γάρ γέγονεν ἄνθρωπος, φησὶν, ὁ μονογενὴς, καὶ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς ἑκούσιον κένωσιν, καὶ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν· ἀλλὰ καὶ οὗτός ἐστιν ἀσύγκριτος. Ἐν τῷ ιη' ψαλμῷ, οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται· νῦν δε' φησιν· Ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοί. Τῶν γὰρ αὐτῶν ἐστι τὸ ἐξομολογεῖσθαι καὶ διηγεῖσθαι τὰ θαυμάσια Κυρίου. Ἐξομολογοῦνται δὲ καὶ εὐχαριστοῦσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν ἁγίων οἱ οὐρανοί. — Ἢ οὕτως ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ ταύτης τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῆς φιλανθρωπίας εὐχαριστοῦσι καὶ οἱ οὐρανοὶ, διὰ γὰρ τῶν οὐρανῶν τὰς οὐρανίους αἰνίττεται δυνάμεις.

v. 7, 8. Ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ Κυρίῳ; καὶ τίς ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ; ὁ Θεὸς ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων, μέγας καὶ φοβερὸς ἐπὶ πάντας τοὺς περὶ κύκλῳ αὐτοῦ.

nus Davidis, vel ceu Deus ædificavit in mulierem costam, quam sumpsit ex Adamo, ita inquit: *Ædificabo in generationem et generationem thronum tuum.* Si thronus est spiritualis natura Christi, eamque Deus fecerit, bene Christus dicitur sedisse in throno David patris sui. Quod vero Christus ab humana natura cognoscitur, id divina Scriptura vocat cathedram.

v. 6. *Confitebuntur cæli mirabilia tua, Domine, et veritatem tuam in ecclesia sanctorum.*

Te namque decet ab omnium hymnis celebrari, quanto magis ab illis qui cœlum inhabitant, qui accuratius tua novere prodigia. Vel sic loquitur propter eos qui dicunt: Natus est nobis Christus in civitate David, et quod nato Christo, pastoribus angeli faustum dedere nuntium, et cæteri cœlestes exercitus visi sunt dicentes: « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax. » Etenim inquit, factus est homo Unigenitus, et sponte se usque demisit, ut exinaniret se, et formam servi acciperet. Verum et sic factus, incomparabilis est. — In psalmo XVIII: « Cœli enarrant », nunc vero dicit: *Confitebuntur cæli.* Ad hos quippe spectat confiteri et enarrare prodigia Domini. Confitentur præterea cœli, et gratias agunt *in ecclesia sanctorum.* Vel ita ut dicat: Pro hac ipsa promissione et pro hac benignitate cœli etiam agunt gratias; per cœlos enim alluditur ad cœlestes virtutes.

v. 7, 8. *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? Similis erit Domini in filiis Dei? Deus qui glorificatur in concilio sanctorum, magnus et terribilis super omnes qui in circuitu ejus sunt.*

v. 6. Vat. 4, 14, Ps. XVIII, 2. Luc. II, 8, 14. Didymus apud Corder, in hoc vers. et sequenti ad nostra accedit, una cum Theodoro Her. Sed ambo σποράδην tantum. Silet autem omnino Didymus apud Maium in h. l.

v. 7, 8. Vat. 4, 5, 12, 16. Ps. XLV, 9. Joan, 1, 16.

Σαφέστερον τὸ κατὰ τὸν Χριστὸν αἰνίττεται, δι' ὧν συγκρίνει μὲν αὐτὸν τοῖς υἱοῖς τοῦ Θεοῦ, ὑπερτίθησι δὲ πάλιν αὐτῶν καθ' ὅσον αἱ νεφέλαι τῆς γῆς ὑψηλοτέραι· οὐχ ὅτι κατὰ τοσοῦτον διαφέρει αὐτοῖς, ἀλλ' ὅτι οὐκ εἶχεν ἄλλο μεῖζον ὑπόδειγμα εἰπεῖν. Νεφέλαι γὰρ τοὺς οὐρανίους λέγει τόπους, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν ὀνομάζων. Καὶ τοῦτο δὲ ἐπισημαντέον, ὡσεί που αἰνίττεται τὰ κατὰ Χριστὸν, καὶ ἐκκλησίας μνημονεύει, ὡς ἐν τοῖς ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων, ἀντὶ τοῦ οἴκων λαμπρῶν ἄγαν καὶ ἐνδόξων. Εἰ γὰρ μὴ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἦν, εἶπεν ἂν ὡς καὶ ἀλλαχοῦ· Τίς ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν θεοῖς; Καὶ γὰρ σαρκωθεὶς καὶ δούλου μορφὴν ὑποδὺς, ἀσύγκριτος ἦν. — Ἢ οὕτως, ὅτι καὶ τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων ὑπέρκειται, καὶ παρὰ τῶν ἀσυγκρίτων ὑπέρτερος εἶ, καὶ οὐδείς σοι τῶν ὄντων παραβληθῆναι δυνήσεται. — Ἀλλὰ καὶ οὗτός ἐστιν ἀσύγκριτος ὑπὲρ πάσας τὰς οὐρανίους. Αἱ μὲν γὰρ οἰκετικὸν ἔχουσι τάγμα, ὁ δὲ δεσπότης τῶν ὅλων ἐστὶ Κύριος. Ἀλλ' οὐδὲ ἐν υἱοῖς Θεοῦ ἐστί τις ὅμοιος αὐτῷ, ὅτι φασίν· Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντα ἐλάβομεν. Οὐκοῦν ὡς Θεὸς ἐξ ἰδίου πληρώματος, οἱ δὲ πλουτοῦσι παρ' αὐτῷ; — Ἔστι καὶ ὁ Χριστὸς ἐν ταῖς νεφέλαις, τοῖς προφήταις καὶ ἀγγέλοις, ἀλλ' οὐκ ἰσοῦνται οὗτοι τῷ Κυρίῳ, κἂν αὔξησιν σπούδοντες ἐπὶ τὴν ἰσότητα αὐτοῦ· οὐ μόνον οὖν οὐκ ἰσωθήσεταί τις τῶν ἀγγέλων τῷ Κυρίῳ, ἀλλ' οὐδὲ ὁμοιωθήσεται. — Ἢ τὸ τίς ἐπαπορητικῶς εἴρηται, τασσόμενον ἐπὶ τοῦ σπανίου.

Magis perspicuum est Christum significari, ex eo quod illum cum filiis Dei conferat. Immo sublimior tanto illis est, quantum nubes altitudine terram superant; non quod ab illis tantidem differat, sed quod nullum habet majus exemplar conferendum. Nubes enim intelligit cœlestia spatia, toto ex una parte nominato. Et sane hoc notatu dignum: quasi ad ea quæ Christi sunt, alluditur, et Ecclesiæ comminiscitur, sicut in hisce: «A turribus eburneis», videlicet a domibus splendidis valde et magnificis. Nisi enim hæc ad Filium spectarent, dixisset uti et alibi: «Quis similis erit Domino in diis?» Etenim vel caro factus, vel servi forma assumpta, extra paritatem erat. — Vel sic, nempe cœlestia et terrestria superas, ac præ cæteris comparatione præstantioribus sublimior tu es, ac ne ulla quidem existentium rerum te æquiparare poterit. — Verum enim vero incomparabilis ille est præ omnibus supernis potestatibus. Illæ numque domesticum obtinent ordinem; Dominus vero ille est, herusque universorum; sed neque ullus ex filiis Dei similis illi est, aiunt quippe: «Ex ejus plenitudine omnia nos accepimus.» Nonne dat, ut Deus, ex propria plenitudine, cæteri vero ab ipso ditantur? Est quoque Christus in nubibus, in prophetis et angelis, sed qui Domino non æquiparantur, etiamsi omni ope niterentur ad æqualitatem. Igitur non modo nullus angelorum Domino æquiparatur, sed neque similitudinem attingit. — Vel illud *quis* interrogandi more dicitur, respectu ad rem raram.

Εἶτα ἐχόμενος τῆς συγκρίσεως, λέγει· Ἐν βουλῇ τῶν ἁγίων. Βουλὴν τὴν συναγωγὴν λέγει· τὴν συλλογὴν αἰνίττεται οὖν, ὅτι μετὰ πάντων τῶν ἁγίων φαινομένων ὑπεραίρει τῇ δόξῃ, ὡς καὶ φοβερὸς εἶναι τῷ κύκλῳ αὐτοῦ, καὶ φοβερός ἐστι τοῖς τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ παρακούουσι. Καλῶς δὲ ἀποστροφῇ

Deinde, habita comparatione, ait: *in concilio sanctorum.* Concilium vocat collectum cœtum. Qua concione significat eum super omnes sanctos gloriosos gloria antecellere, et formidandum esse cunctis in circuitu, et terribilem his qui minus obediunt mandatis suis. Bene

χρῆται, ἵνα τὴν ἀλήθειαν τοῦ λεγομένου μηνύσῃ· ἐπιφέρει γὰρ ὡς πρὸς αὐτὸν διαλεγόμενος·

v. 9. Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, τίς ὅμοιός σοι; δυνατὸς εἶ, Κύριε, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου.

Ἡ μὲν ἀλήθεια, ὁ Χριστὸς κύκλῳ τοῦ Πατρός· οἱ δὲ ἐν Χριστῷ, περὶ κύκλῳ αὐτοῦ, ἐφ' οὗ μέγας ἐστι τοῖς καθαρᾷ καρδίᾳ βλέπουσιν αὐτὸν, καὶ φοβερὸς κατὰ πληττομένους αὐτὸν, καὶ μὴ χωροῦντας αὐτῷ ἐνορᾶν. — Οὐδεμία λογικὴ φύσις ὁμοία ἐστι τῷ Χριστῷ· ἡ μὲν γὰρ τῶν γεγονότων θεωρίαν γινώσκει· ὁ δὲ καὶ αὐτὸν ἐπίσταται τὸν τὰ πάντα ποιήσαντα· οὗ ὁ Χριστὸς κυκλοῖ τὴν γνῶσιν, τὴν τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' αὐτὴ κυκλοῖ τὸν Χριστόν· πολλὴν δὲ ἐν τούτῳ τῷ ῥητῷ καὶ βαθυτάτην θεωρίαν ἀποκεῖσθαι νομίζω, ἣν ὁ ἐξαπλῶσαι βουλόμενος, παρελεύσεται τοὺς τῶν σχολίων κανόνας.

v. 11. Σὺ ἐταπείνωσας ὡς τραυματίαν ὑπερήφανον, καὶ ἐν τῷ βραχίονι τῆς δυνάμεως διεσκόρπισας τοὺς ἐχθρούς σου.

Αἰνίττεται οὖν, ὡς δυνατοῦ ὄντος αὐτοῦ τὰ τῶν πολεμίων ὑπερηφανίας καταστέλλειν.

namque apostrophe utitur ad inculcandam sermonis verita-tem. Inserit enim hoc veluti Deum allocutus:

v. 9. *Domine, Deus virtutum, quis similis tibi? potens es, Domine, et veritas tua in circuitu tuo.*

Veritas quidem Christus est in circuitu Patris. In Christo autem qui manent, in illius sunt circuitu: unde magnus est cernentibus illum in corde puro, et formidolosus iis que offendunt eum, qui videre eum non capiunt. — Nulla spiritualis natura Christo similis est; quæ quidem rerum factarum novit theoriam, dum ille cognoscit eum ipsum, qui omnia fecit: cujus Christus scientiam circumclaudit, Patris nempe, quæ et ipsa circumvolvit Christum. At multam in hac sententia et profundissimam contemplationem subjacere arbitror, quam si quis explicari velit, transgredietur scholiorum normas.

v. 11. *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum; in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.*

Asseritur ergo eum posse hostium arrogantias missas facere.

v. 7. *Et dixerunt: Non videbit Dominus, neque intelliget Deus Jacob.*

Haud frustra adjacet *Deus Jacob,* sed in incrementum accusationis, ut qui noverunt multiplicem erga populum Dei providentiam, tum per prophetas, tum per sacerdotes, tum in bello, tum in pace.

v. 8. *Intelligite, insipientes in populo,*

v. 6. Vat. 5, 12. Facile invehitur ipse tot criminibus impetitus, adversus perversos Scripturarum interpretes. Ita et in v. 20.

v. 7. Vat. 12.

v. 8, 9. Vat. 10. Quam psalmistæ erogat recte, ipse interpres laudem sane meretur διδασκαλίας συλλογιστικῆς.

καὶ μωροί, ποτὲ φρονήσατε. Ὁ φυτεύσας τὸ οὖς, οὐχὶ ἀκούει; ἢ ὁ πλάσας ὀφθαλμοὺς οὐ κατανοεῖ;

Πάλιν ἀπὸ τῆς πονηρίας τῶν ἐχθρῶν διεγείρει εἰς ζῆλον κατὰ τῶν ἀσεβῶν τὸν Θεὸν, ὅπως ἂν ἔργῳ μάθοιεν, ὡς ὁ ἀπιστωθεὶς παρ' αὐτῶν οὐ περιορᾷ τὰ ἀνθρώπινα· ἀπόκρισιν δὲ ὁ προφήτης ἐπάγει πρέπον αὐτοῖς ὄνομα, τὴν ἀφροσύνην καὶ μωρίαν εἰπών. Λέγει δέ· πόθεν αὐτοῖς ἡ τοιαύτη ἀναισθησία, ὡς μήτε ὁρᾶν, μήτε ἀκούειν, μήτε μὲν ἐλέγχειν ὑπολαμβάνειν τὸν Θεὸν, τὸν καὶ ὦτα, καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ σύνεσιν τοῖς ἀνθρώποις παρεσχηκότα; Ὁ γὰρ ἑτέροις ταῦτα δοὺς πρὸς τὸ ἀκούειν καὶ συνιέναι, οὐ συνιεῖ; ὀψὲ γοῦν, ὦ ἀνόητοι, συνιδεῖν ἐθελήσατε καὶ μαθεῖν τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν. Σφόδρα συλλογιστικῶς τὴν διδασκαλίαν προσήνεγκεν.

Ὁ ἐκ πηλοῦ, φησὶν, τὸν ὀφθαλμὸν διαπράσας, καὶ τὴν ὀπτικὴν ἐνέργειαν αὐτῷ δωρησάμενος, καὶ τὰ ὦτα ὡσαύτως δημιουργήσας, καὶ ἀκουστικὴν αἴσθησιν χαρισάμενος, αὐτὸς οὐχ ὁρᾷ, οὐδὲ ἀκούει; ἀλλὰ τούτων δημιουργὸς ἐστήρεται, τῆς ἐνεργείας, ἣν τοῖς ἄλλοις κεχάρισται;

v. 10. Ὁ παιδεύων ἔθνη, οὐχὶ ἐλέγξει, ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν.

Τὰ ἔθνη, φησὶν, ἃ μήτε νόμον ἐδέξατο, μήτε προφητικὰς ἀπέλαβε διδασκαλίας, ὑποβάλλει παιδείᾳ, καὶ τὴν ὑμετέραν οὐκ ἐλέγξαι παρανομίαν; καὶ μὴν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν αὐτὸς ἐδημιούργησε λογικὴν, καὶ διὰ τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένων καθ' ἑκάστην γενομένων ἡμέραν πλείονα τὴν γνῶσιν ἐργάζεται.

v. 11-13. Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. Μακάριος ὁ ἄνθρωπος ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε, καὶ ἐκ τοῦ νόμου διδάξῃς αὐτὸν, τὸν πραῦναι αὐτῷ ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν.

Πῶς γὰρ οὐκ εἰσι ματαιότητος πλήρεις,

v. 10. Vat. 12. Optimum ex creaturis argumentum de providentia saepe et sane noster recolit.

et stulti, aliquando sapite. Qui plantavit aurem, non audit? et qui finxit oculos, non considerat?

Iterum ex improbitate inimicorum excitat Deum ad zelandum adversus impios, ut re facta tandem discant, quomodo ille, in quem credere noluerunt, negotia non negligat humana. Quibus propheta congruum subjicit responsum, impingens illis insipientiam et stultitiam. Ait autem: Unde illis tanta sensuum orbitas, ut supponant Deum neque videre, neque audire, neque etiam redarguere, eum nempe qui aures, qui oculos, qui intellectum unicuique largitus est? Etenim qui talia dat cæteris ad audiendum et intelligendum, nonne intelliget? Sero ergo, o insipientes, voluistis scrutari et penetrare rerum naturam. Egregia vi syllogistica doctrinam provexit.

Qui ex luto, ait, oculum affabre compegit, eique contulit aciem intuendi, et qui aures simili arte condidit, et impertivit audiendi facultatem, ille non cernit, ille non audit? Ergo creator sensuum horum efficacia destituitur, quam cæteris donavit.

v. 10. *Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem scientiam?*

Gentes, ait, quæ non legem receperunt, nec prophetica adeptæ sunt documenta, suæ subjicit disciplinæ, ac vestram non arguet iniquitatem? Etenim ipse creavit rationabilem hominum naturam, et per ea quæ in creatione considerantur ac fiunt, per singulos dies abundantiorem scientiam impertitur.

v. 11-13. *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Beatus homo quem tu erudieris, Domine, et ex lege tua decueris eum, ut mitiges ei a diebus malis.*

Quomodo enim non sunt vanitate op-

v. 11-13. Vat. 12. Prov. III, 12.

αἱ αἰσθήσεις ἐκεῖναι, αἳ τῆς προνοίας τὸ ὠφέλιμον ἐξορίζειν ἐπιχείρουσιν τῷ λόγῳ; — Ὃν ἀγαπᾷ, Κύριος παιδεύει, φησὶν ὁ ἀπόστολος. Εἰ δὲ ὃν παιδεύει, μακαρίζει, πᾶς ὁ παιδευόμενος ὑπ' αὐτοῦ ἀπαθὴς γίνηται, τοῦτον γὰρ καὶ ἀγαπᾷ Κύριος· παιδεύειν γάρ ἐστι μετριοπάθεια παθῶν. Ἐκεῖνοι μὲν ἄθλιοι καὶ ταπεινοί, φησίν, οἱ τὴν σὴν μὴ δεχόμενοι παιδείαν· μακάριοι δὲ οὗτοι οἱ παρὰ σοῦ παιδευθέντες καὶ ἐκ τοῦ σοῦ διδαχθέντες νόμου· οὗτοι γὰρ καὶ ἐν ταῖς θλίψεσι πραϋθέντες, κουφισθήσονται τῶν ἀνιαρῶν.

v. 18. Τὸ ἔλεός σου, Κύριε, βοηθεῖ μοι.

Ἔλεος μὲν νοῦ γνῶσίς ἐστι· ἔλεος δὲ ψυχῆς, ἀπάθεια.

v. 19. Κύριε, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου, ἐν τῇ καρδίᾳ μου αἱ παρακλήσεις σου ηὔφραναν τὴν ψυχήν μου.

Οὐκ ἀφῆκας, φησίν, ἀπαραμύθητον, ἀλλ' ὅσας θλίψεις εἶχον, τοσαύτας καὶ παραμυθίας ἐδεχόμην παρὰ σοῦ, αἳ καὶ εἰς εὐφροσύνην τὰς λύπας μετεσχίαζον.

v. 20-23. Μὴ συμπρόσεσταί σοι θρόνος ἀνομίας, ὁ πλάσσων κόπον ἐπὶ προστάγματι; Θηρεύσουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου, καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάσονται. Καὶ ἐγένετό μοι Κύριος εἰς καταφυγήν, καὶ ὁ Θεός μου εἰς βοηθὸν ἐλπίδος μου. Καὶ ἀποδώσει αὐτοῖς τὴν ἀνομίαν αὐτῶν καὶ τὴν πονηρίαν αὐτῶν. Ἀφανιεῖ αὐτοὺς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Κόπον πλάσσει ἐπὶ τῶν προσταγμάτων τοῦ Θεοῦ, βουλόμενος ἡμᾶς παραβαίνειν τὰ προστάγματα αὐτοῦ, καὶ ἐνδελεχῶν ἡμῖν ἅμα καὶ παλαίων εἰς τὸ ἐξαπατῆσαι ἡ-

pleti hi sensuum magistri, qui providentiæ munificentiam sermone nituntur extorrem facere? — Quem diligit, Dominus corripit, inquit Apostolus. Quod si beatum declarat eum quem erudit, eruditus ab eo, fiat æquanimus; eumdem enim amat Dominus: nam corripere est aequa lance metiri passiones. Pergit: illi autem miserabiles abjectique sunt, qui tuam non recipiunt disciplinam; sed beati illi qui sunt a te correpti, tuamque legem edocti. Nam iidem in pressuris mitius se habentes, leviores ærumnis efficientur.

v. 18. ***Misericordia tua, Domine, adjuvat me.***

Misericordia mentis est scientia; sed misericordia animæ passionum immunitas est.

v. 19. ***Domine, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.***

Non repulisti, inquit, solatio destitutum; sed quantas ærumnas habebam, tanta accepi solatia a te, quæ in lætitiam mœsta mutaverunt.

v. 21-23. ***Numquid adhærebit tibi sedes iniquitatis, fingens laborem in præcepto? Venabuntur in animam justi, et sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi Dominus in refugium, et Deus meus in adjutorium spei meæ. Et reddet illis Dominus iniquitatem ipsorum et malitiam eorum. Disperdet illos Dominus Deus noster.***

Laborem fingit in præceptis Dei, qui vult ejus præcepta a nobis violari, scilicet Diabolus, qui perseverat simul et luctatur ad nos decipiendum. — *Sedem*

v. 19. Cod. Vat. B legit. ἠγάπησαν τὴν ψυχήν μου.

v. 20-23. Vat. 5, 12. Egregia passim illa verba sunt, quæ nil nisi martyrum voces, certamina, anathemata, et cantica ut in Apocalypsi referunt. Ea præ manibus habuit Didymus, neque omisit Maius, minus tamen integre quam Corderius; sed utrobique mutila nostra sunt et pro ævo pacis temperata. — Symmachi sententiam vix eruit Field. ex Syriaco.

μᾶς ὁ διάβολος. — Θρόνον δὲ ἀνομίας ὠνόμασεν τὸν διάβολον· ἐπειδὴ θρόνος δικαιοσύνης ὁ Χριστὸς, ὅστις ἀντίκειται τῷ διαβόλῳ· τοῦτο προσευχὴ τῶν ἁγίων ἐστὶ ψυχῶν τῶν ὑπὲρ τῆς Θεοῦ ὁμολογίας ἀγωνιζομένων, καὶ πρὸς αὐτὸν ἱκετήρια βοώντων· Μὴ ὑψούσθω θρόνος ἀνομιῶν ἐναντίον σου, Κύριε, κατὰ τοῦ σοῦ προστάγματος, κόπους ἡμῖν παρεχόμενος, ἢ τοῖς ἁγίοις μάρτυσιν οἱ ἀλάστορες καὶ τῶν εἰδώλων ὑπέρμαχοι. Διὰ τούτου, φησὶν, παρεκάλεσάς μου τὴν καρδίαν ἐν ταῖς θλίψεσιν, ὅτι δὴ οὖν οὐ προσθήσεταί σοι θρόνος ἀνομιῶν, τουτέστι δίκαιος εἶ κριτὴς, ὡς Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀνομία ἐν ταῖς σαῖς κρίσεσιν. Ὁ γὰρ θρόνος τὴν κρίσιν σημαίνει. Οὐκ ἔστιν οὖν, φησὶ, παρὰ τῇ σῇ κρίσει ἀνομία, ὥσπερ δὴ καὶ παρ' ἐκείνῳ. Ὁ κόπον πλάσσων ἐπὶ προστάγματι, οὗτος ἂν εἴη ὁ ἀντικείμενος δαίμων, ὃς καὶ ἐλαφρὰς οὔσας τὰς τοῦ Θεοῦ ἐντολὰς βαρείας ποιεῖ, κόπους δι' αὐτῶν τοῖς ἀνθρώποις παρέχων. Αἰτίαν πρὸς τὰς ὀδύνας εὐφροσύνην φησὶν, ὅτι μὴ πρόσεστι Θεῷ τῷ ἀγαθῷ καὶ δικαίῳ θρόνος ἀνομίας, διὸ καὶ τὸ πρόσταγμά σου καμάτων ἐστὶ ποιητικὸν διὰ τὰς μετὰ τοὺς κόπους ἀμοιβὰς τοῖς ἠγωνισμένοις καλῶς [ἡτοιμασμένας].

autem *iniquitatis* appellavit Diabolum, quando quidem Christus est thronus justitiæ, qui Diaboli adversarius est. Ea est deprecatio sanctarum animarum, quæ in confessione propter Deum decertant, supplicesque preces ad eum vociferantur: Ne exaltetur sedes iniquitatum in conspectu tuo, Domine, contra præceptum tuum. Hac sede labores nobis ingeruntur, vel sanctis martyribus non prævaleant execrandi dæmones, neque idolorum vindices. Idcirco, ait, consolatus es cor meum etiam in cruciatibus, quoniam certe non adhaerebit tibi sedes iniquitatum, tu nimirum es justus judex, utpote Deus, neque est injustitia in sententiis tuis. Sedes enim judicium significat. Ergo non est, inquit, in tuo tribunali legis defectus, sicut apud istum. *Qui fingit laborem in præcepto.* Iste possit esse dæmon oppositus, qui levia quum sint præcepta Dei, ea gravia fingit, dum ex illis fastidia hominibus creat. Causam ærumnarum, lætitiam asserit, eo quod nunquam Deo bono et justo adsit sedes iniquitatis; ideo etiam præceptum tuum est ærumnarum ferax, ob retributiones quæ post labores pulchre agonizantibus reservantur.

Θηρεύσουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου, καὶ αἷμα κτλ. Οὗτοι, φησὶν, οἱ πονηροὶ δαίμονες ἐκ παντὸς τρόπου τὴν τοῦ δικαίου θηρεῦσαι ζητοῦσιν ψυχήν· ἀλλὰ ἐπὶ τούτῳ, φησὶν, κατακριθήσονται, τοῦτο γὰρ σημαίνει· Καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάζονται· λέγει γὰρ ὡς ἀντὶ τοῦ αἵματος τοῦ ἀθώου ἐκχεομένου παρ' αὐτῶν εἰς κρίσιν, εἰς κόλασιν παραδοθήσονται. Ἐρεῖς δὲ καὶ ἄλλως μικρὸν ἄνωθεν, ὡς δημιουργὸς ἡμῶν ὑπάρχων καὶ κηδεμὼν, καὶ πᾶν ἀγαθὸν ἡμῖν ἐκ σοῦ νομίζομεν εἶναι, ἀλλ' ἐπεὶ φαύλους τινὰς ὁρῶμεν τοὺς ἀθώους καταδικάζοντας, μὴ ἕτερος θρόνος ἀνομίας σύνεστίν σοι, δι' ὃν οἵ σοι παραινοῦνται θεράποντες; ἀλλ' οὐ πρόσεστί σοι ἀνομίας θρόνος· νόμον γὰρ τῶν ἁπάντων ἀνέδειξας βασι-

Captabunt in animum justi, etc. Iidem, inquit, improbi dæmones omni arte quærunt animam justi venari, sed in hoc, inquit, condemnabuntur. Idquippe significat: *Sanguinem innocentem condemnabunt.* Dicit enim eos pro effuso ab illis sanguine innocente in judicio, ad supplicium tradendos esse. — Dices alio modo paulo altius repetens: Tu quum creator noster sis et curator, a quo novimus esse quodcumque nobis bonum adest, quum vero improbos quosdam cernimus, qui innocentes condemnant, numquid alia sedes iniquitatis tibi adest, ex qua tui famuli vapulent? Verum enim vere non apponitur tibi sedes iniquitatis.

λέα, καθ' ὃν τὸ πᾶν διοικεῖται. Κἂν τοίνυν προσταγμάτων σῶν γεγονὼς ἀποστάτης ὁ διάβολος, ἄρχειν ἐπιχειρῇ, ἀλλ' οὐ σύνεστιν, οὐδὲ πρόσεστί σοι, μακρὰν δὲ σοῦ λῃσταρχῶν, τυραννεῖ κατὰ τῶν ὑπὸ τὴν ὠμότητα τὴν αὐτοῦ τελεῖν ἑλομένων. Θρόνος γὰρ ἀνομίας ἡμετέρας τυραννίδος ἀρχὴ, διόπερ ὢν ἐπαχθὴς, βαρύτατα προστάττει, συμπλάττων αὐτοῦ τοῖς προστάγμασι κόπον. Αἱ δὲ ἐντολαί σου τοῦ Θεοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσὶ, κατὰ τὸν Ἰωάννην, ἀλλὰ τὸν ἔχοντα μετέωρον εἰς ὕψος αἴρουσιν. Ἔργον γὰρ τοῖς παρανόμοις τουτοισὶ δικασταῖς πάσῃ μηχανῇ κατὰ τῶν δικαίων κεχρῆσθαι, καὶ τῶν ἀθώων καὶ ἀναιτίων καταψηφίζεσθαι θάνατον. Ἐγὼ δὲ τῆς παρὰ τοῦ δεσπότου προνοίας ἀπήλαυσα, καὶ αὐτὸν ἔχω περίβολον ὀχυρόν· ἐκεῖνοι δὲ τρυγήσουσι τοὺς τῶν ἰδίων πόνων καρπούς. Ταῦτα πᾶσιν ἀνθρώποις ἐγράφη· πάντων γὰρ προμηθούμενος ὁ Θεὸς, τὴν πάντων προφέρει θεραπείαν. — Σύμμαχος· Μὴ συναφθήτω σοι θρόνος ἐπηρείας, πλάσσων ταλαιπωρίαν κατὰ προστάγματος. Μὴ συμπαρέστω θρόνος ἀνομίας ὁ πλάσσων κόπον, ὀνόματι προστάγματος· μὴ μετέξῃ σου θρόνος ἐπιβουλῆς, πλάσσων κόπον ἐπὶ ἀκριβασμόν· μὴ συνισωθήτω σοι θρόνος ἀνομίας, πλάσσων κόπον ἐπὶ πρόσταγμα· οὐ γὰρ ἀρκοῦνται παιδεύειν ἐν ζημίᾳ καὶ μάστιγι, ἀλλὰ καὶ ψήφου θανάτου. — Ἀλλὰ ἀφανιεῖ αὐτοὺς Κύριος, ὁ Θεὸς ἡμῶν. Τῶν μὲν κακίαν γὰρ ἀφανίζει Κύριος, ὡς δικαιοσύνη· τῶν δὲ ἄγνοιαν, ὡς σοφία καὶ γνῶσις.

Legem enim omnium reginam fecisti, juxta quam hoc universum gubernatur. Et etiamsi interim factus præceptorum tuorum apostata, Diabolus imperare tentaverit, minime tibi adhæret, neque ad te accedit, sed procul a te latrocinia exercens, tyrannum agit adversus eos qui elegerunt sub illius ferocia subjacere. Thronus enim iniquitatis est principium hujus in nos tyrannidis, idcirco cum onerosus sit, durissima præcipit, addens fraudulentos suis mandatis labores. Tua autem præcepta, qui Deus es, gravia non sunt, teste Joanne, sed eum qui illa tenet, sublimem in excelsis attollunt. Labor enim est prævaricatoribus illis judicibus, ut quocumque artificio adversus justos utantur, et innocentium et insontium interitum decernant. Ego vero Domini providentia gavisus sum, eumque habeo validi instar muri in me circumvallantis, isti vero vindemiabunt suorum laborum fructus. Hæc pro omnibus hominibus scripta sunt: Deus enim, quum omnibus provideat, omnibus præbet medelam. — Symmachus habet: *Non conjungatur tibi thronus injuriæ, formans miseriam contra præceptum.* Non adhæreat sedes injuriæ, fingens laborem sub legis titulo. Non intercedat thronus insidiarum, fabrica laborum sub respectu severitatis. Non tibi associetur solium improbitatis, pro præcepto condens ærumnas, eis quippe haud satis est corripere in mulcta et flagello, sed etiam mortis cum sententia. — *Sed disperdet illos Dominus Deus noster.* Aliorum quidem malitiam Dominus disperdit, utpote justitia : aliorum vero ignorantiam, uti sapientia et scientia.

Psalmus XCIV.

v. 3, 4. Ὅτι Θεὸς μέγας Κύριος καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πάντες τοὺς θεούς, ὅτι οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὅτι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ τὰ ὕψη τῶν ὀρέων αὐτοῦ ἐστιν. *Vat.* 685, 2.

Ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων ὄντως βασιλευόντων, βασιλεὺς μέγας ἐστὶν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· βουληθείς τε καὶ πράγματι ἔδειξε τὴν κατὰ πάντων κυριότητα, καὶ ὅτι καὶ τὸν γῦρον κρατεῖ τῆς γῆς, καὶ τῶν ὑψηλῶν ἐστιν ὑψηλότερος, καὶ παντὸς στοιχείου δεσπότης ὤφθη, τρέπων καὶ μεταβαλών, ὡς βούλεται, τὰ πράγματα. — Ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ ὑψηλὸς ἐν θεωρίᾳ, οὗτος τοῦ Κυρίου λέγεται εἶναι, ὡς μᾶλλον τῶν ἄλλων νοῶν περὶ Θεοῦ.

v. 3, 4. *Quoniam Deus magnus Dominus et rex magnus super omnes deos; quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipsius sunt.*

Rex utique regum vere regnantium rex magnus est super omnem terram. Statim ut voluit, facto ostendit suam super omnia dominationem; et quod etiam terræ globum tenet, et rebus excelsis excelsior est, et cujuscumque elementi possessor patuit, vertens ubi vult, et transferens ea quæ sunt. — Vir cogitatione Dei excelsus, ille est qui altus est in contemplatione, ille Domini esse dicitur, immo magis quam cæteri spiritus in circuitu Dei.

v. 6, 7. Δεῦτε, προσκυνήσωμεν, καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ· ἡμεῖς λαὸς νομῆς καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ.

Ἐγώ εἰμι, φησὶν ὁ Χριστός, ποιμὴν καλός. — Τῇ προσκυνήσει τὸν δέσποτα ὁμολογοῦντες, ἡμεῖς πάντες τοῦ Θεοῦ οἱ τηλυγετότερον προσιόντες ἐσμέν, λογικὸς μὲν λαὸς νομῆς, οὐ χειρὸς αὐτοῦ, ἀλλὰ αὐτοῦ· ἄλογοι δέ, πρόβατα οὐκ αὐτοῦ, ἀλλὰ χειρὸς αὐτοῦ. — Τὰ παρηγγειλμένα, φησὶν ἐπιτελευταῖον Χριστῷ, διά τε τὰ ἄλλα, καὶ διότι μέγας φύσει Θεὸς καὶ μέγας ἐστὶ βασιλεύς, ὅτε Μονογενὴς ὢν τοῦ Θεοῦ Λόγος· ἡδέως δὲ ἀντιδιατρίβει διηγούμενος τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν δύναμιν.

v. 6, 7. *Venite, adoremus et procidamus ante eum . . . nos autem populus ejus et oves manus ejus.*

Ego sum, Christus ait, pastor bonus. - Dum adoratione Dominum confitemur, Dei sumus nos omnes, qui inter remotius natos succedimus, populus quidem spiritualis, non tantum ad manum ejus pertinens, sed res ipsius; irrationales vero oves non ipsius sunt, sed manus ejus. — Hactenus hæc Christo dicta sunt, cum propter alia, tum etiam quod magnus natura Deus sit et magnus rex, utpote unigenitum Dei Verbum. Interea discurrens eleganter inducit discrimen inter magnitudinem et potentiam et virtutem.

v. 8. Σήμερον, ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν.

Τὸ σήμερον τὸν βίον παρόντα σημαίνει. Ἰησοῦς γὰρ χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

v. 8. *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.*

Hodie significat vitam præsentem. « Christus enim heri et hodie et ipse in sæcula. »

Ps. XCIV. v. 3, 4. Vat. 4.
v. 6, 7. Vat. 5, 14. Accedit in fine unus ex codd. florentinis.
v. 8. Vat. 16. Hebr. XIII, 8.

v. 10, 11. Τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπα· ἀεὶ πλάνωνται τῇ καρδίᾳ, καὶ αὐτοὶ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.

Τεσσαράκοντα, δυσηρεστήθην ἐν τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ.... μάλιστα δὲ τὰ παιδία γενήσεται τὸν τεσσαράκοντα ἐτῶν χρόνον ἐν τῇ ἐρήμῳ διαγαγεῖν παρεσκεύασεν αὐτούς, ἕως αὐτοὶ μὲν κατηναλώθησαν, οἱ δὲ παῖδες ηὐξήθησαν. Προσώχθισα γάρ, φησί, τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, τουτέστι δυσηρεστηθεὶς ἐβδελυξάμην, τὸ κοῦφον αὐτῶν καὶ εὐρίπιστον τῆς γνώμης ἰδών, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδοὺς καὶ τὰς οἰκονομίας μου· οὐδὲ ταῖς ὁμωμοσμέναις ἀπειλαῖς προσέχειν ἐθέλησαν, οὐδὲ μεταμελήσαντες λῦσαι τὴν ἀπειλὴν ἠβουλήθησαν· οὗ δὴ χάριν τῆς ἐπηγγειλμένης τοῖς πατράσιν οὐκ ἀπέλαυσαν γῆς· ἣν κατάπαυσιν ὀνομάζει ὁ λόγος, ἐπειδὴ ἐν τῇ ἐρήμῳ μεταβάσεις ἐποιοῦντο συχνὰς τῆς σκηνῆς ἡγουμένης ἐν ᾗ κατοικεῖν ὁ Θεὸς ἐνομίζετο· ἐν δὲ τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας καὶ αὐτοὶ τῆς ὁδοιπορίας ἐπαύσαντο, καὶ ἡ σκηνὴ τοῖς ἀφιερωθεῖσιν ἐνεπάγη χωρίοις. Αὐτὴ μὲν ἡ ἱστορία· ἴδωμεν δὲ τὸν ψαλμὸν καὶ πνευματικώτερον. — Ὁδοί εἰσι τοῦ Κυρίου αἱ πατρικαὶ ἀρεταί, αἱ ἐπάγουσαι εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ μὴ ὁδεύων τὰς ὁδοὺς τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔγνω αὐτάς· ἀμήχανον γὰρ γνόντα μὴ ὁδεῦσαι, ἐπείπερ ἐπακτικόν τε καὶ ἀναγκαστικὸν ἔχει τὸ κάλλος αὐτῶν θεωρούμενον. Εἰ δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν ὁδῶν λεκτέον, τί φήσομεν περὶ τοῦ εἰπόντος· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός; τί δὲ περὶ τοῦ Θεοῦ, ὃν οὐδεὶς γνοὺς ἁμαρτάνει ἔτι; ὅθεν ἐν Βασιλείαις ἐπὶ τῶν ἁμαρτανόντων λέγεται· Οὐκ ἔγνωσαν τὸν Κύριον.

v. 10, 11. *Quadraginta annis offensus fui a generatione ista. Et dixi: Semper hi errant corde, et ipsi non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.*

Quadraginta annis exacerbatus fui a generatione ista... Ideo præsertim, dum nascerentur filii, per quadraginta annorum seriem, studuit eos deducere per desertum, donec ipsi internecione consumerentur, augerentur interim liberi. Offensus fui, inquit, a generatione ista, nimirum exacerbatus, contemptus fui, dum cernerem eorum levitatem, ac sententiam versipellem, *quoniam non cognoverunt vias meàs,* neque arcano œconomiæ meæ; neque diris juramento vibratis attendere voluerunt, neque per pœnitentiam sategerunt minas solvere: propterea compotes non fuerunt promissæ patribus suis terræ, quam requiem lectio vocat, quoniam in deserto frequentabant translationes tabernaculi, in quo inhabitare Deus credebatur, et quoniam in terra promissionis ab itinere requieverunt. Ea vero historia est. Respiciamus ad mentem in psalmo sublimiorem. — Viæ Domini sunt paternæ virtutes quæ ducunt ad regnum cœlorum. Qui non ambulat vias Domini, non novit eas. Qui enim novit, non potest non eas terere. Stimulum enim necessariumque calcar habet, qui illarum pulchritudinem intuetur. Quod si de semitis dicere est, quid de eo dicemus aiente: « Ego sum via ? » Quid de Deo, quem nemo si noverit, peccat ? unde in libris Regum super peccatores scribitur: «Non cognoverunt Dominum. »

v. 10, 11. Incipit Vat. 5. Claudunt vero Vat. 5, 14; sed pergit idem Laurentianus hoc loco. Mihi autem certus Laurentiani numerus et fortasse nonnulla scholii verba in schedis meis exciderunt. Namque filum Romæ interruptum non nisi ægre Florentiæ retexere contigit. Parcat lector tesselato operi Alexandrino, ut catenæ ferunt. Cf. Joan. xiv, 6. 1 Reg. ii, 12.

Psalmus XCV.

v. 1. Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν. *Vat.* 687, 2.

Τοῖς ἀποστόλοις τὸ Πνεῦμα παρακελεύεται τὸ καινὸν ᾆσμα, τουτέστι τὴν νέον διαθήκην ἐξηγεῖσθαι τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔθνεσιν.

v. 9. Σαλευθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ.

Σαλεύεται ψυχὴ ἀπὸ γνώσεως Θεοῦ εἰς πολύθεον πλάνην ἐκπίπτουσα. — Ἐθεμελίωσε γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύουσιν αὐτῆς.

v. 10, 11. Κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ· σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.

Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί, τουτέστι οἱ κατοικοῦντες ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἐπὶ γὰρ τῇ κατορθώσει τῆς οἰκουμένης, αἱ οὐράνιαι δυνάμεις ἔλεγον· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ. Θάλασσα ἐν τούτοις τῶν ἐθνῶν σημαίνει τὴν πληθὺν, ἥτις καὶ ἐσαλεύετο, τουτέστι εἰς τὸ ὑποδέξασθαι τὸ κήρυγμα, σεσάλευται. Ὁ δὲ Θεοδοτίων καὶ ὁ Σύμμαχος οὕτως· Ἠχήσει ἡ θάλασσα συμπληρώματι αὐτῆς· ἅπας γὰρ τῶν ἀνθρώπων ὁ βίος ὁ τὴν θαλαττίαν μιμούμενος ζάλην, τῶν θείων κηρυγμάτων δέξεται τὴν ἠχήν· προλέγει δὲ καὶ τὰς γεγεννημένας τῶν ἀπίστων ἐπαναστάσεις κατὰ τῶν κηρύκων τῆς ἀληθείας, ὡς καὶ ἐν ἑτέροις ψαλμοῖς ἀπεδείξαμεν.

v. 12. Χαρίσεται τὰ πεδία καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, τότε ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ.

Χαρίσεσθαι δὲ τὰ πεδία λέγει τὸν ὁμαλὸν ἐν ἀρετῇ βίον· πεδία δὲ λέγει, ὧν καὶ Ἡσαΐας ἐν τοῖς ἰδίοις λόγοις ἄλλῳ μίμνηται τρόπῳ, ἀναπληροῦσθαι μὲν κελεύων τὰς φά-

v. 1. *Cantate Domino canticum novum.*

Apostolis præcipit Spiritus canticum novum, id est novum fœdus explicare omnibus per universam terram gentibus.

v. 9. *Commoveatur a facie ejus omnis terra.*

Commovetur anima, quæ a cognitione Dei excidit in plurimorum Deorum fallaciam. — Etenim fundavit super firmam petram Ecclesiam, «et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.»

v. 10, 11. *Judicabit populos in correctione. Lætentur cœli, et exultet terra; commoveatur mare, et plenitudo ejus.*

Lætentur cœli, puta habitantes in cœlis: nam in correctione orbis cœlestes potestates dicebant: « Gloria in excelsis Deo. » *Mare* in hisce verbis significat multitudinem gentium, quæ quidem commovebatur, seu in excipienda prædicatione concussa fuit. At Theodotion et Symmachus sic interpretantur: *Resonabit mare in plenitudine ejus.* Universa enim hominum vita, quæ procellam maris imitatur, accipiet divinorum præconiorum sonitum. Prædicit autem quales acciderint infidelium tumultus adversus veritatis præcones, sicut in cæteris psalmis demonstravimus.

v. 12. *Gaudebunt campi, et omnia quæ in eis sunt, tum exultabunt omnia ligna sylvæ.*

Gaudere campos ait, seu vitam in virtute æquatam. Campos autem dicit, de quibus Isaias in suis canticis alio reminiscitur modo, jubens impleri valles, sub-

Ps. xcv. v. 1. Vat. 5, 16.
v. 9. Vat. 5, 12. Matth. xviii, 18. XVI

v. 11. Vat. 12, 14, 16. Luc. ii, 14. Field. ii, 255.
v. 12. Iid. codd. Is. xl, 3.

ραγγας, καταστέλλειν δὲ τοῦ πονηροῦ τὰ ὄρη· ὅπερ οὐδ' ἕτερόν μοι δοκεῖ, ἢ τὰς ἐλλείψεις τε καὶ ὑπερπτώσεις τῶν κατ' ἀρετὴν ἐπιτηδευμάτων θεραπεύειν βουλόμενος, ταῦτα λέγει, ὡς μήτε δι' ἐλλείψεως τοῦ ἀγαθοῦ τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον κοιλαίνεσθαι, μήτε ἀνωμαλεῖν διὰ τῆς ὑπερπτώσεως. Διὰ τῶν πεδίων καὶ μὴν διὰ τῶν ξύλων ἁγίας ψυχὰς σημαίνει· οἱ ἐπὶ τῇ τοῦ κόσμου σωτηρίᾳ ἠγαλλιάσαντο. Ποῖα ἠγαλλιάσθησαν ξύλα λεγέτωσαν οἱ τὴν ἀλληγορίαν παραιτούμενοι;

v. 13. Πρὸ προσώπου Κυρίου, ὅτι ἔρχεται, ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν· κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ.

Οὐ τὴν γῆν κρινεῖ, ἀλλὰ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, ὁμωνύμως προσαγορευομένους τὴν γῆν. — Ἦλθε γὰρ καὶ ἐδικαίωσε τὴν κρίσιν ἡμῶν, καὶ τοὺς πονηροὺς τυράννους ἐξέβαλε, τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας.

vertere improbos montes, quod non aliud esse mihi videtur, quam si quis volens curare lapsus et casus, dum ad virtutem enititur, eadem verba pronuntiet; ac si nondum ob defectum boni exercendæ virtutis rationem expleverit, neque ob repetitos casus æquaverit. Sane per campos, immo etiam per ligna intelligit sanctas animas quæ ob mundi salutem exultaverunt. Quænam ligna exsultent, dicant hi qui allegoriam repudiant?

v. 13. *A facie Domini, quia venit, quoniam venit judicare terram; judicabit orbem terræ in æquitate, et populos in veritate sua.*

Non terram judicabit, sed habitantes super terram, quos terram eodem nomine appellat. — Venit enim et judicavit judicium nostrum, et pessimos ejecit tyrannos, impura dæmonia.

v. 13. Vat. 12, 14, 16.

Psalmus XCVI.

v. 1. Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσεται ἡ γῆ. Εὐφρανθήτωσαν νῆσοι πολλαί. *Vat.* 686, 2.

Ζητητέον διὰ τί οὐ πᾶσαι, ἢ κἂν πᾶσαι ἀληθὲς τὸ πολλαί. Τάχα δὲ ἐπεὶ πρὸ μὲν τῆς παρουσίας ὀλίγαι νῆσοι εὐφραίνονται, ἀπὸ δὲ τῆς παρουσίας πλείονες, διὰ τοῦτο τὸ ἐσόμενον προφητεύει.

v. 2. Νεφέλη καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ, δικαιοσύνη καὶ κρίμα κατόρθωσις τοῦ θρόνου αὐτοῦ.

Διὰ τοῦ γνόφου καὶ τῆς νεφέλης τὸ ἀθέατον ἐδήλωσεν, ἅμα τε διδάσκει ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ διὰ νεφέλης ἐν Σινᾷ ὀφθείς, καὶ ὅτι εἰ καὶ ἀδύνατόν ἐστι τὸ κατιδεῖν αὐτόν, ἀλλ' οὖν διὰ τῆς ἐνεργείας τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔνεστι νοῆσαι. Δικαιοσύνην γὰρ πάντας ἀνθρώπους ἐπαίδευσε, καὶ τοὺς ἀδιακρίτως ἅπαντας

v. 1. *Dominus regnavit, lætabitur terra, laetentur insulæ multæ.*

Inquirendum, cur non omnes, etiamsi verum sit omnes esse *plures?* Fortean quum ante adventum paucæ insulæ lætantur, post vero adventum plures, ideo futurum tempus vaticinatur.

v. 2. *Nubes et caligo in circuitu ejus, justitia et judicium directio sedis ejus.*

Per nubem et caliginem invisibile numen declaravit, simul docet quod fuerit idem in monte Sina per nubem ostensus, et quod etiamsi nefas sit illum intueri, attamen licet per vim operum potentiam ejus cognoscere. Justitiam enim omnes homines erudivit, et quo-

Ps. xcvi. v. 1. Vat. 4.

v. 2. Vat. 4. Exod. xxiv, 18. Matth. vi, 10.

δρῶντας, μετὰ κρίσεως ὀρθῆς ἐδίδαξε πολιτεύεσθαι. Ταῦτα δὲ ὁ θρόνος αὐτοῦ, ἡ βασιλεία [ἡ] κατώρθωται.

scumque contra jus operantes, cum judicio recto edocuit vitam instituere. Ea vero sunt thronus ejus, id regnum in directione gubernatum.

Ἄλλο νεφέλη, καὶ ἄλλο γνόφος. Νεφέλη ἐστὶν ἐκ φωτόβόλου ἀέρος φεγγοβόλαν καὶ λεπτότατον ὕφασμα. Νέφος δὲ [l. γνόφος] ἀχλυώδης καὶ ὁμιχλώδης σκοτασμός. Προσέταξε δὲ τὴν νεφέλην, ὅτι πρῶτον ἡ θεότης καὶ τότε ἡ ἀνθρωπότης. Ἡ τὴν λεληθυῖαν αὐτοῦ ἐν ἀνθρώποις κάθοδον σημαίνει. Αἰτία δὲ γέγονε, φησί, τῆς ἀφέσεως τὸ κρῖναι δικαίως τὴν κρίσιν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν δηλάδη πρὸς τὰς πονηρὰς καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις. Ἢ βούλεται εἰπεῖν ὅτι ἀοράτως παρεγένετο τοῖς τόποις τῶν πολεμίων, καὶ ἐδίκασε, καὶ ἔδειξε τὴν βασιλείαν αὐτοῦ δικαιοσύνης πεπληρωμένην.

Aliud est *nubes*, et aliud *caligo*. Nubes est ab aere luminoso luculentum et tenuissimum flaminium. Caligo autem est suboscuris et opacis tenebris similis. Præmisit vero nubem, quia prima est Divinitas, et postea humanitas, vel significat absconditum ejus ad homines descensum. Veniæ autem, inquit, causa facta est, quod juste judicetur judicium nostrum, illud videlicet quod habemus exercendum in malignas et contrarias potestates. Vel dicere vult quod modo occulto accessit ad loca inimicorum, et judicavit, et expandit regnum suum, cumulata plenum justitia.

Ἡ νεφέλη καθ' ὃ γινώσκεται, γνόφος δὲ καθ' ὃ οὐ καταλαμβάνεται. Καὶ γὰρ νεφέλη μὲν φωτεινὴ διδάσκει τὰ περὶ Ἰησοῦ τοὺς ἀποστόλους. Μόνον δὲ Μωσῆς εἰσέρχεται εἰς τὸν γνόφον ὅπου ἦν Θεός, ὃς ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ. Δυνάμει δὲ κατορθοῦσθαι εὔχεται τὸν θρόνον Θεοῦ, ὁ λέγων· Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.

Vel *nubes* est, quatenus cognoscitur; *caligo*, qua non comprehenditur. Etenim nubecula quidem lucida revelat apostolis mysteria quæ spectant ad Jesum. Solummodo Moyses ingreditur in caliginem, ubi erat Deus, « qui posuit tenebras latibulum suum. » Postulat vero virtute dirigi thronum Dei, ille qui hæc loquitur: « Adveniat regnum tuum. »

v. 4. Ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ τῇ οἰκουμένῃ.

Ἀστραπή ἐστι διδασκαλία πνευματικὴ ἀπὸ τῶν νοητῶν νεφελῶν γενομένη, αἷς πολλάκις ἐντέλλεται Κύριος ἐργαζομένοις μὴ βρέξαι ἐπ' αὐτοὺς ὑετόν, ἵνα γίνηται λιμός, οὐχ ἄρτου, οὐδὲ δίψα ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸς τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου.

v. 4. *Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ.*

Fulgetrum est doctrina spiritualis, quæ creatur ex nubibus pneumaticis, quibus operantibus sæpe « Dominus præcipit non pluere imbrem super eos » ut fiat fames, non vero panis, neque sitis aquæ, sed fames audiendi verbum Domini.

v. 5. Τὰ ὄρη ἐτάκησαν ὡσεὶ κηρὸς ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου.

Ὅπερ πήγνυσιν ὁ Βορρᾶς, τοῦτο τήκει ὁ νότος. Διὸ καλῶς λέγει ἡ νύμφη ἐν τοῖς ᾄσμασιν τῶν ᾀσμάτων· Ἐξεγείρου, Βορρᾶ, καὶ ἔρχου, νότε, διάπνευσον κῆπόν μοι, καὶ ῥευσάτω ἀρώματα.

v. 5. *Montes sicut cera fluxerum a facie Domini.*

Quod aquilo condensat, id auster dissolvit. Unde pulchre sponsa in canticis canticorum: « Exsurge, aquilo, et veni, auster, perfla hortum mihi, et fluent aromata. »

v. 4, Vat. 5, 14. Is. v, 5.

v. 5. Codd. iid. Cant. IV, 16.

v. 7. Αἰσχυνθήτωσαν **πάντες οἱ προσκυνοῦντες** τοῖς γλυπτοῖς, οἱ ἐγκαυχόμενοι ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν.

Τὸ γλυπτὸν, ἤτοι διὰ τὴν φύσιν προσκυνητὸν, ἢ διὰ τὸ σχῆμα. Καὶ εἰ μὲν διὰ τὴν φύσιν ἐστὶ προσκυνητὸν, λεγέτωσαν διὰ τί μὴ πάντες οἱ λίθοι προσκυνητοί. Εἰ δὲ διὰ τὴν γλυφὴν τὸ σχῆμα προσκυνητὸν, καὶ οὐχ ἡ φύσις, ἀλλὰ πᾶν σχῆμα σώματος προσδέεται πρὸς τὸ εἶναι. Ὁ δὲ Θεὸς οὐδενὸς χρήζει πρὸς τὸ ὑπάρχειν, οὐκ ἄρα τὸ σχῆμα Θεός· εἰ δὲ μὴ Θεὸς, οὐ προσκυνητόν. Πάλιν τοῦ σχήματος γένος ἢ ποιότης· τοῦ δὲ Θεοῦ οὐκ ἐστὶ γένος ἢ ποιότης· οὐκ ἄρα τὸ σχῆμα Θεός. Καὶ εἰ μὲν τὸ σημαινόμενον ὑπὸ τοῦ γλυπτοῦ λέγοιεν εἶναι προσκυνητὸν, εἰπάτωσαν τί τὸ σημαινόμενον. Πότερον σῶμά ἐστιν ἢ ἀσώματον; καὶ εἰ μὲν σῶμα, οὐ προσκυνητόν· οὐδὲν γὰρ τῶν συνεστώτων ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων προσκυνητὸν διὰ τὸ εἶναι φθαρτόν. Εἰ δὲ ἀσώματον λέγοιεν, πάλιν ἐρώτησον πότερον ἔχει γνῶσιν ἢ οὐκ ἔχει. Καὶ εἰ μὲν ἔχει γνῶσιν, πεποίηται καὶ διπλοῦν ἐστιν. Εἰ δὲ διπλοῦν, οὐ Θεός. Ἴδιον γὰρ Θεοῦ ἡ ἁπλότης. Εἰ δὲ οὐκ ἔχει γνῶσιν, τυφλόν ἐστι, μηδὲν ἐπιστάμενον. Εἰ δὲ αὐτόγνωσίς ἐστι, λεγέτωσαν πῶς σχῆμα τὸ ἐν τῷ λίθῳ σύμβολόν ἐστι γνώσεως.

*v. 7. **Confundantur omnes** qui adorant sculptilia, qui gloriantur in simulacris suis.*

Sculptile vel propter materiam adorandum est, vel propter formam. Equidem si colendum est propter materiam, dicant, amabo, cur non omnes lapides adorentur. Sin autem propter sculpturam forma statuæ honoranda est, non vero ob naturam, at vero omnis forma corpore indiget ut subsit. Sed Deus nulla re indiget, ut existat: ergo forma non est Deus. Si non est Deus, adorari non debet. Rursus in forma genus vel qualitas est; Dei vero nullum est genus aut qualitas. Ergo schema sive forma non est Deus. Quod si illud quod per sculptile significatur, esse aiunt adorandum, dicant quid sit significatum. Corpus ne est an incorporeum? Equidem si corpus est, non adorandum. Nihil enim adoratione dignum ex conflatis rebus a quatuor elementis, quia corruptibile est. Sin autem incorporeum dicant, iterum percunctator utrum habeat cognitionem, nec ne. Si cognitionem habet, conflatur et duplex est. Si duplex, non est Deus. Simplicitas enim est Deo peculiaris. Quod si cognitionis expers est, cœcum illud est, neque non nescit. Si autem ipsa cognitio per se est, dicant quomodo forma quæ in saxo est, sit symbolum cognitionis.

v. 11. Φῶς ἀνάτειλε τῷ δικαίῳ.

Ἐπὰν σπείρῃ ἑαυτῷ εἰς δικαιοσύνην τρυγήσας καρποὺς ζωῆς καὶ φωτίσῃ ἑαυτῷ φῶς γνώσεως, φῶς ἀνατέλλει τῷ δικαίῳ.

v. 11. *Lux orta est justo.*

Quando spargit sibi semen in justitiam, metens fructus justitiæ, et quando effundit sibi lumen scientiæ, lux justo oritur.

v. 7. Vat. 5. Veteris habes apologetici insigne et nervosum fragmentum, omnino novum: nam ne ulla quidem syllaba, quod sciam, transiit ad studiosos Origenis æmulos et imitatores, plagiarios non semel, etiam in minimis. Adeo solerti compagine construitur horum argumentorum syllogistica series, ut eam facile crediderim fuisse in schola Alexandrina sub hedera positam, stelæque instar publicæ sculptam.

v. 11. Vat. 4. Scholio lucem forte attulerit locus Oseæ, ad quem respicitur x, 13, juxta LXX: Σπείρατε ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, ὡς τρυγήσατε εἰς καρπὸν ζωῆς, φωτίσατε ἑαυτοὺς εἰς φῶς γνώσεως. Cf. infra Ps. cxviii, 2, quibus et Origenes sibi consentire invenitur, et nostra sincera esse confirmantur.

Psalmus XCVII.

v. 2. Ἐναντίον τῶν ἐθνῶν, ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. *Vat.* 687, 1.

Πάντα μὲν τὰ κατὰ πρόνοιαν δικαιοσύνη Θεοῦ γίνεται, ἐπικεκαλυμμένη δὲ καὶ μὴ νοουμένη, ἕως αὐτὴν ἀποκαλύψῃ καὶ φανερώσῃ ὁ Θεὸς ἐν καιρῷ τοῖς ἁγίοις. Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν.

v. 3. Εἴδοσαν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

Ἐὰν μή τις γένηται ἐν τοῖς πέρασι τῆς γῆς, οὐ δύναται ἰδεῖν τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· ὁ γὰρ τοιοῦτος οὐκ ἐστὶν ἐν σαρκί, ἀλλ' ἐν πνεύματι.

v. 5, 6. Ψάλατε τῷ Κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ, ἐν κιθάρᾳ καὶ φωνῇ ψαλμοῦ, ἐν σάλπιγξιν ἐλαταῖς καὶ φωνῇ σάλπιγγος κερατίνης.

Ὑψώθη ὁ Θεὸς, κέρας Χριστοῦ αὐτοῦ, φησὶν ἡ μήτηρ Σαμουὴλ Ἄννα. Ἀπὸ τούτου γοῦν τοῦ κέρως ἐστὶν ἡ κερατίνη, ἐν ᾗ ψάλλομεν. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι ἐλαταὶ σάλπιγγες, τῷ ἀργυρίῳ τοῦ λόγου ἐληλασμέναι. Καὶ σαλπίζουσι μὲν ἐλαταῖς οἱ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας λαμπρῶς καὶ διαφόρως προφέροντες, τῇ δὲ κερατίνῃ οἱ ἀπομάχεσθαι τῷ λόγῳ δυνάμενοι πρὸς σοφίσματα καὶ λόγους ἀπατηλούς· ἀμυντήριον γὰρ τὸ κέρας τοῖς ἔχουσιν. Ὅταν οὖν καὶ ἐν τοῖς ἐλέγχοις ἱκανῶς καὶ μεγάλως φωνῇ τις κερατίνην σάλπιγγα ἠχεῖ, καὶ ἐπίστησον εἰ ὁ ἐξεγητὴς τῆς θείας παιδεύσεως ἐλατῇ μὲν χρᾶται σάλπιγγι, διδακτικῶς καὶ ἀποδεικτικῶς προφέρων τοὺς λόγους· κερατίνῃ δὲ, ἐπιστομίζων τοὺς ἀντιλέγοντας τῇ ἀληθείᾳ.

Ἡ κερατίνη σάλπιγξ σύμβολον νίκης ἐστίν. οἱ γὰρ Ἑβραῖοι νικῶντες ἐν τοῖς πολέ-

v. 2. *Ante conspectum gentium revelavit justitiam suam.*

Equidem omnia quæ sunt in ordine providentiæ, justitia Dei sunt, sed abscondita et intellectum fugiens, donec suam Deus æquitatem justis retexerit, manifestamque fecerit. « Justitia enim Dei in ipso revelatur de fide in fidem. »

v. 3. *Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.*

Nisi quis steterit in finibus terræ, non potest videre salutare Dei nostri. Taliter enim stans, non est in carne, sed in spiritu.

v. 5, 6. *Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi; in tubis ductilibus et voce tubæ corneæ.*

« Exaltatus est Deus, cornu Christi sui, » canit Anna Samuelis mater. Ex hoc cornu igitur est tuba cornea quacum psallimus. Sunt quoque aliæ ductiles tubæ, obductæ argento verbi. Et psallunt quidem in ductilibus, qui verbum veritatis splendido et vario rhythmo proferunt; in tuba vero cornea, qui cum verbo decertare possunt adversus sophismata et erroneos sermones. Propulsatorium est enim cornu tenentibus illud. Quando ergo in acie disputantium aliquis dextere et magna cum voce tuba sonuerit cornea, scito et disce, num interpres divinæ disciplinæ tuba ductili utatur, magistralem et demonstrativam concionem habens, an cornea potius, os obturans obloquentium veritati.

Cornea tuba victoriæ symbolum est. Nam Hebræi, in prœliis victores, tuba cor-

Ps. XCVII, v. 2. Vat. 4, 5. Rom. 1, 17. II. Tim. IV, 6.

v. 5, 6. Vat. 4, unus Laurentian. 1 Reg. II, 1; XVIII, 16. Ps. XCI, 11. In fine Origenes iterum videtur tam sententia quam loquela Clementem exhibere redivivum, neque a martyribus discedere. An legendum τοῖς ἠχοῦσι? An paulo post μεγάλῃ φωνῇ?

μοις τῇ κερατίνῃ ἐσάλπισαν· οὕτως καὶ Ἰωὰβ νικήσας τὸν Ἀβεσσαλὼν, ἐσάλπισεν τῇ κερατίνῃ. Ὅστις οὖν κατὰ τὸν ἀπόστολον δύναται εἰπεῖν· Τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα, οὗτος νικήσας τὸν ζητοῦντα λαβεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν τοῦ Δαυὶδ, ἐσάλπισεν τῇ κερατίνῃ. — Ἅμα δὲ καὶ ἰστέον ὅτι πολλαχοῦ τὸ κέρας νοὺς λέγεται τοῦ ἀνθρώπου, ὡς τό· Ὑψωθήσεται ὡς μονοκέρωτος τὸ κέρας μου, τουτέστιν ὁ νοῦς. Ὑψοῦται γὰρ τῷ Θεῷ τῷ ὄντι ἐν τοῖς ὑψίστοις ἀκολουθῶν. Ἰδεῖν διηνεκῶς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πληρούμενον. Τῇ γὰρ πνευματικῇ κιθάρᾳ τοῦ Δαυὶδ τὴν θείαν ἀνακρουόμεθα μελῳδίαν. Ποιῶμεν δὲ ἡμᾶς λογικὴν κιθάραν τὰ ἡμέτερα σώματα, καὶ χρώμεθα ἀντὶ μὲν χορδῶν τοῖς ὀδοῦσιν, ἀντὶ δὲ χαλκοῦ τοῖς χείλεσι. Πλῆκτρον γὰρ παντὸς ὀξύτερον κινουμένη ἡ γλῶττα τὴν ἐναρμόνιον ἀποτελεῖ τῶν κρουμάτων ἠχήν· κινεῖ δὲ τὴν γλῶσσαν ὁ νοῦς, οἷόν τις μουσικὸς ἐπιστήμων, τὴν ταύτης ποιούμενος μετάβασιν ἢ κιθάραν. — Τὸ μὲν οὖν πεπυρωμένον καὶ ἐκτεταμένον καὶ βεβασανισμένον τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος διὰ τῶν ἐλατῶν, εἴτουν κεχαλκευομένων σαλπίγγων σημαίνει· διὰ δὲ τῆς κερατινῆς τὸ βασιλικὸν, καθὸ τῷ κέρατι ἐχρίοντο οἱ βασιλεῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν κερατινῇ τῆς βασιλείας τὴν ἐκφώνησιν ἐποιοῦντο.

v. 7. Σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτήν.

Σαλεύεται οὖν τὸ κινούμενον· κινεῖται δὲ τὸ μεταβαλλόμενον. Θάλασσαν οὖν τὸν παρόντα βίον καλεῖ, διὰ τὸ ἁλμυρὸν τῶν ἐν αὐτῷ φροντίδων. Κεκίνηται οὖν ἐκ τῆς προτέρας στάσεως, τουτέστι τῆς εἰδωλολατρείας. Ἢ τάχα τῶν ὕμνων ἐπιτελουμένων τῷ Θεῷ, πᾶσα ἡ κτίσις σκιρτάτω, καὶ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα σκιρτᾶσθαι καὶ ἀγαλλιᾶσθαι ὑφ' ἡδονῆς

nea clangebant. Ita et Joab, Absalone devicto, tuba cornea insonuit. Si quis ergo dicere potest juxta Apostolum; « Cursum consummavi, fidem servavi, » ille victor oppugnantis hostis, regnum Christi, Davidis nostri, in cornea cantavit. Simul autem sciendum cornu quoque sæpe dici pro mente hominis, exempli gratia: « Exaltabitur ut unicornis cornu meum, » id est mens. Exaltatur enim, dum sequitur Deum qui in altis habitat. — Id videre est constanti ecclesiarum usu impletum; nam in Davidica spirituali cithara divinam auscultamus melodiam. Agedum in citharam cieamus corpora nostra, dentesque adhibeamus chordarum vice, labia pro æneo plectro; plectrum enim omnium acutissimum linguá movet, dum harmonicum perficit sono reciproco concentum. Linguam autem movet mens, veluti musicus magister, cujus ipsa ductu, ceu cithara, diversimode agitatur. — Illud ergo præconium evangelii, igne succensum, robore tensum, et martyrio tortum in tubis ductilibus, ære videlicet structis, significatur; in cornea autem tuba, regia Christi majestas, eo quod reges cornu unguntur, et cornea cum tuba novi regni ploclamatio increpari solet.

v. 7. *Moveatur mare et plenitudo ejus, orbis terrarum et universi qui habitant eum.*

Ergo coneutitur quod movetur; movetur autem quod transfertur. Vocat igitur mare hancce vitam ob ærumnarum ejus salsitatem. A priore autem statione mota est, videlicet ab idololatria. Vel fortasse, cumulatis in Deum hymnis, tota creatio tripudiet, et ipsa elementa jubentur gestire et exsultare. — Possit a-

v. 7. Vat. 4, idem Laur. Nota in fine novam Origenis provocationem pro tuendis allegoriis.

προτρέπεται. Εἴποι ἄν τις σημαίνεσθαι διὰ τούτων καὶ τὴν συντέλειαν τοῦ παντὸς βίου.

v. 8. Ποταμοὶ κροτήσουσι χειρὶ ἐπιτοαυτό.

Βούλεται γὰρ κατὰ μέρος τὴν κτίσιν ἅπασαν εἰπεῖν, ὡς διὰ πλειόνων προσώπων πληθυνθῆναι τὸν ὕμνον.

v. 9. Ὅτι ἥκει κρῖναι τὴν γῆν, κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ καὶ λαοὺς ἐν εὐθύτητι.

Ὅτι ἔρχεται δὲ, ἀντὶ τοῦ ὅτι ἐπανέρχεται νικήσας καὶ δικάσας τῇ γῇ τῶν βαβυλωνίων· καὶ οὐ θαυμαστὸν εἰ Βαβυλῶνα ἔκρινεν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῇ οἰκουμένῃ δικάζων, καὶ πᾶσι δίκαιαν ἀπονέμων τὴν κρίσιν.

v. 8, 9. Vat. 4.

liquis dicere hisce motibus exprimi totius vitæ novissima fata.

v. 8. *Flumina plaudent manu in idipsum.*

Vult enim singulatim omnem dicere creaturam, ac si pluribus ex personis hymnus multiplicetur.

v. 9. *Quoniam venit judicare terram, judicabit orbem in justitia et populos in æquitate.*

Quoniam venit, videlicet quoniam revertitur, postquam terram Babylonicam debellaverit. Nec mirum, si Babylonem judicaverit: ipse enim est qui orbem judicat, et omnibus justum distribuit judicium.

Psalmus XCVIII.

v. 2. Κύριος ἐν Σιὼν μέγας, καὶ ὑψηλός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς λαούς. *Vat.* 687, 2.

Καὶ τῶν Ἰουδαίων ἐπανελθόντων, καὶ τὸν θεῖον δειμαμένων ναὸν, τοῦ Θεοῦ δύναμις ἅπασιν ἀπεδείχθη· διαφερόντως δὲ ὁ τὸν σταυρὸν ὑπομείνας, τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἀπεδείχθη δεσπότης, τῶν ἀποστόλων τὸ σωτήριον κήρυγμα προσενεγκάντων τοῖς ἔθνεσι. Σιὼν δέ ἐστι ἡ ἐκκλησία ἐν ᾗ δοξάζεται καὶ ὑψοῦται Χριστός. — Ἢ ἐπεὶ Σιών ἐστιν ὁ σημαίνει σκοπευτήριον, οὕτως δὲ ὀνομάζει καὶ ἡ γραφὴ τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα τῶν τὰ οὐράνια σκοπούντων, τοῦτο δηλοῖ οὖν τὸν τρόπον. Παρὰ τούτοις οὖν μέγας ἐστὶ Κύριος. Εἰ δὲ καὶ Σιών ἐστιν ἐπουράνιος Ἱερουσαλὴμ κατὰ τὸν ἀπόστολον, εἴποις ἂν ἐν τῇ ἐπουρανίῳ Σιὼν μέγαν εἶναι τὸν Κύριον.

v. 1. *Dominus in Sion magnus et excelsus super omnes populos.*

Et quum Judæi reduces divinum erexissent templum, omnibus patuit Dei potentia. Longe autem præstantiore modo crucis lator ostensus est dominator totius orbis, dum apostoli salutare præconium inter gentes circumferebant. Sion autem est Ecclesia, in qua Christus gloriam habet atque exaltatur. — Vel quoniam Sion significat speculæ locum, ita vero cognominat Scriptura civitatem fidelem eorum qui cœlestia speculantur, hoc ergo vivendi genus exhibetur, et apud illos magnus Dominus est. Quod si præterea Sion est cœlestis Hierusalem juxta apostolum, possis dicere, in cœlesti Sion magnum futurum esse Dominum.

v, 6. Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ, καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ἐπεκαλοῦντο τὸν Κύριον, καὶ αὐτὸς ἐπήκουσεν.

v. 6. *Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus; invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos.*

Ps. xcviii, v. 2. Vat. 4. Hebr. xii, 22. Initium Theodoretus rescripsit.

v. 6. Vat. 16.

Οὗτος ἐπικαλεῖται τὴν δικαιοσύνην ὁ δικαιοπραγῶν, καὶ ἀλήθειαν ὁ μὴ ψευδόμενος, καὶ τὴν ἀγάπην ὁ μὴ μισῶν.

v. 9. Καὶ προσκυνεῖτε εἰς ὄρος ἅγιον αὐτοῦ.

Μηδεὶς οἰέσθω κάτω τινὰ ὄντα τοῦ ἁγίου ὄρους, ὅπερ ἐστὶ Χριστὸς, ὅλος καὶ σοφία κυρίως καὶ ἀληθῶς προσκυνεῖν τῷ Θεῷ· ἀλλὰ καὶ σημείωσαι ὅτι πρῶτον μὲν ἐν τοῖς ἀνωτέρω μετὰ τοῦ ὑψίστου Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν λέγεται· καὶ προσκυνεῖται τὸ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ· νῦν δὲ δέον μετὰ τὸ αὐτὸ εἰρημένον δεύτερον ἐπιφέρεται εἰς ὄρος ἅγιον αὐτοῦ.

Ille invocat justitiam, qui justa facit; et veritatem, ille qui non mentitur; et charitatem qui non odit.

v. 9. *Et adorate in monte sancto ejus.*

Nemo opinetur inferius esse quidquam in monte sancto qui est Christus: totus sapientia est, in quo proprie ac vere adoratur Deus. Sed et adverte quod primum in superioribus versiculis de altissimo Domino Deo nostro dicitur; « Et adoratur scabellum pedum ejus; » nunc vero post jam dictum iterum additur; *In monte sancto ejus.*

v. 9. Vat. 4. cf. v. 5 ejusdem psalmi.

Psalmus XCIX.

v. 2. Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν εὐφροσύνῃ. *Vat.* 688, 1.

Ὁ μὲν ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης δουλεύων τῷ Κυρίῳ, διὰ τοῦ εἰς φόβον δουλεύειν, πνεύματος οὐκ ἐν εὐφροσύνῃ δουλεύει τῷ Κυρίῳ, ὁ γὰρ ἀγαπῶν ἐν ἐνεργείᾳ εὐφραίνεται.

v. 3. Λαὸς αὐτοῦ καὶ πρόβατα τῆς νομῆς αὐτοῦ, εἰσέλθατε εἰς τὰς πύλας αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, τὰς αὐλὰς αὐτοῦ ἐν ὕμνοις.

Λαὸς, οἱ κρείττους· πρόβατα, οἱ ὑποβεβηκότες· τῶν μὲν γάρ ἐστι δεσπότης, τῶν δὲ ποιμήν. Σημείωσαι δὲ ὅτι τὴν μὲν ἐξομολόγησιν ταῖς πύλαις ἀπένειμεν, εἶτα καθαρθέντας εἰς τὰς αὐλὰς εἰσιέναι, καὶ τῶν ὕμνων κατατολμᾶν· πύλας καὶ αὐλὰς τὰς ἐκκλησίας καλεῖ· αὗται γὰρ ἡμῖν τὴν πρὸς αὐτὸν παρέχουσιν εἴσοδον, ἐν αἷς τοὺς εἰσιόντας προσήκει αἰσίως τὰς εὐχαριστίας ἀναφέρειν, ἀπογυμνοῦντας διὰ τὰς ὁμολογίας τὰ τραύματα τῷ ἰατρῷ τῶν ψυχῶν· ἔπειτα θαῤῥοῦντας αἰνεῖν ὅτι χρηστόν ἐστι· τὰ δὲ περὶ χρηστότητος καὶ ἐλέους εἰς πάντα καιρὸν ἀπαγγελλείσθω καὶ ἐν πάσῃ γενεᾷ· ἀ-

v. 2. *Servite Domino in lætitia.*

Etenim qui cum mœrore vel ex necessitate servit Domino, quum in spiritu timoris serviat, non in lætitia servit Domino; qui enim amat efficaciter, lætatur.

v. 3, 4. *Nos autem populus ejus et oves pascuae ejus. Introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis.*

Populus, præstantiores sunt; oves, inferiores: illorum est Dominus, horum vero pastor. Animadverte autem ad portas adscribi confessionem; deinde qui purgati sunt, introduci in atria, qui audeant hymnos decantare. Portas et atria vocat ecclesias. Illæ enim nobis præbent accessum ad ipsum. In quibus quoscumque intrantes decet indefessas habere gratiarum actiones, ac detegere per confessiones vulnera medico animarum; deinde fiducia commotos, canere quoniam bonum est. Cantica autem de benignitate et misericordia in omni tem-

Ps. xcix. v. 2. Vat. 4, 16.
v. 3, 4. Vat. 4, 12, 14. In paucis verbis multa spectant ad veterum catechumenorum ritus, classes et cantica.

ληθείας γὰρ γέμουσιν οἱ λόγοι αὐτοῦ. Πύλαι Θεοῦ αἱ εἰς τὰς ἀρετὰς εἰσαγωγαί. Δεῖ οὖν τοὺς ἀρχομένους εἰσέρχεσθαι, ἐξομολογεῖσθαι. Εἰσελθόντας δὲ, εἶτα προσκόψοντας ὑμνεῖν τὸν Θεόν. Πύλας τοῦ Κυρίου τὴν ἐπὶ γῆς ἐκκλησίαν φησιν, ἐν ᾗ ἐξομολογεῖσθαι δεῖ πρότερον ἐξαγγέλλοντας τὰ ἁμαρτήματα, τάς τε εἰς ἡμᾶς γενομένας ἀφηγεῖσθαι εὐεργεσίας. Πύλαι σοφίας αἱ ἀρεταί, διὰ γὰρ αὐτῶν εἰσερχόμεθα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

pore pronuntientur et in omni generatione; veritate enim pleni sunt sermones illius. Portæ Dei sunt accessus ad virtutes. Oportet ergo eos qui incipiunt, confiteri; ingressos vero jam et progredientes, hymnis Deum celebrare. Portas Domini vocat Ecclesiam in orbe sitam, in qua confiteri jubentur primum hi qui peccata declarant, deinde enarrare beneficia quæ recepimus. Portæ sapientiæ virtutes sunt, si quidem per eas in regnum cœlorum introducimur.

Psalmus C.

v. 2. Ψαλῶ καὶ αἰνέσω ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ. Πότε ἥξεις πρός μέ. *Vat.* 688, 1.

Ἐὰν μὴ ἐν ἀμώμῳ [ὁδῷ] γένηταί τις, ἐν βουλῇ ἀσπίλῳ οὐ συνήσει. ὅσος γὰρ ἐν ἀμώμῳ μὴ μένει ὁδῷ, τίς ἐστιν; οὐ συνήσει τόδε· Πότε ἥξεις πρὸς μέ; Διηγήσῃ οὕτως· θνητὴ φύσις οὐ φθάνει πρὸς Θεὸν, οὐδὲ γὰρ δύναται. Διὸ ὁ Θεὸς ἔρχεται πρὸς τὸν ἄξιον. Ἔστι δ' ὅτε μονὴν περὶ τῷ τοιούτῳ ποιεῖται μετὰ τοῦ συναϊδίου Υἱοῦ. — Ὁ εἰρηκὼς τῷ Θεῷ· Πότε ἥξεις πρός με, τίνα καὶ πόσα εὐτρέπισεν πρὸς ὑποδοχὴν αὐτοῦ, καταλέγει. Πλὴν τοῦτο ἰστέον, ὅτι χωρὶς Θεοῦ τὸν περὶ προνοίας καὶ κρίσεως λόγον νοῆσαι ἀδύνατόν ἐστιν· διόπερ καὶ οὗτος βουλόμενος ἐφαψᾶσθαι τοῦ λόγου τούτου, Θεὸν καλεῖ πρὸς βοηθείας ἑαυτοῦ, ὡς ἔνι μάλιστα μακαρίσαι.

v. 2. *Psallam et intelligam in via immaculata. Quando venies ad me?*

Nisi quis *in via immaculata* sistat, in voluntate pura non intelliget. Quicumque enim non manet *in via immaculata*, quis est? nil intelliget ad hoc: *Quando venies ad me?* Sic secum consideret: mortalis natura non graditur ad Deum, neque enim valet. Ideo Deus accedit ad justum. Immo ut quandoque mansionem apud eum statuat cum coæterno Filio. — Qui Deo dixit: *Quando venies ad me,* qualia et quot ille præparaverit ad recipiendum eum, recenset. Verum id sciendum, quod sine Deo impossibile sit cognoscere rationes providentiæ et judicii: idcirco et psalmista volens has rationes attingere, invocat Deum in auxilium suum, ut beatus esse queat.

v. 5. Ὑπερηφάνῳ ὀφθαλμῷ καὶ ἀπλήστῳ καρδίᾳ, τούτῳ οὐ συνήσθιον.

Ὑπερηφανία ἐστὶν μίμησις μεγαλοψυχίας.

v. 5. *Superbo oculo et insatiabili corde cum hoc non edebam.*

Superbia est simulatio magnanimitatis.

Ps. c, v. 2. Vat. 4, 16.

v. 5. Vat. 4. Ea qualiacumque corrasisse ex innumeris foliis huc illuc sparsis juverit, quod a ps. c fere omnino quieverit Gallandius, Maurini autem in tanto tractu parca collegerint, et quod satis intelligere nequeo, silet omnino Origenes apud Corderium a ps. LXVI usque ad ps. CXIV. Quam immanem lacunam unus codex Coislinianus, cum disjectis Grabii schedulis, apud Maurinos utcumque implevit, cum in hac serie prolixa quinquaginta psalmorum multo quam alibi et antea uberiores sint et graviores nostri commentarii. Utere igitur, candide lector, et fruere.

Psalmus CI.

v. 2. Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς προσευχῆς μου, καὶ ἡ κραυγή μου πρὸς σὲ ἐλθάτω. *Vat.* 688, 2.

Εἴρηται δὲ ὡς κραυγή ἐστιν οὐχ ἡ ἐν προσφορᾷ, ἀλλ' ἡ τῆς νοήσεως ἐπίτασις. Τὸ τὴν κραυγὴν ἡμῶν εἰσελθεῖν πρὸς τὸν Θεόν, καλὸν ἡμῖν ἐστιν· ἡ μὲν προσευχὴ τὴν ἱκετηρίαν ἡμῶν δηλοῖ πρὸς Θεόν· ἡ δὲ δέησις τὴν αἴτησιν, τὴν περὶ ὧν βούλεται αὐτῷ τῷ δεομένῳ παρασχεθῆναι· ταῦτα δέ ἐστι τὰ κυρίως ἀγαθὰ, τῷ Θεῷ πρέπον διδόναι, καὶ τοῖς αἰτοῦσι συμφέρει λαβεῖν.

v. 1. *Exaudi, Domine, orationem meam, et clamor meus ad te veniat.*

Dictum est, clamorem non in loquela sed in alacri mentis intentione esse. Ascendere clamorem nostrum ad Deum, decus nostrum est. Oratio (προσευχή) significat supplicum vota nostra ad Deum; precatio vero (δέησις) est petitio rerum quas ipsi indigenti ultroneus elargitur. Ea vero sunt proprie bona et decora, quæ tam Deum decet concedere quam petentibus recipere proficuum est.

v. 3. Μὴ ἀπεστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ θλίβομαι, κλῖνον τὸ οὖς σου πρός με, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσομαί σε, ταχὺ εἰσάκουσόν μου.

Ἀποστρέφει οὖν τὸ πρόσωπον ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν αἰτούντων, ὅταν αἰτῶσιν λαβεῖν ἃ μὴ προσήκει Θεῷ δοῦναι. Ὁ δὲ ἅγιος οὐτὸ μὴ λυπεῖσθαι ζητεῖ, ἀδύνατον γὰρ τοῦτο· ἀλλ' ὥστε ὑπομένειν καὶ χαίρειν. Παῤῥησίας δὲ ἐξ ἀγαθῶν πράξεων, τὸ εἰπεῖν· Μὴ ἀποστρέψῃς· ἐφ' οὗ ἀποστρέφει τὸ πρόσωπον ὁ Κύριος, οὐκ ἐρεῖ· τό Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου. — Κλῖνον, λέγει, διὰ τὸ μὴ ἐφικνεῖσθαι τὴν ἀνθρωπίνην κραυγὴν τοῦ τῆς θεόθητος ὕψους.

v. 3. *Ne avertas faciem tuam a me in die tribulationis; inclina aurem tuam ad me, in quacumque die invocavero te, velociter exaudi me.*

Avertit ergo faciem Deus ab orantibus, quando id petunt ut accipiant, quod Deum dare non decet. Sanctus autem non quærit eximi a luctu, quod fieri nequit, sed pati et lætari, cæterum spectat ad fiduciam ex bonis operibus ortam dicere: *Ne avertas*. A quo Dominus avertit faciem suam, ille non dicet: « Signatum est super nos lumen vultus tui.» *Inclina*, dicit, eo quod humanus clamor numquam potest e vestigio assequi divinam sublimitatem.

v. 4-6. Ὅτι ἐξέλιπον ὡσεὶ καπνὸς αἱ ἡμέραι μου, καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγισαν· ἐπλήγην ὡσεὶ χόρτος, καὶ ἐξηράνθη ἡ καρδία μου, ὅτι ἐπελαθόμην τοῦ φαγεῖν τὸν ἄρτον μου, ἀπὸ φωνῆς τοῦ στεναγμοῦ μου ἐκολλήθη τὸ ὀστοῦν μου τῇ σαρκί μου.

v. 4-6. *Quia defecerunt sicut fumus dies mei, et ossa mea sicut cremium confrixa sunt. Percussus sum ut fenum, et aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum, a voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.*

Ps. CI, v. 2. Vat. 4, qui plura habet, sed quæ Didymo Corderius tribuit et præoccupavit. Malim αὐτὸς βούλεται τῷ δεομ.

v. 3. Vat. 4. Ps. IV, 7. Ab initio fort. πάντα λέγω, vel paulo post inserendum φησί. — In hoc autem loco Ὁ δὲ ἅγιος οὕτω μὴ λυπεῖσθαι usque ad verba ὑπομένειν καὶ χαίρειν, sententiam eamdem Eusebius retulit fusius.

v. 4, 5. Vat. 4, 5. Codd. male in fine ἐκ τῆς πηγῆς τῆς γῆς. Cf. XXXIV, 10.

Τοῦ λογιζομένου ὡς καπνὸν εἶναι τὰ ἀνθρώπινα, ὡς καπνὸς ἐξέλιπον αἱ ἡμέραι, διὸ οὐκ ἐν καυχήματι ταῦτα λέγεται ὑπὸ τοῦ προφήτου· ἀλλὰ τὰ ὀστᾶ συνεφρύγησαν πάντως οὗ καθίκετο λόγος. Ἀλλαχοῦ δέ φησι· Πάντα τὰ ὀστᾶ μου ἐροῦσιν. — Καὶ ἐξηράνθη ἡ καρδία μου κτλ. Ξηραίνεται νοῦς ὕδατος πνευματικοῦ ἀπορῶν, τοῦ ῥέοντος ἐκ τῆς πηγῆς τῆς ζωῆς. — Ὁ πάσῃ δυνάμει ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ τυγχάνων ἐπιλανθάνεται φαγεῖν τὸν τοῦ σώματος ἄρτον, τὸ δὲ ἑξῆς ἐρεῖ, ὡς οὐκ ἐλιπάνθη, οὐδ' ἐπαχύνθη, ἀλλὰ στενάζει, ὢν ἐν τῷ σκήνει.

v. 7. Ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ, ἐγενήθην ὡσεὶ νυκτικόραξ ἐν οἰκοπέδῳ, ἠγρύπνησα, καὶ ἐγενήθην ὡσεὶ στρουθίον μονάζον ἐπὶ δώματι.

super nos. » Non qua multiplicati, ideo potentes facti, sed [odium exarsit] quod Josephi tutela non fruebantur, neque grato Pharaonis animo. Deposita enim virtute et scientia, nen est quod quis hostibus sit valentior.

v. 26, 27. Ἐξαπέστειλε Μωσῆν τὸν δοῦλον αὐτοῦ, Ἀαρὼν, ὃν ἐξελέξατο αὐτόν. Ἔθετο ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους τῶν σημείων αὐτοῦ καὶ τῶν τεράτων ἐν γῇ Χάμ.

v. 26, 27. *Misit Moysen servum suum, Aaron quem elegit ipsum. Posuit in eis verba signorum suorum et prodigiorum in terra Cham.*

Ἤδεσαν Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν μόνοι τοὺς λόγους ὧν ἐποίησεν ἐν Αἰγύπτῳ, σημείων τε καὶ τεράτων, πῶς τε αὐτὰ ποιήσωσι καὶ τίνος συμβουλῇ.

Intellexerant soli Moyses et Aaron verba quæ fecerat in Ægypto signaque et prodigia, quomodo ea operarentur et quo de consilio.

v. 28. Καὶ παρεπίκραναν τοὺς λόγους αὐτοῦ.

v. 28. *Et exacerbaverunt sermones ejus.*

Οἱ ἀκούοντες τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ποιοῦντες αὐτοὺς παραπικραίνουσιν τοὺς λόγους αὐτοῦ.

Qui audiunt sermones Dei, neque eos faciunt, hi exacerbant sermones ejus.

v. 29. Μετέστρεψε τὰ ὕδατα αὐτῶν εἰς αἷμα, καὶ ἀπέκτεινε τοὺς ἰχθύας αὐτῶν.

v. 29. *Convertit aquas eorum in sanguinem, et occidit pisces eorum.*

Οὐ γὰρ τὴν χροιὰν τῶν ὑδάτων μόνην, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν μετέβαλε τῆς γενέσεως ποιότητα, ὥστε ἅπαντα διαφθαρῆναι τῶν ἰχθύων τὰ γένη.

Non colorem dumtaxat aquarum, sed ipsam mutavit elementi qualitatem, ut omnia piscium genera perirent.

v. 35. Καὶ κατέφαγε πάντα τὸν χόρτον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, καὶ κατέφαγε τὸν καρπὸν τῆς γῆς αὐτῶν.

v. 35. *Et comedit omne fenum in terra eorum, et comedit omnem fructum terræ eorum.*

Ὀγδόη αὐτὴ πληγὴ πάντα χόρτον Αἰγύπτιον, καὶ πάντα τὸν καρπὸν τῆς Αἰγύπτου κατεσθίουσα· καὶ γὰρ τοιαῦτα ἦν, ὡς τῶν εὐτελεστάτων ζώων εἶναι τροφή, ἀκρίδων ὡς καὶ βρούχου, τῶν οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Καὶ ὁ Ἰσραὴλ μέντοι, ἐὰν μὴ κατὰ νόμον Θεοῦ πολιτευόμενος γεωργῇ, ἀκούσεται· τὰ κατάλοιπα τῆς κάμπης καταφάγεται ὁ βροῦχος, καὶ τὰ κατάλοιπα τοῦ βρούχου κατέφαγεν ἡ ἐρυσίβη.

Octava hæc plaga est, quæ omne fenum Ægyptiacum et omnem fructum Ægypti devoravit. Talia quippe evenerunt, ut depasti fuerint a vilissimis animalculis, locusta simul et eruca, et quidem sine nomine ac sine numero. Et Israel interea, si unquam contra legem Dei prævaricatus, agros coluerit, audiet: « Residuum erucæ comedet locusta, et residuum locustæ comedit rubigo. »

v. 36, 37. Καὶ ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐκ τῆς γῆς αὐτῶν, ἀπαρχὴν παντὸς πόνου αὐτῶν, καὶ ἐξήγαγεν αὐτούς.

v. 36, 37. *Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum, et eduxit eos.*

v. 26, 27. Vat. 5, 16. cf. Theodoret.

v. 28. Vat. 4, 12, in quo Origenis nomen excidit.

v. 29. Vat. 4, 16. Iterum cf. Theodoret. cujus scholium transiit, uti alia multa, ad Pseudo-Chrysostomum ex Theodoreto consarcinatum.

v. 35. Vat. 4. Joel 1, 4.

v. 36, 37. Vat. 4.

Τὴν τῶν πρωτοτόκων πληγὴν ἀπαρχὴν παντὸς πόνου αὐτῶν ἐκάλει, τῶν Αἰγυπτίων δηλονότι. Οἷον γὰρ ἀνταπόδομα ἦν ἡ πληγὴ αὕτη ὧν εἰς τοὺς Ἑβραίους καὶ τὰ ἄρσενα αὐτῶν ἐποίησαν, ὅτε πονῆσαι αὐτοῖς ὑπὸ τὴν πληνθείαν καὶ τοὺς ἄλλους παρεσκεύασε πόνους· αὐτὴ γὰρ μόνη ἡ πληγὴ αὐτῶν Αἰγυπτίων καθίκετο καὶ ἀποστεῖλαι κατήπειξεν. Ὅθεν ἐπάγει· καὶ ἐξήγαγεν αὐτούς. — Ἐν τῇ δεκάτῃ μάστιγι πατάσσονται Αἰγυπτίων ῥίζαι καὶ ἀρχαὶ, καὶ πρωτότοκα καὶ ἀπαρχαὶ πόνων αὐτῶν λέγονται.

v. 37. Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ.

Ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ, ἀντὶ τοῦ μετ' ἀργυρίου καὶ χρυσίου, ἅπερ σύμβολά ἐστιν τῆς ἔξωθεν σοφίας.

v. 39. Διεπέτασε νεφέλην εἰς σκέπην αὐτοῖς, καὶ πῦρ τοῦ φωτίσαι αὐτοῖς τὴν νύκτα.

Ἡ νεφέλη φύσιν ἁγίαν δηλοῖ, καὶ ὁ στύλος τοῦ πυρὸς ὁμοίως δύναμιν σημαίνει νοηράν.

v. 40. Καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἐνέπλησεν αὐτούς.

Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος, ὁ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φησίν.

43. Καὶ ἐξήγαγε τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐν εὐφροσύνῃ.

Εἰ ὁ λαὸς ἐξῆλθεν ἐν ἀγαλλιάσει, οἱ δὲ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ ἐν εὐφροσύνῃ τῆς ἀγαλλιάσεως, ἐπεὶ καὶ μείζονες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ λαοῦ.

v. 44. Καὶ πόνους λαῶν ἐκληρονόμησαν.

Νῦν τὸ ἀποτέλεσμα πόνου, πόνον ὠνόμασεν.

v. 45. Καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἐκζητήσωσιν.

Εἰ ὁ νόμος πνευματικός ἐστι, χρῄζει πρὸς τὸ γνῶναι καὶ ζητῆσαι αὐτόν.

Plagam primogenitorum vocavit *primitias omnis laboris eorum,* scilicet Ægyptiorum, tamquam enim retributio erat hæc plaga eorum quæ contra Hebræos et masculos eorum egerant, et ob opus lateritium et cæteros labores impositos. Hæc sola plaga est quæ Ægyptios perculit, et coegit ad dimittendum Hebræos. Unde subjicit: *et eduxit eos.* — In decima plaga percutiuntur Ægiptiorum radices et principia. quæ primogenita dicuntur et primitiæ laborum eorum.

v. 37. *Et eduxit eos in argento et auro.*

In argento et auro pro hisce: cum argento et cum auro, quæ symbola sunt exterioris sapientiæ.

v. 39. *Expandit nubem in protectionem, et ignem ut luceret eis per noctem.*

Nubes ostendit naturam sanctam, et columna ignis similiter significat virtutem spiritualem.

v. 40. *Et pane cœli saturavit eos.*

« Ego sum panis, qui de cœlo descendit, » ait in evangeliis.

v. 43. *Et eduxit populum suum in exultatione, et electos suos in lætitia.*

Si populus exivit in exultatione, at electi ejus in lætitia exultationis, electi enim populi potiores sunt.

v. 44. *Et labores populorum possederunt.*

Nunc laboris terminum, nominavit laborem.

v. 45. *Et legem ejus requirent.*

Si lex spiritualis est, indiget, unde cognoscatur, ut etiam requiratur.

v. 37, 39. Vat. 5.
v. 40. Vat. 5. Joan. vi, 51.

v. 43. Vat. 5.
v. 44, 45. Vat. 5, 16.

Psalmus CV.

v. 1. Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι χρηστός. *Vat.* 693, 2.

Ἐπεὶ τὸ κυρίως ἐξομολογεῖσθαι τοῦ μηκέτι ἁμαρτάνοντός ἐστι, διὰ τοῦτο ὡς μὴ ἀκούουσιν ἡμῖν τὸ ἐξομολογεῖσθαι· ἁμαρτάνομεν γὰρ συνεχέστερον. Λέγεται τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ ἢ τοῖς ἀπογινώσκουσι διὰ τὰ πολλὰ ἡμαρτηκέναι, περὶ σωτηρίας ταῦτα λέγεται. Εἶτα ἐπάγει·

v. 2. Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου; ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ;

Τὸ Τίς ἐνταῦθα, οὐ τὸ ἀδύνατον, ἀλλὰ τὸ σπάνιον δηλοῖ· ἔστι δ' ὅτε καὶ τὸ ἀδύνατον δηλοῖ σημαίνειν, ὡς τό· Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; — Ὡσεὶ ἔλεγε· Τίς δύναται ἀξίως τὴν τοσαύτην ἀγαθότητα διηγήσασθαί; Ἑκάστη γὰρ πρᾶξις τοῦ Κυρίου αἰνέσεως γέμει. — Ἢ τάχα μὲν αἱ δυναστεῖαι τὰ θαυμάσια περιέχουσι· τὰ δὲ χαρίσματα τῶν ἰαμάτων τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ· ὅσα γὰρ ὑπὲρ φύσιν ποιεῖ θνητὴν, δυναστεῖαι τοῦ Κυρίου εἰσίν. Ἀλλ' ἐπεί, φησί, τὸ ὑμνεῖν αὐτὸν ἀξίως οὐκ ἔστι, ἐκεῖνοι μακάριοι, ὅσοι δι' αὐτὸν τὰ τῆς δικαιοσύνης ἔργα ἐπιτάττουσι· γίνεται γὰρ τούτων ὁ βίος ὕμνος τῷ Θεῷ· οὗτοι γὰρ μόνοι ἄξιοι τὰς δυναστείας λαλεῖν τοῦ Κυρίου, οἱ κρίσει πάντα ποιοῦντες καὶ λελογισμένως· οὗτοι καὶ ποιηταὶ δικαιοσύνης εἰσίν.

v. 3. Μακάριοι οἱ φυλάσσοντες κρίσιν, καὶ ποιοῦντες δικαιοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ.

Ἐφ' ἑκάστης ἀρετῆς τό· ἐν παντὶ καιρῷ, λεκτέον, ποιοῦντες τὴν σωφροσύνην, ποιοῦντες ἀνδρείαν, ποιοῦντες ἀγάπην, μακροθυμίαν ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως.

v. 5. Τοῦ ἐπαινεῖσθαι μετὰ τῆς κληρονομίας σου.

Ps. cv, v. 1. Vat. 4.
v. 2. Vat. 4, 5. Is. LIII, 8.
v. 3. Vat. 5.

v. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus.*

Quoniam vera confessio illius est qui minime peccat, idcirco hoc verbum *Confitemini* nobis est perinde ac surdis, peccamus enim sæpius. Dicitur confitendum esse Domino, ut vel desperantibus ob permulta peccata, hæc pro salute dicantur. Deinde pergit:

v. 2. *Quis loquetur potentias Domini? auditas faciet omnes laudes ejus?*

Hujus loci interrogatio *Quis,* non quod fieri nequit, sed quod rarum est, suggerit. Possit etlam aliquando declarare rem impossibilem, ut ibi: « Generationem ejus quis enarrabit? » — Ac si dixerit: Quis digne enarrare potest tantam benignitatem? Unaquæque enim Domini actio laude redundat. — Vel forte *potentiæ* coutinent prodigia, gratiæ autem sanitatum laudes illius sunt: quæcumque enim supra mortalem naturam efficit, Domini sunt potentiæ. Cæterum, inquit, quum illum digne celebrare nequeamus, beati illi sunt, quotquot per ipsum justitiæ opera faciunt. Hymnus enim Deo talium vita est, siquidem hi soli digni sunt potentias Domini enarrare, qui cum judicio et ratione cuncta operantur. Iidem etiam sunt justitiæ opifices.

v. 3. *Beati qui custodiunt judicium, et faciunt justitiam in omni tempore.*

Pro quacumque virtute hoc dicendum est *in omni tempore,* operantes castimoniam, operantes fortitudinem, operantes charitatem, longanimitatem *in omni tempore,* et de cæteris similiter.

v. 5. *Ad laudandum cum hæreditate tua.*

v, 5. Vat. 5. Ps. XXXIII, 3. In fine cod. κατ' ἐπίνοιαν.

Οὗτος ἐπαινετὸς ὁ κληρονομήσας τὴν φύσιν τὴν τοῦ Θεοῦ· ἐν τῷ Κυρίῳ ἐπαινηθήσεται ἡ ψυχή μου, τουτέστιν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἐν σοφίᾳ, καὶ ἐν γνώσει, καὶ ἐν ἀγάπῃ· ταῦτα ἡμῶν κατ' ἔπαινον ὀνομάζεται.

v. 7. Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν Αἰγύπτῳ οὐ συνῆκαν τὰ θαυμάσιά σου, καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν τοῦ πλήθους τοῦ ἐλέους σου.

Ὅρα εἰ μὴ βέλτιόν ἐστι τοῦ ἰδόντος τὰ ἐν Αἰγύπτῳ θαύματα, καὶ μὴ νοήσαντος τὸν περὶ αὐτῶν λόγον, ὁ μὴ ἑωρακὼς μὲν αὐτά, συνιεὶς δέ. Ἐνταῦθα ἀπὸ τοῦ τόπου τὴν κατηγορίαν συνίστη· οὐ γὰρ δὲ χρόνος διέλειπε πολύς, καὶ τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ τόπου εὐθέως ἀμνημονήσαντες, τῶν οἰκείων τρόπων πάλιν κέχρηται. Θεασάμενοι γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους διώκοντας, **Μωσῇ κατεβόων**· Παρὰ τὸ μὴ ἔχειν μνήματα ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ἐξήγαγες ἡμᾶς θανατῶσαι ἐν τῇ ἐρήμῳ; καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλ' ὅμως καὶ ἀγνώμονας φανέντας τῆς σωτηρίας ἠξίωσας.

v. 8. Καὶ ἔσωσεν αὐτοὺς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, τοῦ γνωρίσαι τὴν δυναστείαν αὐτοῦ.

Εὐκολίαν δεδήλωκεν τῇ τῆς ἐρήμου περιβολῇ.

v. 9. Καὶ ἐπεθύμησε τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.

Καὶ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ὁ Χριστὸς ἐπετίμησεν τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.

v. 12. Καὶ ἐπίστευσαν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ ᾔνεσαν τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ.

Τοῦτο ἀναφέρεται εἰς τό· ἐπίστευσαν τῷ Θεῷ καὶ Μωσῇ τῷ θεράποντι αὐτοῦ· τὸ δὲ ἑξῆς εἰς τὴν ἐν ἐξόδῳ ᾠδήν· οὕτως οὖν ἦν, φησίν, ὑπερβάλλον τὸ θαῦμα ὡς ἡττηθῆναι αὐλῶν τὴν ἀπιστίαν, καὶ ἄκοντας εἰς ὕμνον τοῦ θαυματουργήσαντος τραπῆναι, καὶ θαυμάσαι τὴν αἴνεσιν ἐκείνην, καὶ ᾆσαι· Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ. Σημειωτέον, ὅτι ἐξῆλθον αἱ

Laudandus ille est qui per hæreditatem naturam Dei habet: « In Domino laudabitur anima mea, » id est in justitia, in sapientia, in scientia, in charitate. Hæc nostra sunt quæ laudabilia dicuntur.

v. 7. *Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia ejus, nec recordati sunt multitudinem misericordiæ tuæ.*

Considera utrum præstet vidisse mirabilia in Ægypto, nec rationem eorum intellexisse, eadem non vidisse, sed intellectu capere. Ibidem ab ipso loco accusationem instituit: haud enim multum temporis elapsum, ac beneficia ipsius loci cito obliti, suis iterum ingeniis indulserunt: videntes enim Ægyptios vestigiis insistentes, clamaverunt Moysi: « Forsitan non erant sepulcra in Ægypto, ideo tulisti nos ut moreremur in solitudine? » etc. Verum tu eos manifeste ingratos, salvos facere dignatus es.

v. 8. *Et salvavit eos propter nomen suum, ut notam facerent potentiam suam.*

Promptam animi voluntatem ostendit in solitudinis ambitu.

v. 9. *Et increpuit Mare rubrum.*

Et in evangeliis « Christus increpuit vento et mari, et facta est tranquillitas magna. »

v. 12. *Et crediderunt verbis ejus, et laudaverunt laudem ejus.*

Hoc refertur ad hunc locum: «Crediderunt Deo et Moysi servo ejus»; Quod vero sequitur, respicit Exodi canticum: Ergo, inquit, adeo supereminens erat prodigium, ut eorum incredulitas superaretur, ac vel inviti ad laudandum auctorem miraculi converterentur, et admirabile illud præconium canerent: «Cantemus Domino, etc.» Adverte etiam in

v. 7. Vat. 4. Exod. xiv, 11.
v. 8. Vat. 14. Fort. leg. τῇ παρεμβολῇ.

v. 9. Vat. 5. Matth. viii, 26, Marc. iv, 39.
v. 12. Vat. 4, 5. Exod, xv, 1, 20.

χορεύουσαι μετὰ Μαριὰμ, λέγουσαι· Ἄσωμεν κτλ. Εἶτα ἐπιφέρει·

v. 13, 14. Ἐτάχυναν, ἐπελάθοντο τῶν ἔργων αὐτοῦ, οὐχ ὑπέμειναν τὴν βουλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπεθύμησαν ἐπιθυμίαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν ἀνύδρῳ.

Δι' ἀγαθότητα γὰρ τοῦ Θεοῦ προστεθέντων καὶ τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ κυμάτων, παραχρῆμα μὲν πιστεύσαντες ἦσαν αὐτῷ τὴν ᾠδὴν ἐν Ἐξόδῳ κειμένην, εἶτα πάντα παρέδωκεν λήθῃ. Οὕτω, φησίν, ὀξεῖα ὤφθη τοῦ θαύματος ἡ λήθη, ὡς δοκεῖ μηδὲ γεγενῆσθαι. Τίς ἡ ἀπόδειξις; ἠβουλήθη, φησίν, δοκιμάσαι αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ· οἱ δὲ δοκιμασίαν καθάπαξ οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' ἐπεθύμησαν ἐπιθυμίαν· λέγει δὲ τὴν τοῦ ὕδατος ἀντιλογίαν. Καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐπιφέρει· Καὶ ἐπείρασαν τὸν Θεὸν ἐν ἀνύδρῳ. Ἰστέον δὲ ὅτι ὡς ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἤρξατο θαυμάτων, τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῷ οζʹ πεποίηκεν, ἐπεὶ ἐπέταξε πέτραν, εἰπών·

v. 15. Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν, καὶ ἐξαπέστειλε πλησμονὴν εἰς τὴν ψυχὴν αὐτῶν.

Ὁ δὲ καὶ τοῦτό φησι· παριδὼν τὸ πλημμέλημα, παρέσχεν αὐτοῖς τὸ αἰτηθὲν, ἀντὶ τοῦ· Δέδωκεν αὐτοῖς ὕδωρ εἰς πλῆθος, ὥστε τὸ περιττὸν ποταμὸν ἐκτελεῖν, ἢ αἴτημα τὴν ἐπιθυμίαν εἶπεν, οὐ γὰρ ᾔτησαν, ἀλλὰ κατελάλησαν.

v. 16. Καὶ παρώργησαν Μωϋσῆν, ἐν τῇ παρεμβολῇ, καὶ Ἀαρὼν τὸν ἅγιον Κυρίου.

Οἱ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ παραβαίνοντες, Μοϋσῆν παροργίζουσιν· οἱ δὲ τὴν πίστιν ἀθετοῦντες, τὸν Ἀαρὼν παροξύνουσιν. Ὁ μὲν γὰρ πρᾶξιν, ὁ δὲ θεωρίαν σημαίνει.

v. 17. Ἠνοίχθη ἡ γῆ καὶ κατέπιε Δαθὰν, καὶ ἐκάλυψεν ἐπὶ τὴν συναγωγὴν Ἀβειρών.

v. 13, 14. Vat. 4. Plus minus similia habent vulgatus Athanasius et Heracleota.

chorum exivisse mulieres cum Maria, dicentes: « Cantemus etc. » Et subjungit:

v. 13, 14. *Cito perrexerunt, obliti sunt operum ejus, et non sustinuerunt consilium ejus, concupierunt concupiscentiam in deserto, et tentaverunt Deum in inaquoso.*

Namque dum, favente Dei benignitate, etiam in mari rubro fluctus subjecti fuissent, in promptu quidem cum fide cecinerant hymnum in Exodo scriptum, postmodum cuncta oblivioni tradiderunt· Eo usque, ait, velox visa est prodigii oblivio, ut tantum non contigisse appareret. Quid argumento est? Voluit, inquit, eos probare in deserto. Illi vero ne semel quidem probationem sustinuerunt. sed *concupierunt concupiscentiam.* Asserit autem contradictionem de aqua. — Et super hoc etiam subjicit: *Et tentaverunt Deum in inaquoso.* Sciendum vero quod quum ab extremis miraculis orsus fuerit, idem fecit in psalmo LXXVII inquiens, cum petram percussit:

v. 15. *Et dedit eis petitionem ipsorum, et misit saturitatem in animam eorum.*

Qui sane id ait: parcendo impio facinori, dedit eis juxta petita, videlicet: largitus est aquam in tanta abundantia, ut quod supererat, in flumen eruperit; vel *petitionem* intellexit desiderium. Nam non petebant, sed murmurabant.

v. 16. *Et irritaverunt Moysen in castris, et Aaron sanctum Domini.*

Qui præcepta Dei transgrediuntur, Moysen irritant; qui vero fidem aspernantur, exacerbant Aaron. Ille actionem, hic contemplationem præ se fert.

v. 17. *Aperta est terra, et deglutivit Dathan, et operuit super congregationem Abiron.*

v. 15. Vat. 4.
v. 16. Vat. 5.

Σημειωτέον ὅτι τὸ πρῶτον περὶ Δαθὰν γενόμενον, καὶ Ἀβειρὼν ἐν Χωρὴβ κατὰ τὴν μοσχοποιΐαν ὕστερον εἶπεν, ἵνα μὴ ταράττῃ ἡμᾶς τοιαῦτα ὁρῶντας, καὶ τὸ ἐν τούτοις ἔθος τῆς γραφῆς.

Advertendum primum fieri sermonem de Dathan, et postremo loco de Abiron in Horeb. Circa fabricam vituli, inferius locutus est, ne ad hujus modi spectacula nos terreret; et hæc est ita referendi consuetudo Scripturæ.

v. 23. Καὶ εἶπε τοῦ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς.

Ὅτε εἶπεν· Εἰ μὲν ἀφίῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, ἐξάλειψόν με ἐκ τῆς βίβλου σου.

v. 23. *Et dixit ut disperderet eos.*

Quando dixit: « Nisi remittas eis peccatum, remitte; sin aliter, dele me de libro tuo. »

v. 26. Καὶ ἐπῆρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' αὐτούς.

Ὥσπερ ὀφθαλμὸς Κυρίου, καὶ χεῖρες ὀνομάζονται δυνάμεις τινὲς νοεραί.

v. 26. *Et levavit manum suam super eos.*

Ut oculus Domini, manus quoque vocantur spirituales virtutes.

v. 28. Καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγώρ.

Εἴδωλον τοῦτο Ἀμμονιτῶν, ὁ καλούμενος παρ' Ἕλλησι Κρόνος.

v. 28. *Et initiati sunt Beelphegor.*

Idolum est Ammonitarum, apud Græcos vocatum Chronus.

29. Καὶ ἔφαγον θυσίας νεκρῶν.

Ἢ διὰ τὸ νεκρομαντείας τὰ περὶ τὰ ξόανα τελετὰς ποιεῖν, ἢ διὰ τὸ νεκρῶν ἀνδρῶν μνήμας ποιεῖσθαι. Νεκροὶ γὰρ, οἱ περὶ τὸν Κρόνον.

v. 29. *Et manducaverunt sacrificia mortuorum.*

Vel per necromantiam, immolando victimas juxta simulacra, vel recolendo memorias mortuorum: mortui sunt enim qui adorant Chronum, sive tempus.

v. 30. Καὶ ἔστη Φινεὲς, καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις.

Ὅτε ἀνεῖλεν τὴν Ἀμμανίτιν μετὰ τοῦ πορνεύσαντος· διδάσκει δὲ ἡμᾶς ὁ λόγος πόσον δύναται ἑνὸς ἀνδρὸς εὐσέβεια πρὸς Θεόν.

v. 30. *Et stetit Phinees, et placavit, et cessavit calamitas.*

Quando confodit Ammonitidem cum fornicatore: quæ scriptura docet nos quantum valeat apud Deum unius viri religio.

v. 32. Καὶ ἐκακώθη Μωυσῆς δι' αὐτούς.

Ἀντὶ τοῦ προσέκρουσε Θεῷ.

v. 32. *Et vexatus est Moyses propter eos.*

Id est, clamavit Deo.

v. 34. Οὐκ ἐξωλόθρευσαν τὰ ἔθνη ἃ εἶπε Κύριος αὐτοῖς.

Ὁ ἀποθέμενος τὰ πάθη, οὗτος ἐξωλόθρευσεν τὰ ἔθνη ἃ εἶπε Κύριος.

v. 34. *Non disperdiderunt gentes quas dixit Dominus illis.*

Qui dejicit voluptates, ille disperdit gentes quas renunciavit Dominus.

v. 45. Καὶ ἐμνήσθη τῆς διαθήκης αὐτοῦ, καὶ μετεμελήθη κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ.

v. 45. *Et memor fuit testamenti, et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.*

v. 23. Vat. 5. Exod. XXXII, 32. cf. Athanas. Theodoret. et pseudo Chrysost.

v. 26. Vat. 4. Rectius Origenes ad clavem Melitonis quam habuit, se retulisset.

v. 28. Vat. 5. cf. eumdem Athanasium.

v. 30. Vat. 5. Num. XXV, 7. alias Μαδιανίτιν cod. Ἀμμανίτην.

v. 32, 34. Vat 5.

v. 45. Vat. 4, 6. Scholium transiit ad Theodoretum et pseudo-Chrysostomum.

Διὰ γὰρ τὰς πρὸς πατέρας ἐπαγγελίας τὸν ἔλεον ἐχορήγησεν· μεταμέλειαν δὲ καλεῖ τῆς παιδείας τὴν παῦλαν. Ὁ γὰρ Θεὸς τῆς μεταμελείας οὐκ ἔχει τὸ πάθος, οὐδὲ νῦν μὲν τούτοις, νῦν δὲ ἐκείνοις ἀρέσκεται, ἀλλὰ σοφῶς ἅπαντα πρυτανεύων, καὶ παιδείας ἐπάγει καὶ φιλανθρωπίαν ὀρέγει.

Ob ea quæ patribus pollicitus est, misericordiam erogavit. Pœnitentiam autem vocat disciplinæ defectum. Deus enim non capit pœnitentiæ affectum, neque modo hæc, illa modo placita habet, sed sapienter omnia providens, et correctionem adhibet, et benignitatem impertitur.

v. 47. Καὶ ἐπισυνάγαγεν ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐθνῶν· τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ. τοῦ ἐγκαυχᾶσθαι ἐν τῇ αἰνέσει σου.

Τούτους συνάγει ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ὁ Θεὸς οὓς ἀφίστησιν ἀπὸ κακίας καὶ ἀγνωσίας. — Ὁ Κύριος ἡμῶν ἡ αἴνεσίς ἐστιν, εἴ γε ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.

v. 47. *Et congrega nos de gentibus, ut confiteamur nomini tuo, et gloriemur in laude tua.*

Hos Deus de gentibus colligit, quos amovet ab improbitate et ab ignorantia. — Dominus nostra laus est: « Si quis gloriatur, in Domino glorietur. »

v. 47, Vat. 5. II. Cor. x, 17.

Psalmus CVI.

v. 3. Καὶ ἐκ τῶν χωρῶν συνήγαγεν αὐτοὺς ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν καὶ βοῤῥᾶ καὶ θαλάσσης.

Ὁ μὲν ἀπὸ ἀνατολῶν ἐξελθών, οὗτος πέπαυται τοῦ ἐπιθυμεῖν καὶ ὀργίζεσθαι, ἀπαθὴς γεγονώς. Ὁ δὲ ἀπὸ δυσμῶν συναχθείς, ἀπέχεται μοιχείας καὶ φόνου καὶ τῶν κατ' ἐνέργειαν τέως ἁμαρτιῶν. Εἰ δέ τις τοῦ βοῤῥᾶ καὶ τῆς θαλάσσης ἀπήλλακται, οὗτος ἐν ἀληθέσι δόγμασιν ὤν, οὐκέτι περιφέρεται παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας, οὐδὲ περὶ τὴν πίστιν ναυαγεῖ, κυβέρνησιν θείαν κτησάμενος διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ.

v. 3. *Et de regionibus congregavit eos, ab Oriente et Occasu, et ab Aquilone et mari.*

Ab *Oriente* egressus est qui ab œstu carnis et iræ quievit, cupidinum liber. Ab *Occidente* autem congregatus est, qui abstinet se a moechia et homicidio, et quibuscumque peccatorum actibus. Si quis vero remotus est *ab Aquilone et mari,* ille stans in veris dogmatibus, jam non circumfertur omni vento doctrinæ, neque circa fidem naufragatur, ut qui per gratiam Christi divinum adeptus sit gubernaculum.

v. 4. Ἐπλανήθησαν ἐν τῷ ἐρέμῳ ἀνύδρῳ, ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου οὐχ εὗρον.

Οὐ γὰρ ἦν ἐν αὐτοῖς πολιτεία χρηστή, ἀλλ' ἦσαν ἐν πλάνῃ πολλῇ.

v. 5. Πεινῶντες καὶ διψῶντες, ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλιπεν.

v. 4. *Erraverunt in deserto, viam civitatis habitaculi non invenerunt.*

Haud enim erat illis honesta vitæ ratio, sed errore multo fallebant.

v. 5. *Esurientes et sitientes anima eorum in ipsis defecit.*

Ps cvi, v. 3. Vat. 5. De vaticano B silendum usque ad ps. cxxxvi, ob ingentem et luctuosam codicis lacunam. Legere aliquis maluerit ἐπιθυμεῖν καὶ ὀρέγεσθαι. Eph. iv, 14. 1 Tim. 1, 19.

v. 4, Vat. 5. Scholiolum recepit vulgatus Athanasius.

v. 5. Vat. 5. Ps. cIII, 15, cum Joan. iv, 13. conferatur.

Οὐδὲ γὰρ εἶχον ἄρτον τὸν στηρίζοντα καρδίαν αὐτῶν, οὐδὲ τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν, περὶ οὗ λέγεται· Ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψώσει εἰς τὸν αἰῶνα.

Neque enim habebant panem qui confortet cor eorum, aut aquam vivam de qua dictum est: « Qui bibit ex hac aqua, quam ego dabo illi, non sitiet in æternum. »

v. 6. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον, ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς.

v. 6. *Et clamaverunt ad Dominun, cum tribularentur.*

Καθὸ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἱκετείας ἀνέφερον οἱ προφῆται.

Quemadmodum super eos prophetæ supplicum vota tulerunt.

v. 7. Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν, τοῦ πορευθῆναι εἰς πόλιν κατοικητηρίου.

v. 7. *Et deduxit eos in viam rectam, ut irent in civitatem habitationis.*

Πόλις κατοικητηρίου ἐστὶν ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ.

Civitas habitationis est cognitio Dei.

v. 10. Καθημένους ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, πεπεδημένους ἐν πτωχείᾳ καὶ σιδήρῳ.

v. 10. *Sedentes in tenebris et umbra mortis, compeditos in mendicitale et ferro.*

Καθὸ φῶς ἐστιν ὁ Κύριος, ἐξάγει ἡμᾶς ἐκ σκότους· καθὸ δὲ ζωή, ἐκ σκιᾶς θανάτου· καὶ πάλιν ὡς δυνατός, διαῤῥήξει δεσμούς. — Κάθηνται μὲν ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου οἱ ἀγνοίᾳ συζῶντες· πεπέδηνται δὲ σιδήρῳ οἱ ἐν κακίᾳ διάγοντες.

Qua lumen est Dominus, nos eruit ex tenebris; qua autem vita, ex umbra mortis. Insuper uti potens, vincula disrumpet. Sedent quidem in tenebris et umbra mortis qui vivunt in ignorantia; ferro autem compediti sunt, qui in malitia manent.

v. 11. Ὅτι παρεπίκραναν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν βουλὴν τοῦ Ὑψίστου παρώξυναν.

v. 11. *Quia exacerbaverunt eloquia Dei, et consilium Altissimi irritaverunt.*

Βουλὴ Κυρίου λέγεται φύσις ἁγία, ἡ παροξυνομένη ἐπὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν.

Consilium Domini nuncupatur natura sancta, quæ exacerbatur auper peccatores.

v. 12. Καὶ ἐταπεινώθη ἐν κόποις ἡ καρδία αὐτῶν, ἠσθένησαν, καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν.

v. 12. *Et humiliatum est in laboribus cor eorum; infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret.*

Οἱ ἐν κοσμικοῖς κόποις, ταπεινοῦνται τὴν καρδίαν· ἠσθήνησαν, ὡς καὶ τὸ παρὰ Παύλῳ· Πολλοὶ ἀσθενεῖς. Καί· Ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, καὶ τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε.

Qui in sæcularibus curis sunt, humiliantur corde; sunt infirmi, ut apud Paulum: « Multi debiles. » Et juxta illud: Debilibus occurrite, et infirmum in fide suscipite. »

v. 16. Ὅτι συνέτριψεν πύλας χαλκᾶς καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν.

v. 16. *Quia contrivit portas ferreas, et vectes ferreos confregit.*

Δεσμούς, πύλας χάλκᾶς, ἤτοι τὰς κακίας

Vincula, portas æreas sive nequitias

v. 6. Vat. 5.
v. 7. Vat 5.
v. 10. Vat. 5, 16.
v. 11. Vat. 5.
v. 12. Vat. 4. 1 Cor. xi, 30. Rom. xiv, 1.
v. 16. Vat. 5.

λέγει, ἢ τοὺς ἐνεργοῦντας αὐτὰς δαίμονας. Διὰ δὴ τοῦ μοχλοῦ τὸ δυσκαμπὲς πρὸς τὴν ἀρετὴν τοῦ ἡγεμονικοῦ δεδηλῶσθαι νομίζου.

dicit, vel dæmones illarum opifices. Sane per vectes cogita signari arduum opus summæ rationis ad virtutem capessendam.

v. 18. Πᾶν βρῶμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν, καὶ ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου.

v. 18. *Omnem escam abominata est anima eorum, et appropinquaverunt usque ad mea portas mortis.*

Βρῶμα τοῦ νοητοῦ ἄρτου φησί. — Πύλας θανάτου, σκιὰν θανάτου καὶ σκότος τὴν εἰδωλολατρείαν φησί.

Escam ait spiritualem panem; portas vero mortis et umbram mortis et tenebras dicit idololatriam.

v. 20. Ἀπέστειλε τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν.

v. 20. *Misit Verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de corruptelis eorum.*

Ἰάσατο αὐτοὺς ὁ Λόγος κατὰ τὴν ἐπίνοιαν ἰατροῦ· ἐῤῥύσατο, ἀναιρέσει νομικῆς λατρείας,

Sanavit eos Verbum, juxta medici peritiam; eripuit, sublato legis cultu.

v. 21, 22. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ Κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ἐξαγγελλάτωσαν τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει.

v. 21, 22. *Confiteantur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum; et annuntientur opera ejus in exsultatione.*

Ὁ τοὺς περὶ προνοίας ἐπιστάμενος λόγους, οὗτος δοξάζει τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου. — Ἐξαγγέλλει δὲ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει, καὶ πᾶς ὁ τὰ εἰς αὐτὸν γινόμενα ἐξαγγέλλων, καὶ πεῖραν ἐσχηκὼς τῆς αὐτοῦ ἐργασίας, οὐχ ὁ ἁπλῶς τὰ ἑτέροις γενόμενα διηγούμενος.

Qui probe novit rationes providentiæ, ille misericordias Domini glorificat. — Annuntiat autem opera ejus in exultatione, quicumque etiam erga se ipsum acta prædicat, et experimentum fecit illius beneficentiæ, non vero ille qui tantum opera in cæteris facta enarrat.

v. 23. Οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ποιοῦντες ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς.

v. 23. *Qui descendunt in mare, in navibus, negotiantes in aquis multis.*

Παραβολικῶς ταῦτα τέθεικεν ὁ προφήτης· λέγει δέ τοῦτο, ὅτι καθάπερ οἱ ναυτιλλόμενοι, καὶ τὰ μεγάλα διαπερῶντες πελάγη, διαφερόντως τὰς θείας μεγαλουργίας ὁρῶσι· κλύδωσι μὲν χαλεπῶς περιπίπτοντες, παρὰ πᾶσαν δὲ ἀνθρωπίνην ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἀπολαύοντες· οὕτως καὶ Ἰουδαῖοι ταῖς συμφοραῖς ἐκείναις περιπεσόντες, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀπειληφότες, τὴν θείαν κατέμαθον δύναμιν. Καὶ μὲν δὴ καὶ πάντες ἄνθρωποι τὴν ξένην τῶν πραγμάτων ὁρῶντες με-

Fictitio more proposuit hæc propheta, id vero asserit: scilicet, quemadmodum qui navigant, et magna emetiuntur æquora, multifariam Dei portenta speculantur, nunc procellis ægre circumjactati, nunc præter omnem hominum spem incolumitate gaudentes; ita Judæi et hisce calamitatibus convoluti, et libertatem adepti divinam virtutem scite experti sunt. Omnes enimvero homines, quicumque inexpectatam cernunt re-

v. 20, Vat. 5.
v. 21, 22. Ibid.
v. 23. Vat. 5, 16. Scholii partem priorem excepit Theodoretus, ultima vero pseudo Chrysostomus, inter spuria Montefalconii. cf. Matth. VIII, 25, 26.

ταβολήν, καὶ τῆς προτέρας [συμφορᾶς] τὴν παῦλαν, καὶ τῶν ψυχῶν τὴν γαλήνην, καὶ τῆς ἀναστάσεως τὸν λιμένα, τὸν τούτων θαυμάζουσι χορηγόν. — Ἢ καὶ περὶ τῶν ἀποστόλων φησὶν, ὅτε [ἐβόων]· Καὶ ἐλέησον, Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα. Καὶ ἐπετίμησεν τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.

v. 28, 29. Καὶ ἐκέκραξαν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκαίων αὐτῶν ἐξήγαγεν αὐτούς. Καὶ ἐπέταξε τῇ καταιγίδι, καὶ ἔστη εἰς αὔραν, καὶ ἐσίγησαν τὰ κύματα αὐτῆς.

Τρίτον τὸ ἐκέκραξα λέγεται, καὶ ὁ ἑξῆς στίχος, ἐπὰν κραξάντων ἡμῶν πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι [ἵνα] ἐπακούσας ῥύσηται ἡμᾶς ἐκ τῶν ἀναγκῶν ἡμῶν, καὶ στήσῃ τὴν τῶν πειρασμῶν καταιγίδα εἰς αὔραν, καὶ ἡσυχάσῃ τὰ καθ' ἡμῶν κύματα τοῦ βίου. — Εἰ τὰ κύματά εἰσιν οἱ πειρασμοὶ, τῶν δὲ πειρασμῶν οἱ μὲν ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς βλασφημεῖν εἰς τὸν Θεὸν, οἱ δὲ καὶ εἰς ζῶντας καὶ εἰς νεκροὺς ἐξαμαρτάνειν, καλῶς οὖν λέγεται τὰ κύματα ἀναβαίνειν ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ καταβαίνειν ἕως τῶν ἀβύσσων· τινὲς δὲ ταῦτά φασιν ὑπερβολικῶς λαλεῖν τὸν Δαυίδ.

v. 30. Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐπὶ λιμένα θελήματος αὐτῶν.

Λιμὴν μὲν ψυχῆς ἡ ἀπαθεία· λιμὴν δὲ νοῦ, γνῶσις σωμάτων καὶ ἀσωμάτων.

v. 33. Ἔθετο ποταμοὺς εἰς ἔρημον.

Οὗτοι οἱ ποταμοί εἰσιν περὶ ὧν εἶπεν ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· Οἳ καταστρέφονται οἶκον τοῦ μωροῦ τοῦ οἰκοδομήσαντος ἐπὶ τῆς ψάμμου.

v. 34. Γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ.

Ὅσον ἐκ τοῦ ῥητοῦ, γινώσκομεν ὅτι οὐ καρποφορεῖ πολλάκις ἡ γῆ διὰ τὴν κακίαν τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ.

v. 28, 29. Vat. 5.
v. 30. Vat. 4. 5.

rum mutationem, et prioris calamitatis improbitatem, et animarum tranquillitatem, et resurrectionis portum, horum auctorem munificum demirantur. — Vel hoc de apostolis dicit clamantibus: « Et miserere, Domine; salva nos, perimus. Et imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna. »

v. 28,29. *Et clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur, et de necessitatibus eorum eduxit eos, et procellæ imperavit, et stetit in aura, et siluerunt fluctus ejus.*

Ter dicitur *clamari,* etiam in versu sequenti, cum nos clamamus ad Dominum in angustiis, ut exaudiens nos, eruat ex necessitatibus, et in auram componat tentationum tempestatem, et compescat vitæ fluctus in nos tumentes. — Si fluctus tentationes sunt, quarum aliæ nos ad blasphemiam in Deum vi compellunt, aliæ ad peccandum tam in viventes quam in mortuos, recte dicuntur fluctus qui ascendunt ad cœlos usque, et descendunt usque ad abyssos. Sunt vero qui volunt hæc apud David hyperbolico modo dici.

v. 30. *Et deduxit eos in portum voluntatis eorum.*

Portus quidem animæ est immunitas affectuum: portus vero mentis, cognitio corporum et spirituum.

v. 33. *Posuit flumina in desertum.*

Hæc flumina sunt de quibus Salvator in evangeliis ait: subvertunt domum stulti, qui ædificavit in arena.

v. 34. *Terram fructiferam in salsuginem, a malitia inhabitantium in ea.*

Quantum ad litteram, sæpe novimus terram non fructiferam esse ob malitiam habitantium in ea.

v. 33. Vat. 5. Matth. VII, 26, 27.
v. 34. Vat. 5.

v. 37, 38. Καὶ ἔσπειραν ἀγροὺς, καὶ ἐφύτευσαν ἀμπελῶνας, καὶ ἐποίησαν καρπὸν γεννήματος, καὶ εὐλόγησεν αὐτούς.

Οἱ ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταβάλλοντες διὰ τὰς τῶν ἀποστόλων παραδόσεις, ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων κατασπείρουσι ψυχαῖς, φυτεύουσί τε ἀμπελῶνας, τὰς ἁπανταχοῦ γῆς ἐκκλησίας. Οὐ πάντες οἱ γεωργοῦντες καρποὺς αἰσθητοὺς, εὐλογοῦνται, ἀλλ' οἱ ποιοῦντες καρποὺς πνευματικούς· ὁ γαρ καρπὸς τοῦ πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χάρα, εἰρήνη, μακροθυμία, πίστις, πραΰτης, ἐγκρατεία.

v. 40. Καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς ἐν ἀβάτῳ καὶ οὐχ ὁδῷ.

Οἱ Ἰουδαῖοι παρῃτήσαντο τὴν ἐφ' ἣν ἐκλήθησαν, εὐθεῖαν ὁδόν· πλάνην μὲν γὰρ ὁ Θεὸς οὐκ ἐπάγει, τοὺς δὲ μὴ πειθομένους ἀκυβερνήτους ἐᾷ, καὶ πανταχοῦ πλανῶνται, τὸν ὁδηγοῦντα ἀποβαλόντες. Ὁ δὲ Σύμμαχος μελλητυκῶς, οἷον· καὶ πλανήσει αὐτοὺς ἐν ματαιότητι διανοίας.

v. 41. Καὶ ἐβοήθησαν πένητι ἐκ πτωχείας, καὶ ἔθετο ὡς πρόβατα πατριάς.

Τίς δὲ ὁ βοηθηθεὶς πένης; ὁ ἐξ ἐθνῶν λαός· τῇ γὰρ τοῦ Χριστοῦ πτωχείᾳ ἡμεῖς ἐπλουτίσθημεν· πατριὰν δὲ ὀνομάζει τὸ σύστημα τῶν τὸν θεῖον κατάλογον συμπληρούντων, τουτέστι συντελούντων. [Ὁ μὲν Ἀκύλας· Θήσει ὡς ποίμνιον συγγενείας]. Ὁ δὲ Σύμμαχος· Τάξει ὡς ποίμνια τὰς συγγενείας, τὰς κατὰ πόλεις καὶ χώρας ἐκκλησίας, ἐκ διαφόρων συνεστῶσας συγγενειῶν. Ταῦτα δὲ μέλλοντα ἔσεσθαι οὔ πως δὲ κατὰ τὸν ἐν ᾧ προυφήτευσε καιρὸν, ὄντα προεθέσπισεν. Διό φησιν·

v. 37, 38. *Et seminaverunt agros, et plantaverunt vineas, et facerunt fructum secundum genus, et benedixit eos.*

Qui a deterioribus ad meliora alios revocant, juxta apostolorum traditiones, in hominum animabus seminant, et plantant vineas, ecclesias per universam terram conditas. — Non omnes qui habent fructus visibiles, benedicuntur, sed qui faciunt fructus spirituales: fructus autem spiritus sunt charitas, gaudium, pax, magnanimitas, fides, mansuetudo, temperantia.

v. 40. *Et errare fecit eos in invio et non in via.*

Judæi dereliquerunt rectam ad quam vocati fuerant viam. Etenim Deus non inducit errorem, sed eos qui ipsi non obediunt, sinit esse gubernaculo destitutos, et hi undecumque errant, cum viæ ducem rejecerint. Symmachus vero per futurum ait, nimirum: *Et errare faciet eos in vanitate cogitationis.*

v. 41. *Et adjuvit pauperem de inopia, et posuit sicut oves familias.*

Quis vero is pauper, qui adjutus est? Populus gentium. Christi enim paupertate nos divites facti sumus. *Familiam* autem vocat cœtum eorum qui in divinum catalogum cooptantur, id est qui perfectum illum efficiunt. [Aquila: *Ponet sicut ovile cognationes*], Symmachus vero: *Statuet sicut ovilia cognationes;* scilicet ecclesias per civitates ac regiones ex diversis cognationibus constantes. Hæc autem futura vaticinatus est, haud respectu ad tempus in quo hæc prædicit, sed præsentia auguratus, ideo addit:

v. 37, 38. Vat. 4, 5. Eadem fusius ornavit Didymus, quin tamen, id quod optaverim, magis perspicue declaraverit illud quod habet: διὰ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως. Cæterum non semel Origenes alludit ad quasdam apostolorum διατάξεις, sive canones, sive traditiones.

v. 40. Vat. 4. Quæ conglobatim perstrinxit Heracleota, excerpsit vero Eusebius. Ad Hexapla cf. Field. II, 264, qui tantum ex syriaco in fine supplevit δι' ἀνοδίας. Unde disquirendum utrum melius sit pro διανοίας dividere et legere: δι' ἀνοίας.

v. 41. Vat. 5. In codd. nostris desideratur Aquila, qui toties solet præire, quoties sequitur: ὁ δὲ Σύμμαχος. cf. Eusebius ex quo Hexapla supplentur, consentiente Thodoreto apud Fiel. l. l.

v. 42. Ὄψονται εὐθεῖς, καὶ εὐφρανθήσονται· καὶ πᾶσα ἀνομία ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῆς.

Ὄψονται εὐθεῖς· τί ὄψονται; τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν. Τότε ἡμεῖς γενόμεθα πρόβατα, ὅταν ὁ Κύριος γένηται ποιμήν. Τὸν ἄνομον ἀνομίαν ὀνομάζει.

v. 42. *Videbunt recti et lætabuntur, et omnis iniquitas oppilabit os suum.*

Videbunt recti. Quid videbunt? Mutationem in melius. Tum nos oves efficimur, quum Dominus fit pastor. Iniquum vocat iniquitatem.

v. 42. Vat. 5.

Psalmus CVII.

v. 2. Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεός, ἑτοίμη ἡ καρδία μου· ᾄσομαι καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου.

Ἐπείπερ οὐ τοῦ τυχόντος ἐστιν ᾄδειν καὶ ψάλλειν, ἀλλὰ τοῦ καθαροῦ τῇ καρδίᾳ καὶ τεθαῤῥηκότος· τὸ γὰρ δὶς ἑτοίμη ἀναφέρεται, τὸ μὲν διὰ τὴν θεωρίαν, τὸ δὲ διὰ τὴν πρᾶξιν· καὶ διὰ μὲν τὴν θεωρίαν, τὸ ᾄσομαι· διά τὴν πρᾶξιν δὲ, τὸ ψαλῶ. Ἐν τῇ δόξῃ δέ τις γενόμενος, ᾀδέτω καὶ ψαλλέτω.

v. 3. Ἐξεγέρθητι, ψαλτήριον καὶ κιθάρα, ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου.

Τοῦ νοῦ μὲν σύμβολόν ἐστι τὸ ψαλτήριον, τῆς δὲ ψυχῆς ἡ κιθάρα. Καὶ νοῦς μὲν ἐγείρεται ἀποβάλλων ἄγνοιαν, ψυχὴ δὲ κακίαν. Ψυχὴν δὲ λέγω τὸ παθητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, ὅπερ ἐστὶ τὸ θυμικὸν καὶ τὸ ἐπιθυμικόν. — Ἀλλὰ καὶ οἷς ἀνετεἴλετο φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατοῦντες, ἐναρμονίως μελῳδοῦσι τῷ Σωτῆρι Θεῷ.

v. 5. Καὶ ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθειά σου.

Τὴν τοῦ Θεοῦ ἀλήθειαν αἱ λογικαὶ νεφέ-

v. 2. *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. Cantabo et psallam in gloria mea.*

Quoniam non est cujusque obvii et cantare et psallere, sed ejus qui purus corde est ac fidentissimus: inde bis *paratum* repetitur; semel pro speculatione, iterum pro actione: equidem respectu ad theoriam, dicitur *cantabo,* ad actionem vero *psallam.* Si quis autem in gloriam pervenit, ille cantet, ille psallat.

v. 3. *Exsurge, psalterium et cithara, exsurgam diluculo.*

Mentis symbolum est psalterium, animæ vero cithara. Atqui mens expergiscit, dum excutit ignorantiam: anima, dum malitiam. Dico autem animam, animæ partem qua sentit, videlicet qua irascitur et concupiscit. — Sed et quibus lux vera orta est, hi tamquam in die honeste ambulantes, canunt cum melodia salvatori Deo.

v. 5. *Et usque ad nubes veritas tua.*

Veritatem Dei cognoscunt spirituales

Pseudo Hieronymus. v. 2. *Paratum cor meum* etc. Paratus sum non solum opere, sed etiam sensu. *Paratum cor meum* in opere, hoc est in practice. Quoniam non solum corde et sensu, sed et in opera paratus sum, propterea et secundo dico.

Ps. cvii. v. 2. Vat. 5.
v. 3. Ibid. cf. Ps. xcvi, 11. Rom. xiii, 13. 1 Thess. iv, 11.
v. 5. Ibid. cf. Is. v, 6.

λαι γινώσκουσιν, αἷς ἐντέλλεται μὴ βρέξαι ἐπὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ὑετόν.

v. 6. Ὑψώθητι ὑπὸ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεός.

Ὅτε ὁ Χριστὸς εἰρηνοποίησε διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐπέφανεν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ, ὑψώθη ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα Κυρίου.

v. 8. Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ.

Ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ ἐστίν.

v. 10. Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου, ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐπιβαλῶ τὸ ὑπόδημά μου, ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν.

Εἰς πρόσωπον εἴη τοῦ Σωτῆρος, ὁ ταῦτα λέγων· ἐπεὶ μεταλαμβάνεται Ἰδουμαία εἰς τὰ γήϊνα, ἐρεῖ ἐπὶ τὴν γῆν καὶ τὰ γήϊνα τὴν πορείαν ποιήσεσθαι· σύμβολον γὰρ κεκαλυμμένον πορείας τὸ ὑπόδημα. Πάλιν μὲν γὰρ γυμνῇ τῇ πορείᾳ ἔχρητο, κτίζων, προνοούμενος· νῦν δὲ μετὰ σαρκὸς ἧς παράκειται, καὶ ὑπόδημα αὐτοῦ τυγχάνει. — Εἰ ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐξεβλήθη ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ἔξω, πόσῳ μᾶλλον οἱ ἀρχόμενοι δαίμονες ὑπ' αὐτοῦ.

v. 13. Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπων.

Ἡ σωτηρία τῆς λογικῆς φύσεως πνευματικὴ γνῶσίς ἐστι, διὸ καλῶς γέγραπται ὅτι παρὰ ἀνθρώπων σωτηρία ματαία ἐστίν.

nubes, quibus præcipitur ne pluant super peccatores.

v. 6. *Exaltare super cælos, Deus.*

Quando nempe Christus, sanguine crucis suæ, in pace composuit ea quæ sunt in terra, et ea quæ in cœlis, ac super totum orbem resplenduit in ecclesiis gloria Dei, exaltata est super cœlos et super terram gloria Domini.

v. 8. *Deus locutus est in sancto suo.*

Dei res est sanctus.

v. 10. *Moab olla spei meæ; in Idumæam projiciam calceamentum meum, mihi alieni subjecti sunt.*

Salvatoris in persona sit qui ita loquitur, data Idumeæ interpretatione quæ est *terrena,* asseverabit super terram futurnm esse suum iter. Signum enim arcanum ambulationis est calceamentum. Rursus nudo gressu processit, creando et providendo; nunc vero cum carne quo accingitur, etiam illi calceamentum accedit. — Si princeps hujus mundi a Salvatore foras ejectus est, quanto magis ab eodem ejicientur inferiora dæmonia.

v. 13. *Da mihi auxilium a tribulatione, et vana salus hominum.*

Salus naturæ spiritualis, scientia est, unde benedicitur, quoniam «ab hominibus salus vana est?»

v. 6. Vat. 4, ubi scholiolum additur, editum apud Theodoretum col. 1379. Neque velim omittas, jam memorari ab Origene, uti sæpe alibi, ecclesias in toto orbe sparsas. cf. Col. 1, 20.

v. 8. Vat. 5.

v. 10. Vat. 4, 5. Scholium respexit Didymus, aliisque verbis expressit. Prior codex multo plura obtulit, quæ tamen, uti jam apud Corderium III, 210, data Didymo, quin immo Eusebio et Pseudo Chrysostomo apud Montefalconium, tam ægre expunxi, ut temperare nequeam quin nonnulla latine subdantur: "Scio me audivisse sermonem in arcano traditum (λόγον ἐν ἀποῤῥήτῳ) a quodam Hebraeo, ad hæc loca: mystice enim dicebat, per proposita declarari generationem Christi secundum carnem, ex genere Moab assumptam per Ruth Moabitidem, ex qua etiam David rex genitus est: ex cujus semine secundum carnem oriundus est Christus Dei." cf. Joan. XII, 33. Aliud succurrit ex nostris *Analectis,* non silendum. In clave Melitoniana si quid nonnullis rugosam sannam ciet, erit fortasse ultima cap. II formula, quæ adjectitia facile haberetur, p. 12, n. 31: *Calciamenta Domini, mysterium incarnationis. In evangelio: Cujus non sum dignus* etc. Ecce illud consentaneum esse Hebræorum ἀῤῥήτοις traditionibus, nunc declaratur.

Psalmus CVIII.

v. 3. Καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με, καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν.

Λόγους μίσους ὠνόμασεν, ἤτοι τοὺς ἀπὸ μίσους προσφερομένους, ἢ τοὺς μισητοὺς ἡμᾶς ποιοῦντας παρὰ Θεῷ.

v. 4. Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾶν με, ἐνδιέβαλλόν με, ἐγὼ δὲ προσηυχόμην.

Ἐντεῦθεν γινώσκομεν ὅτι, τινὸς κατηγορουμένου ἡμᾶς, δεῖ προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, ἵνα μήποτε μνησικακίᾳ περιπεσόντες, ἐκκρουσθῶμεν ἀπὸ τῆς γνώσεως.

v. 7. Καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενέσθω εἰς ἁμαρτίαν.

Ὅταν αἰτῶμεν ἐπίγεια, καὶ οὐκ ἐπουράνια, ἡ προσευχὴ ἡμῶν γίνεται εἰς ἁμαρτίαν.

v. 8. Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι.

Αἱ ὑπὸ τοῦ νοητοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης γινόμεναι [οὐκ εἰσὶν ὀλίγαι]· περὶ γὰρ τοῦ Ἀβραὰμ ἔχει ὅτι ἀπέθανε πλήρης ἡμερῶν.

Καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος.

Τὸ περὶ τοῦ Ματθία φησίν· αὐτὸς γὰρ ἐλογίσθη εἰς τὸν κλῆρον. Τοῦτον τὸν στίχον ἐπὶ τοῦ Ἰούδα ὁ Πέτρος τέθεικεν ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων.

v. 9, 10. Γενηθήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ὀρφανοί, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ χήρα· ἐκβλήτωσαν ἐκ τῶν οἰκοπέδων αὐτῶν.

Ἔστιν ἔτι τῷ ῥητῷ καὶ οὕτως χρήσασθαι, ὅτι πᾶς ὁ διδάσκων, ὡς Ἰησοῦ τὰ ἀλλότρια αὐτοῦ, προδίδουσι τὸν Ἰησοῦν ὡς ὁ Ἰούδας· οὗ γυνὴ μὲν ἡ τῶν πονηρευομένων ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ ἐκκλησία, τέκνα δὲ ὁ καθ' ἕνα τῶν μαθητευομένων. Τὰ οὖν λεγόμενα περὶ γυναικὸς Ἰούδα καὶ τέκνων, τούτοις ἐφαρμώσεις. Ἰούδας μὲν ὁ κατὰ Ἰησοῦ παρὰ Ἰουδαίοις λόγος, γυνὴ δὲ ἡ συναγωγή, τέκνα δὲ ὁ καθεῖς ἐκ τῶν μισούντων Ἰησοῦν τοῦ λαοῦ. Καὶ τάχα νῦν ἐπώνυμοί εἰσιν, οὐκέτι τοῦ

v. 3. *Et sermonibus odii circumdederunt me.*

Sermones odii nuncupavit, quos videlicet odium profert, aut eos qui Deo nos odibiles reddunt.

v. 4. *Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam.*

Inde docemur, si quis nos accusat, oportere pro inimicis orare, ne unquam aspera injuriarum memoria abrepti, decutiamur a scientia.

v. 7. *Et oratio ejus fiat in peccatum.*

Quando petimus terrestria, non vero cœlestia, oratio nostra fit in peccatum.

v. 8. *Fiant dies ejus pauci.*

Non *pauci* sunt dies sub spirituali sole justitiæ transacti. De Abraham autem habetur quod obiit plenus dierum.

v. 8. *Et episcopatum ejus accipiat alter.*

Illud de Matthia ait: « Hic computatus est in sortem » : hunc ipsum versiculum de Juda Petrus apposuit in Actibus apostolorum.

v. 9; 10. *Fiant filii ejus orphani, et uxor ejus vidua, expellantur ex habitationibus eorum.*

Licet etiam hunc effatum in eo sensu usurpare, scilicet ut quicumque docet uti verba Jesu ea quæ illi aliena sunt, Jesu traditor est, uti Judas: cujus uxor quidem sit conventus eorum qui malignati sunt in verbo ejus; filii autem, singuli eorum qui ejus discipuli sunt. Ea ergo quæ dicuntur de Judæ uxore et filiis, ad hosce adulteros aptabis. Etenim Judas est sermo Judæorum adversus Jesum, mulier autem synagoga, tum filii

Ps. CVIII. v. 3. Vat. 4, 5.
v. 4. Vat. 5.
v. 7, 8. Vat. 4. cf. Act. Ap. 1, 15.
v. 9, 10. Vat. 4.

πατριάρχου Ἰούδα, ἀλλὰ τοῦ προδότου. Ἐξεβλήθησαν δὲ Ἰουδαῖοι ἐκ τῶν οἰκοπέδων αὐτῶν, ἅτινα ἦν Ἱερουσαλήμ.

v. 11. Ἐξερευνησάτω δανειστὴν πάντα ὅσα ὑπάρχει αὐτῷ, καὶ διαρπασάτωσαν ἀλλότριοι τοὺς πόνους αὐτοῦ.

Οἱ τὰ ὀκτὼ τάλαντα εἰληφότες, ὁ μὲν πέντε, ὁ δὲ δύο, ὁ δὲ ἓν, καὶ οἱ μίαν μνᾶν πεπιστευμένοι, ἐπὶ τῷ δανείζειν ταῦτα εἰλήφασιν, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· Ἔδει σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, καὶ ἑξῆς. ἀλλὰ καὶ ὁ δίκαιος ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει, καὶ ἐν ἐπαγγελίᾳ λέγεται· Δανείζει ἐν ἔθνεσι πολλοῖς. Κατὰ δὲ ταῦτα ζητήσεις, εἰ τῶν μὴ ἀποδιδόντων ἃ ἐδάνεισαν τό· ἐξερευνᾷ ὁ δανειστὴς πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ.

v. 12. Μὴ ὑπαρξάτω αὐτῷ ἀντιλήπτωρ, μηδὲ γενηθήτω οἰκτίρμων τοῖς ὀρφανοῖς αὐτοῦ.

Μηδεὶς ἐλεήσῃ τὰ ἐκ τῶν ἐπισπειρομένων ζηζανίων γεννήματα. Εἴ τις ἐξετάζοι ἃ πεπόνθασιν οἱ Ἰουδαῖοι μετὰ τὴν παρουσίαν Χριστοῦ, ὄψεται πῶς τῷ Ἰούδᾳ οὐχ ὑπῆρξεν ἀντιλήπτωρ, οὐδὲ ἐγεννήθη οἰκτίρμων τοῖς ὀρφανοῖς αὐτοῦ.

v. 14. Ἀναμνησθείη ἡ ἀνομία τῶν πατέρων αὐτοῦ ἔναντι Κυρίου, καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ ἐξαλειφθείη.

Πατέρας αὐτῶν καλεῖ τοὺς κατὰ διαφόρους καιροὺς δυσσεβήσαντας· μητέρα δὲ, τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾗ τῆς κατὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ μιαιφονίας ἐτολμήθη τὸ μῦσος. — Ἢ αὐτοῦ τοῦ λαοῦ [ἡ ἀνομία]· συνάπτει γὰρ τῷ προδότῃ τὸν παράνομον λαὸν, καὶ ἁμαρτίαν τῶν πατέρων φησὶ τὸ ἀποκτεῖναι τοὺς προφήτας, κατὰ τὸ εἰρημένον ἀπὸ Κυρίου, ὅτι πᾶν αἷμα δίκαιον ἐκχυθὲν ἀπὸ

singuli in populo Jesum odio habentes. Quin imo forte jam eponymi sunt, non a Juda patriarcha, sed a proditore oriundi. *Ejecti* porro fuere Judæi ex habitaculis suis quæ Jerusalem erant.

v. 11. *Scrutetur fœnerator omnem substantiam ejus, et diripiant alieni labores ejus.*

Homines qui octo talenta receperunt, unus quinque, alter duo, tertius unum, et illi qui mnam unam in mutuum habuerunt, has copias ad negotiandum acceperunt, ut patefit ex hoc: « Oportebat te mittere argentum ad nummularios, etc.» Sed et « justus tota die miseretur et commodat » et in promissione dicitur: « Fœnerabit in multis gentibus. » His præmissis, quæres utrum ad ea quæ in fœnore data sunt, nec restituuntur, respiciat illud: « *Scrutatur fœnerator omnem substantiam ejus.* »

v. 12. *Non sit illi adjutor, nec reperiatur qui misereatur pupillis ejus.*

Neminem misereat fruticum ex zizaniis suprasparsis pullulantium. Expendenti qualia Judæi, Christi post adventum, perpessi sint, obvium erit quomodo nec Judæ fuerit adjutor, neque opitulator pupillorum ejus.

v. 14. *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini, et peccatum matris ejus non deleatur.*

Patres eorum vocat impios, per varia tempora grassantes; matrem vero, illam Hierusalem, in qua ausum est portentum execrandum occidendi Christum Dominum. — Vel intelligit iniquitatem illius populi. Confert enim cum proditore scelestam plebem, patrumque recolit impietatem in nece prophetarum, juxta Domini maledictum, omnem sanguinem ju-

v. 11. Vat. 4. cf. Matth. xxv, 13-16. Luc. xix, 13. Ps. xxxvi, 26. Deuter xxviii, 12.

v. 14, 45 Vat. 4. cf. Theodoretum et Athanasium.

τοῦ Ἄβελ ἕως Ζαχαρίου τοῦ προφήτου ἐκδικηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης. Μητέρα δὲ τοῦ ἀσεβοῦς λαοῦ τὴν πονηρὰν ἐκείνην νοήσεις συναγωγὴν, τὴν πολλάκις παραπικράνασαν τὸν Θεόν. — Πατέρων ἀρετὴ πολλάκις καὶ πλημμελήσαντας ὀνήσει παῖδας, ὡς τοὺς Ἰουδαίους τοῦ Ἀβραὰμ ἡ πίστις· πονηρία δὲ πατέρων τοῖς ὁμοίοις παισὶν ἐπάξει τὴν τιμωρίαν. Τοῦτο τοίνυν αἰνίττεται ὁ προφητικὸς λόγος, ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι τὴν πανολεθρίαν ὑπομείναντες πρὸς ταῖς οἰκείαις ἀσεβείαις, καὶ τῇ μνήμῃ τῶν πατρῴων κακῶν φανήσονται βδελυρότεροι.

v. 15. Γενηθήτωσαν ἐναντίον Κυρίου διαπαντὸς, καὶ ἐξολοθρευθείη ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν.

Ἀντὶ τοῦ· Ταῦτα, φησὶ, τὰ ὑπ' αὐτῶν τολμήματα παράνομα ἀεὶ θεώμενος ὁ Θεὸς, οὐδεμίας αὐτοὺς ἀξιώσει φείδους, ἀλλὰ πανολεθρίᾳ παραδώσει· ἐξολοθρεύθη γὰρ ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον τῶν ἀρχόντων ἐκείνων, τῶν κατὰ τοῦ Κυρίου συστάντων, ὡς μηδὲ σπέρμα αὐτῶν εἰς μνημόσυνον μεῖναι.

v. 17. Καὶ ἠγάπησε κατάραν, καὶ ἥξει αὐτῷ, καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

Εἰ τῷ ἀγαπῶντι τὴν κατάραν ἔρχεται ἡ κατάρα, δηλονότι καὶ τῷ ἀγαπῶντι τὴν ἐνλογίαν, ἔρχεται ἡ εὐλογία. — Καὶ πάλιν, εἰ τῷ μὴ θέλοντι τὴν κατάραν, οὐκ ἔρχεται ἡ εὐλογία, καὶ τῷ μὴ θέλοντι τὴν καταρὰν, οὐκ ἔρχεται ἡ κατάρα. Καὶ τίς θέλει ἐλθεῖν αὐτῷ κατάραν; Οὐδεὶς μὲν τῷ λόγῳ, πλὴν δὲ δι' ὧν πράττουσι, θέλουσι τὴν κατάραν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ ἔθελον, οὐκ ἄν τι τῶν κατάρας ἀξίων κατειργάσαιντο. Καὶ ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τοῦ θέλειν τὴν εὐλογίαν νοητέον· οὐ γὰρ ὁ λόγῳ θέλων τὴν εὐλογίαν, οὗτος εὐλογεῖται, ἀλλ' ὁ παρέχων ἑαυτὸν ἄξιον τῆς εὐλογίας Κυρίῳ δι' ἔργων ἀγαθῶν.

v. 19. Καὶ ἐνεδύσατο κατάραν, ὡς ἱμάτιον.

stum ab Abel usque ad Zachariam prophetam ulciscendum esse in hac generatione. Porro matrem impii populi scies improbam illam esse synagogam, quæ sæpissime Deum exacerbavit. — Patrum virtus multoties profuit nefariis quoque filiis, sicut Judæis Abrahæ fides. Improbitas autem patrum similibus posteris invehet castigationem. Atqui propheticus sermo hoc monet, Judæos, internecionem excidii quum sustinuerint ex propriis sceleribus, impietate aperta superavisse vel memorata patrum flagitia.

v. 15. *Fiant contra Dominum semper, et dispereat de terra memoria eorum.*

Ac si dixerit: tanta quæ ausi sunt, tamque nefanda semper contemplatus Deus, nulla eos venia dignos censebit, sed ad excidium usque pessum dabit. Deletum prorsus a terra est monimentum horum principum, qui adversum Christum astiterunt, ut neque etiam in memoria supersit eorum semen.

v. 17. *Et dilexit maledictionem, et veniet ei; et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo.*

Si diligenti maledictionem, anathema venit, proinde amanti benedictionem, benedictio occurrit. — Et iterum si ad eum qui non vult benedictionem, non venit benedictio, ita ad nolentem maledictionem, maledictio non accedit. Ecquis vult ad eum venire anathema? Nemo sane ex verbo, verum multi per facta volunt maledictionem. Si enim aliter vellent, minime eniterentur in ea quæ maledicto digna sunt. Ac similiter sentiendum de illo qui vult benedictionem, benedicetur, sed qui se per bona opera præstat dignum Domino benedici.

v. 19. *Et induit maledictionem sicut vestimentum.*

v. 17. Vat. 5.

v. 19. Vat. 16. In fine cod. inepte miscet et pluries ἐνδύειν una cum ἐκδύειν. Cf. Rom. XIII, 14. Gal. III. 27. Ephes. IV, 24.

Εἰ ἐνδύονται κατάραν, ὡς ἱμάτιον, οἱ λαλοῦντες πονηρὰ κατὰ τῆς ψυχῆς τοῦ Σωτῆρος, οἱ δὲ αἱρετικοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες πονηρὰ κατὰ τῆς ψυχῆς τοῦ Χριστοῦ, ἀναιροῦντες αὐτὸν, ἄρα ἐνδύσονται κατάραν, ὡς ἱμάτιον, καὶ διπλοΐδα αἰσχύνην αὐτῶν. — Ὥσπερ τοὺς Χριστὸν ἐνδυσαμένους διὰ τῶν κακῶν ἐκδύει ὁ Σατανᾶς, οὕτως καὶ τοὺς κατάραν ἐκδυσαμένους διὰ τῶν ἀρετῶν ἐνδύει ὁ Χριστός.

Si induunt maledictionem, sicut vestimentum, qui loquuntur prava adversus animam Salvatoris, et si hæretici sunt qui prava in animam Christi dicunt, destruentes eum, iidem ergo induent maledictionem sicut vestimentum, et sicut diploida confusionem suam. — Quemadmodum qui Christum induerunt, Satanas eos per pessima opera exuit, ita et qui maledictionem exuerunt, eos Christus per virtutes vestit.

v. 22. Καὶ ἡ καρδία μου τετάρακται ἐντός μου.

Εἰ καὶ τετάρακταί μου ἡ καρδία, ἀλλ' οὐχ ὥστε μου καὶ ἔξωθεν φθάσαι τὴν ταραχὴν αὐτῆς ἐπὶ λόγον ἢ πρᾶξίν μου· τοιοῦτόν ἐστιν καὶ τό· Πρὸς ἐμαυτὸν ἡ ψυχή μου ἐταράχθη.

v. 22. *Et cor meum conturbatum est intra me.*

Etiamsi turbatum sit cor meum, haud tamen ita ut hæc mea extra me turbatio erumpat in verba aut actus meos: simile est illud: « Ad me ipsum anima mea turbata est. »

23, 24. Ὡσεὶ σκιὰ ἐν τῷ ἐκκλῖναι αὐτὴν, ἀντανηρέθην, ἐξετινάχθην ὡσεὶ ἀκρίδες. Τὰ γόνατά μου ἠσθένησαν ἀπὸ νηστείας.

Τὸ σφοδρὸν τῆς ἐπιβουλῆς τῶν ἀδικησάντων λέγει, τὴν κακουχίαν τὴν ἄφατον, καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ πάλιν γενομένην ἐν τοῖς τοιούτοις σπουδήν. Τὰ γόνατά μου, φησίν, ἠσθένησαν ἀπὸ νηστείας. Ὁρᾷς αὐτὸν οἷα κατασκευάζει ὅπλα πρὸς τὰς ἐπιβουλὰς καὶ πρὸς τὴν τοῦ αὐχμοῦ κακουχίαν, διὰ τούτων τὸν θάνατον παρεδήλωσε· σκιᾷ γάρ, φησί, κλιθείσῃ καὶ ἀναιρεθείσῃ, παραπλησίως ἐδεξάμην τοῦ βίου τὸ τέλος· ἀλλὰ καὶ δίκην ἀκρίδων ὑπὸ ἀνέμων ῥιπτομένων. καὶ τῇδε κἀκεῖσε περιφερομένων, ἀεὶ διετέλεσα. — Ἀπὸ νηστείας, ὅτε τεσσαράκοντα ἡμέραις ἐνήστησε καὶ τεσσαράκοντα νυξί.

v. 23, 24. *Sicut umbra cum declinat, ablatus sum, excussus sum ut locustæ; genua mea infirmata sunt a jejunio.*

Vehementiam insidiarum ab adversariis asserit, dictu incredibilem nequitiam, ac simul inter hæc suam sollicitudinem. *Genua mea,* inquit, *infirmata sunt a jejunio.* Intueris eum, qualia sibi arma comparet adversus insidias et contra molestam vim turbinis, per quæ mortem designavit. Umbræ enim instar, ait, quæ inclinatur et evanuit, similiter vitæ finem obivi, immo et sicut jactatæ locustæ et huc illuc vento dissipatæ, ita semper vixi. — *A jejunio infirmata sunt,* qunado per quadraginta dies et quadraginta noctes jejunavit.

v. 25. Εἴδοσάν με, ἐσάλευσαν κεφαλὰς αὐτῶν.

Τοῦτο γέγονε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ· ἐκίνουν γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τὰς κεφαλὰς αὐτῶν λέγοντες· Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι.

v. 25. *Viderunt me, moverunt capita sua.*

Quod accidit in tempore crucis. Movebant enim Judæi capita, dicentes: « Alios salvos fecit, semet salvum facere non potest. »

v. 22. Vat. 4. Ps. vi, 4. Vix non respicit Apollinaristas scholium v. 27, f. non genuinum.

v. 23, 24. Vat. 4. cf. Matth. iv, 5,

v. 25. Ibid. cf. Theodoret. Matth. xxvii, 42.

v. 29-31. Ἐνδυσάσθωσαν οἱ ἐνδιαβάλλοντές με ἐντροπὴν, καὶ περιβαλέσθωσαν ὡς διπλοΐδα αἰσχύνην αὐτῶν. Ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ σφόδρα ἐν τῷ στόματί μου, καὶ ἐν μέσῳ πολλῶν αἰνέσω αὐτόν· ὅτι παρέστη ἐκ δεξιῶν πένητος, τοῦ σῶσαι ἐκ τῶν καταδιωκόντων τὴν ψυχήν μου.

Ἐντροπὴν ἐνδύονται οἱ ἐνδιαβάλλοντες τὸν δίκαιον. — Ὁ μὲν Σαμουὴλ ἐνδύεται διπλοΐδα, ἣν πεποίηκεν αὐτῷ ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ ἐνδύονται διπλοΐδα αἰσχύνην αὐτῶν. — Ἡ ἐξομολόγησις τὴν εὐχαριστίαν σημαίνει, ἣν ποιεῖται διὰ τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων ἐθνῶν· κεφαλὴ γὰρ τῆς ἐκκλησίας τυγχάνων, τὸν αὐτῆς οἰκειοῦται ὕμνον. — Παρέστη δὲ Πατὴρ ἐκ δεξιῶν Υἱοῦ τοῦ πτωχεύσαντος, ἀχώριστον τὴν οἰκίαν ποιησαμένου, διὰ τὴν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὴν ἀνθρωπότητα ἕνωσιν, κἂν συνεχώρει τὸ πάθος, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ τὸ τοῦ κόσμου σωτήριον γίνεσθαι ἔμελλεν. Ἀντὶ δὲ τούτων ἁπάντων ἀμοιβὰς ἀνατίθεται τῷ Θεῷ, τὴν ὑμνολογίαν, τὴν εὐχαριστίαν, τὸ παράπασιν ἀπαγγέλλειν αὐτοῦ τὰ κατορθώματα, τὸ ἐν μέσῳ θεάτρῳ κήρυκα γενέσθαι τῶν αὐτῷ ὑπαρξόντων. Τοῦτο γὰρ θυσία, τοῦτο προσφορὰ, τὸ τὰς εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ διὰ παντὸς ἐπὶ μνήμης φέρειν καὶ ἐγκολάπτειν τῇ διανοίᾳ, καὶ ἐπὶ στόματος ἀνακηρύττειν. — Εἴ τίς ἐστι δεξιὸς, οὗτος πάντως καὶ ἐν δεξιᾷ παρίσταται τῷ δικαίῳ· εἰ δέ τις ἐν δεξιᾷ παρίσταταί τινι, οὗτος οὐ πάντως ἐστὶ καὶ δεξιός· καὶ γάρ· Ὁ διάβολος, φησὶ, στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ.

v. 29, 31 *Induantur pudore qui detrahunt mihi, et operiantur sicut diploïde confusione sua. Confitebor Domino nimis in ore meo, et in medio multorum laudabo eum, quia astitit a dextris pauperis, ut salvam faceret a persequentibus animam meam.*

Confusione induuntur qui detrahunt justo. — Equidem Samuel vestitur ea diploïde, quam illi fecit superna Hierusalem, quæ est mater nostra. At peccatores circumcingunt pro diploïde ignominiam suam. — Confessio significat gratiarum actionem, quam (Christus) exigit pro gentibus in se credentibus. Caput enim quum sit Ecclesiæ, ejus sibi proprium vindicat hymnum. — Astitit autem Pater a dextris Filii, qui pauper factus, inseparabilem apud Patrem mansionem tenuit, tametsi propter unionem suam cum humanitate, pati eonsenserit, quoniam per passionem oportebat fieri salutem hominum. Pro omnibus hisce beneficiis Deo condignas rependit grates, hanc hymnologiam, hoc carmen eucharisticum; ut omnibus enuntiet sua exempla insignia, et fiat medio in orbis theatro eorum omnium præco, quotquot sui erunt. Hæc est enim victima, hæc hostia, agere semper memoriam beneficiorum Dei, et eam cogitationi insculpere, et eam ore proclamare. — Si quis dexter est, omnino ille stat a dextris justi: qui vero in alicujus dexteram assurgit, ille minime dexter est. Etenim dicitur: « Diabolus stet a dextris ejus. »

v. 29-31. Vat. 5. 1 Reg. II, 18, 19. Galat. IV, 26. Ps. CVIII, 6. Amanuensis Vat. 5. psalmi versiculos truncavit, tantum post ἐντροπὴν addens: ἐπὶ τοῦ τέλους τοῦ ψαλμοῦ.

Psalmus CIX.

v. 1-6. Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. – Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιών, κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. — Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου, ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. — Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. — Κύριος ἐκ δεξιῶν σου, συνέθλασε ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ βασιλεῖς. — Κρινεῖ ἐν τοῖς ἔθνεσι, πληρώσει πτώματα, συνθλάσει κεφαλὰς ἐπὶ γῆς πολλῶν.

Χάριτι Θεοῦ αὐτοῦ μὲν ἀκούει ὁ προφήτης ἃ εἶπε Χριστῷ, ἐν τοῖς πρώτοις δύο στίχοις καὶ τοῖς μετὰ τὸν τρίτον τέτταρσι· κινούμενος δὲ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, λέγει τὰ ἐκ προσώπου αὐτοῦ τρία στιχία τοῖς μετὰ τὸν ἕβδομον. Εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν τὸν Χριστὸν εἴρηται, τὸν μονογενῆ καὶ πρωτότοκον· πρωτότοκον μὲν κατὰ τὴν σάρκα, μονογενῆ δὲ κατὰ τὴν θεότητα· εἷς γὰρ σὺν ἀμφοτέροις καὶ Υἱὸς καὶ Κύριος. Ἐπιτρέπεται δὲ καθίσαι οὐχ ὡς μονογενής, κατὰ τοῦτο γὰρ συναΐδιος, ἀλλὰ ὡς πρωτότοκος καὶ κληρονόμος. Δηλωθέντος γὰρ διὰ τοῦ προλαβόντος ψαλμοῦ τοῦ πάθους, νῦν τὰ μετὰ τὴν ἀνάληψιν ὁ παρὼν προθεσπίζει.

v. 1-6. *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet tibi Dominus ex Sion. Dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum tuorum. Ex utero ante luciferum genui te. Juravit Dominus, et non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Dominus a dextris tuis: confregit in die iræ suæ reges. Judicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum.*

Ex gratia quidem a Deo ipsi concessa, propheta audit quænam Deus dixerit Christo, in duobus versiculis prioribus et in quatuor post tertium sequentibus. Motus autem a Spiritu sancto, ex ejus persona dicit tres versus qui septimnm excipiunt. Dicuntur respectu ad Dominum nostrum et Deum Christum, unigenitum et primogenitum; primogenitum quidem secundum carnem, unigenitum vero secundum divinitatem; unum porro in utrisque, et Filium et Dominum. Jubetur autem sedere, non tamquam unigenitus; nam secundum hoc, coæternus est: sed ut primogenitus et hæres. Quum enim in præcedente psalmo passio declarata fuerit, nunc mysteria post ascensionem præsens psalmus vaticinatur.

Ps. CIX. v. 1-6. Vat. 4. Macte, Adamantine! Quod non dicere videor ego, nec plaudere solus, sed Theodoretus, sed Heracleotes, sed alii, etiam veteres quoque anonymi, quot et qualescumque demum grandem illam theologiam passibus haud semper æquis secuti sunt. Equidem vetus anonymus corrasit verba: εἰς τὸν Κύριον... ἠγνόουν. Theodorus vero Heracleotes verba fere retinuit: μετέδωκε δὲ usque ad οὐκ ἔμελλεν ἔσεσθαι. Theodoretus autem tum eamdem seriem, nunc paraphrasi diffusam, nunc compendio contractam, tum cum anonymo alterum locum: οὐκ ἐκβαλλων usque ad ἠγνόουν. — Rei metricæ Hebræorum studiosi quærent decem στίχια sigillatim a solo Origene minutatim distincta; totum enim procemium alibi non comparet. Neque etiam licuit στίχους discernere juxta codicem B Vaticanum. Psalmus enim incidit in grandem lacunam de qua mox indolui. cf. Exod. III, 14. III Reg. XXII, 19. Math. XX, 22, 23.

Τοῦτο καὶ Πέτρος εἰς τὸν Κύριον ἐξελάβετο, καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, οὐκ ἐκβάλλων τὸ εἶναι υἱὸν τοῦ Δαυὶδ τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ τῷ ὁμολογουμένῳ τὸ ἀγνοούμενον προστιθείς· (Τὸ μὲν γὰρ εἶναι υἱὸν τοῦ Δαυὶδ τὸν Χριστὸν οἱ Φαρισαῖοι ἐγίνωσκον, ὅτι δὲ κύριος ἦν τοῦ Δαυὶδ ἠγνόουν). Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἀντὶ τοῦ· μετέδωκε τῷ Κυρίῳ μου ὁ Κύριος τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας, μετέδωκε δὲ διὰ τὴν σάρκα, τὴν μὴ ἔχουσαν τοῦτο πρὸ τούτου, οὐ διὰ τὴν θεότητα, τὴν ἐκ φύσεως τοῦτο κεκτημένην. Οὐδεὶς γὰρ τῷ ἔχοντι δίδωσι ἃ ἔχει· καὶ Ἰουδαίων γὰρ ψιλὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ὑπολαμβανόντων, ὡς ἐκ Δαυὶδ ἔδειξεν, αὐτὸς Κύριος ὢν διὰ τὴν θεότητα ἐν εὐαγγελίοις.

Τὸ δέ ἕως ἂν θῶ, οὐ κατὰ περιορισμὸν, ἀλλὰ κατὰ περιουσίαν λέγει, οὐ δὲ γὰρ ἕως τότε κάθηται, ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ ὑποκάτω, μετὰ δὲ τοῦτο τῆς τιμῆς ἐξίσταται· ἔδει γὰρ αὐτὸν μᾶλλον, τοῦ πολέμου ἐνεστῶτος, ἵστασθαι καὶ ἀγωνιᾶν, ἵνα καὶ ἀνθρωπίνως εἴπω, μετὰ δὲ τὴν νίκην κατῆσθαι. Ἀλλ' ὅπερ εἶπον, κατὰ περιουσίαν τοῦτο καὶ ἐπίτασιν λέγει, ὡς τό· Ἐγώ εἰμι, καὶ ἕως οὗ γηράσητε, ἐγώ εἰμι· οὐ γὰρ μετὰ τὸ γηρᾶσαι Ἰουδαίους, οὐκ ἔμελλεν ἔσεσθαι.

Εἰς τό· ἐκ δεξιῶν μου, ἐπεὶ ἔστι τι καὶ ἐξ εὐωνύμων τοῦ Θεοῦ, παραθησόμεθα ἐκ τῆς τρίτης τῶν βασιλειῶν ταῦτα· Εἶδεν Θεὸν Ἰσραὴλ καθήμενον ἐπὶ θρόνου αὐτοῦ, καὶ πᾶσα ἡ στρατειὰ τοῦ οὐρανοῦ εἱστήκει περὶ αὐτὸν ἐξ δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ ἀριστερῶν. Ἴδε εἰ δύναται τό· Κάθου ἐξ δεξιῶν μου εἰρῆσθαι, ὡς τό· Οὐχ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. Τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων, οὐκ ἔστιν ἐμὸν τοῦτο δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου. Εἴρηται δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι ὁ Θεὸς ἔχει δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ, ὁ ἀσχημάτιστος καὶ πάντα πληρῶν.

Idem quoque Petrus ad Dominum ascripserat et Salvator ipse, dum non excluderet Christum esse filium Davidis, sed sententiæ quam confitebantur, adjiciens quod ignotum erat, (illud namque, Christum esse Davidis filium, Pharisæi agnoscebant, sed eum esse Dominun Davidis, ignorabant) ait: *Sede a dextris meis,* in horum loco: Dominus Dominum meum participem fecit sedis a dextris; fecit autem participem secundum carnem, quæ id non habebat antea; non vero secundum divinitatem, quæ per naturam idipsum consequebatur. Nemo enim habenti dat id quod habet. Et dum Judæi simplicem eum hominem esse supponerent, ut Davidis filium, ostendit in evangeliis, se Dominum esse secundum divinitatem.

Illud autem *donec ponam,* vim non habet limitis definiti, sed in perpetua potestate dicitur. Haud enim ait usquedum eum sedere, donec ponantur inimici subtus, quo consecuto, excideret ab honore: immo decebat eum, dum certamen instaret, sistere, et in campo luctari (ut more hominum loquar), et post victoriam sedere. Sed quod jam dixi, jure potestatis et perpetuæ possessionis hoc vindicat, ut ibi: « Ego sum, et donec senueritis, ego sum. » Neque enim ut non esset post senium judaïcum, fieri fas erat.

Ad hæc: *A dextris meis,* quum a sinistris Dei aliquid sit, proponemus ex III Regum sequentia: « Israel vidit Deum sedentem in throno suo, et omnis exercitus cœli stabat in circuitu ejus, a dextris ejus et a sinistris. » Vide utrum stare hoc possit: *Sede a dextris meis,* sicut illud: « Nescitis quid petatis. Sedere autem ad dexteram meam non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. » Ita autem dictum est, non quod Deus habeat dexteras aut sinistras, ut qui extra figuram est et universa complet.

Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· ἐχθρὸς διαφερόντως μέν ἐστιν ὁ διάβολος καὶ οἱ τούτου διάκονοι δαίμονες, πρὸς δὲ τούτοις καὶ οἱ τοῖς θείοις αὐτοῦ κηρύγμασιν ἀντιπίπτοντες, Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες. Τὸ δὲ ἕως οὗ χρόνου σημαντικὸν, ἀλλ' ἰδίωμα τῆς γραφῆς ἐπὶ τοῦ ἀδιαλείπτως ἀεὶ τίθεσθαι.

v. 7. Ἐκ χειμάῤῥου ἐν ὁδῷ πίεται, διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν.

Ζητήσεις τὸν ἐκ χειμάῤῥου ἐν ὁδῷ πίνοντα Κύριον, καὶ διὰ τὸ πίνειν ἐκ χειμάῤῥου ἐν ὁδῷ ὑψοῦντα τὴν κεφαλήν, οἶμαι, ἐκείνου ἀφ' οὗ ἐκ χειμάῤῥου ὄντως πίνει. — Εἰ διὰ τοῦτο ὑψώσει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ χειμάῤῥου τοῦ ἐν τῇ ὁδῷ ἔπιεν ὕδωρ, τάχα ὁ χείμαῤῥος τὸν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ θάνατον αὐτοῦ σημαίνει, ὃν ἐν εὐαγγελίοις ποτήριον ὀνομάζει· Πάτερ, λέγων, εἰ δύνατόν ἐστι, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο. Καὶ πάλιν· Ὅταν ὑψωθῶ, φησὶν ὁ Σωτὴρ, ελκύσω πάντα πρὸς ἐμαυτόν.

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Inimicus per autonomasin Diabolus est, ejusque ministri dæmones; post hos autem illi etiam qui divinis ejus præconiis obsistunt, Judæi et Græci. Hoc vero adjunctum *donec* non est temporis indicium, sed solemnis dictio Scripturæ, ut ævum perpetuum statuat.

v. 7. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.*

Inquires quid sit, Dominum de torrente bibere, et cur eo quod biberit ex torrente in via, exaltet caput suum, ex eo, opinor, quod re vera de torrente bibit. — Si propterea caput suum Christus exaltaverit, quod biberit aquam in via ex torrente, fortasse torrens significat mortem suam in hac vita, quam in evangeliis calicem nuncupavit: « Pater, inquit, si possibile est, transeat calix iste.» Ac præterea: « Cum exaltatus fuero, inquit Salvator, omnia traham ad me ipsum. »

v. 7. Vat. 4. Luc. xxii, 39. Origeni, ut supra vidimes, is v. 7 decimus erat στίχος.

Psalmus CX.

v. 1. Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, ἐν βουλῇ εὐθέων καὶ συναγωγῇ.

Βουλὴ καὶ συναγωγὴ εὐθέων γενεά ἐστιν εὐθέων. Εἴποι δ' ἄν τις· Δός μοι βουλὴν εὐθέων, ἑκάστου τῶν ἐν τῇ βουλῇ ὄντος εὐθείᾳ, ὁμοίως καὶ συναγωγὴν, καὶ ἐξομολογήσομαι ἐν ὅλῃ καρδίᾳ αὐτοῖς. Ἔστιν ἅγιος, ἔστιν εὐθεῖα γραμμὴ, ἥτις ἐξ ἴσου τοῖς ἐφ' ἑαυτῆς σημείοις κεῖται. Οὐκ ἐγὼ δὲ μόνος, ἀλλὰ καὶ σὺν ἐμοὶ τῶν εὐσεβῶν ὁ σύλλογος, κατ' ἐκεῖνον [εἶπον· Μεγάλα τὰ ἔργα Κυρίου], ἐξεζητημένα πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ.

v. 1. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, in concilio justorum et congregatione.*

Consilium et congregatio justorum, rectorum est generatio. Dixerit forte aliquis: Cedo mihi concilium rectorum quorum unusquisque sit in concilio justitiæ, ac similiter congregationem justorum, et confitebor illis in toto corde meo. Existit sanctus, existit recta linea, quae in punctis ex æquo super eam positis consistit. Neque ego solus, sed et mecum coetus piorum, per singulas voces [clamat: *Magna opera Domini*]: *exquisita in omnes voluntates ejus.*

Ps. cx, v. 1. Vat 4. Mutila sunt fortasse tam ultima scholii verba quam psalmi versiculus.

v. 3. Ἐξομολόγησις καὶ μεγαλοπρέπεια, τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Εἰ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, οἱ δὲ δίκαιοι διὰ τὴν δικαιοσύνην ὀνομάζονται δίκαιοι, καὶ αὐτοὶ ἄρα μένουσιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· καλῶς οὖν καὶ ὁ Παῦλος εἶπεν· Ἡμεῖς δὲ πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα.

v. 10. Ἀρχὴ σοφίας φόβος Θεοῦ, σύνεσις δὲ ἀγαθὴ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν.

Σύνεσις ἀγαθὴ δίδοται τοῖς ποιοῦσι δηλονότι τὴν ἀρχὴν τῆς σοφίας, ὥσπερ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀγαθῆς· αὐτὴ δέ ἐστιν ἡ θεωρία τῆς ἀληθείας· ἀρχὴ τὸ ποιεῖν τὰ δίκαια ὑπάρχει· οὕτως ἀρχὴ καὶ εἰσαγωγὴ εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, οὐκ ἄλλην οὖσαν τῆς θεωρίας τῆς ἀληθείας, ὁ θεῖός ἐστι φόβος, ὁ αὐτὸς ὢν τοῖς πρακτικοῖς, δικαίοις ὀνομαζομένοις· ὅνπερ οὖν ἔχει λόγον τὸ ποιεῖν τὰ δίκαια πρὸς τὴν ὁδόν, τοῦτον ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος πρὸς τὴν σοφίαν.

v. 3. *Confessio et magnificentia opus ejus, et justitia ejus manet in sæculum sæculi.*

Si justitia ejus manet in sæculum sæculi, et si justi suo nomine propter justitiam gaudent, ipsi ergo manent quoque in perpetuum ævum. Recte ergo Paulus ait : « Nos semper cum Domino erimus. »

v. 10. *Initium sapientiæ timor Domini, intellectus bonus omnibus facientibus eum.*

Intellectus bonus datur his nimirum qui operantur initium sapientiæ, veluti initium bonæ viæ, quæ ipsa est contemplatio veritatis: initium est facere ea quae justa sunt. Similiter prooemium et aditus ad sapientiam Dei, quæ alia non est quam contemplatio veritatis, est timor Domini, idem qui pertinet ad facientes, ad eos qui justi nominantur. Ea igitur quæ intercedit ratio inter facere justa et bonam esse viam, eadem currit timorem inter et sapientiam.

v. 3. Vat. 5. II Thessal. IV, 16.

v. 10. Vat. 4, 5. Codd. habent ἔχει λόγος.

Psalmus CXI.

v. 1. Μακάριος ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ θελήσει σφόδρα.

Ἡ ὑπόθεσις τοῦ ρια' ψαλμοῦ ἐστιν αὕτη. Δι' ὅλου τοῦ ψαλμοῦ διδασκόμεθα τίνα πρόσεστι τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον· εἴ τινι

v. 1. *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis ejus cupit nimis.*

Hoc est psalmi CXI argumentun. Per totum psalmum edocemur quænam spectent ad timentes Dominum. Hæc vero si

Ps. CXI. v. 1. Vat. 4. Hujus optimi codicis describere incœperam elegantem et prolixam paginam, vix non disertius quam alias nomine Origenis ornatam, sed sensim insonuit mihi clangor insolitus, stetique attonitus ad ψυχὴν φιλόσοφον, quasi ad tesseram Chrysostomi. Cucurri ad Montefalconium, qui aureos commentarios, haud sine largis lacunis collegit, et incidi in psalmum CXI, cum meo Vaticano, post pauca, consentaneum, nisi quod statim ab initio, præter omnem Oris aurei morem, erupit exordium in abruptum et pedestre scholium illud: Σφόδρα μοι δοκεῖ τῷ τέλει τοῦ πρὸ τούτου ψαλμοῦ ἕπεσθαι τὸ προοίμιον, κτλ. et cætera quæ nobis recto amne fluunt, qnantum vis sparsa in tria codicis nostri scholia, sed e variis diverticulis cohærentia. Quid ergo? Plura quæ descripseram, oportuit me missa facere, ac futuro Montefalconio reliquum committere problema solvendum Cf. Jac. I, 19. Ps. CX, 10.

οὐ πρόσεστι ταῦτα, οὐ φοβεῖται τὸν Κύριον. Φοβούμενος τὸν Κύριον, ἕως τοῦ σφόδρα, [ἰστέον] τῷ τέλει τοῦ πρὸ τούτου ψαλμοῦ ἕπεσθαι τὸ προοίμιον καὶ ὥσπερ ἓν σῶμα εἶναι συνεχὲς καὶ συνημμένον· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀρχὴ σοφίας, φησί, φόβος Θεοῦ· ἐνταῦθα δὲ, μακάριος ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, ἑτέροις μὲν ῥήμασι, τοῖς αὐτοῖς δὲ νοήμασι παιδεύων τοῦ Θεοῦ τὸν φόβον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ αὐτὸν σοφὸν ἔφη εἶναι, ἐνταῦθα δὲ μακάριον· τὸ δὲ ὄντως μακάριον τοῦτο, ὥστε γε ἄλλα πάντα ματαιότης τε καὶ σκιὰ καὶ ψιλὰ πράγματα, κἂν πλοῦτον εἴπῃς, κἂν δυναστείαν. Εἶτα ἐπειδὴ δαίμονες αὐτὸν δεδοίκασι, καὶ φρίττουσι, ἵνα μὴ νομίσῃς τοῦτο μόνον ἀρκεῖν εἰς σωτηρίαν, ὅπερ ἄνω πεποίηκε τοῦτο, καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖ εἰπών· Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου, ἐπήγαγε· Σύνεσις δὲ ἀγαθὴ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν, τοῖς δόγμασι τὴν συμβαίνουσαν πολιτείαν ἀπαιτῶν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα εἰπὼν τὸν φόβον, οὐκ ἐκεῖνον μόνον λέγει τὸν ἀπὸ τῆς γνώσεως, ὃν καὶ δαίμονες ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο προτίθησι λέγων· ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ θελήσει σφόδρα. Τοῦτο εἶπε, βίον ἀπαιτῶν καὶ πολιτείαν ἀκριβωμένην καὶ ψυχὴν φιλόσοφον.

v. 5. Χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτίρμων καὶ κιχρῶν· οἰκονομήσει λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει.

Ὅτι τὸ δανεῖν ἐν ἔθνεσι πολλοῖς τροπολογεῖται εἰς λόγων κατασκευάσεις ἐκ τοῦ ἐπιφέρεσθαι τό· Χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτίρμων καὶ κιχρῶν, καὶ τό· Οἰκονομήσει τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει. — Χρηστέον τῷ ῥητῷ πρὸς τοὺς ἀπερισκέπτως ἐκφέροντας μυστήρια θείας γραφῆς ἀδιακρίτως. Καὶ γὰρ ὁ Παῦλός φησιν· Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος, ὡς οἰκονόμους καὶ ὑπηρέτας μυστηρίων Θεοῦ.

v. 7, 8. Ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς οὐ φοβηθήσε-

cui non competunt, Dominum ille non timet. Proœmium: *Qui timet Dominum* usque ad *cupit nimis*, mihi videtur sequi finem praecedentis psalmi, et conflari velut corpus continuum et conjunctum. Illic enim ait: « Initium sapientiæ timor Domini, » hic vero: *Beatus vir qui timet Dominum*, aliis quidem verbis, sed iisdem sententiis docens Dei timorem: illic quippe eumdem dicit sapientem, hic vero beatum; hæc esse autem veram beatitudinem, ut cætera omnia sint vanitas et umbra et futilia negotia, opesve ea dicas, aut imperium. Deinde quandoquidem et dæmones fremunt et contremiscunt, ne tu opineris id solum esse satis ad salutem, quod superius fecit, nunc non omittit. Sicuti enim tunc dixit: *Principium sapientiæ, timor Domini,* subjunxit: *Intellectus bonus omnibus facientibus eum*, animi dogmatibus connectens vitæ institutum: ita et nunc timorem profatus, non eum dumtaxat asserit, quem et dæmones habent, sed hoc proponit, aiens: *In mandatis ejus cupit vehementer*. Quod pronuntiat respectu ad vitam et ad exactum vitæ genus atque ad animam philosophice studiosam.

v. 5. *Jucundus homo qui miseretur et commodat; disponet sermones suos in judicio.*

« Fœnerari in gentibus multis, » moraliter intelligitur de sermonum ministerio, quum id proferatur: *Jucundus homo qui meseretur et commodat,* et illud: *Disponet sermones suos in judicio.*

Quo verbo utendum est cum iis qui sine cautela proferunt indiscrete mysteria sacræ Scripturæ. Etenim Paulus ait: « Sic nos existimet homo, ut dispensatores et ministros mysteriorum Dei ».

v. 7, 8. *Ab auditione mala non timebit.*

v. 5. Vat. 4, 5 1 Cor. IV, 1. cf. Deuter. XV, 6.

v. 7, 8. Vat. 4. Cohæret Field. II, 268.

ται, ἑτοίμη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον· ἐστήρικται ἡ καρδία αὐτοῦ, οὐ μὴ φοβηθῇ, ἕως οὗ ἐπίδῃ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.

Πονηρὰ ἀκοή, τῶν ἑτεροδόξων εἴη ἂν διδασκαλία, ἀφ' ἧς οὐ φοβηθήσεται ὁ ἐπιστήμων καὶ ἐπιστημόνως φοβούμενος Κύριον. — Οὔτε ἀπειλὰς ϑείσει, οὔτε ἀγγελία φόβον ἱκανὸν ἐμποιήσει. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως εἴρηκεν τὴν ἑτοίμην ἑδραίαν. Βεβαίαν γὰρ καὶ ἑδραίαν ἔχει τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, καὶ διὰ τοῦτο τοιούτων ϑορύβων καταφρονεῖ.

Paratum cor ejus sperare in Domino, confirmatum est cor ejus, non timebit, donec videat super inimicos suos.

Mala auditio erit hæreticorum doctrina, etiamsi ab illa non timebit qui doctus est, et qui scite timet Dominum. Neque minas formidabit, neque incutiet nuntius justum pavorem. At Symmachus paratum dixit: *Firmum.* Solidam enim et firmam habet spem in Deum, et idcirco hujusmodi turbas despicit.

Psalmus CXII.

Ἀλληλούϊα.

Ἠθικὸς καὶ οὗτος καὶ εἰς ὠφέλειαν συγγεγραμμένος· διεγείρει γὰρ πάντας εἰς ὑμνῳδίαν τοῦ εὐεργέτου. — Ἐν τούτῳ διδάσκεται ὁ λαὸς ὁ νεὸς ἀδιάλειπτον τὸν ὕμνον προσφέρειν τῷ λυτρωσαμένῳ· ἀλλὰ δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν πάντων κατασημαίνει τὴν κλῆσιν, οὓς καὶ παῖδας καλεῖ, διὰ τὸ ἀρτιγενὲς τῆς κατὰ ψυχὴν ἡλικίας, ἢ παῖδας τουτέστι δούλους αἰνίττεται.

v. 1, 2. Αἰνεῖτε, παῖδες, Κύριον, αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

Διδάσκει τοὺς νέους τί δεῖ αἰνεῖν, ἅτε ἀπάλους και μήπω ἔχοντας γεγυμνασμένην τὴν πρὸς τὰ τοιαῦτα ἕξιν. Πῶς οὖν αἰνεῖν δεῖ; Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον. Ἢ παισὶν ἀπεικάζει τοὺς διὰ τὸ νεαρὸν τῆς κατὰ Θεὸν ἡλικίας ἐν ψυχῇ νεωμένους, οὓς ἐπὶ τὸν αἶνον καλεῖ τοῦ Θεοῦ. Ἀκύλας δὲ καὶ Σύμμαχος δούλους ἀντὶ τοῦ παῖδες ἐξέδωκαν. Δούλων γὰρ οὐ διαφέρουσι παῖδες, φόβῳ δουλείας παιδαγωγούμενοι· διὸ φοβουμένους Κύριον αὐτοὺς εἶπεν ὁ πρὸ τούτου ψαλ-

Alleluia.

Hic psalmus quoque spectat ad mores, conscriptus ad meliora præstanda. Omnes enim provocat ad hymnum munifico Deo canendum. — In eodem edocetur populus novus indefessum pangere hymnum Salvatori. Sed et omnium gentium vocationem prænuntiat, quas pueros vocat, ob animam juvenescentem, vel in pueris servos significat.

v. 1, 2. *Laudate, pueri, Dominum, laudate nomen Domini. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in sæculum.*

Docet juniores quid laudandum sit, ut pote tenellos et necdum habentes exercitatam in similibus consuetudinem. Quomodo igitur laudare oportet? *Sit nomen Domini benedictum.* Vel pueris assimilat eos qui propter jnvenilem secundum Deum ætatem in anima innovantur, quos ad laudem Dei provocat. Aquila autem et Symmachus *servos* pro pueris ediderunt. Pueri enim a servis non differunt, cum timore servili instrui soleant:

v. 1-3. Τὴν πρὸς τ. τ. διάνοιαν Cord. ἀπεικάζει τούτους Vat. 4. — ἡλικίας παῖδας νοουμένους Corder. ἐν ψυχῇ νοουμένης Cod. — δούλους ἀντὶ παίδων Corder. — οὐ διαφέρει Cod. Κύριον om. Corder. — Om. cod. infra αὐτοῦ et ἀλλά. — Τὸ εἶναι λαβόντες Corder. τὸ om. cod. cf. Field. II, 268.

μός. Ἁπλῶς δὲ καὶ χωρὶς προσθήκης οἱ νέοι παῖδες καλοῦνται· οἱ δὲ δοῦλοι, παῖδές τινων. Ἢ παῖδας καλεῖ, ὡς ἀκμάζειν ὀφείλοντας περὶ τοὺς ὕμνους. Διὰ δὲ τοῦ· Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον, δηλοῖ ὡς εἰ καὶ τὴν φύσιν αὐτοῦ ἀγνοεῖτε, ἀλλὰ δεῖ, ὡς ὑπ' αὐτοῦ τὸ εἶναι λαβόντας, τὸ αὐτοῦ ὑμνεῖν ὄνομα, ὅπερ αἰώνιον ἔχει τὴν εὐλογίαν καὶ ἀδιάδοχον.

quapropter præcedens psalmus servos timentes Dominum nuncupavit. Simpliciter autem et sine addito novelli appellantur pueri: servi vero sunt pueri aliquorum. Vel pueros vocat, eo quod in hymnis decantandis debeant adolescere. Per illud autem: *Sit nomen Domini benedictum,* id declarat, nempe cum naturam ejus ignoretis, oportet tamen vos, ut qui ab ipso quod sitis accepistis, nomen ejus collaudare, quod in ævum et in perpetuum benedici dignum sit.

v. 3. Ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν αἰνετὸν τὸ ὄνομα Κυρίου.

Εἰπὼν δὲ ἀνωτέρω χρόνον, ἐν τούτοις λέγει καὶ τόπον, ὅτι ἐν παντὶ χρόνῳ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ὑμνεῖσθαι ὀφείλει· ἢ τὴν μετὰ ἐνανθρώπησιν τοῖς ἔθνεσι παρασχεθεῖσαν θεογνωσίαν τὸ ῥητὸν προθεσπίζει, μεθ' ἣν ἐπλήσθη πᾶσα ἡ γῆ τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον.

v. 3. *A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini.*

Cum superius tempus indicasset, hic locum etiam significat, ac si docuerit in omni tempore et in omni loco hymnos esse litandos; vel locus vaticinatur, gentibus concessam esse divinam scientiam post incarnationem; qua peracta, omnis terra Dei notitia repleta est.

Psalmus CXIII.

v. 3, 4. Ἡ θάλασσα εἶδε καὶ ἔφυγεν· ὁ Ἰορδάνης ἀνεχώρησεν εἰς τὰ ὀπίσω. Τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡσεὶ κριοί, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων.

Δηλοῦν ἔοικεν ὡς μετέχει τινὸς αἰσθήσεως ἡ πᾶσα κτίσις, ἀντιληπτικῆς τῆς θείας δυνάμεως, κἂν ἄψυχος ᾖ, ὡς καὶ χαίρειν, ἐπιβαίνοντος αὐτῆς τοῦ Θεοῦ, τῆς τε χαρᾶς μονονουχὶ τὴν αἰτίαν λεγούσης. Ἡ δὲ Μωϋσέως μόνον διδάσκει ἡ γραφή, ὅτι Κύριος ἐν Σινᾷ ὤφθη, καὶ ἐπέφανεν ἐξ ὄρους Χωρὴβ, καὶ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ. Καὶ ἀνέβη, φησί, Μωϋσῆς εἰς τὸ ὄρος, καὶ εἶδε τὰ ἴχνη ἔνθα εἱστήκεσαν οἱ πόδες τοῦ Θεοῦ· καὶ ὡς ὅλοις τεσσαράκοντα ἔτεσι τοῦ λαοῦ οἰκοῦντος τὴν ἔρημον, συνεῖν αὐτοῖς τὸ θεῖον ἐπιβαῖνον ὄρεσι καὶ βουνοῖς· νυνὶ δὲ καὶ τὴν ἐκ τῆς αἰσθήσεως λόγος ὑποφαίνει χαράν.

v. 3, 4. *Mare vidit et fugit: Jordanis conversus est retrorsum; montes exultaverunt, ut arietes; et colles, ut agni ovium.*

Palam videtur, omnem creationem quadam corripi trepidatione, divinam ubi virtutem suscepit, inanima quantumvis sit, ita ut exultet, delapso ad eam Deo, ac lætitiæ suæ causam tantum non eloquatur. Moysis autem scriptura solum modo refert Deum in Sina visum fuisse, et apparuisse ex monte Choreb, astantibus cum eo angelis. « Et ascendit, inquit, Moyses in montem, et vidit vestigia in loco ubi pedes Dei positi sunt,» addens quomodo per integros quadraginta annos, dum populus desertum incoleret, divinum numen cum illis manserit, ascendens super montes et colles.

Ps. CXIII, v. 3, 4. Vat. 12. Exod. XVII, 6. Ἐπιβαίνοντος αὐτῇ sequentia suaderent, nempe: ἐπιβαῖνον ὄρεσι καὶ βουνοῖς. Sed ob inconstantem scholiorum syntaxin, nil mutandum.

v. 10. Μήποτε εἴπωσι τὰ ἔθνη· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν.

Ἔνθα τὸ Ποῦ λέγεται, ἐκεῖ καὶ τὸ πότε· τὸ μὲν γὰρ τόπου ἐστὶ σημαντικὸν, τὸ δὲ χρόνου. Εἰ δὲ χρόνος οὐ λέγεται ἐπὶ Θεοῦ (ποιητὴς γὰρ χρόνων ἐστὶν), οὐκοῦν οὐδὲ τὸ Ποῦ ῥηθήσεται ἐπ' αὐτοῦ· δημιουργὸς γὰρ καὶ τόπων ἐστὶν, εἴγε καὶ ὁ τόπος αὐτὸς τῆς σωματικῆς ἐστι φύσεως.

v. 11. Ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ. Πάντα ὅσα θέλησεν, ἐποίησε.

Οὐ τὸν μὲν Κύριον ὡς ἦν αἱ νοεραὶ καὶ ἅγιαι δυνάμεις ἐπίστανται· τὸν δὲ Κύριον ὡς ἄνθρωπον γινώσκουσι καὶ οἱ ἄνθρωποι. Ἐντεῦθεν γινώσκομεν ὅτι ὅσα βούλεται ὁ Θεὸς, ταῦτα καὶ δύναται· πάντα γὰρ, φησὶν, ἃ ἐθέλησεν ὁ Θεὸς, ἐποίησεν· οὐχ εἴ τι δὲ δύναται, τοῦτο πάντως καὶ βούλεται· νεκρῶν μὲν ἀνάστασιν δύναται ποιῆσαι νῦν, οὐ βούλεται δέ· καὶ πάλιν ἐνανθρωπῆσαι, ἀλλ' οὐ βούλεται.

v. 13. Στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσουσιν· ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐχ ὄψονται κτλ.

Οὐ ταὐτὸν αἴσθησις καὶ αἰσθητήριον, οὐδὲ αἰσθητικόν τε καὶ αἰσθητόν. Αἴσθησις μὲν γάρ ἐστιν ἡ δύναμις καθ' ἣν εἰώθαμεν ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ὑλῶν. Αἰσθητήριον δὲ, τὸ ὄργανον ἐν ᾧ καθίδρυται αὕτη. Αἰσθητικὸν δὲ τὸ ζῶον τὸ κεκτημένον τὰς αἰσθήσεις. Αἰσθητὸν δὲ τὸ πεφυκὸς ταῖς αἰσθήσεσιν ὑποπίπτειν. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐπὶ τῶν εἰδώλων· πάντων μὲν γὰρ τούτων ἐστήρηνται· μόνα δὲ ἔχει τὰ τῶν φυσικῶν αἰσθητηρίων μιμήματα, οἷον ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα καὶ ῥῖνας καὶ τὰ ἑξῆς.

v. 19. Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, ἤλπισαν ἐπὶ Κύριον· βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς αὐτῶν ἐστιν.

Ἐν μὲν τῇ πρὸς πολεμίους μαχῇ τὸν Κύριον ἔχομεν βοηθὸν, ἐν δὲ τοῖς οἰκείοις

v. 10. Vat. 4, 14.
v. 11. Vat. 4, 14, 16.

Nunc vero psalmus depromit gaudium ex hac manifestatione conceptum.

v. 10 *Nequando dicant gentes: Ubi est Deus eorum?*

Hic dicitur, *ubi,* illic *quando* (τὸ πότε): hæc vero particula locum, illa autem tempus signat. At si tempus de Deo non dicitur (auctor quippe temporum est), ergo non magis de ipso quæretur: *Ubi?* Etenim etiam locorum est conditor, etiam si humanæ Ipsius naturæ locus sit.

v. 11. *Dominus autem noster in cælo et in terra, omnia quæcumque voluit, fecit.*

Dominum, uti erat, spirituales et sanctæ potestates non cognoscunt: homines vero Dominum uti hominem cognoscunt. Inde agnoscimus quod quæcumque vult Deus, ea potest. *Omnia enim,* ait, *quæ voluit Deus, fecit.* Non tamen si quid potest, actutum hoc facit: mortuos quidem potest suscitare nunc, sed non vult; tum etiam rursus homo fieri, quod non vult.

v. 13. *Os habent, et non loquentur; oculos habent, et non videbunt...*

Idem non est sensus et sentiendi organum, neque idem sensibile et quod sentitur. Sensus enim est facultas quacum materias percipere solemus. Sensorium autem organum in quo hæc facultas insidet. Sensibile vero est animal sensibus præditum. Quod sentitur, illud est quod fit ut cadat sub sensibus. Neque ita est de idolis, quæ omnibus hisce destituuntur. Sola habent simulacra sensuum physicorum, qualia sunt oculi et aures et nares etc.

v. 19. *Qui timent Dominum, speraverunt in Dominum, adjutor et protector eorum est.*

Nam in præliis cum hostibus, Deum habemus adjutorem; in privatis autem

v. 13. Vat. 5, 12, 16.
v. 19. Vat. 4.

πράγμασι τοῖς τε κατὰ ψυχὴν καὶ κατὰ σῶμα, αὐτὸν ἔχομεν εὐλογοῦντα ἡμᾶς, ὡς ἐπαρκεῖν ἡμῖν ἀντὶ παντὸς καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ.

v. 22. Εὐλόγησε τοὺς φοβουμένους, τοὺς μικροὺς μετὰ τῶν μεγάλων.

Οὐδὲ ἓν ἔθνος, φησὶν, ἔρημον εὐλογίας ἦν, ἀλλ' εἰς πάντας ἐτέτατο αὕτη.

negotiis, sive ad animam, sive ad corpus spectent, eumdem habemus nobis benedicentem, quantum nobis sufficit pro quacumque causa bona et honesta.

v. 22. ***Benedixit iis qui timent Dominum, pusillis cum majoribus.***

Neque vel una gens, ait, caruit benedictione, sed ipsa super omnes expansa est.

v. 22. Vat. 4.

Psalmus CXIV.

v. 2. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις μου ἐπικαλέσομαι.

Καὶ ποίαις ἡμέραις, ἢ ταῖς τοῦ ἀγῶνος, ὅτε καὶ ἐκινδύνευσεν αὐτοῦ ἡ ψυχή;

v. 4. Ὦ Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου.

Εἰρηκὼς ἀνωτέρω ὅτι καὶ ἐπικαλέσομαι ἐν ταῖς ἡμέραις μου, τίς ἡ ἐπίκλησις, διδάσκει. Καὶ ποία αὐτὴ, ἢ τό· ὦ Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου; εἶπε δὲ ταῦτα, εἰδὼς ὡς ἐλεήμων ἐπακούσεται.

v. 7. Ἐπίστρεψον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου.

Ὥσπερ ὁ νοσῶν ἐπιστρέφει πρὸς τὴν ὑγιείαν, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ εἰς τὴν ἀνάπαυσιν αὐτῆς. Ἢ δὲ τοῦτο· ἦν ἄρα ποτὲ ἐν τῇ ἀναπαύσει αὐτῆς ἡ ψυχή· καὶ γὰρ ὁ νοσήσας ἐν τῇ ὑγιείᾳ ὑπῆρχέ ποτε. Τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει τῷ· Θέλω ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. Ἡ γὰρ ἀνάλυσις τῶν ὑποστρεφόντων ἐπὶ τὸν πρότερον αὐτῶν τόπον ἐστιν.

v. 2. *Et in diebus meis invocabo.*

Quibusnam in diebus, nisi in diebus pugnæ, quando periculum incurrit anima illius?

v. 4. *O Domine, libera animam meam.*

Supra cum dixerit, *in diebus meis invocabo,* quæ sit invocatio, docet. Et qualis, nisi hæc: *O Domine, libera animam meam?* Hæc vero dixit, conscius se a Deo clementi exaudiendum esse.

v. 7. *Convertere, anima mea, in requiem tuam.*

Sicut ægrotus revertitur ad sanitatem, ita etiam anima in requiem suam. Vel hoc est: aliquando anima erat in requie sua, etenim ægrotus forte fuit sanus. Id ipsum ait Apostolus in hunc modum: « Volo dissolvi, et esse cum Christo. » Dissolutio enim eorum est qui redeunt ad suum priorem locum.

Ps. cxiv. v. 2. Vat. 12. cf. Athanas.
v. 4. Vat. 4. ibid. cf. eundem.

v. 7. Vat. 5, 11. Phil. 1, 23.

Psalmus CXV.

v. 2. Πᾶς ἄνθρωπος ψευδής.

Ἐφ' ὅσον ἄνθρωπός τίς ἐστι, ψεύστης ἐστίν. Ἐὰν δὲ ἀπιστῆται τὸ εἶναι ἄνθρωπος, οὐκ ἔστι ψεύστης, ἀλλὰ ἀληθευτής ἐστι. — Εἰ ἄνθρωπός ἐστι καὶ ὁ Δαυίδ, ψεύστης ἐστὶν, εἰ δὲ ψεύστης, λέγων ἑαυτὸν ψεύστην, οὐκ ἔστι ψεύστης, ἀλλ' ἀληθευτής ἐστιν. Εἰ δὲ ἀληθευτής ἐστιν, ἀληθευτής ἐστιν λέγων ἑαυτὸν ψεύστην· ἄνθρωπος ὤν, ψεύστης ἐστίν. Περιεγράφη ἄρα ὁ λόγος εἰς ἀμφότερα, καὶ εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν ἀληθευτὴν, ἐὰν ἄνθρωπος ᾖ, καὶ εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν ψεύστην. Καὶ καλεῖται ὁ λόγος οὗτος παρὰ τοῖς διαλεκτικοῖς ἄπορος. — Ὅλου τοῦ ψαλμοῦ ἐν βραχεῖ ἡ διάνοια· πολλοὶ μεν οἱ ἐν ἀνθρώποις λόγοι, καὶ πολλα πολλοῖς πεφιλοσόφηται ἐξετάζουσι τὰ περὶ τῆς ἀληθείας κτλ.

v. 2. *Omnis homo mendax.*

In quantum aliquis est homo, mendax est; sin autem non persuadeatur eum esse hominem, non mendax est, sed veridicus. — Si homo est ipse David, mendax est. At si mendax est, dum dicit se ipsum mendacem, non est mendax, sed veridicus. Si veridicus est, verum dicit se vocans mendacem. Homo cum sit, mendax est. Ergo circumscriptus est sermo ambiguus, et in hoc sensu quod si homo est, simul veridicus sit et simul mendax. Et hoc genus argumentandi a dialecticis vocatur dubitatio. — Totius psalmi sententia paucis exprimitur. De veritate multi multa ex hominibus locuti sunt, et multi multa philosophi de illa inquisierunt, etc.

Pseudo Hieronymus. Verum dicit David, an mentitur? Si verum est, omnis homo mendax; et hoc quod dicit, verum est, ergo et ipse mentitur, quia et ipse homo est. Si autem et ipse mentitur, quia et ipse homo est. Si autem et ipse mentitur, ergo quod dixit: *Omnis homo mendax,* non est verum. Quocumque verteris, in contrarium venit... Videtis ergo quia syllogismi sunt philosophorum. Denique secundum hanc sententiam texitur syllogismus Aristotelis.

Ps. cxv. v. 2. Vat. 5, 12. Partim BB colligere non timuerunt satis ineptum dialecticæ ludum, quo fortasse Origenes suos juniores recreavit, ut inde transiret ad gravissima verba et argumenta de veritate et de philosophorum hac de re controversiis. Sed inepta huc congeri si quis stomachatus doluerit, illum moneo eadem fere et multo plura, ut apud pseudo-Hieronymum, legi in gravissimo Basilii commentario: unde etiam me oportuit, ne nimius essem, filum intercipere. Immo Didymus, tanti subsellii magister, prolixe argumentum assumit, cavillantesque sophistas nervose apud Maium contundit.

Psalmus CXVI.

I. *Scholia singulis Catenis Vaticanis inserta* [1].

Vat. 342, fol. 102, scholia quinque anepigrapha [2]:
I. Αἶνος θεϊκὸς... τὸν Θεόν.
II. Προαναφωνεῖ.. τῷ Χριστῷ.
III. Πάντες οἱ πιστοὶ... οὐ παύονται.
IV. Τοσοῦτον γὰρ... σῶσαι αὐτόν.
V. Μένει γὰρ... ἐπιγινώσκοντες αὐτόν.

Vat. 744, fol. 113, scholia quatuor:
I. Ὑπόθεσις. Ὕμνος οὗτος... εὐεργέτην.
II. Οὐχ ἓν καὶ δύο...παρουσίας.
III. Ἐκραταιώθη, τουτέστι... στεῤῥότατον.
IV. Ἦν γὰρ διὰ τῶν προφητῶν ὁ. δ. σωτηρίαν.

Vat. 752, fol. 361, scholia XI cum sequente imaginis epigraphe [3]:
I. Οἱ τὰς θυσίας προφέροντες εἰς τὸν ναόν.
II. Ὑπόθ. ὕμνος καὶ οὗτος... εὐεργέτην.
III. Ἄλλως. Οὐ γαρ ἓν... παρουσίας.
IV. Ἀλληλούϊα... τοῖς ἔθνεσιν.
V. Ὑμεῖς αἰνέσατε... ὑμῖν δέδωκεν.
VI. Ἄλλως. Οὐ γὰρ ἓν καὶ δύο... παρουσία.
VII. Θαυμάσατε... ἀκαταλήπτως.
VIII. Ὅτι πάντας... περιεπτύξατο.
IX. Ἄλλως, τουτέστιν ἰσχυρὸν.. στεῤῥότερον.
X. Καὶ ἡ πίστις... ἐν ἡμῖν.
XI. Ἄλλως. Ἦν γὰρ διὰ τῶν ἁγιών π. ὁ. δ. σωτηρίαν.

Vat. 753, in f. 183 psalmus, in f. 195 scholia septem:
I. Θεοδωρήτου. Ἡ ὑπόθεσις... εὐεργέτην.
II. Ἰωάννου Χρυσοστόμου. Παντί που... ἐσώθησεν.
III. Τουτέστιν... μένει εἰς τὸν αἰῶνα.
IV. Βασιλείου. Κατὰ τοῦτον ἅπαντας... τὸ κήρυγμα.
V. Λαοὺς δὲ δηλονότι... Χριστῷ.
VI. Ἐλέῳ μόνῳ... σωτηρίαν.
VII. Τότε γὰρ μάλιστα τῆς ἀληθείας.... Χριστοῦ ἐγένετο.

Vat. 754, f. 289, scholia sex:
I. Θεοδωρήτου. Ὕμνος καὶ οὗτος... εὐεργέτην.
II. Καὶ διὰ παρόντος... κλῆσις.
III. Εὐσεβίου. Τέως μὲν... εἰς Θεόν.
IV. Οὐκ ἂν, φησὶ.. τοῦ Θεοῦ.
V. Θεοδωρήτου. Ἐλέῳ... ἐφ' ἡμᾶς.
VI. Θεοδωρήτου· Ἦν γὰρ... ἀμείψασθε.

Vat. 1422, f. 203, scholia quindecim:
I. Ἡσυχίου. Ὕμνος καὶ οὗτος... εὐεργέτην.
II. Ἡσυχίου. Ἀκολουθεῖ..... τοῦ κακοῦ πάσχειν.
III. Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ... διὰ τὴν ἀνακουΐαν αὐτῶν.
IV. Ἀλλὰ τὰ ἔθνη· αἶνος θεϊκός... τὸν Θεόν.
V. Ὑμεῖς αἰνεῖτε... τοῖς ἔθνεσι.
VI. Τουτέστι ἰσχυρὸν... στεῤῥότερον.
VII. Συνδιαιωνίζοντος... αὐτόν.
VIII. Τοσοῦτον ἐκραταίωσεν... ἵνα σώσῃ αὐτόν.

1) Origenes nullibi comparet in quocumque nostrorum codicum scholio ad hunc psalmum, neque etiam Maurinis, neque Gallandio ulla ejus vestigia occurrerunt. Soli Corderio placuit hoc nomen præfigere, sed frustra, pericopæ satis prolixæ, quam merito et confirmantibus variis nostris codicibus, Montefalconius Eusebio totam vindicavit. Exulantis in loco Origenis, qui fortasse latet sub alia epigraphe vel inter anepigraphos, ac ne omnino psalmus in hac serie desideretur, quumque præterea omnium sit brevissmus et in usu ecclesiastico cæteris frequentior, fausta visa est occasio omnes catenas Vaticanas excutiendi, subque oculis curiosorum, si qui fuerint, proponendi horum codicum seriem, varietatem, indolem, consensum simul ac discrimina, ut ab uno psalmo discatur qualia fuerint in cæteris omnibus nostra subsidia, angustiæ aliquando nostræ, ac nostra sæpe pericula. Cæterum ea quæ integra retinemus, omnia sunt anecdota. Nota in primis Eusebium, Origenis expilatorem.

2) Totus codex, vetus et elegans, quocumque nomine destituitur, privatumque videtur opus, suis singularibus scholiis in margine instructum.

3) De splendidis hujus codicis iconibus ejusque epigramatibus cf. t.II, p. 408.

IX. Καὶ ἡ πίστις... ὑμῖν.
X. Ἐλέῳ μόνῳ... ἐν ἡμῖν.
XI. Ἦν γὰρ διὰ τ. π. ὑπέσχετο σωτηρίαν.
XII. Καὶ ἐῤῥύσατο... ἕως τοῦ αἰῶνος.
XIII. Τὴν μὲν γὰρ σκιὰν... περιορίσασα.
XIV. Αὐτὴν δὲ... αἰῶνα.
XV. Ὁ νόμος... ἐγένετο.

Vat. 1617, f. 213, scholia quatuor:
I. Ὕμνος καὶ οὗτος... εὐεργέτην.
II. Οὐχ ἓν καὶ δύο... παρουσίαν..
III. Τουτέστιν ἰσχυρὸν γ. κ. στεῤῥότερον.
IV. Ἦν γὰρ διὰ τ. πρ. δ. δ. σωτηρίαν.

Vat. 1678, fol. 588 al. 347, scholia decem:
I. Ἰωάννου. Παντί που... ἐσώθησεν.
II. Εὐσεβίου. Ἀνακαλεῖται... οἰκουμένης.
III. Ἀπολλιναρίου. Οὐκ ἦν εὐτελὴς... εἰς αἰῶνα.
IV. Τοῦ αὐτοῦ. Συνδιαιωνίζοντος... αὐτόν.
V. Ἰωάννου. Ἰσχυρὸν... ἡμέραν.
VI. Ἡσυχίου. Εἰ μὴ γὰρ ἰσχυρὸν... σώζεσθαι.
VII. Ἀπολλιναρίου. Τὴν μὲν γὰρ σκιὰν... εἰς τὸν αἰῶνα.
VIII. Τοῦ αὐτοῦ ἄλλως. Τῶν διὰ τῆς... κεκηρυγμένη.
IX. Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου ΚΠ. Τότε γὰρ μάλισ... Χριστοῦ ἐγένετο.
X. Ἡσυχίου. Ἐπειδὴ ἐλέησας... πράττοντας...

Vat. 1683, f. 175 al. 467, scholia decem:
I. Ἰωάννου. Παντί που... ἐσώθησαν.
II. Εὐσεβίου. Ἀνακαλεῖται... οἰκουμένης.
III. Ἀπολλιναρίου. Οὐκ ἦν... εἰς αἰῶνα.
IV. Τοῦ αὐτοῦ. Συνδιαιωνίζοντος... αὐτόν.
V. Ἰωάννου ΚΠ. Ἰσχυρὸν γέγονε... ἡμέραν.
VI. Ἡσυχίου. Εἰ μὴ γὰρ... ἤμελλε σώζεσθαι.
VII. Ἀπολλιναρίου. Τὴν μὲν γὰρ σκιὰν... τὸν αἰῶνα.
VIII. Τοῦ αὐτοῦ ἄλλως· Τῶν διὰ τῆς... κεκηρυγμένη.
IX. Ἰωάννου ΚΠ. Τότε γὰρ μάλιστα... ἐγένετο.
X. Ἡσυχίου. Ἐπειδὴ ἐλέησας... πράττοντας.

Vat. 1685, f. 170, scholia quinque:
I. Θεοδωρήτου. Ὕμνος... εὐεργέτην.
II. Καὶ διὰ τοῦ... κλῆσις.
III. Εὐσεβίου. Τέως... εἰς Θεόν.
IV. Ἀθανασίου. Οὐκ ἄν, φησί... τοῦ Θεοῦ.
V. Θεοδωρήτου. Ἐλέῳ γὰρ μόνῳ... δόξασαι τὸν Θεόν.

Ottobon. 398, f. 259, scholia octo:
I. Ὑπόθ. ὕμνος... εὐεργέτην.
II. Καὶ διὰ τοῦ παρόντος... κλῆσις.
III. Ἄλλο. Τέως μὲν.... εἰς Θεόν.
IV. Ἄλλο. Οὐκ ἄν, φησί... ἐγένετο τοῦ Θεοῦ.
V. Ἄλλο. Ἐλέῳ καὶ μόνῳ... ἔσωσεν ἡμᾶς.
VI. Ἄλλο. Καὶ πάλιν... ἐφ' ἡμᾶς.
VII. Ἄλλο. Ἦν γὰρ διὰ... σωτηρίας.
VIII. Τοῦτο καὶ ὁ μακάριος...

Regin. 40, f. 267, scholia sex in margine et quinque in media pagina [4]:
I. Ἡ ἐπιγραφὴ... τὰ ἔθνη.
II. Εὐσεβίου. Ἀνακαλεῖται... οἰκουμένης.
III. Ἀπολλιναρίου, Οὐκ ἦν... τὴν μνήμην.
IV. Διδύμου. Εἰπὼν ἐν ἐκείνῳ... εἰς τὸν αἰῶνα.
V. Τοῦ αὐτοῦ. Συνδιαιωνίζοντος... λαοὺς καλεῖ.
VI. Εὐσεβίου. Κραταιότερον... κεκηρυγμένη.
VII. *In media pagina*: Ὑμεῖς αἰνεῖτε.. δέδωκεν.
VIII. Θαυμάσατε... ἀκαταλήπτως.
IX. Ὅτι πάντας ἐπτύξατο.
X. Οὐκ ἂν γάρ... τοῦ Θεοῦ.
XI. Καὶ ἡ πίστις... ἕως τοῦ αἰῶνος.

II. *Scholia edita inter opera Patrum.*

Apud S. Athanasium. Patrol. t. XXVII, col. 476. Οὐκ ἂν φησὶ... τοῦ Θεοῦ.

Vat. 754, IV. 1685, IV. *Ottob.* IV. *Regin.* X.

Τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος... σωτηρίαν. *Col.* 1168.

Ottob. VIII.

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ... τοῖς ἔθνεσιν.

4) **Exiguus ille codex, compendiis hirsutus, sed accuratissimus, præter confertam aciem scholiorum in marginibus, alia scholiola quasi inter lineas in media pagina, sed anepigrapha tenet.**

Vat. 1422, III.
Ὑμεῖς αἰνεῖτε... δέδωκεν.
Vat. 752, IV. 754, V. 1422, V. *Reg.* VII.
Θαυμάσατε... ἀκαταλήπτως.
Vat. 752, VII. *Reg.* VIII.
Ὅτι ἐπὶ πάντας... περιεπήξατο.
Vat. 752, VIII. *Reg.* IX.
Καὶ ἡ πίστις αὐτοῦ διαμένει ἐν ὑμῖν.
Vat. 752, X.
Opp. Eusebii. Patrol XXIII, col. 1361.
Ἀνακαλεῖται... εἰς Θεόν.
Vat. 1678, II. 1683, III. *Reg.* II.
Τέως μὲν γὰρ... οἰκουμένης.
Vat. 754, III. 1685, III. *Ottob.* III.
Opp. Chrysostomi. Patrol. LV, col. 327.
Παντί που δῆλον... ἅπασαν.
Vat. 753, II. 1678, I. 1683, I.
Οὐ γὰρ ἓν καὶ δυό... παρουσία ἐπέλαμψεν.
Vat. 744, II. 752, III, VI. 1617, II.
Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν... ἐσώθησαν.
Vat. 1678, I.
Τουτέστιν ἐπάγη... τὴν ἡμέραν.
Vat. 744, III. 752, IX. 753, III. 754, VI. 1617, III. 1678, V. 1683, V.
Τότε γὰρ μάλιστα... ἐγένετο.
Vat. 753, VII. 1678, IX. 1683, IX.

Opp. Theodoreti. Patrol. LXXX, col. 1805.
Ἀλληλούϊα. Ὕμνος καὶ οὗτος.. εὐεργέτην.
Vat. 744., I. 752, II. 753, I. 754, I. 1422, I. 1617, I. 1685, I. *Ottob.* I.
Κατὰ τοῦτον ἅπαντας... χρησάμενος.
Vat. 753, IV, V.
Ἐλέῳ γὰρ μόνῳ... πλουσίως.
Vat. 753, VI. 754, V. 1422, X. 1685, V. *Ottob.* V.
Ἣν γὰρ διὰ τῶν ἁγίων... σωτηρίαν.
Vat. 744, IV. 752, XI. 754, VI. 1422, XI. 1617, IV. *Ottob.* VII.
Ἐπειδὴ τοίνυν... τὸν εὐεργέτην ἀμείψασθε.
Ottob. VIII.
Καὶ πάλιν... ἐφ' ἡμᾶς.
Ottob. VI.
In Corderii Catena[5]. t. III, p. 334-337.
Anonymi. Αἶνος καὶ οὗτος. (cf. *Theodoret*).
Τίνος χάριν ἐπιφέρει ὅλη τοῦ ψαλμου... τῶν πολεμίων.
Theodori Heracleotæ vulgati. l. l. Διὰ τούτων ἡ κλῆσις... κεκηρυγμένη. (Ex *Theodoreto* in primis).
Eusebii (lege *Chrysostomi*). Παντί που... ἐσώθησαν.
Origenis (lege *Eusebii*). Ἀνακαλεῖται... οἰκουμένης.
Anonymi (alias *Didymi, Apollinarii*). Τὴν μὲν γὰρ σκιὰν... εἰς τὸν αἰῶνα.
Hesychii (alias *Didymi, Apollinarii*). Συνδιαιωνίζοντος... τοῦ αἰῶνος.
Anonymi (lege *Chrysostomi*). Τῶν διὰ τῆς προφητείας... Χριστοῦ ἐγένετο.
Cæteri Codd. Vaticani 1677, 1682, 1789, Palatinus 247 ad psalmum CXVI non perveniunt.

III. *Nova in psalmum eumdem scholia.*

Ἀλληλούϊα.

Αἶνος θεϊκὸς δι' οὗ δοξάζουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν Θεόν. (*Vat.* 342, 1422). — Ἡ ἐπιγραφὴ περιέχει Ἀλληλούϊα, ἡ ἀρχὴ τοῦ πρώτου στίχου, ὅπερ ἑρμηνεύεται· Αἰνεῖτε τὸν ὄντα Θεόν, πάντα τὰ ἔθνη. Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. (*Vat.* 1422, *Regin*).

v. 1. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔθνη, ἐπαινέσατε αὐτόν, πάντες οἱ λαοί.

Ἡσυχίου. Ἀκολουθεῖ τούτῳ καὶ ὁ ρις'

Alleluia.

Hymnus divinus, quo homines gloriam Dei celebrant. — Inscriptio præ se fert *alleluia,* ab initio versiculi, quod interpretantur *laudate Deum qui est,* omnes gentes. Sine epigraphe est apud Hebræos.

v. 1. *Laudate Dominum, omnes gentes, laudate eum, omnes populi.*

Hesychii. Huic titulo *(alleluia)* con-

5) Veteres sunt querelæ, neque ineptæ, de Corderii ἀδλεψία in significandis auctorum nominibus et scholiorum suorum originibus. Alibi fortasse recoquetur rancidum argumentum.

ψαλμός· παρακέλευσις αὐτοῦ ἐστιν τοῦ Ἐζεχίου [6] πρὸς πάντα τὰ ἔθνη ὥστε καὶ τοὺς πανταχόθεν ὑμνεῖν τὸν Θεόν· ἡ γὰρ ἀπαλλαγὴ τοῦ πολέμου τῶν Ἀσσυρίων πάντας ἠλευθέρου τοῦ κακοῦ πάσχειν. (*Vat.* 1422).

Τῶν ἀνεπιγράφων. Προαναφωνεῖ ὁ προφήτης καὶ προτρέπεται τὰ ἔθνη δοξολογεῖν σὺν αὐτῷ τῷ Χριστῷ (*Vat.* 342). — Πάντες οἱ πιστοὶ τὸν αἶνον προσφέροντες τῷ Θεῷ οὐ παύονται (*Ibid.*). — Λαοὺς δὲ [καλεῖ] δηλονότι τοὺς διεσπαρμένους Ἰούδα, ἐξ ὧν οὐκ ὀλίγοι προσῆλθον τῷ Χριστῷ (*Vat.* 753).

v. 2. Ὅτι ἐκραταιώθη τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

Ἀπολλιναρίου [7]. Οὐκ ἦν εὐτελὴς ὁ περὶ τῆς σωτηρίας λόγος, εἰ μὴ καὶ τῶν σωζωμένων ἀπειλήφει τὴν μνήμην. (*Vat.* 1678, 1683, *Regin.*).

Ἡσυχίου [8]. Εἰ μὴ γὰρ ἰσχυρὸν λίαν καὶ δυνατὸν ἐφ' ἡμᾶς τὸ τοῦ Θεοῦ ἐγένετο ἔλεος, ὥστε ἀναλαβεῖν τὰ πάθη τὰ ἡμέτερα, οὐκ ἤμελλε σώζεσθαι. — Ἐπειδὴ ἐλέησας, οὐδὲ οὕτω τῆς ἀληθείας ἐφίσταται· μόνους δὲ σώζει τοὺς ἄξια τῆς φιλανθρωπίας, ἧς ἐπηλαύσαμεν, πράττοντας. (*Vat.* 1678, 1683).

Εὐσεβίου [9]. Κραταιότερον γὰρ γέγονεν ὑπὲρ τὴν ἀνθρώπων κακίαν, ὡς νικῆσαι πᾶσαν δεισιδαιμονίαν, καὶ πᾶσαν ἀνθρώπων πλάνην, τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν. Ἡ δὲ

gruit psalmus CXVI: exhortatio est Ezechiæ ad omnes gentes, ut undequaque Deum hymnis colant. Justa enim cessatio belli Assyriorum omnes liberavit a malis patiendis.

Anonymorum. Solemni voce propheta hortatur gentes ad gloriam Dei una cum ipso Christo recolendam. — Omnes fideles offerre Deo non cessant laudis munera. — Populos vocat, videlicet dispersos Judæ exules, quorum multi ad Christum accesserunt.

v. 2. *Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus, et veritas Domini manet in æternum.*

Apollinarii. Non est plenus sermo de salute, nisi salvatorum memoriam susceperit.

Hesychii. Nisi enim fortis ac potens super nos facta esset Dei misericordia, eo usque ut assumpserit infirmitates nostras, saluti non providisset. — Quandoquidem postquam misertus est, idcirco non recessit a veritate; eos tantum salvos facit, qui digna committunt illius clementiæ, qua nos frui contigit.

Eusebii. Potentior enim adfuit misericordia præ hominum improbitate, ita ut vicerit Dei clementia omnem pravam superstitionem, omnemque hominum

6) Hesychius ex Antiochena schola promptius vergit ad exegesin historicam, quam temere fabricavit Mopsuestenus, uec sane intelligitur, unde ad Ezechiam hunc brevem psalmum referat.

7) Locus multo prolixior in codice; sed quæ sequuntur, edidit Corderius ἀνεπιγράφως, et Didymo dantur in Vatic. Regin. Cætera scholia Apollinarii nomine inscripta, scilicet: 1.° τὴν μὲν γὰρ σκιὰν extat apud Corderium sub ementito nomine Eusebii, neque eleganti Laodiceno ea indigna sunt. 2.° συνδιαιωνίζοντος ibidem Hesychio tribuitur. 3.° Τῶν διὰ τῆς... κεκηρυγμένη Heracleotæ apud Corderio l. l. Dolendum desiderari in Patrologia græca quotquot sunt Apollinarii fragmenta, præter metricam psalmorum metaphrasin; at alia sunt sexcenta ubique sparsa in catenis, in conciliis, in collectaneis Maximi, Anastasii, Damasceni, etc. Dignus summopere est infaustus hæresiarcha, qui diligentem et orthodoxum editorem aliquando tandem nanciscatur. Habes infra in coronide metra ejusdem in ps. CXVI, cum nova versione metrica.

8) Alia sunt supra Hesychio ascripta v. g. ὕμνος καὶ αὖτος πᾶσιν ἀντρώποις.. ὑμνῆσαι τὸν εὐεργέτην, dubio procul Theodoreti..

9) Lætor enim vero incrementum dare et legitimum, ut opinor, commentario quem luci dedit cl. Montefalconius aperte mutilum: desideratur enim integra versiculi secundi expositio.

ἀλήθεια τοῦ Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα, τῶν διὰ τῆς προφητείας ἐπηγγελμένων, τὴν ἀλήθειαν ἀποληψομένων κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως, οὐκ εἰς μακροὺς αἰῶνας, ἀλλ' εἰς τὸν ἐνεστῶτα πληρωθήσεται ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ ἡ διὰ τῆς προφητείας κεκηρυγμένη. (*Vat.* 1678. *Regin.*)

Τῶν ἀνεπιγράφων. Τοσοῦτον γὰρ ἐκραταίωσεν ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, ὥστε δι' αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν ἐπιδημῆσαι τοῦ σῶσαι αὐτόν. (*Vat.* 342, 1421). — Εἶπε γὰρ σῶσαι τὸν ἄνθρωπον, ὃ καὶ ἐποίησε, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα μένει ἡ πρᾶξις αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτῆς σώζονται πάντες οἱ ἐπιγινώσκοντες αὐτήν. (*Vat.* 342). — Ὅτι πάντας ἔλεος αὐτοῦ περιεπτύξατο. (*Vat.* 752. *Regin.*) — Μένει γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν ἡμῖν εὐχαριστεῖν διδάσκουσα τῷ Πατρὶ τῷ κραταιώσαντι τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ μένειν ποιήσαντι τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἕως τοῦ αἰῶνος. (*Vat.* 752). — Καὶ ἐῤῥύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσῳ σκύμνων. Αὕτη τοιγαροῦν ἀλήθεια καὶ προσδοκία τῶν ἐθνῶν ἦν, διὸ καὶ ἐπιλάμψασα τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, εἰς αἶνον πάντα τὰ ἔθνη [καλοῦσα] καὶ πάντας τοὺς λαοὺς εὐχαριστεῖν τῷ Πατρι κτλ. (*Vat.* 1422).

fallaciam. At *veritas Domini manet in æternum,* in iis nimirum quæ per oraculum prædicta fuere, quæ veritate confirmata sunt in tempore quo res effectu evenerunt: haud enim longa post sæcula, sed in ævo præsenti complebitur veritas ejus, quæ per prophetas prædicta fuit.

Anonymorum. Tantopere Deus suam confirmavit misericordiam erga hominem, ut propter eum in terram migraverit ad salvandum eum. — Nam dixit se daturum esse homini salutem, et fecit, et in æternum manet opus veritatis illius, per quam salvantur quicumque agnoverunt eam. — Propterea omnes ejus misericordia circumdedit. — Nam manet in nobis fides ejus, quæ edocet nos gratias habere Patri, qui confirmavit misericordiam suam, et persistere fecit in sæculum veritatem et misericordiam suam. — «Et eripuit animam meam de medio catulorum.» Ipsa videlicet veritas et expectatio gentium erat; idcirco illuxit hominum generi, omnes gentes ad laudes convocans, omnesque populos ad gratias Deo Patri agendas etc.

APOLLINARII LAODICENI

Versio metrica psalmi CXVI

Ἕκτον ἐφ' ἑνδεκάτῃ δεκάδι μέλος ἀλληλούϊα.
Πάνθ' ἅμα Παμβασιλῆα πολύθροα μέλψατε φῦλα,
Καί μιν ὁμοῦ σύμπαντες ἄδην κελαδήσατε λαοί·
Οὕνεκεν ἄμμιν Ἄναξ ἐλεήμονα μῆτιν ὀφέλλει,
Καὶ ἡ ἀληθείη παναγήραος αἰὲν ἐτύχθη.

Sextum supra undecimam decadem carmen Alleluia.
Regem, multisonæ gentes, celebrate potentem,
Et cuncti populi, modulamini voce canora.
Ecce bonum clemens nobis rex consilium auget,
Aeternumque manent oracula nescia falli.

Collati quatuor versiculi cum Ottobon. 59 saec. XI, qui incipit ab ipso ps. CXVI. Præmissa epigraphe, tam metro quam vena quum Apollinarium minime sapiat, credere lubet huc potius irrepsisse aliquem ex officina sequioris ævi, in quo Byzantinorum operosa rudisque Minerva simili barbarie delectabatur. Edd. Καὶ οἱ ἀληθείη, *et ipsi veritas.* Latet itacismus.

Psalmus CXVII.

v. 1. Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Ἐπεὶ ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς, βούλεται τὴν μετάνοιαν τοῦ ἁμαρτωλοῦ, μηδὲ τὸν θάνατον αὐτοῦ, ὡσεὶ ὑπεύθυνοι ἁμαρτίαις ἐστὲ, τὴν ἐκ μετανοίας ἐξομολόγησιν ἐπ' αὐτὸν ποιήσατε, καὶ ἕξετε αὐτὸν ἀφιέντα ὧν ἐξομολογεῖσθε· ὁ γὰρ ἔλεος αὐτοῦ διηνεκής ἐστι.

v. 7. Κύριος ἐμὸς βοηθὸς, κἀγὼ ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου.

Ὅτι διδάσκεται ὁ Χριστοῦ λαὸς, προσδοκεῖν μὲν ἐπιβουλὰς ἀνθρώπων, μὴ πτήσσειν δὲ, μηδ' ἀγωνιᾶν, ἀλλὰ λέγειν· Κύριος ἐμοὶ βοηθός· ἐχθροὺς δὲ αὐτοῦ νοήσεις τοὺς ἀντικειμένους αὐτῷ διὰ τὴν εὐσεβῆ γνῶσιν, καὶ τὴν κατὰ Θεὸν πολιτείαν, ἢ καὶ τοὺς πονηροὺς δαίμονας.

v. 8. Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον.

Ἄνθρωπον λέγει ἡ γραφὴ τὸν διάβολον, ὅτι ἐχθρὸς ἄνθρωπος ἔσπειρε τὰ ζιζάνια.

v. 19, 20. Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης· εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς, ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ. Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ.

Καὶ ἐν ἄλλοις λεχθείη ἄν· Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, σώφρονες εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. Καὶ ἐν ἄλλοις· Ἀνδρεῖοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. Καὶ ἐν ἄλλοις· Σοφοὶ εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. — Ὡς ἀνοίγονται πύλαι δικαιοσύνης, οὕτω καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας καὶ ἀγάπης· διὰ γὰρ τούτων τῶν πυλῶν εἰσέρχεται νοῦς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

v. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Quoniam Deus qui bonus est, vult peccatoris pœnitentiam, non mortem ejus, vos omnes, qui peccatis subjecti estis, agite illi confessionem, quæ fit per pœnitentiam, et invenietis eum in vobis condonantem ea quæ confessi fueritis: misericordia enim illius perpetua est.

v. 7. *Dominus adjutor meus, et ego despiciam inimicos meos.*

Monetur Christi populus expectare insidias hominum, non timere tamen, neque affligi, sed dicere: *Dominus adjutor meus.* Inimicos autem scies esse eos qui ipsi adversantur in religiosa scientia et vita juxta Deum instituta, vel esse prava dæmonia.

v. 8. *Bonum magis est confidere in Deo quam confidere in homine.*

Hominem Scriptura Diabolum vocat, quia inimicus homo seminavit zizania.

v. 19, 20. *Aperite mihi portas justitiæ, ingressus in eas confitebor Domino. Hæc porta Domini, justi intrabunt in eam.*

In aliis exemplaribus legere est: *Hæc porta Domini, casti intrabunt in eam.* Et in aliis: *Viri fortes intrabunt in eam.* Et in aliis: *Sapientes intrabunt in eam.* — Ut aperiuntur portæ justitiæ, ita et castitatis, et fortitudinis et charitatis: per hæc enim ostia mens introducitur in regnum cœlorum.

Ps. cxvii. v. 1. Vat. 4. Plura, maxime in ultimis scholiis, aperte recidunt in amplum Chrysostomi eo de psalmo commentarium, qui magis videtur nostra more oratoris extendere, quam esse nostra Chrysostomi compendium.

v. 7. Vat. 4.

v. 8. Vat. 4. Matth. xiii. 25.

v. 19, 20. Vat. 4, 12, 14. Fieldio desunt copiosæ Hexaplorum varietates omnes, ut videtur, cf. t. ii, 270.

v. 21. Ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι ἐπήκουσάς με, καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν.

Οὐχ ἁπλῶς ἐπήκουσε, ἀλλὰ πρότερον παιδεύσας καὶ βελτίω ποιήσας· διὸ καὶ εὐχαριστεῖ, οὐχ ὑπὲρ ὧν ἠκούσθη, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν ἐπαιδεύθη, καὶ πανταχοῦ πολὺ παρ' αὐτῷ τὸ τῆς εὐχαριστίας εἶδος, ὅπερ εἰπὼν καὶ λέγων οὐ παύσομαι· τοῦτο μάλιστα θυσία καὶ προσφορά.

v. 22. Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγεννήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.

Ὅτι μὲν εἰς Χριστὸν τὸ εἰρημένον παντί που δῆλον. Εἰ δὲ μή, δοκεῖ ἐξ αὐτῆς ἠρτῆσθαι τῆς ἱστορίας, ἀλλ' ὅτι μέσην διακόψασα τὴν ἀκολουθίαν ἡ προφητεία ἐπεισῆλθε, θαυμαστὸν οὐδέν. Οὕτως αἱ πλείους τῶν προφητειῶν εἰσὶν ἐν τῇ παλαιᾷ. Οἰκοδομοῦντας δὲ [νόει] τοὺς διδασκάλους τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἀπεδοκίμαζον αὐτὸν λέγοντες· Σαμαρείτης εἶ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις. Καὶ πάλιν· Οὗτος οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον. Ἀλλ' ὅμως οὗτος ὁ ἀποδοκιμασθείς, οὗτος ἐφάνη δόκιμος, ὡς γενέσθαι κεφαλὴν γωνίας· οὐ γὰρ πᾶς λίθος εἰς γωνίαν ἐπιτήδειος, ἀλλ' ὁ δοκιμώτατος καὶ ἐξ ἑκατέρας πλευρᾶς τοὺς τοίχους συνδῆσαι δυνάμενος. Ὃ τοίνυν λέγει ὁ προφήτης, τουτέστιν, ὅτι ὁ ἀποδοκιμασθεὶς παρὰ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐξουδενωθείς, οὗτος ἐφάνη θαυμαστός, ὥστε μὴ μόνον οἰκοδομὴν ὑφῆναι, ἀλλὰ συνδῆσαι δύο τοίχους, τοὺς ἐξ Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων πιστεύσαντας, περὶ τούτων ἔλεγε καὶ αὐτός· Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν. — Γωνία ἐστὶ διδασκαλία τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς εἰρηνεύοντος. Ἡ συναφὴ τῶν δύο γωνιῶν παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡ μαρτυρία

v. 21. *Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, et factus es mihi in salutem.*

Non simpliciter exaudivit, sed prius corripuit et meliorem effecit, propter quod David gratias agit, non pro verbis suis auditis, sed quod emendatus est, atque universim multum illi est gratiarum hoc genus, quas dicere et habere, [ait], non desinam. Id maxime est hostia et oblatio.

v. 22. *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, idem factus est in caput anguli.*

Ad Christum referri hoc oraculum, cuivis manifestum est. Sin minus videtur ab ipsa pendere historia, sed media rerum intercepta serie, prophetiam introduci, nihil mirum. Ita in veteri fœdere pleraque se habent vaticinia. Ædificantes vero accipe magistros Judæorum, qui reprobaverunt eum, dicentes: « Samaritanus es, et dæmonium habes. » Et rursus: « Iste a Deo non est, sed decipit plebem ». Verum idem qui reprobatus est, ipse ostensus est acceptus, ut fieret caput anguli. Etenim non quivis lapis ad angulum aptus est, sed qui probatissimus, et ex utroque latere ad muros connectendos idoneus. Quod interea propheta dicit, hoc est: Reprobatus a Judæis, et pro nihilo habitus, idem ille ita stupendus factus est, ut non solum ædificio cohæreat, sed vinculo colligat duos muros, eos qui crediderunt ex Judæis et eos ex Græcis: de hisce enim ipse dixit: « Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, et eas oportet me adducere.» — Angulus est doctrina Salvatoris nostri Jesu Christi, qui in pace cælestia et terrena composuit. Junctura duorum an-

v. 21. Vat. 4, 5, 12. Inde incipit Chrysostomi paraphrasis apud Montefalconium usque ad v. 23, continua quidem et quasi ex ore aureo, dum pariter nostra placidiori, sed firmo pede pergunt. Etiam ultima revocant iisdem verbis paginam 226 versus finem.

v. 22. Vat. 4. Joan. VIII, 48; X, 16. Luc. XXIII, 5. Matth. III. 17.

γεγένηται· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.

gulorum facta est a Salvatore in hoc testimonio: « Hic est Filius meus dilectus. »

v. 23. Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.

Οὐκ ἦν ἀνθρώπινον τὸ γενόμενον, φησὶν, οὐκ ἦν ἀγγέλων, οὐκ ἀρχαγγέλων, τὸ τοιαύτην πῆξαι γωνίαν. Τίς ἐστι θαυμαστή; ἡ γωνία, ἡ σύνοδος τῶν δύο ἐθνῶν, ἡ εἰς τὴν εὐσέβειαν. Διὰ τί εἶπεν, ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν; οὐ γὰρ πᾶσίν ἐστι τὸ θαῦμα κατάδηλον. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐκπλαγείη, ὅτε ἔνθα ἐσταυρώθη ὁ Χριστὸς, ἐκεῖ προσκυνεῖται ὁ Χριστὸς, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην παρέδραμεν ὁ λόγος, συνάπτων τῇ ἀληθείᾳ ἅπαντας; Ἔστι μὲν οὖν καὶ τοῖς ὁπωσοῦν ἐξετάζουσι θαυμαστὴ, πολλῷ δὲ ἀκριβέστερον τοῖς πιστεύουσι. Διὰ τοῦτο φησὶν, ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Ταύτης δὲ τῆς χάριτος χορηγὸς ὁ Θεὸς, ἡμεῖς δὲ τὴν ἄῤῥητον φιλανθρωπίαν θαυμάζωμεν.

v. 23. *A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris.*

Hominum non erat consilium, inquit, quod factum est, non erat angelorum, neque archangelorum, talem compegisse angulum. Quid stuporem movet? Angulus scilicet, conjunctio duarum gentium in unum Dei cultum. Cur dixit: *In oculis nostris?* Omnibus enim non est portentum perspicuum. Quisnam non expaverit, quod ubi cruci affixus est Christus, Christus ibidem adoretur, quod per universum orbem Verbum cucurrerit, omnes in veritate reconcilians? Res quidem miranda, etiam his qui perfunctorie observant, sed multo magis diligentius credentibus. Propterea ait *in oculis nostris.* Hujus autem gratiæ largitor Deus est; nos vero indicibilem ejus in homines amorem obstupescamus.

v. 24. Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ.

Εὐφροσύνην ἐνταῦθα λέγει τὴν πνευματικὴν τῆς διανοίας. Εὐφρανθῶμεν, φησὶν, ὅτι τοσούτων ἐπετύχομεν τῶν ἀγαθῶν· καταλλαγὴ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐγένετο· οὐρανὸς ἀπεδείχθη ἡ γῆ, οἱ τῆς γῆς ἀνάξιοι ἄνθρωποι τῆς βασιλείας ἐφάνησαν ἄξιοι.

v. 24. *Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus et lætemur in ea.*

Exultationem ibi ait mentis spiritualem. *Exultemus,* inquit, tantorum qui potiti sumus bonorum: reconciliatio Dei ad nos pervenit, cœlum facta est terra, terreni homines indigni regnare regno digni visi sunt.

v. 25-27. Ὦ Κύριε, σῶσον δή! Ὦ Κύριε,

v. 25, 26, 27. *O Domine, salva bene!*

v. 23. Vat. 4, 12. In quo posteriore codice nolim diffiteri inscribi Chrysostomum, ac si malueris, totum grandi nomini concedo. Cedo autem mihi, etiam Chrysostomi esse similem ἔκφρασιν a Maurinis editam in v. 24, cui pariter Vat. 12 præfixit Chrysostomi epigraphen. Hinc et inde os idem, aurea et grandia loquens. Hexapla etiam ex ambone idem recitare non timuit.

v. 24. Vat. 4. Apud Corderium similia, sed prolixiora tribuuntur cuidam Theodoro, qui sane non est Mopsuestenus, a spirituali exegesi alienissimus.

v. 25-27. Vat. 4, 12 cf. Is. Jerem. passim. Anonymum Origenianum toties laudatum, huc revocare lubet: "Pulchre autem *qui venit*, non *qui veniet.* Semper enim veffit et cum hominum genere versatur (etsi non per carnem), minime motus, minime transiens (ipse enim immutabilis et invariabilis) tam cœlum quam terram implet divina præsentia: nos vero animo aut affectu vel ipsi appropinquamus vel ab eo recedimus." Etiam audiatur alter anonymus vetus: "Altare est corpus Domini; quemadmodum enim altare omnes hostias holocaustorum et salutaris et pro peccatis suscipiebat, sic e-

εὐόδωσον δή! Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐξ οἴκου Κυρίου. Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν.

Οἱ δὲ πρὸ αὐτοῦ, ἄνδρες καὶ ἄγγελοι, ὡς δοῦλοι ἀφίκοντο· Οἱ μὲν γάρ· Ταῦτα λέγει Κύριος, ἔφασκον. Οἱ δέ· Κύριος ἀπέστειλέ με. Διό φασιν οἱ προαγορεύοντες αὐτοῦ τὴν ἐπιδημίαν· Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐξ οἴκου Κυρίου. Ἐξ οἴκου γὰρ Κυρίου, ἐκ τῶν κόλπων τῶν πατερικῶν ἐστὶν ὁ ἐρχόμενος. Ἐπιφέρεται γοῦν εὐθύς· Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. Τὸ γὰρ ἐλθεῖν, οὐ τόπου μεταβολή, ἀλλὰ τοῦ μὴ ὁρωμένου πρότερον ἐπιφάνεια· ἀόρατος γὰρ ὤν, ὡς εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, διὰ σαρκὸς μορφὴν δούλου λαβών, δι' ἧς χειραγωγεῖται καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ θεάσασθαι, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρός, ἣν οἱ ἰδόντες φασιν· Ὦ Κύριε, σῶσον δή! ὦ Κύριε, εὐόδωσον δή!

O Domine, bene prosperare! Benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini. Deus Dominus, et illuxit nobis.

Qui ante eum fuerunt, viri et angeli, sicut servi accedebant. Hi quidem aientes: « Hæc Dominus locutus est. » Illi vero: « Dominus misit me. » Ideo dicunt qui prænuntiaverunt ejus adventum: *Benediximus vobis de domo Domini.* Nam ex domo Domini, ex sinibus Patris est qui venit. Statim ergo subjungitur: *Deus Dominus, et illuxit nobis.* — Verbum porro illud *qui venit,* non loci mutatio est, sed ejus qui prius non cernebatur, apparitio. Invisibilis enim, utpote imago Dei invisibilis, per carnem formam servi assumens, per eam quemque manu velut ducit ad contemplandam suam gloriam, gloriam unigeniti a Patre, quam qui viderunt, clamant: *O Domine, salva bene! Bene, o Domine, prosperare.*

v. 27. Συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου.

Πυκάζοντας τοῖς καρποῖς τῆς ἀρετῆς δεήσει εἶναι καὶ μηδὲν ἔχοντας ἀραιὸν ἢ διάκενον, ἐν ᾧ οὐ συστήσεται ἀρετή.

v. 28. Θεός μου εἶ σύ, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι... καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν.

Δοξολογῶν καὶ θεολογῶν σε, λέγω ἃ εἰς ἐμὲ καὶ πεποίηκας θαυμάσια. Ὕψωσας γάρ με, καὶ πεποίηκας δύναμιν, ὡς μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζήσαντά με διηγεῖσθαι τὰ ἔργα σου. — Ταῦτα τίς αἰτεῖ προνοεῖσθαι; τῶν ὅλων εἰδὼς τὸν Θεόν. Θεοῦ γὰρ τὸ σώζειν ἐστὶ, καὶ παρ' αὐτοῦ κατευθύνεται τὰ διαβήματα, ὡς τό· Ὅσα ἂν ποιῇ, καθευοδωθήσεται, καὶ τὸ ἐν εὐαγγελίοις· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου.

v. 27. *Constituite diem solemnem in condensis usque ad cornua altaris.*

Condensos fructibus virtutis oportet eos esse, nihil tenue habentes aut vacuum, in quo virtus non consistat.

v. 28. *Deus meus es tu, et confitebor tibi... et factus es mihi in salutem.*

Te gloriosum, te Deum professus, eloquor mirabilia quæ etiam mihi fecisti. Nam sublimasti me, et virtutem fecisti, non ut moriar, sed ut vivens enarrem opera tua. Talia ut prævideat, quis deprecatur? Ille qui Deum vidit universorum. Deus enim est salvator, et per quem diriguntur gressus, ut fert hoc: « Omnia quæcumque fecit, dirigentur, » et illud in evangeliis: « Benedictus qui venit in nomine Domini. »

tiam Christi corpus omnia nostra holocausta et sacrificium salutaris, id est omnem nostram virtutem, ut illam sanctificet, suscipit, quin etiam pro peccatis; nam corpus ipsius peccata nostra sustulit. Cornua igitur ipsius sunt crux: « Cornua enim, inquit, in manibus ejus. » Habac. III, 4. Quæ recentionibus solemnia, ab antiquis repetere juvat.

v. 28. Vat. 4. Joan. XII, 13. Initium retinet Didymus apud Maium. Cod. Θεὸς γὰρ τοῦ.

Psalmus CXVIII.

MONITUM

Docet nos Hieronymus, in epistola ad Paulam, quam annorum ante quinque lustra, primam in lucem dedimus[1], Origenis exstitisse in psalmum CXVIII scholia, excerpta et homilias plurimas. Ingens fuisse totum opus, satis ostendunt triginta et octo supra centum fragmenta, quæ sæculo elapso Maurini pro solita diligentia in medium attulerunt. Quibus quum omnes Romani codices defuerint, nihil mirum, si in manibus nostris idem opus duplo, immo fortasse triplo auctius creverit. Mirari tantum lubet et lætari, hanc romanam messem ita ab omnibus fuisse neglectam, ut intacta, post tot alios et præstantissimos, mihi omnium ultimo relicta fuerit, uti universa, neque sane exigua, Origenis in sacros libros commentationum supellex e tenebris eruenda.

Suspicari haud ineptum est, integrum opus Origenianum in psalmum CXVIII pervenisse tum ad Ambrosium cum multis Græciæ et Orientalium gazis, tum ad Hilarium nostrum, qui ab exilio redux et ovans, hæc opima secum spolia facile reportaverit: tum etiam ambobus, in hos thesauros incidentibus eamdem subiisse æmulationem, sed dilatatis robustioribus lacertis, idem saxum volvendi, similemque exerendi in amplissimum psalmum publicam disputationem. Unde opportunum duximus, quoties nostra ab utroque summo interprete referri videbantur, religiose illorum testimonia subjicere, quibus et operis nostri sinceritas simul et antiquitas et nobilitas commendarentur.

Digna hercle summis ingeniis palæstra: ac memorabile studii coæqualium communis exemplum, quo nihil simile in tota Orientis et Occidentis litteratura Patrum reperitur. Dignus, inquam, psalmus erat triplici tantorum virorum commentario, utpote quem adhuc quotidie psallendum singulis sacrorum ordinum clericis Ecclesia catholica præscribit; quem ideo Hilarius et Ambrosius exponendum esse censuerunt, propterea quod tam Pictavi quam Insubri, tam Cisalpini quam Transalpini Galli uno ore idem canticum frequentabant. Quid si jam martyrum in ævo, Origenes audivit grande illud τῶν μαρτυριῶν præconium, in Alexandrino stadio, inter rogos et æquuleos, inter aras et altaria, insonuisse?

Utinam veteres consenserint in eximiam Bellarmini sententiam, scilicet, perinde ac quindecim sequentes psalmi graduum totidem sunt stationes in singulis atrii gradibus consistentium Israelitarum, augustiora festa celebrantium; quemadmodum etiam, si Origeni nostro fides[2], eadem XV cantica totidem sunt stadia militum ab acie redeuntium: ita psalmus CXVIII, peregrinantium erit canticum, per vias, sylvas, et compita recitatum, quando ter in anno ex omni parte Judææ sive ad arcam tabernaculi, sive ad Salomonis templum concurrebant. Im-

1) *Spicilegium Solesm.* t. III, p. 311. Particulæ jam editæ deerat Catalogus, qui prolixus licet, adhuc mutilus est, et etiam in eo desiderantur saltem XXV opera, quæ ibidem raptim recensuimus: neque etiam satis videtur significari in hac epistola, copiosum Origenis et triplex opus in ps. CXVIII.

2) Cf. Opp. t. II, col. 818, et infra ps. CXIX.

mo erit cui placuerit, excogitata fuisse alphabeti acrosticha, ut senum, puerorum puellarumque memoria adjuvaretur, quo facilius in omnium recordationem, vel ambulantium, et inter itineris fastidia, salubres sententiæ revocarentur.

Cæterum psalmus, in quocumque ævo et loco, laudes meruit quas Ambrosius effudit in hoc mellifluum proœmium: « Licet mystica quæque, velut tubæ in- « crepuerit sono, David propheta, tamen « moralium magnus magister in eo quan- « tum excelluit, ethica psalmi hujus « summa declarat gratia. Si quidem cum « suavis omnis doctrina moralis sit, tum « maxime suavitate carminis et psallen- « di dulcedine, delectat aures, animum- « que mulcet: ac merito plerisque locis « moralium sententias psalmorum tam- « quam stellarum diffundit lumina, quæ « lucent atque emicant, centesimum ve- « ro et octavum decimum psalmum, ve- « lut pleni luminis solem meridiano fer- « ventem calore etc... »

Quid vero si psalmus neque Davidis sit, neque ejus temporis, sed præposterum opus psaltæ ignoti? Ita recentiores, sed quo tibicine fulti? Quo veterum testimonio? Quave certa indagine quam vocant philologicam? Nemo a nobis exspectat, neque exposcit, ut in hunc pulverem immergamur.

Quod spectat ad novi editoris operam, satis superque in altero tomo, ubi hæc Origeniana exordiuntur, disputatum est de codicibus mss. excussis, ut nihil addendum sit de eorum numero, antiquitate et auctoritate. Omnium fere tot veterum librorum laus communis et honor singularis est, ad remotam ætatem eos ascendere; nonnullos inter unciales recenseri, et plerosque optimæ esse notæ atque scripturæ. Sed commune vitium quoque est, male olens genus catenarum biblicarum, quæ dilacerata passim et disjecta scriptorum membra dispertiuntur. Verum cum permulti codices nostri sint, neque unus repertus sit qui alterius dici debeat integrum apographum, singulis cum singulis diligenter et minutatim collatis, contigit (venia sit propheticæ imagini) ut in campo ossibus pleno, fieret sonitus, haud sine commotione; et accesserint ossa ad ossa, unumqnodque ad juncturam suam; et ecce super ea nervi et carnes ascenderunt, et extenta est in eis cutis desuper, et etiam spiritus non desideratus est [3].

Cuique notum est, nullum fere Patrum Græcorum et Orientalium, maxime inter vetustiores, ad lucem venisse, quin multa, immo non semel pars major ex corrasis catenarum laciniis conflata fuerit. Nobis igitur concedatur quod Maurinis in ipso Origene, quod Maio in Cyrillo, in Didymo, in Eusebio, in Asterio, etiam in nostro Adamantino abunde concessum est.

Aliud est quod nemo ulla, opinor, invidia negaverit. Quamvis ea sit Anecdotorum lex, ut recocta omnino ab eis excludantur, urgebat nos ipsa rerum conditio et natura, ut integritati suæ restituerentur ea, quæ in codicibus nostris mutila, requirebant aut initium, aut incrementum, aut ultimum membrum, alibi ex manifesta serie et junctura adservatum. Quam multa autem et quot opti-

3) Opp. t. I, p. 971 Maurin. Cf. Hilar. opp. t. I. p. 272. De viro celeberrimo Blasio Pascal scriptum est a fideli teste ipsius sorore: "Il avait "un amour sensible pour l'office divin, mais "surtout pour les petites heures, parce qu'elles "sont composées du psaume CXVIII, dans le- "quel il trouvait tant de choses admirables, qu'il "sentait de la délectation à le réciter; quand il "s'entretenait avec ses amis de la beauté de ce "psaume, il se transportait, en sorte qu'il pa- "raissait hors de lui-même. „ Faugère, *Lettres, opuscules et mémoires de M. Périer*, p. 36.

ma neglexímus, nequicquam clamantibus nostris codicibus, urgenteque frustra desiderio luxata ligandi, dissoluta coercendi, reparandi mutila. Utinam licuerit totum opus instaurare, ut omnia undequaque sparsa in unum corpus tandem coalescerent! Interea necesse fuit nonnulla a Maurinis mutuari, quædam alia in Corderii farragine expiscari, etiam Origeni restituere, quæ immerito, nec sine corruptela et adultera injuria, transierunt ad Eusebium, ad vulgatum de psalmis Athanasium, ad Didymum, ad Cyrillum Alexandrinum, ad Chrysostomum, ad Theodoretum, ad Theodorum Heracleotam, ad alios, qui in singulis locis notantur, ut si jure postliminii abutamur, unus quisque prudens lector, re diligenter perpensa, judex sedeat et arbiter. Quem tandem, hisce finem impositurus, precor, ut æquus bonusque sit, et longo, ingratoque labori faveat.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Prooemium et argumentum Origenis.

1. Τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ ὁ ἠθικός ἐστι τόπος, περὶ οὗ καὶ διαλαμβάνει ὁ ἑκατοστὸς ὀκτωκαιδέκατος ψαλμὸς κατὰ τὰ ἑβραϊκὰ στοιχεῖα γεγραμμένος· ὥστε τοὺς μὲν πρώτους αὐτοῦ στίχους εἶναι ὀκτὼ ἀπὸ τοῦ Ἄλεφ, ὅ ἐστιν ἀρχὴ τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων· τοὺς δὲ δευτέρους ὀκτὼ ἀπὸ Βὴθ, καὶ οὕτω καθ' ἑξῆς. Καὶ περιέχει γε ὁ ψαλμὸς οὗτος ὅλον τὸν τόπον τὸν ἠθικὸν μετὰ πάσης θεωρίας, τῆς περὶ τῶν διαφόρων τοῖς ἠθικοῖς τόποις ὀνομάτων ἐν ταῖς γραφαῖς.

2. Ἰστέον δὲ ὡς ἄλλο μὲν νόμος, ἄλλο δὲ δικαίωμα, ἄλλο πρόσταγμα, ἄλλο μαρτύριον,

1. Litteræ, divinis verbis præfixae, moralis argumenti sunt, idque persequitur psalmus CXVIII, qui juxta seriem hebraicorum elementorum scriptus est: ita priores ejus octo versiculi ab Aleph ordiuntur, a quo litteræ apud eos incipiunt; sequentes vero octo a littera Beth, et sic porro. Atque hic psalmus universam morum doctrinam continet, cum omnimoda consideratione vocabulorum, quæ in Scripturis de morum rebus usurpantur.

2. Sciendum autem quod aliud quidem sit lex, aliud vero justificatio, aliud man-

Hilarius *in prooemio n.* 2. Plures enim quum audiunt legem, justificationes, præcepta, testimonia, judicia, quæ omnia Moyses sub diversa uniuscujusque generis virtute disposuit, unum atque idem esse existimant: ignorantes aliud legem, aliud justificationem, aliud præceptum, aliud testimonium, aliud esse judicium: quæ multum a se differre et discrepare, testis nobis est octavus decimus psalmus quo continetur proprietas uniuscujusque et nuncupationis et generis etc...... Itaque per litteras singulas hæc omnia maximus et ultra cæteros copiosissimus psalmus iste discernit, ut per hæc verborum elementa credendi et vivendi et erudiendi in Dominum ratio et distinctio doceretur.

1. Procemium ex Vat. 6, 9, 11, 16. Ab initio græca Maurinorum sequimur, rejecta quam receperunt intricata Corderii latinitate, admissa, ubi oportuit, nonnulla emendatione, uti statim ab exordio: Ὁ θεῖός ἐστι τόπος, ubi omnino legendum ἠθικός ἐστι τόπος.

2. Genuina esse nostra ipse Origenes confirmat, revocato suo in ps. xviii commentario, qui partim superest, et in his quæ nobiscum faciunt, quæ legere est: Ὁ τοῦ Μωϋσέως νόμος διαφόρως ὀνομάζεται· λέγεται γὰρ νόμος, ὡς τὴν πολιτείαν ῥυθμίζων· μαρτυρία, ὅτι διαμαρτύρεται, τὰ τῆς παραβάσεως τιμωρίαν δεικνύς· δικαιώματα, ὅτι πρὸς τὸ καλὸν προτρέπων ἀπαγορεύει τὸ ἄδικον·

ἄλλο κρῖμα. Καὶ τὸν ιη' ψαλμὸν ἑρμηνεύσαντες, εἰρήκαμεν τίνι διαφέρει νόμος, καὶ μαρτύρια, καὶ δικαιώματα, κρίματα καὶ ἐντολή· ἀναμνήσωμεν δὲ ὅμως ἐν κεφαλαίῳ τὰ εἰρημένα.

datum, aliud testimonium, aliud judicium. Atque nos dum psalmum XVIII interpretati sumus, diximus in quo differant lex et testimonia et justificationes et judicia et præceptum. Verum ea quæ dicta sunt, summatim recolamus :

Νόμον καλεῖ τὸν ὑπὸ Θεοῦ διὰ Μωσέως δεδομένον.

Psalmus legem vocat eam quæ a Deo per Moysen data est.

Ἐντολὰς δὲ, καὶ προστάγματα πάλιν, τὸν αὐτὸν, ὡς βασιλικῶς ἐνταλθέντα καὶ προσταχθέντα.

Præcepta simul et mandata eamdem signant, quantum regio jure edicta fuit et constituta.

Δικαιώματα δὲ, ὡς δικαιοῦντα τὸν κατορθοῦσθαι δυνάμενον.

Justificationes autem ea sunt quæ justum eum faciunt qui rectus fieri potest.

Κρίματα δὲ, ὡς τὰς θείους ψήφους ὑποδεικνύντα, καὶ τὰς ἀξίας ἀντιδόσεις τῶν τε ἐννόμως καὶ παρανόμως βιούντων.

Judicia vero, ea quæ divinas sententias enuntiant justasque retributiones erogant. viventibus sive secundum sive contra legem

Μαρτύρια δὲ, ὡς διαμαρτυρόμενα καὶ δεικνύντα οἵαις ὑποβληθήσονται τιμωρίαις οἱ παραβαίνοντες.

Testimonia demum sunt quæ contestantur et manifestant quibus pœnis sontes subjicientur.

Καὶ οὐκ οἶμαι, ὅσον ἐπέβη ἱστορία, ἄλλοθι διὰ πλειόνων τὰ ἠθικὰ εἰρῆσθαι περὶ τῆς διαφορᾶς νόμου καὶ προστάγματος καὶ περὶ τῶν λοιπῶν, ὡς ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ.

Neque arbitror, quantum historica littera fert, sensum moralem abundantius significari dlversitate legis aut mandati et cæterorum, quam in hoc psalmo habetur.

3. Διὰ τοῦτο δὲ ἐνταῦθα καὶ τὰ στοιχεῖα προτέτακται, ἵνα δηλωθῇ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὅτι τὰ στοιχεῖά ἐστιν ἡ γνῶσις τοῦ ἠθικοῦ τόπου· μέμνημαι τηρήσας καὶ ἐπὶ τοῦ ρια' καὶ ἐπὶ τοῦ ριβ' ψαλμοῦ, τίνα τρόπον κἀκεῖνοι οἱ ψαλμοὶ ἠθικοὶ ὄντες, εἶχον τὴν ἀρχὴν τῶν στίχων ἀπὸ τῶν παρ' Ἑβραίοις στοιχείων. Ἐκεῖ μὲν οὖν ἡ στοιχείωσις οὐκ ἐκτέταται, ἀλλὰ διὰ βραχέων παραδέδοται.

3. Verum elementa litterarum hic propterea præfiguntur, ut lectores moneantur hisce signis inesse scientiam argumenti moralis. Memini me quoque observare in psalmis CXI et CXII, quomodo morales principium versiculorum habuerint a litteris hebraicis : in quibus tamen alphabetica series non longe producta fuit, sed paucis contracta.

AMBROSIUS *in n.* 4, 5. Litteris autem singulis octonos versiculos ascripsit: ut simul et unitatem doceret... et purgationem legitimæ sanctificationis. Octava enim die solemnis purgatio vel ex Lege est, quia octava die circumcisionis solemnitas impleri statuta est, vel quia totus mundus coinquinatus erat peccatis nostris et septem illis pollutus diebus. Ubi autem venit resurrectionis dies, convivificati Domino Jesu resurreximus.

ἐντολὴ, ὡς τὸ πρακτέον δεσποτικῶς κελεύων καὶ εἰσηγούμενος· κρίματα, ὅτι δείκνυσι τίνων ὁ φυλάσσων ἀγαθῶν τεύξεται, καὶ τίσι τιμωρίαις ὁ παραβαίνων παραδοθήσεται. BB. 615. Codd. 9, 11 habent supra τῶν εἰρημένων, et in fine legunt ἐπ' ἐμῇ ἱστορίᾳ ἄλλο διὰ πλειόνων absque sensu.

3. De commentariis Origenis in psalmos alphabeticos CX, CXI, nihil ad rem superest. Ex parte quoque psalmi XXIV et XXVI idem acrostichon sequuntur.

4. Ἰστέον τοίνυν, ὥσπερ ἄλλα, οὕτω καὶ ταῦτα ἐν Πνεύματι ἁγίῳ γεγράφθαι, λόγον τε ἔχειν οὐκ εὐκαταφρόνητον. Καὶ ἡ αἰτία τοῦ ἕκαστον τῶν στοιχείων ὀκτάκις παρ' Ἑβραίοις εἰρῆσθαι ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ. Ἐλθὲ τοίνυν ἐπὶ τὸν ὀκτὼ ἀριθμὸν, καὶ εἴ που ὠνομάσθη ἐν τῇ γραφῇ, παραλάμβανε αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τίνι εἴρηται, καὶ ἔσται σοι χρήσιμος ὁ λόγος πρὸς τὸ ἰδεῖν, ὅτι ἕκαστον στοιχεῖον τελείωσίς ἐστιν ἅμα τῷ ἀριθμῷ, ὡς μήτε πρὸς εἰσαγωγὴν οὐδέπω, ἀλλὰ κατὰ μονάδα.

4. Sciendum interea, ut alia, sic et istam seriem in Spiritu sancto scriptam esse, et rationem habere non facile temnendam; atque ea causa est cur singula elementa in hoc psalmo octies ab Hebræis prolata sint. Tu igitur accede ad octavum numerum, et sic ubi in Scriptura nominatus est, intellige qua de re dicatur, et tibi utilis sermo erit, ad cognoscendum inesse in singulis litteris perfectam virtutem una cum numero, neque tantum esse qualecumque initium, sed unitatem respicere.

5. Ὅταν δὲ τελειώμεθα ἐν τοῖς στοιχείοις, ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς ἀτιμητέος ἡμῖν, ὅτι δὴ καὶ τῇ ὕλῃ ἀνίεται οὗτος, εἴπερ ἐστὶν ὁ ἑπτὰ σημεῖον ὑλικῆς παχύτητος· ὁ δὲ ὀκτὼ ἀρχὴ τῆς ἀϋλοτέρας μείζονος καταστάσεως. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστά φαμεν καὶ τὸν ἓξ τὴν κοσμικὴν σχετικῶς ὕλην ὑποδηλοῦν, ἀλλ' οὖν γε τὸν μὲν εἰς τὴν κατὰ πόσον ὁλότητα ἀναφέρομεν, τὸν δὲ εἰς τὴν καθ' ἕξιν τελείωσιν, καθ' ἣν τις ἀποσμήχεται τὰ ῥυπάσματα τῆς ψυχῆς καὶ καθαίρεται.

5. Quando autem perfecti evaserimus in elementis, septenarius numerus nobis est negligendus, quia nimirum idem in materia dissolvitur, siquidem septem signum est crassæ materiæ, dum numerus octo exordium est ordinis rerum, quæ potiores sunt et materiam transgrediuntur. Si enim, ut pluries dicimus, in sexto numero mundialis materiæ forma ostenditur, nihilominus referimus hunc septimun numerum ad materiæ universitatem singulariter signandam, octavum autem ad absolutam, quoad licet, perfectionem, cujus ope quisque maculas animæ abstergit, et repurgatur.

6. Κατὰ τὸν ὀκτὼ ἀριθμὸν, ἀκάθαρτός τίς ἐστι μέχρι τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν. Πρὶν γὰρ ἔλθῃ ἡ ὀγδόη τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμέρα, ὅλος ὁ κόσμος ἀπερικάθαρτος ἦν καὶ ἀκρόβυστος· ὅτε δὲ ἦλθεν ἡ ὀγδόη τῆς ἀναστάσεως Χριστοῦ ἡμέρα, ἀθρόως πάντες ἐκαθαρίσθημεν ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες καὶ συναναστάντες, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος. Ἐπεὶ οὖν διὰ τῆς στοιχειώσεως καθαίρεται ἡμῶν ἡ ψυχὴ, μανθανόντων τὸν ἠθικὸν τόπον, καὶ τελειουμένων ἐν τῇ γνώσει αὐτοῦ, διὰ τοῦτο ὁ ὀκτὼ ἀριθμὸς παρε-

6. Quod spectat ad octonarium, quisque impurus est usque ad septem dies. Prius enim quam veniret dies octava Domini Jesu Christi, totus mundus impurus erat et præputio fœdus. Quando autem octava dies dominicæ resurrectionis adfuit, confestim omnes mundati sumus in circumcisione Christi, cum eo consepulti et consurgentes, ut ait Apostolus. Cum igitur, in ordine ad litteras, anima nostra expietur, dum moralia d iscimus, et hac scientia perficimur, idcirco in pro-

5. Ἀτιμητέος oportuit inducere, ubi codd. et edd. retinent προτιμητέος, nullo sensu, si quid intelligo. Recolendus totus Philonis libellus de septenario, et ejusdem de numeris φιλοσοφούμενα. Ipse Ambrosius sæpissime φιλωνίζει. Sed hic Origenes ut subtile discrimen inter septem et octo persequatur, in novam videtur semitam suam exorbitare. Cf. in *Spicil. Solesm.* t. III p. 285 innumera de septenario.

6. Cf. Rom. VI, 4. Col. II, 1.

λήφθη καθ' ἕκαστον τῶν στοιχείων ἐν τῷ προκειμένῳ. Ἐν τούτῳ γοῦν τῷ ψαλμῷ, τὴν τῶν ἁγίων διαγράφει πολιτείαν, τοὺς ἀγῶνας, τὰς θλίψεις, τὰ σκάμματα καὶ τὰ βραβεῖα.

posito nobis psalmo numerus octonarius per singulas litteras continetur. Is ergo psalmus sanctorum describit vivendi genus, certamina, afflictiones, agonis stadia et prœmia.

---

v. 1. Μακάριοι ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου.

Τί οὖν ἐστιν τὸ ἄμωμον εἶναι ἐν τῷ ὁδῷ; Τὸ πορεύεσθαι ἐν νόμῳ Κυρίου, καὶ μὴ ἔξω βαίνειν τοῦ νόμου, μηδὲ ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ προκόπτειν καὶ ὁδεύειν ἐπὶ τὴν ἀρετήν. Γίνεται δὲ αὐτοῖς ἄμωμος ἡ ὁδὸς ἐν τῷ θείῳ καὶ πνευματικῷ νόμῳ πορευομένοις. Νόμος γὰρ Κυρίου ἄμωμος. Ἀμώμως δὲ ὁδεύει, [ὁ] τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, τῶν δὲ ὀπισθεν ἐπιλανθανόμενος· ὁ μὴ στρεφόμενος εἰς τὰ ὀπίσω, μὴ ἐκκλίνων δεξιᾷ ἢ ἀριστερᾷ, μὴ ἀποσφαλλόμενος, μὴ ἱστάμενος, μὴ ἀναμένων, ἀλλὰ ὁδεύων καὶ ὀρεγόμενος τοῦ προκειμένου. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Σωτὴρ φησιν· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, θέλομεν καὶ κατὰ τοῦτο ἰδεῖν πῶς οἱ μέν εἰσιν ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ δὲ οὐ τοιοῦτοι. Οἱ περὶ Χριστοῦ φρονοῦντες ὑγιείως, καὶ μὴ σφάλλεσθαι ἀνεχόμενοι ἐν τοῖς δόγμασι τοῖς περὶ αὐτοῦ, μακάριοί εἰσιν οὗτοι, ἄμωμοι ἐν ὁδῷ. Ὅσοι δὲ περὶ Χριστοῦ φρονοῦσιν ἐσφαλμένως, οὗτοι ἐστήρηνται τοῦ τοσούτου μακαρισμοῦ. — Τί οὖν λέγει ὁ πρῶτος μακαρισμός; Νοητέον πρῶτον ὁδεῦσαι, εἶτα φθάσαι ἐπὶ τέλος.

V. 1. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.*

Quid igitur, immaculatum esse in via? Est procedere in lege Domini, neque extra legem ambulare, neque peccare, sed progredi et pergere in virtutem. Ambulantibus autem in divina et spirituali lege, via fit immaculata: « Lex enim Domini immaculata. » — Inculpate autem ambulat, qui se ad anteriora protendit, et posteriora obliviscitur, qui se non retrorsum vertit, neque declinat ad dextram, neque ad sinistram, qui non errat, non sistit se, non procrastinat, sed pergit et progreditur in propositum scopum. Quoniam vero Salvator ait: « Ego sum via», volumus et juxta illud videre quomodo alii quidem sint immaculati in via, alii vero sic non sint. Qui de Christo sane sentiunt, nec sustinent de illo errare in dogmatibus, illi *beati* sunt, *immaculati in via*. Quicumque de Christo fallacem tenent sententiam, privantur bujus modi beatitate. Quid ergo dicit prior beatitudo? Discere oportet primum ambulare, deinde properare in finem.

v. 2. Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ· ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν.

V. 2. *Beati qui scrutantur testimonia ejus; in toto corde exquirent eum.*

Hilarius *in v.* 2. Dictorum ordo non negligendus est... Non enim primum, *beati scrutantes testimonia Dei,* sed primum, *beati immaculati in via.* Prius enim est, confirmatis moribus et in innocentiæ studium ex communi probitatis honestate compositis, viam veritatis ingredi; sequens deinde est scrutari Dei testimonia... Ordinis autem hujus et alius propheta non immemor est, dicens: Serite etc. Non illuminatio primum, sed satio nostra præcepta est...

v. 1. v. 1, Vat. 11, 16. Ps. xviii, 8. Phil. iii, 13. Joan. xiv, 6. Præter relata superius parallela Hilarii et Ambrosii, hic et infra sæpissime multa alia habent communia, quæ facile credideris ex eodem Origenis fonte derivata.

v. 2. Vat. 6, 8, 9, 11. Osee x, 12. Pars poste-

Τί καλὴ ἡ τάξις; πολιτευτέον γὰρ, καὶ τὰ ἔθη κατορθωτέον, πρὶν ἥκειν ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν θείων λογίων. Κατὰ γὰρ ψυχὴν δεῖ ἐξερευνᾶσθαι τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ. Σπείρατε γὰρ, φησὶν ὁ προφήτης, ἑαυτοῖς εἰς δικαιοσύνην, ὡς τρυγήσητε εἰς καρπὸν ζωῆς, φωτίσατε ἑαυτοὺς εἰς φῶς γνώσεως. Οὐ πρῶτον φωτίσατε, ἀλλὰ πρῶτον σπείρατε εἰς δικαιοσύνην, εἶθ' οὕτω καὶ τρυγήσατε καρπὸν ζωῆς, ἢ οὕτω φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως. Τί γὰρ οὐ συμβάλλεται τῷ φωτισμῷ; ἡ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμούς.

Pulcher ordo quis est? Instituere enim vitæ genus oportet, et mores prius dirigere, quam accedere ad divina oracula scrutandum. Intuitu enim animæ investiganda sunt Dei testimonia. «Seminate utique, ait propheta, vobismet in justitiam, ut in fructum vitæ metatis; illuminate vosmet in lumen scientiæ.» Non primo loco «illuminate,» sed primum serite in justitiam; sic postea colligite fructum vitæ, et hoc modo illuminate vos luce scientiæ. Ut quid enim id non componitur cum lumine? «Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.»

Οὔ πω γε στίχος ἐστίν; Οἱ γὰρ παρ' Ἑβραίοις στίχοι, ὡς ἔλεγέ τις, ἔμμετροί εἰσιν, οἱ ἑξαμέτρῳ μὲν, ἡ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ᾠδή· ἐν τριμέτρῳ δὲ καὶ τετραμέτρῳ, οἱ ψαλμοί. Οἱ στίχοι οὖν οἱ παρ' Ἑβραίοις ἕτεροί εἰσιν παρὰ τοὺς παρ' ἡμῖν. Ἐὰν θέλωμεν ἐνθάδε τηρῆσαι τοὺς στίχους, ποιῶμεν· Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου. Καὶ οὕτως ἀρχώμεθα δευτέρου τοῦ ἑξῆς. Ἰστέον τοίνυν ὅτι οἱ Ἕλληνες, οἱ

Age ubinam versus est? versus porro apud Hebræos, ut quidam retulit, metrici sunt, alii Hexametri, quale in canticum Deuteronomio, alii trimetri et tetrametri, qui psalmi sunt. Igitur versus Hebræorum non iidem sunt atque apud nos. Quod si velimus observare versus, statuamus: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*, et sic ordiamur a secundo deinceps. Interim sciendum,

AMBROSIUS *in v.* 2. Quam pulcher ordo! quam plenus doctrinæ et gratiæ! Non prius *qui scrutantur* dixit (potuit enim convenire secundum litteram), sed prius *beati immaculati in via*. Ante enim vita quam doctrina quærenda est. Vita enim bona etiam sine doctrina habet gratiam, doctrina sine vita integritatem non habet... Ideoque ait scriptum: «Seminate etc. Non prius «Illuminate,» sed «seminate,» nec solum «seminate prius ad justitiam», sed etiam «vindemiate, inquit, ad fructum vitæ, et sic illuminate lumen cognitionis...» Sed quis est immaculatus? Non utique qui in quacumque via ambulat, sed qui in Christo ambulat. Ipse enim dixit: «Ego sum via...» Non declinet in dexteram aut levam, non titubet, non resistat, non expectet, sed ambulet superiora obliviscens, et ea quæ sunt anteriora appetens; ad destinatum sequatur bravium, festinet usque ad finem.

rior refricat ventilatam hodie quæstionem de metris hebraïcis. Eum vero quem respexit Origenes innominatum, pseudo-Hieronymus in exordio ejusdem psalmi nobis detegit: " Josephus autem refert in libris ἀρχαιολογίας hunc psalmum et Deuteronomii canticum uno metro esse compositum, et putat elegiacum metrum in utroque posse deprehendi, scilicet prior versus sex pedibus constet, inferior uno minus in pentametrum finiatur ". Hercle præstat ipsum audire Hebræum Archæologum in Arch. lib. II. c. 16, n. 4, de Cantico Exodi: Καὶ Μωϋσῆς ᾠδὴν εἰς τὸν Θεὸν ἐγκώμιόν τε καὶ εὐμενείας εὐχαριστίαν περιέχουσαν ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ συντίθησιν. Tum lib. VII, c. 12, de psalmis Davidicis: Ὠδὰς εἰς τὸν Θεὸν καὶ ὕμνους συνετάξατο, μέτρῳ ποικίλῳ, τοὺς μὲν τριμέτρους, τοὺς δὲ πενταμέτρους ἐποίησεν. Haverc. t. I. p, 151, 401. Edd. μέτρου ποικίλου.

ἑρμηνεύσαντες, πεποιήκασι τὸν παρ' Ἑβραίοις στίχον ἐν τούτοις δύο. Οἱ δὲ κρεῖττον ποιοῦντες, ὡς τοῦτο ἀντίγραφον γράψας, οἱονεὶ πεποίηκε τὴν ἀρχὴν τοῦ στίχου μετ' ἐκτάσεως, τὸν δὲ δοκοῦντα δεύτερον, μὴ ὄντα δεύτερον, ἀλλὰ λῆμμα τοῦ προτέρου μετὰ αἰσθήσεως, καὶ τοῦτο πεποίηκεν τοῦ ὅλου τοῦ ῥητοῦ.

v. 3. Οὐ γὰρ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ ἐπορεύθησαν.

Εἰ τὸν ἐν ταῖς ὁδοῖς Κυρίου πορευόμενον δεῖ προσίεσθαι μόνον ἐπὶ τὰς κοινὰς εὐχάς, οὐ προσιτέον τὸν ἐργαζόμενον τὴν ἀνομίαν, ὡς οὐ πορευόμενον ἐν ταῖς ὁδοῖς Κυρίου. Ἐπάγει γάρ·

v. 4. Σὺ ἐνετείλω τὰς ἐντολάς σου, τοῦ φυλάξασθαι σφόδρα.

Τοιγαροῦν ἀναγκαία ἡ τούτων φυλακή· τοῖς γὰρ εὐφρονοῦσι καὶ εὐχῆς ἔργον ὀφείλει γενέσθαι, τῷ ἐν σπουδῇ κατορθοῦν τὰ προστάγματα· Θεοῦ γάρ εἰσι. Καὶ μετὰ πάσης εὐτονίας καὶ σφοδρότητος [μακάριος] ἐργάζεται τὰ προστεταγμένα ὑπὸ τοῦ Κυρίου.

v. 5. Ὄφελον κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοί μου, τοῦ φυλάξασθαι τὰ δικαιώματά σου.

Ἐὰν μὴ κατευθύνῃ ὁ Θεός, συμπνέων ἡμῖν, ὁδὸν οὐ φυλάξομεν· συμπνοίας δεόμεθα κατευθυνούσης τὰς ὁδοὺς ἡμῶν εἰς τὸ φυλάξαι τὰ δικαιώματα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ περιπεσεῖν μείζοσι πειρασμοῖς τῆς δυνάμεως ἡμῶν, δι' ὧν ὁ ἐπιτρέπων αὐτοὺς γενέσθαι Θεός, οἱονεὶ ἀπωθεῖται ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἐντολῶν ἑαυτοῦ· διόπερ εὐχόμενός φησιν· Μὴ ἀπώσῃ με ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου. [Ὄφελον] ἀντὶ τοῦ· εἴθε. Σημαντέον δὲ εὐχῆς τὸ ὄφελον· οὐ γὰρ ἄλλως τις φυλάξαι τὰ δικαιώματα, εἰ μὴ κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοὶ αὐ-

quod Græci interpretes confecerunt versiculum Hebræorum ex duobus unum. Qui vero satius egerunt, ut amanuensis hujusce exemplaris, quasi initium fecerunt versiculi ab auctario; et eum qui secundus videtur, non secundus est, sed prioris appendicula cum sensu persequente, idemque fecit in tota serie.

V. 3. *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.*

Si eum dumtaxat qui ambulat in viis Domini, fas est accedere ad communes preces, accedere nefas est eum qui operatur iniquitatem, ut qui non ambulat in viis Domini. Nam additur:

V. 4. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.*

Quorum sane mandatorum necessaria est custodia: namque recte sentientes oportet precum officium in eo impleant quod studiose et recte exsequantur mandata: Dei enim sunt. Atqui [beatus] cum omni diligentia et nimia vehementia operatur Domini præcepta.

V. 5. *Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendum justificationes tuas!*

Nisi Deus, nobis adspirans, dirigat, viam non custodiemus. Numinis afflatu indigemus, qui rectas faciat vias nostras ad custodiendas Dei justitias, tum etiam ne incidamus in discrimina quæ vires nostras superent, quibus Deus, dum ea permittit, videtur nos a mandatis suis amovere; idcirco qui orat dicit: « Ne me repellas a mandatis tuis. Ὄφελον est pro hac voce εἴθε, *utinam:* quod signum est votivæ orationis: neque enim aliter quis custos erit justitiarum, nisi dirigantur

Hilarius *in v.* 5. Ad qnorum [officiorum] custodiam nisi a Deo dirigamur, infirmes *(sic codd.)* per naturam nostram erimus. Adjuvandi igitur per gratiam ejus, dirigendique sumus, ut præceptorum justificationem consequamur.

v. 3. Vat. 4. De communione in sacris abstinenda notanda sunt testimonia veterum.

v. 4. Vat. 4, 16.

v. 5. Vat. 4. cf. infra v. 10.

τοῦ. Εὐθυνέσθωσαν, φησὶν, αἱ ὁδοί μου, ὡς ἂν διατηρῆσαί μέ σου τὰ δικαιώματα. Καὶ δεικνὺς τὸν τούτου καρπὸν, ἐπιφέρει·

v. 6. Τότε οὐ μη αἰσχυνθῶ ἐν τῷ μὴ ἐπιβλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντολάς σου.

Ὅτε, φησί, φυλάξω δικαιώματά σου, τότε οὐ μὴ αἰσχυνθῶ. Ὅτε εὐχῆς ἔργον ποιήσομαι, τότε ταῦτα τηρήσω. Εἰ δὲ κατευθυνθῶσιν αἱ ὁδοί μου, οὐκ αἰσχυνθήσομαι· ὥσπερ γὰρ μισθὸς ἀρετῆς ἔπαινος, οὕτως καὶ παρανομίας καρπὸς αἰσχύνη ἐστὶ, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, ὡς τό· Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; — Ἢ ἐπείπερ οἱ προφῆται εἴρηνται εἶναι ὁδοί, ἐὰν ἀναγινώσκοντες τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, κατευθυνθῶμεν ὑπὸ Θεοῦ πρὸς τὸ τούτους νοῆσαι, οὐ μὴ αἰσχυνθῶμεν. Ἢ αἰσχύνην τῷ δικαίῳ φέρει τὸ μὴ πάσας τὰς ἐντολὰς, ἀλλά τινας ἐργάζεσθαι, καὶ ὁ πταίων ἐν ἑνὶ, πάντων γίνεται ἔνοχος, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον.

v. 7. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν εὐθύτητι καρδίας, ἐν τῷ μεμαθηκέναι με τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου.

Μετὰ τὴν εὐχὴν καὶ τὸ ἀπὸ προαιρέσεως τίθησιν· ἀρχὴ δὲ τῆς σωτηρίας ἡ ἐξομολόγησις. Οὗτος ἐν εὐθύτητι καρδίας δοξάζει τὸν Θεὸν ὁ τοὺς περὶ κρίσεως λόγους παρὰ Κυρίου μεμαθηκώς· τίνος χάριν ὁ οὐρανὸς μὲν τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ, τὴν δὲ γῆν ἔδωκε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων; καὶ τίς ὁ λόγος τῶν καταχθονίων δαιμόνων· καὶ διὰ τί μὴ

viæ illius. *Dirigantur*, inquit, *viæ meæ, unde custodiam tuas justificationes*. Cujus rei fructum ostendens, pergit:

V. 6. *Tunc non confundar, quum perspexero in omnibus mandatis tuis.*

Quando, ait, custodivero justitias tuas tunc non confundar: qnando officio precum fungar, tum mandata servabo. Quod si diriguntur viæ meæ, non confundar. Nam sicut laus merces virtutis est, ita improbitatis fructus est ignominia, juxta divum apostolum: « Quem ergo fructum habuisti in his de quibus nunc erubescitis? » — Vel, quum viæ dicantur esse prophetæ, si legem et prophetas audientes, a Deo dirigimur in illorum intellectum, non confundimur. — Vel pudet justum, si non omnia præcepta, sed quædam opere compleat, et qui peccat in uno, omnium fit reus, teste Domino.

V. 7. *Confitebor tibi in rectitudine cordis, eo quod ego didici judicia justitiæ tuæ.*

Post votivas preces, actum voluntatis proponit. Principium autem salutis est confessio. Ille ipse in rectitudine cordis gloriam Deo reddit, qui a Domino didicit quales sint de judicio rationes, videlicet: qua de re Domino est coelum cœli, terram autem dedit filiis hominum? Quæ ratio est de subterraneis

Ambrosius *in v.* 6. Ergo ne confundamur, custodiamus omnia. Nam si quis unum mandatum custodiat et aliud prævaricatur, nihil ei prodest.

v. 6. Vat. 4. Jacob. II, 10. Rom. VI, 21. Ultima Theodoro cuidam apud Corderium tribuuntur. Etiam Pseudo-Hieronymus ait: "Viæ enim sunt apostoli et prophetæ, etc." nec semel cum Origene consentit.

v. 7. Vat. 4, 5, 12, 16. Ad hæc nemo non assurget trepidus aut saltem cogitabundus, ac verebitur ne in hisce cumulatis audacibus et arduis quæstionibus jam temere conceperit Origenes inconsultum opus Περὶ ἀρχῶν, cui fortasse affinis erat liber Περὶ φύσεων, quem nobis primus et solus memoravit Victor Capuanus. *Spicil. Solesm.* t. I. p. 268. Interim cf. Rom. XI, 33, et vulgatum Athanasium, qui prima tantum scholii verba sibi resecuit, et Maurinos qui clausulam a Corderio receperunt: ἢ καὶ οὕτως κτλ. Theodorus vero Heracleota tantum modo conjunxit idem initium cum eodem nostro termino, nec plura servavit, ac si cætera interposita omnes sicco et cato pede transilire conspiraverint. Nec singularitate caret in hoc loco consensus nostrorum codd.

οὗτοι γεγόνασιν ἄνθρωποι; τίς τε ἡ αἰτία τοῦ ᾄδου; καὶ τίς ὁ Παράδεισος; καὶ τίς πάλιν ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ; καὶ ἡ ταύτης Σιών, ἀφ' ἧς λέγεται ἔρχεσθαι ὁ Χριστός (ἥξει γάρ, φησίν, ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ); Καὶ τίς ὁ λόγος τοῦ ἐκπεσόντος Ἰσραήλ, καὶ τῶν ἀντεισαχθέντων ἐθνῶν; Τίνος χάριν μὴ πάντες ἄνθρωποι ἐκλήθημεν ἀπ' ἀρχῆς, τὸν τοῦ Μωσέως νόμον δεξάμενοι; ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἀγγέλων γεγόναμεν κλῆροι, ὁ δὲ Ἰσραὴλ μερὶς ἐχρημάτισε τοῦ Κυρίου καὶ σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ; Πῶς οὖν ἡ κληρονομία τῶν ἀγγέλων ἐπίστευσεν, ἡ δὲ μερὶς τοῦ Κυρίου ἠπίστησεν; Καὶ διὰ τί νῦν λέγει καὶ ὁ Δαυΐδ· Κρίματά σου ἄβυσσος πολλή; Καὶ Παῦλός φησιν· Ὦ βάθος πλούτου σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! Ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!

Ὁ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἐξομολογούμενος τῷ Θεῷ, εἰ ἀνοσίμως ἐξομολογοῖτο, εὐθύτητι καρδίας ἐξομολογοῖτο ἄν. Τοῦτο δὲ ποιήσει, μαθὼν τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Τότε, φησίν, δυνήσομαι καθαρὸν τὸν ὕμνον προσενέγκειν, ὅταν πάντα σου καταμάθω τὰ κρίματα καὶ κατὰ ταῦτα βιώσω. Ἐὰν μάθω, φησί, τὰ ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης σου κρίματα, καὶ ὡς κρίνεις ἐφ' ἑκάστῳ ἁμαρτήματι· οὐ γὰρ μόνον πράξεις ἐξετάσεις καὶ λόγους, ἀλλὰ καὶ πρόθεσιν ἀφ' ἧς ἕκαστα λέγεται καὶ πράττεται.

Ἢ καὶ οὕτως· ὁ μηδέποτε εὐθύτητα καρδίας ἀνειληφώς, ἀλλ' ἔτι αὐτὴν ἔχων σκολιάν, οὐκ ἐξωμολογήσατο οὐδέπω εἰς τὸ παραδεχθῆναι τῷ Θεῷ τὴν ἐξομολόγησιν αὐτοῦ. Πῶς οὖν τοῦτο γίνεται; ἐν τῷ μεμαθηκέναι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης. Τοῦτο δηλοῖ τὰ ἑξῆς.

v. 8. Τὰ δικαιώματά σου φυλάξω, μή με ἐγκαταλίπῃς ἕως σφόδρα.

Τὸ δέ· Τὰ δικαιώματά σου φυλάξω, πρὸς

dæmonibus, et cur iidem non facti sunt homines? Quæ vero inferni causa sit? Et qualis Paradisus? Quænam porro superna Hierusalem, et quæ illius filia Sion? ex qua proficisci Christus dicitur: « Veniet enim, inquit, ex Sion liberator, et auferet iniquitates ab Jacobo. » Et quare Israel cecidit, et in ejus locum cur introductæ gentes? Quam ob rem non omnes nos homines vocati fuimus ab initio, legem Moisis accipientes? Ut quid vero nos in sortem angelorum venimus, Israel vero pars Domini vocatus est atque funiculus hæreditatis ejus? Quomodo ergo hæreditas angelorum credidit, pars vero Domini evasit incredula? Et quid sit quod dicat nunc David: « Judicia tua abyssus multa? » Addiderit vero Paulus: « O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! Quam investigabilia sunt judicia ejus, et incognitæ viæ illus? ».

Qui peccata Deo aperit, si efficaciter confitetur, confiteatur in rectitudine cordis: id quod fiet, si noverit judicia justitiæ illius. Tum, inquit, potero purum offerre hymnum, quando omnia judicia tua perspexerim, et juxta ea vixerim: dummodo, ait, noverim sententias justitiæ tuæ, et quo pacto judices singula peccata: haud enim opera dumtaxat et verba cribrabis, sed et voluntatem ex qua singula proferuntur verba et opera.

Vel etiam sic: qui nunquam suscepit rectitudinem cordis, sed etiam se habet corde tortuosum, nullimodo confessus est se exhibiturum esse Deo laudum munera. Quo igitur pacto illud fit? Dum discere contigit judicia justitiæ. Id quod sequentia declarant.

V. 8. *Justificationes tuas custodiam, non me derelinquas usquequaque.*

Illud autem: *Justificationes tuas custo-*

v. 8. Deerat codd. Vaticanis quod ultima superioris scholii verba notant statim esse subjiciendum. Supplevit codex Barberinius Theodori Heracleotæ, neque aliena intrudere aude-

τὸ εὐχαριστῶ σοι ἀποδέδοται, οἷον· εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἐδίδαξάς με ἐκ τοῦ νόμου σου, ποῖόν ἐστι τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον, ἵνα τοῦτον φυλάξω· μαθόντα οὖν τὸ δίκαιον ἐκ τοῦ νόμου σου καὶ φυλάττοντα τοῦτο, αἰτοῦμαι μὴ ἐγκαταλιπεῖν με, ὥστε ἡττηθῆναι δεινῶν ὄντων προσπαλαιόντων. — Καλὸν δὲ καὶ τὸ ἕως σφόδρα· αἰτεῖ γὰρ μὴ γυμνωθῆναι τῆς θείας ἐπικουρίας· μέτρα γάρ, φησίν, ἔχει ἡ δύναμίς μου. Μή με τοῖς ὑπὲρ δύναμιν πειρασμοῖς ὑποβάλῃς, μηδὲ σφόδρα ἐγκαταλίπῃς με. Πιστὸς δὲ ὁ Θεός, οὐκ ἐάσει ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα.

v. 9. Ἐν τίνι κατορθώσει νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ; ἐν τῷ φυλάξασθαι τοὺς λόγους σου.

Διδασκέσθωσαν οἱ ἄρτι συμπληροῦντες τὸν λόγον, οἱ ἔτι νεώτεροι, οἱ μηκέτι χωρὶς τοῦ νόμου ζῶντες, οἷς ἐλήλυθεν ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ, οὓς ἄρχεται κινεῖν καὶ καταράσσειν ἡ ἁμαρτία, κατορθοῦν ἑαυτῶν τὴν ὁδόν, καὶ ἅμα τῷ ἐπαπορεῖν, καὶ ζητεῖν πῶς ἂν γένοιτο, διδασκόμενοι φυλάσσειν τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ. Ἀποκρινέσθωσαν ἐν εὐχῇ, καὶ λεγέτωσαν τῷ Θεῷ· Ἐν τῷ φυλάττεσθαι τοὺς λόγους σου.

Καὶ πάλιν· Νεώτερος ὁ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν λαός, ὁ σκολιῶς πρὸ τῆς πίστεως ὁδεύσας, ἐν τίνι κατορθώσει τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ἢ τῷ φυλάσσεσθαι τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ; ἡ γὰρ ἔννοια τοῦ θείου νόμου καθαρτικὴ καὶ φυλακτική. Παντός ἐστιν τό· Ἐν τίνι κατορθώσει ὁ νεώτερος τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ; ἐν τῷ φυλάσσεσθαι τοὺς λόγους σου, τοὺς ἐσπαρμένους ταῖς θείαις γραφαῖς· φυλασσόμενοι γὰρ

diam, refertur ad istud: Gratias ago tibi, quod docueris me legem tuam, quid sit justum et injustum, ut illam custodiam. Cum igitur didicerim ex lege tua quid justum sit, illudque custodiam, me, rogo, ne ita derelinquas, ut superent me qui feroces sunt, et me oppugnant. — Pulchre autem addit illud: *usquequaque;* petit enim ne divino auxilio destituatur. Limitem enim habet, ait, virtus mea: ne me ultra vires meas tentationibus objicias, *ne derelinquas me usquequaque:* « Fidelis autem Deus qui non patitur nos tentari supra id quod possimus. »

V. 9. *In quo corriget adolescentior viam suam? In custodiendo sermones tuos.*

Qui tirocinium verbi exercent, qui juniores adhuc sunt, jam nondum viventes extra legem, quibus præceptum Dei pervenit, quos incipit peccatum movere et conturbare, edoceantur dirigere viam suam, et simul ac titubaverint, inquirere unde id veniat; eruditi, discant custodire sermones Dei; in oratione respondeant, et dicant Deo: *In custodiendo sermones tuos.*

Et rursus: Adolescentior est populus a gentibus oriundus, qui fide nondum suscepta, torta via ambulabat: *In quo corriget viam suam,* nisi *in custodiendo sermones Dei?* Legis enim divinæ intelligentia vim habet mundandi et conservandi. Spectat ad unumquemque illud: *In quo corriget adolescentior viam suam? In custodiendo sermones tuos*, eos nempe qui dis-

mus; ab hisce enim verbis: μέτρα ἔχει usque in finem, cuncta Origeni tribuunt codices Corderii et Maurinorum.

v. 9. Vat. 9, 11. Cf. Ps. xxiv, 7. Thren. iii, 27. Field. ii, 271. Plura apud Corderium traducuntur ad Hesychium, alia ad Eusebium, quæ prudens Montefalconius non recepit. — Copula Καὶ πάλιν non pertinere videtur ad Origenem, sed ad quemdam catenarum opificem, qui totum tenuit et integrum commentarium, quem si misere laceravit, non neglexit ad singulas lacinias lectorem de lacuna monere. Si bene intellexi: οἱ μηκέτι χωρὶς τοῦ νόμου ζῶντες (quod Corderius vertit: *qui hactenus sine lege vivunt*), interpres alloquitur neophytos ex Judæis recenter receptos, quæ uti multa alia, catechesim veterem sapiunt. Unde fortasse erit is commentarius inter primos Origenis.

οὗτοι οὐκ ἐῶσιν αὐτὸν σκολιῶς ὁδεύειν, οὐδὲ τοιοῦτον γενέσθαι, ὥστε εἰπεῖν· Ἁμαρτίας νεότητός μου μὴ μνήσθῃς. Ἀγαθὸν γὰρ ἀνδρί, καθά φησιν ὁ Ἱερεμίας, ὅταν ἄρῃ τὸν ζυγὸν ἐκ νεότητος αὐτοῦ.

Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· Διὰ τίνος λαμπρύνει νέος τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ; Ἐδίδαξεν ὅτι πολλῆς ἐστιν ἀκαθαρσίας καὶ ῥυπαρίας ἡ νεότης μεστή· διὸ καὶ δεῖται καθάρσεως. Τοῦτο οὖν ἐπιζητήσας εὗρέ, φησίν, τὸν τρόπον ἐν τῷ φυλάξασθαι τοὺς λόγους σου.

v. 10. Ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐξεζήτησά σε, μὴ ἀπώσῃ με ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου.

Ζητήσεις εἰ ὁ Θεὸς ἐνεργεῖ τὸ ἀπωσθῆναί τινα τῶν θείων ἐντολῶν· ὡς γὰρ γινομένου ἐπί τινας τοῦ τοιούτου, μὴ βουλόμενος αὐτὸ παθεῖν, ὁ προφήτης λέγει· Ἐπεὶ οὐ παρέργως ἐζήτησά σε, ἀλλ' ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, διὰ τοῦτο ἀμεῖψαι, μὴ ἀπωσάμενός με ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου, ἐν τῷ ποιεῖν με τὰ ἔργα Κυρίου, ἀμελῶς δέ.

v. 11. Ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι.

Κίνδυνος γὰρ οὐ μόνον τὸ λέγειν ψευδῆ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀληθῆ τοῖς μὴ δυναμένοις χωρεῖν. Οὐδὲ δεῖ τοὺς μαργαρίτας βάλλειν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, οὐδὲ διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν.

v. 14. Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ.

Ἔστι καὶ ὁδὸς ἐντολῶν.

seminantur in divinis Scripturis. Hi enim modo servantur, non sinunt tortuose ambulare, neque talis esse ut dicatur: « Peccata juventutis meæ ne memineris. Bonum est homini, ut ait Jeremias, si portaverit jugum a juventute sua. »

Symmachus hoc modo interpretatus est: « *Per quod nitidas faciet adolescens vias suas?* Monuit misceri in juventute multam corruptelam et spurcitiam, unde indiget purgatione. Tu ergo, ait, id si inquisieris, reperi modum: *In custodiendo sermones tuos.*

V. 10. *In toto corde meo exquisivi te, ne repellas me a mandatis tuis.*

Quæres an Deus efficiat ut a divinis præceptis aliquis avertatur. Etenim perinde ac si nonnullis id acciderit, propheta idem pati refugiens, ait: Quandoquidem haud perfunctorie, sed in toto corde exquisivi te, idcirco vicem redde reciprocam, me non repellens a mandatis tuis, quandiu opera Domini facio, haud sine socordia.

V. 11. *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.*

Periculum est enim non solum ut falsum dicas, sed ut vera his qui capere non sunt idonei, committas. « Neque oportet margaritas projicere ante porcos, nec sancta dare canibus. »

V. 14. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis.*

Est enim via mandatorum.

HILARIUS *in v.* 10. Hanc propheta prætulit causam cur se non repelli a mandatis Dei precaretur, quia non ex parte, neque per desidiam Deum, sed toto corde quæsisset.

In v. 11. Novimus neque margaritas ante porcos projiciendas esse, neque sanctum canibus dare oportere.

AMBROSIUS *in v.* 11. Periculum itaque est non solum falsa dicere, sed etiam vera, si quis ea insinuet quibus non oportet... Hoc est quod etiam in evangelio dicit Dominus: « Nolite mittere margaritas vestras porcis. »

v. 10. Vat. 16.
v. 11. Vat. 5. Math. VII, 6.

v. 14. Vat. 5. Lacinia truncata restitui videtur et augeri infra in v. 27.

v. 15. Ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσω, καὶ κατανοήσω τὰς ὁδούς σου.

Διὰ τούτων διδασκόμεθα ὡς οὐκ ἄλλως ἐστὶ κατανοῆσαι τὰς ὁδοὺς τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐκ τοῦ τὰ περὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ ἐξετάζειν, καὶ περὶ τούτων ἐπιπλέον ἐρευνᾶν· ὥστε τὴν καλουμένην ἀδολεσχίαν μεταφέρειν ἐπὶ τὴν περὶ τῶν ἐντολῶν βάσανον, ὅτε καὶ ἀδολεσχία οὐκ ἔστι ψεκτή. — Καὶ πολλαχοῦ οἱ δίκαιοι ἐπαινετὴν ἀδολεσχίαν εὑρίσκονται ἀδολεσχοῦντες. Κατὰ γὰρ τὴν συνήθειαν τῆς γραφῆς, καὶ ὁ Ἰσαὰκ ἐξῆλθεν εἰς τὸ πεδίον ἀδολεσχῆσαι τῷ Θεῷ. Ἐκ πολλῆς οὖν τῶν ἐντολῶν μελέτης ἔρχεταί τις εἰς τὸ κατανοῆσαι τὰς ὁδοὺς τοῦ Θεοῦ (τόν τε νόμον καὶ τοὺς προφήτας) τὰς φερούσας ἐπὶ τὴν βασιλικὴν καὶ τελείαν ὁδὸν, τὸν Χριστὸν, τὸν εἰπόντα· Ἐγώ εἰμι ὁδός. Εἰσὶ δέ τινες ὁδοὶ τοῦ Θεοῦ, ἃς ὁδεύει, ἵνα ἐν ἀνθρώποις γένηται, ἢ ἃς ὁδεύει ἄνθρωπος, φερούσας πρὸς αὐτόν. Ταύτας δὲ κατανοεῖ ὁ ἐν ταῖς ἐντολαῖς ἀδολεσχῶν τοῦ Θεοῦ. Ἢ καὶ οὕτως· τούτου χάριν ἐνδελεχῶς τὴν μελέτην τῶν σῶν λογίων σχήσω, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς σου τὴν πορείαν ποιήσομαι.

V. 15. *In mandatis tuis exercebor, et intuebor vias tuas.*

Hisce verbis id docemur, quod intueri vias Dei aliud non est quam ea inquirere quæ spectant ad mandata divina, eaque frequenti studio scrutari; adeo ut referatur quæ vocatur exercitatio ad diligentem mandatorum considerationem, quando istiusmodi examen non est perfunctorium. Sæpenumero justi laudabili studio fungi inveniuntur in hoc exercitio. Teste enim Scripturae consuetudine, etiam Isaac in agrum exiit ad se in Deo exercendum. Ex multa igitur mandatorum meditatione pergit quisque ad cognoscendum vias Dei (legem scilicet et prophetas), quæ ducunt ad regiam et perfectam semitam, ad Christum, qui dixit: « Ego sum via. » — Sunt aliquot Dei viæ, per quas ambulat, ut inter homines veniat, vel quas carpit homo, ad Deum iturus. Quas profecto plene intuetur, qui in præceptis exercetur. Vel etiam taliter: propterea meditationem eloquiorum tuorum assidue obtinebo, et in viis tuis iter perficiam.

v. 17. Ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου, ζήσομαι καὶ φυλάξω τοὺς λόγους σου.

V. 17. *Retribue servo tuo, vivifica me, et custodiam sermones tuos.*

Ambros. *in v.* 15. Qui enim exercetur in verbis apostolorum, Jesu Domini mandata cognoscit, et considerat vias ejus, quibus finis est Christus, qui ait: « Ego sum via. »

Idem in v. 17. Quomodo supra ipse David: « Non secundum etc. » et hic poscit retributionem? Illa videtur vox peccatoris esse, hæc bene sibi conscii, qui præmia boni operis exposcit... Tamen quominus videatur petitio arrogans, bene addidit: *Servo tuo,* in quo et humilitatis est gratia et præmium servitutis... Si quis ergo est servus, et bene servit Domino, bene is dicit: *Retribue* etc.

Hilarius *in v.* 17. Quibus non est constans emundati cordis conscientia, precari ista prophetæ non possunt. Si enim digna secundum opera nostra retributio aderit, in peccatorum ac delictorum nostrorum pœnis manebimus, satis est autem, si cui vel hæc saltem fiducia gratulandi ad Dominum fuerit: « Non secundum peccata etc. » Exclusit autem propheta omnem de se vanitatis ac jactantiæ opinionem. Nam cum dixisset

v. 15. Vat. 4, 9, 11. Joan. xiv. 6. Gen. xxiv, 63. Jam de ambigua voce ἀδολεσχία excidit alicubi notula nostra, recoquenda, si vacaret, in v. 23, 27, 48, 78, 85. Cf. supra ps. liv, 3. Sed fusius ad v. 27, Ambrosius omnes vocis explicat varietates, neque etiam omissa Isaaci in agro meditatione, indice quidem Origene.

v. 17. Vat. 4, 9. Ps. cii, 10. Anonymus Origenianus, de quo sæpe nos, huc adducitur a Corderio. Sed præter codd. nostros consensus Hi-

Ἡμεῖς, οἱ μὴ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, καὶ μὴ μετειληφότες συνείδησιν παῤῥησίαν ἔχειν πρὸς Θεὸν δυναμένην, εὐχόμενοι οὐκ ἐροῦμεν· Ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου. Εἰ γὰρ ἀποδώσει, κολάσει ἡμᾶς κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Λέγει οὖν ὁ ἡμῖν παραπλησίως ἐλεηθεὶς ὑπὸ Θεοῦ· Οὐ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν, οὐδὲ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν. Ὁ δὲ παῤῥησίαν ἔχων πρὸς τὸν Θεὸν, πεποιθὼς τῇ ἑαυτοῦ συνειδήσει, φησίν· Ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου, τῷ μηδὲν ἄξιον κολάσεως πεποιηκέναι. Ἵνα δὲ μὴ δόξῃ ὁ λόγος εἶναι ἀλαζονικὸς, ἔχει τι ἀσφαλές· οὐ γὰρ εἶπεν· Ἀνταπόδος μοι, ἀλλ' ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου, εἴ τίς ἐστι δοῦλος σὸς, καὶ δουλεύει σοι. — Τὸ δὲ ζῆσόν με, εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον ἐκκλίνει τὸ ζῆν· οὐκ οἴομαι γὰρ ὅτι ὡς ἤδη ζῶν λέγει τό· Ζῆσόν με· ἀλλὰ ἴσως ἀναφέρει ἐπὶ ζωὴν ἀληθινὴν, ὅθεν ἐπάγει· Καὶ φυλάξω τοὺς λόγους σου. Ζωὴ γὰρ ἀληθὴς ἡ φυλακὴ τοῦ νόμου.

v. 18. Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου.

Αἰσθάνεται ὁ προφήτης ὅτι ἐπικεκαλυμμένοι αὐτοῦ ἦσαν οἱ ὀφθαλμοί, οἱονεὶ γὰρ κάκωσις γέγονεν ἡμῖν περὶ τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ βλάβη ἀπὸ τῆς παλαιότητος τῆς κατὰ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ εἷς ἐστιν ὁ μόνος ταύτην ἰάσασθαι δυνάμενος, ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ· ἐξαπέστειλε γὰρ ὁ Θεὸς τὸν Λόγον

Nos, qui mundi corde non sumus, nec habémus conscientiam quæ ad Deum fiduciam habere possit, dum oramus, minime dicemus: *Retribue servo tuo.* Nam si retribuerit, puniet nos juxta peccata nostra. Is igitur qui æque ac nos veniam a Deo consecutus est, dicit: « Non secundum iniquitates nostras fecit, neque secumdum peccata nostra retribuit nobis. » Qui vero fiduciam habet ad Deum, conscientiæ suæ confisus, ait: *Retribue servo tuo,* ut qui nihil fecerit castigatione dignum. Verum ne sermo videatur arrogans, præ se fert cautelam. Haud enim dixit: Retribue mihi, sed *retribue servo tuo,* dummodo servus tuus sit, et serviat tibi. — Illud, autem *vivifica me,* vitam ad tempus futurum refert. Non enim arbitror quod quasi jamdudum vivens, dicat: *vivifica me,* sed verosimiliter id refert ad vitam veram, unde addit: *Et custodiam sermones tuos:* vita enim vera est custodia legis.

V. 18. *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua.*

Sensu percipit propheta nimium tectos esse oculos suos; quædam enim quasi imbecillitas nobis indita est in intellectu nostro et quædam ægritudo ex vetustate ab antiquo homine inducta; atque unus et solus omnino est, qui imbecillitatem mederi possit, Verbum Dei. « Deus enim

Retribue ex fiducia innocentem, *servo tuo* ex servitutis officio subjecit... *Vitam* utique *observabo,* non præsentis temporis est, sed significatio sermonis in futurum se tempus extendit.. Scit enim propheta quando beata illa et vera viventium vita sit.

Ambrosius *in v.* 18. Manet velamen illud, quod non revelatur a quocumque alio, nisi in Christo fuerit evacuatum. Cum vero conversus hujusmodi fuerit ad Dominum, auferetur velamen... Medicamentum ei medicus demonstraverat, ille de cœlo, de quo scriptum est: *Misit verbum* etc.

larii et Ambrosii ad Origenem reducit, quocum fortasse pergunt per alia ambobus communia v. 18. Vat 16. Ps. cvi, 20. Et quidem hæc de peccato originis perspicua sunt, ut alia Origenis bene multa, ac mirari subit unde etiam in conciliis causam illi hac de re facesserint. Cf. Montfaucon in prolegg. ad Eusebium in psalmos, cap. vii, art. ii. Patrol. xxiii. col. 48, 49.

αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. Ἔρχεται οὖν ὁ Λόγος καὶ ἀποκαλύπτει τοὺς ὀφθαλμοὺς περαίρων τὸ κάλυμμα· ἡνίκα γὰρ ἐπιστρέψει τις πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα.

v. 19. Πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ· μὴ ἀποκρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ τὰς ἐντολάς σου.

Ὁ προσπεπονθὼς τῇ γῇ, ὁ φιλῶν τὰ ἐνθάδε, καὶ μὴ πιστεύσας ὅτι ἀνάλυσις ἔσται σὺν Χριστῷ, οὗτος μὴ λεγέτω· Πάροικός εἰμι ἐγὼ ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ἴστω ὅτι κατοικεῖ ἐπὶ τῆς γῆς· ἁγίου οὖν φωνή· Μὴ ἀποκρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ τὰς ἐντολάς σου.

v. 20. Ἐπεπόθησεν ἡ ψυχή μου τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματά σου ἐν παντὶ καιρῷ.

Ἐπεπόθησεν ὁ Δαυὶδ γνῶναι τὰ δικαιώματα τοῦ Θεοῦ, τί ἐστι τό· Ἐὰν κτήσῃ παῖδα ἑβραῖον, ἓξ ἔτη δουλεύσει σοι, ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ ἐξαποστελεῖς αὐτὸν ἐλεύθερον. Καί· Τὶς ἠγάπα γυναῖκα καὶ τὰ ταύτης τέκνα, διὸ αὐτὴν ἐλευθέραν ἀπωθεῖται ὁ δοῦλος; Καὶ τίς ὁ λόγος τοῦ τιθρωσκομένου ὠτός, καὶ τῆς αἰωνίου δουλείας ἣν ὁ δοῦλος προείλετο; — Τί δήποτε οὐκ εἶπεν· ἐπεπόθησεν ἡ ψυχή μου τὰ κρίματά σου, ἀλλ' ἐπεπόθησε τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματά σου; ὡς οὐκ ἐν ἡμῖν ὄντος τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῶν καθαρᾷ τῇ συνειδήσει λατρευόντων τῷ Θεῷ, οὕτως οὐ πάντων ἐστὶ τὸ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματα ἐν παντὶ καιρῷ, ἀλλὰ μόνων τῶν μὴ ἁμαρτανόντων. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ τῷ καιρῷ ἐν ᾧ ἁμαρτάνω, ἐὰν ἐπιθυμήσω τὰ κρίματα, ἵνα κολασθῶ ἐπιθυμῶ.

v. 22. Περίελε ἀπ' ἐμοῦ ὄνειδος καὶ ἐξουδένωσιν, ὅτι τὰ μαρτύριά σου ἐξεζήτησα.

misit Verbum suum. et sanavit eos, et epipuit eos ex internecionibus eorum.» Venit ergo Verbum, et revelat oculos, tollens velum; quando enim quis convertitur ad Dominum, tollitur ab eo velamen.

V. 19. *Incola ego sum in terra, non abscondas a me mandata tua.*

Qui terrena anhelat, qui diligit quæ hic sunt, nec credidit migrandum esse in Christo, idem ne dicato: *Incola ego sum in terra,* sed sciat se esse colonum super terram. Sancti igitur vox est: « *Ne abscondas a me mandata tua.* »

V. 20. *Concupivit anima mea desiderare judicia tua in omni tempore.*

Concupivit David noscere judicia Dei, videlicet quid sit hoc: « Si emeris puerum hebræum, sex annis serviet tibi, sed in septimo dimittes eum liberum? » Et: « Aliquis dilexit mulierem et liberos ejus, propter quam servus liberam eam dimittet. » Et quæ ratio vulneratæ auris, et æternæ servitutis quam servus præelegit? Ut quid demum non dixit: Concupivit anima mea judicia tua, sed dixit: *concupivit desiderare judicia tua?* Perinde ac si penes nos non esset desiderare judicia Dei, sed eorum modo qui cum pura conscientia Deo serviunt; ita omnium non est desiderare judicia in omni tempore, sed dumtaxat eorum qui non peccant; quo enim tempore pecco, si desideraverim judicia Dei, ut pœnas dem desidero.

V. 22. *Aufer a me opprobrium et contemptum, quia testimonia tua exquisivi.*

v. 19. Vat. 16. Ultima leviter mutata Didymus sua fecit apud Maium, et amplificavit, nostra fortasse habens auctiora.

v. 20. Vat. 16. Levit. XXI, 2. Deuter. XXI, 14; XV, 17. At quorsum congesta huc problematum biblicorum series, quæ etiam interrupta videtur? Nam Ambrosius, cui præsto erat amplus commentarius, tum ante, tum post primam de servulo quæstionem, permulta veteris Legis arcana in medium excutit, et allegorice exponit. Quid si catechista, in hoc loco, sicut supra in v. 7, ex industria moverit dubia, ambigua, obscura, ut juvenum discipulorum acueret ingenia? Prudens Didymus hæc priora omisit, sed ultima corrasit, sua tamen magistri usus libertate. Cf. Patrol. XXXIX, col. 1568 A. Cod. habet δι' ἣν τὴν ἐλευθερίαν ἀπωθεῖται ὁ δ.

v. 22. Vat. 4. cf. Anonymum apud Corderium.

Ἐπεὶ ὀνειδίζουσι καὶ ἐξουδενοῦσί μέ τινες ἐπὶ τῷ ἐκζητεῖν τὰ μαρτύριά σου, περίελε τὸ ὄνειδος καὶ τὴν ἐξουδένωσίν μου. Πῶς δ'ἂν περιαιρεθείη ταῦτα; εἰς ἐπίγνωσιν ἐρχομένων ἀληθείας τῶν τέως ὀνειδιζόντων καὶ ἐξευτελιζόντων με· ὑπάρξαντος δὲ τούτου, ἅμα ἐμοὶ ἐκζητήσουσι καὶ οὗτοι τὰ μαρτύριά σου.

v. 23. Καὶ γὰρ ἐκάθισαν ἄρχοντες, καὶ κατ' ἐμοῦ κατελάλουν· ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου.

Οὕτως συνέρχονται κατὰ τοῦ δικαίου σκοποῦντες πῶς ἐπιβουλεύσωσιν αὐτῷ, ἀλλ' αὐτὸς οὐ παύεται λαλῶν ἐν τοῖς δικαιώμασιν τοῦ Θεοῦ· οὐδὲν γὰρ ἀνθρώπινον φθέγγεται. — Δείκνυσι δὲ αὐτούς ποτε μὲν ὀνειδίζοντας, εἰ τύχοι παλαιὰ πλημμελήματα, ποτὲ δὲ ἐξουδενοῦντας, ὡς οὐδενὸς ἄξιον λόγου.

v. 25. Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου· ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου.

Τῶν ἁμαρτωλῶν αἱ ψυχαὶ τῷ ἐδάφει κολλῶνται, τὰ ἐπίγεια φρονοῦσαι· τῶν δὲ δικαίων, εἴτοι συγχρονίζουσι σώμασιν ἢ συνδεδεσμέναι δι' οἰκονομίαν ἐν αὐτοῖς. Ἐξομολογεῖται ὁ προφήτης περὶ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, καταλειπούσης μὲν τὸ κολλᾶσθαι τῷ Κυρίῳ πρότερον, ὅτε ἐν τῇ κακίᾳ ἐτύγχανεν, κολληθείσης δὲ δι' αὐτὴν τῷ ἐδάφει, καὶ καθελούσης ἑαυτῆς τὸ φυσικὸν ὕψος καὶ ἔπαρμα. Πᾶσα γὰρ ἁμαρτάνουσα ψυχὴ κεκόλληται τῷ ἐδάφει. Ὀπίσω δὲ Κυρίου πορεύσῃ, καὶ πρὸς αὐτὸν κολληθήσῃ, ἐν τῷ νόμῳ εἴρηται. Ἀξιοῖ τοίνυν βοηθηθῆναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ ζῆσαι, ἀποστὰς τῆς πρὸς τὸ ἔδαφος κολλήσεως, ἵνα ζήσῃ κατὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

v. 26. Τὰς ὁδούς μου ἐξήγγειλα, καὶ ἐπήκουσάς μου, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

Cum nonnulli exprobrent et contemnant me, quod testimonia tua exquiro, aufer opprobrium et contemptum meum. Quomodo autem hæc auferri possint? Dummodo illi qui exprobrant me hactenus, et contemnunt me, ad agnitionem veniant veritatis. Quo concesso, etiam mecum iidem exquirent testimonia tua.

v. 23. *Etenim sederunt principes, et adversum me loquebantur, servus autem tuus exercebatur in judiciis tuis.*

Ita conveniunt adversus justum, quomodo illi insidias texant deliberantes: sed ipse non desinit loqui de Dei judiciis. Nihil enim humani loquitur. Psalmus ostendit eos illum modo vituperantes, si quæ vetera peccata occurrerint, modo contemnentes eum, uti nulla æstimatione dignum.

v. 25. *Adhæsit pavimento anima mea; vivifica me secundum verbum tuum.*

Peccatorum animæ pavimento adhærent, ut quæ terrena sapiunt; justorum vero, quatenus in corporibus commorantur, seu in eis constringuntur conditione rerum. Propheta confitetur de anima sua, quæ Domino prius conglutinari destitit, quando in peccato fuit, adhæsitque porro pavimento, dum ipsa et naturæ suæ subvertit culmen et sublimitatem. Omnis enim anima peccatrix pavimento agglutinari solet. In lege autem dictum est: « Post Dominum ambulabis, et ad eum adhærebis. » Petit igitur adjuvari a Deo, ut vivat, deserens suam ad pavimentum adhæsionem, unde vivat secundum verbum Dei.

v. 26. *Vias meas enuntiavi, et exaudisti me; doce me justificationes tuas.*

v. 23. Vat. 4, 12.

v. 25. Vat. 4, 5, 14, 16. Deuter, x, 20. Plura eidem anonymo cessit Corderius, contra tot nostros codd.

v. 26. Vat. 5, 12, 16. Obscura plura sunt in priore scholii parte: turbari sæpe Noster videtur, trepidusque accedere solet, ad formidolosam divini judicii theoriam, quam frequenter tamen, quasi fascinatus abysso, attingit. Pars posterior superiora declarat. Quam repugnantibus non solum codicibus nostris, sed et Eusebii frigida indole, Cæsariensi Corderius plus

Τῷ δὲ τυχόντι τῆς ἐν τούταις συνέσεως, περιέσται τὸ καὶ ἄλλους ὠφελεῖν δύνασθαι, καὶ τὴν θαυμάσιον εὐεργεσίαν ἐξαγγέλλειν Θεοῦ, τὴν ἀποκειμένην τοῖς ὅσια πράττουσι· οὐ γὰρ τὰ περὶ δικαιοσύνης διδάσκων, διδάσκει καὶ τὰ περὶ τοῦ παρεπομένου τέλους αὐτῇ, ὅτι μέγα τοῦτο, καὶ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἀξίαν ἀμείβεται. Διελέγετο καὶ Παῦλος περὶ ἐγκρατείας καὶ δικαιοσύνης, καὶ τοῦ μέλλοντος κρίματος, ὡς ἔμφοβον γενέσθαι τὸν ἡγεμόνα. — Ὅταν μέν τις κατὰ τὸ θέλημα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν πορεύηται, ὁδοὺς ἑαυτοῦ πορεύεται· ὁ δὲ ἀποστὰς τοῦ ἁμαρτάνειν, δίδωσιν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, αἰτῶν παρ' αὐτοῦ τὸ φοβεῖσθαι καὶ αὐτὸν, καὶ πορεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. Οὐκέτι μὲν γὰρ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἑαυτοῦ πορεύεται, μεταστὰς δὲ ἐπὶ τὰς τοῦ Θεοῦ, ἐν αὐταῖς βαδίζει. Ἴσον δέ ἐστι τούτῳ· Εἶπα, ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου. Ἐμαυτοῦ τοίνυν κατήγορος γενόμενος, παρὰ σοὶ ἐξωμολόγησα μὲν περὶ αὐτῶν, διὰ δὲ τοῦτο ἐπήκουσάς μου, παραδεξάμενος τὴν μετάνοιαν. Εὔχομαι δέ σε, καὶ διδάσκαλόν μου γενέσθαι τῶν δικαιωμάτων, ἃ οὐδεὶς δύναται κατ' ἀξίαν παραδοῦναι, ὡς σὺ ὁ Κύριος τῶν δικαιωμάτων.

v. 27. Ὁδὸν δικαιωμάτων σου συνέτισόν με, καὶ ἀδολεσχήσω ἐν τοῖς θαυμασίοις σου.

Συνετιζόντων δεόμεθα, πρὸς τὸ μὴ ἀποπλανηθῆναι τῆς ὁδοῦ τῶν δικαιωμάτων Θεοῦ. Ἐὰν γὰρ τὴν ὁδὸν τῶν ἐν τοῖς δικαιώμασι μυστηρίων, ὑπὸ σοῦ σύνεσιν λαβὼν, νοήσω, ὡς καὶ ὁδεῦσαι αὐτὴν, δυνήσομαι, τὰ δηλούμενα ἐν τοῖς δικαιώμασί σου θαυμάσια συνιεὶς, ἀδολεσχεῖν ἐν αὐτοῖς, καὶ τὴν ὁμι-

Cui contigerit horum verborum intellectus, ejus quoque erit posse cæteris prodesse, ac stupenda enunciare Dei beneficia, quæ sancte viventibus reservantur. Neque enim solius justitiæ præco, docet qualis post judicium subsequatur finis, quantum id sit et quomodo Deus ultra merita rependat. Asseruit etiam Paulus de continentia et justitia et futuro judicio, ut gregis ductori timorem incul- cet. Quando quidem aliquis secundum voluptatem carnis et cogitationum suarum ambulat, vias suas ambulat; sed qui a peccando desistit, tradit semet ipsum Deo, postulans ab eo ut illum timeat, et ambulet in omnibus viis ejus. Si quidem jam non secundum proprias vias graditur, sed ad Dei vias transiens, iisdem incedit. Hoc autem simile est verbo: « Dixi, pronuntiabo adversum me injustitiam meam Domino. » Mei igitur accusator factus, tibi quidem confessus sum. Tu idcirco exaudisti me, meam admittens poenitentiam. Rogo autem te, ut etiam meus fias doctor justificationum, quas nemo pro dignitate tradere potest, sicut tu qui Dominus es judiciorum.

v. 27. *Viam justificationum tuarum instrue me, et exercebor in mirabilibus tuis.*

Magistris qui nos instruant, indigemus, ne errabundi declinemus a via justificationum Dei. Etenim si viam mysteriorum quæ in judiciis continentur, intellectu a te suscepto, noverim, ut hanc viam emetiar, penes me erit, percipientem mirabilia quæ in tuis sententiis de-

minus vitiatam attribuit. Ipse rerum series et pia ad Deum invocatio Origenem revocant, quem etiam, dum a longe eumdem, ut solet, sequitur, Theodorus Heracleota tacito digito monstrat.

v. 27. Vat. 4. 5, 6, 8, 11, 16. Gen. xxx, 36. Ps. cxviii, 14, 32. Joan. xiv, 10. Palam est nondum interrumpi telam in superioribus versiculis orditam. Laciniam tantum compendiosam reppererere Maurini, quæ saltem nostra confirmat: Σύνεσιν γὰρ τῶν ἐν αὐτοῖς μυστηρίων λαβὼν, ὡς καὶ ταύτην ὁδεύσας, δυνήσομαι περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς θαυμασίων ὁμιλεῖν τε καὶ λόγον ποιεῖσθαι. Idem refert Vat. 5.

λίαν ἐν τῷ περὶ τούτων ποιεῖσθαι λόγῳ. — Ἐπεὶ οὐκ ἔστι βραχεῖα ἡ εὕρεσις τῆς ὁδοῦ τῶν δικαιωμάτων, οὐκ ἐπὶ δύο ἢ τρεῖς ἢ δέκα ἡμέρας, μόλις γὰρ ἀρκεῖ μοι καὶ ὁ χρόνος τῆς ζωῆς. Καὶ ὥσπερ ἐστὶν ὁδὸς δικαιωμάτων, οὕτως καὶ ἡ ὁδὸς μαρτυρίων. Ἐν τῇ ὁδῷ, φησί, τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ. Ἔστι καὶ ὁδὸς ἐντολῶν· Ὁδὸν γὰρ ἐντολῶν σου, φησὶν, ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. Αὗται δὲ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ τέλος καὶ ἀρχὴν ἔχουσι, μίαν ὁδὸν τὴν λέγουσαν· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. Ὁδεῦσαι οὖν δεῖ διὰ πασῶν τούτων τῶν ὁδῶν, ἵνα ἔλθῃς ἐπὶ τὸ τέλος αὐτῶν, τὸν Χριστόν.

clarantur, in eis exerceri, et de iisdem sermonem facere. — Quoniam operæ non levis est invenire viam judiciorum, iter erit non duorum, nec trium, nec decem dierum: vix enim mihi sufficit etiam vitæ tempus. Et sicut via est justificationum, ita et via testimoniorum: « In via, inquit, testimoniorum tuorum delectatus sum, quasi super omnes divitias. » Est quoque via mandatorum: « Viam enim mandatorum, ait, cucurri, quando dilatasti mihi cor meum. » Illæ autem viæ omnes terminum et principium habent, hanc unam viam, quæ dicit: « Ego sum via. » Pergere ergo te oportet omne harum viarum iter, ut pervenias ad earum finem, Christum.

v. 28. Ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας, βεβαίωσόν με ἐν τοῖς λόγοις σου.

Πλησίον, φησὶν, ἐγενόμην τοῦ θανάτου, ὀλιγωρήσας πρὸς τὰ ἐπικείμενά μοι κακά·

v. 28. *Dormitavit anima mea præ tædio; confirma me in verbis tuis.*

Factus sum, inquit, morti vicinus, negligens imminentia mihi mala; sed

Ambros. *in v.* 28. Aliqui codices habent *dormitavit*, quæ ἐνύσταξεν et ἔσταξεν duabus litteris dissonant. Potuit interpres vel antiquarius scriptor hic falli. Perfectior non dormitat, qui divinis animum intendit mysteriis. Denique ipse alibi dicit: « Si dedero (Ps. cxxxi, 4)...

Ideoque ait propheta: « Fili, ne defluas (Prov. III. 21).

Hilarius *ibid.* Nonnulli enim pro eo quod ab illis lxx dictum est ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου, posuerunt ἔσταξεν ἡ ψυχή μου. Quidam autem ex illis non ἐνύσταξεν, sed κατέσταξεν transtulit etc. *Fere ut Ambrosius, sed vide notam sequentem.*

v. 28. Vat. 4, 6, 9, 16. Iterum succurrit nobis Ambrosius, ac vix temperavi quin totam ejus paginam rescriberem, uti genuinum opus Alexandrini, quem etiam nomine tenus, quod vix alibi semel occurrit, allegat in hunc modum: " Sed *Origenes*, qui multorum interpretationes diligenti discussit indagine, *stillavit* secutus est, eo quod perfecti anima quasi bene composita et confirmata non stillat. „ Neque Hilarius ab Ambrosio multum recedit. Sed in eo summe singularis, quod etiam Hexapla græca rescripsit BB. p. 801: " De consequenti versu comperi multos varia sensisse, eo quod non eadem proprietate a cæteris translatoribus ex Hebræo demutatus esset, ut ab his lxx interpretibus transcriptum est. Nonnulli enim pro eo quod ab illis dictum est: ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου, posuerunt ἔσταξεν ἡ ψυχή μου. Quidam autem ex illis non ἐνύσταξεν, sed κατέσταξεν significare intelligitur. „ Tum apud Græcos eadem Origenis pagina non minus diligenter circumlata fuit. Et quod magis ac magis commentarii nostri genuitatem declarat, sicut apud Latinos, ita a Græcis nomen Origenis diserte huc adductum est. Vulgatus enim Theodorus Heracleota, Hexaplis recensitis, addit: " Et Origenes illud *dormitavit* erratum esse ait, sic dicens: " *Et existimo quempiam*... οὕτως εἰρηκώς· Καὶ οἴομαι κτλ. ut apud nos, Corder. iii. 389. Totum locum pariter refricat vetus anonymus Origenianus, ibid. p. 395. Tandem in nostris quoque scholiis Vaticanis insertum est, veluti lemma classicum, idem quod habet Theodorus: Καὶ Ὠριγένης τὸ ἐνύσταξεν ἡμαρτῆσθαί φησιν, οὕτως κτλ. Tandem cf. Field. ii, 272, ubi hebraïca sonant: *Stillat anima mea præ mærore.*

ἀλλ' αὐτός με, φησί, στήριξον ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου. Ἢ ἐπεὶ ἡ προσβολὴ τῆς ἁμαρτίας χαυνοῖ τὸν λογισμὸν καὶ ἀκηδίαν ἐργάζεται, ἡ μὲν νυσταγμὸν, ὁ δὲ θάνατον. — Ὁ μέντοι Σύμμαχος καὶ Ἀκύλας κατέσταξεν εἶπον. Ἡ δὲ ἑ καὶ ϛ' ἔσταξεν ἡ ψυχή μου περιέχει. Παρὰ δὲ τῷ Συμμάχῳ, κατέσταξεν ἡ ψυχή μου. Καὶ δοκεῖ μοι, μὴ νοήσας τις τὸ ἔσταξεν, ἀλλ' ὑπολαβὼν ἁμαρτῆσθαι τὸ ἀντίγραφον, πεποιηκέναι· ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου, τῆς ἐπὶ τὸ ἔσταξεν ἡ ψυχή μου ζητήσεως ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος.

tu ipse, inquit, me tua promissione confirma. Vel quoniam sæpenumero adjectio peccati segnem reddit rationem et acediam operatur, acedia creat somnum, segnis vero ratio mortem. — Hoc interea Symmachus et Aquila dixerunt: *Distillavit.* Quinta vero et sexta editio: *Stillavit anima mea,* et Symmachus præterea: *Distillavit anima mea.* Et videtur mihi nonnullus, cum non intelligeret illud *stillavit,* supponens vitium esse in exemplari, confecisse: *Dormitavit anima mea,* ita volens expedire se ab inquisitione de hac dictione: *Stillavit anima mea.*

Φησὶ γὰρ, ὅταν ἡ ψυχὴ ἐν ἀκηδίᾳ γένηται καὶ ἀδημονίᾳ καὶ λύπῃ, ἀπόλλυσι τὸ ἐγρηγορῆναι, καὶ γίνεται ἐν νυσταγμῷ, ἀπαγορευμένῳ ἐν τῷ· Μὴ δὸς ὕπνον σοῖς ὄμμασιν, μηδὲ νυσταγμὸν σοῖς βλεφάροις. Ὁ δὲ δυσωπούμενος τὴν μαρτυρουμένην ὑπὸ τῶν πλειόνων ἔκδοσιν, τὴν ἔσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας, φησὶν, ὅτι πεπυκνωμένη καὶ στέγειν δυναμένη ἐστὶν, ὡς μηδὲν αὐτῆς ἀποῤῥεῖν, ἡ τοῦ δικαίου ψυχή· ἡ δὲ τοῦ φαύλου οὐ τοιαύτη, ἀλλὰ μὴ δυναμένη κρατεῖν ὃν διδάσκεται λόγον Θεοῦ· διόπερ ἡ τοιαύτη ψυχὴ στάζειν ἂν λέγοιτο. Τοιαύτην δέχεται διάνοιαν καὶ τό· Υἱέ μου, μὴ παραῤῥυῇς, ἐν Παροιμίαις γεγραμμένον, καὶ τό· Διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως προσέχειν ἡμᾶς τοῖς ἀκουσθεῖσιν, μήποτε παραῤῥυῶμεν, ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους λελεγμένον. — Βεβαίωσον, οἱονεὶ τοιοῦτόν με ποίησον ἐν τοῖς λόγοις, ὥστε ἄσειστον εἶναι, καὶ μηδαμῶς μετακινούμενον.

Ait porro: Quando anima in acedia torpet et in mœrore et luctu, amittit vim evigilandi, et dormitationi obnoxia fit, quæ interdicitur hoc versu: «Ne des somnum oculis tuis, neque dormitationem palpebris tuis.» Cui vero displicet comprobata a pluribus interpretatio: *Stillavit anima mea præ tædio,* arguit quod anima justi solida sit, et se continere valeat, ita ut nihil ipsius diffluat, improbi vero mens non sic, sed talis quæ non valeat continere quem didicit sermonem Dei. Idcirco hujusmodi animam stillare dixeris. Similem quoque recipit sententiam illud in Proverbiis scriptum: «Fili, mi, ne diffluas,» et quod apposite in epistola ad Hebræos dicitur: «Propterea abundantius oportet nos observare ea quæ audivimus, ne pereffluamus.» — *Confirma* me, videlicet talem me fac in tuis sermonibus, ut inconcussus fiam, nulloque modo movear.

v. 29. Ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῷ νόμῳ σου ἐλέησόν με.

Δυνάμενος εἰπεῖν· ἀπόστησόν με ὁδοῦ ἀδικίας, τοῦτο μὲν οὐκ ἔφησεν, τὸ δέ· Ὁδὸν

v. 29. *Viam iniquitatis amove a me, et in lege tua miserere mei.*

Dicere quum potuerit: Amove me a via iniquitatis, hoc modo non locutus

v. 29. Vat. 4, 9, 16. Iterum quædam a BB. mutuamur, et plura confirmantur ab Heracleotæ paraphrasi et Didymi industria, qui tacito Origene, illius exegesin fecit suam: ὡς ἀληθεύσιν τὴν προειρημένην ἐξήγησιν. Apud Corderium III, 397. Sed Maius inter scholia Didymi hunc locum neglexit. Confirmantur Hexapla ab Eusebio recipta apud Field. II, 272.

ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ, ὡς τυγχάνουσαν ἐν ἐμοί, καὶ ἐνυπάρχουσάν μοι. Ὅσον γάρ ἐσμεν ἔτι φαῦλοι, ἡ ὁδὸς τῆς ἀδικίας ἐν ἡμῖν ἐστιν, καὶ πάντα μὲν πρακτέον, ἵνα αὐτὴν ἀπωθήσωμεν τῆς ψυχῆς ἡμῶν· μάλιστα δὲ Θεὸν συνεργὸν εἰς τοῦτο παρακλητέον, ἵνα, ταύτης ἀποστάσης ἡμῶν, δυνηθῶμεν εἰπεῖν· καὶ τῷ νόμῳ σου ἐλέησον· ἀξιοῦντες νόμῳ Θεοῦ ἀπὸ Θεοῦ ἐλεηθῆναι, ᾧ νενομοθέτηκεν ὁ Θεός, ὡς ἄν τις εἴποι ἰατρῷ· ὡς ἀπαντᾷ ὁ ἰατρικὸς λόγος, ἄγαγέ με ἐπὶ τὴν ὑγιείαν, εἴτε τομαῖς, εἴτε καυτῆρσιν, εἴθ' ὁποσοῦν ὑποβάλλεται τῶν ἐπιπόνων ὑπὸ τῆς ἰατρικῆς καὶ τῶν νόμων αὐτῆς.

Τοῦτο δὲ ὁ μὲν Ἀκύλας ὁδὸν ψεύδους ἐκδέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος ὁδὸν ψευδῆ περίελε. Καὶ οἶμαι προσφορώτερον, ἐπεὶ ὁ ἐχόμενος στίχος τὴν ἀπεναντίας τοῦ ψεύδους ἀντιτίθησιν ἀλήθειαν, δεικνὺς τὸ ἀκόλουθον· Ὁδὸν γάρ, φησί, ἀληθείας ᾑρετισάμην.

est, sed dixit hoc: *Viam iniquitatis amove a me,* ac si via in me adsit et mihi indita. Quamdiu enim pravi sumus, via iniquitatis in nobis est, et omnia movenda sunt, ut illam ab anima nostra ejiciamus, tum vero maxime ad hanc rem Dei auxilium implorandum est, ut postquam illa a nobis recesserit, dicere valeamus: *Et in lege tua miserere mei:* supplicantes Deo, ut ob legem quam ipse tulit Deus, misericordia consequamur, perinde ac si quis dicat medico: Prout succurrit medicinæ ratio, educ me in sanitatem, sive sectionibus, sive ustulationibus, sive qualicumque modo qui dolorem irroget ex arte medica exque illius legibus. — Hoc autem Aquila quidem *viam mendacii* exposuit; Symmachus vero: *viam mendacem aufer.* Quod etiam puto probabilius, quippe quum sequens versiculus contrariam mendacio veritatem opponat, declarans rerum seriem: *Viam* enim, inquit, *veritatis elegi.*

v. 30. Ὁδὸν ἀληθείας ᾑρετισάμην, καὶ τὰ κρίματά σου οὐκ ἐπελαθόμην.

Ταῦτα γὰρ τίς ἐρεῖ; καταφρονῶν μὲν τῶν βλεπομένων, ὡς προσκαίρων, σκοπῶν δὲ τὰ μὴ βλεπόμενα, ὡς αἰώνια, καὶ ἀληθῆ κυρίως ὑπάρχοντα· οὐκ ἀληθείας γὰρ ἡ ὁδός, ἡ ἐπὶ δόξαν καὶ πλοῦτον ἐπίγειον ὁδηγοῦσα. Ἐκεῖνα δὲ τίς ζητεῖ, τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ μεμνημένος, καὶ τῆς ἐπ' ἐκείνοις ἀνταποδόσεως;

v. 30. *Viam veritatis elegi, et judicia tua non sum oblitus.*

Talia quis dicit? Ille vir qui contemnit ea quæ cernuntur, uti temporanea, spectat vero ad ea quæ non videntur prout æterna, et quæ sola proprie vera sunt. Veritatis namque via non est quæ ducit ad gloriam, et ad opes mundanas. Hujusmodi autem res quisnam persequitur, si meminerit judiciorum Dei et retributionis inde pendentis?

v. 32. Ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου.

Οἱ λόγοι δὲ τῶν ἐντολῶν πλατύνοντες τὴν καρδίαν, εὔκολον αὐτῇ παρασκευάζουσι τῆς πρακτικῆς τὴν ὁδόν.

v. 32. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.*

Sermones mandatorum, qui dilatant cor, planam cordi viam sternunt ad vitam actuosam.

v. 30. Vat. 5, 12,16. Similia quæ BB omiserunt, servavit Corderius cum his varietatibus, quæ paraphrasin affectant. Τὸν στίχον τοῦτον ἐρεῖ μόνος ὁ καταφρονῶν... καὶ μόνα κυρίως ἀληθῆ, καὶ ἐπ' ἐκεῖνα σπεύδων... γὰρ ὁδὸς ἣν αἱρεῖται ὁ πραγματευόμενος τὸν κάτω πλοῦτον καὶ τὰς ἐπὶ γῆς δόξας. et cætera prolixiora.

v. 32. Vat. 5.

v. 33-35. Νομοθέτησόν με, Κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου, καὶ ἐκζητήσω αὐτὴν διαπαντός. Συνέτισόν με, καὶ ἐξερευνήσω τὸν νόμον σου, καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου, ὅτι αὐτὴν ἠθέλησα.

Πάντα ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναφέρουσιν οἱ ἅγιοι, διδάσκοντες ἡμᾶς ὅτι χωρὶς Θεοῦ οὐδὲν δυνάμεθα. Ἐὰν γὰρ μὴ ἐν ἐμοί, φησί, μένητε, οὐδὲν δύνασθε ποιεῖν. Ἀλλ' ἴσως τις ἐρεῖ· Εἰ πάντα ἀναφέρεται ἐπὶ τὸν Θεόν, ποῦ τὸ ἐπ' ἐμοί; Ἴδε εἰ μὴ πανταχοῦ ἐπέπλεξεν τῷ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, τὸ ἐφ' ἡμῖν. Ὡς ἐνταῦθα τὸ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· Νομοθέτησόν με, Κύριε, τὴν ὁδὸν δικαιωμάτων σου. Τὸ δὲ ἐφ' ἡμῖν· Καὶ ἐκζητήσω αὐτὴν διαπαντός. Ἀπὸ Θεοῦ αἰτῶ πάλιν· Συνέτισόν με, καὶ ἐξερευνήσω τὸν νόμον σου. Τὸ δὲ ἐπ' ἐμοί· Καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ. Καὶ τρίτον ἀπὸ Θεοῦ αἰτῶ λέγων· Ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου. Τί τὸ ἐπ' ἐμοί; Ὅτι αὐτὴν ἐθέλησα. Δεῖ οὖν τὸ μὲν αἰτεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ, τὸ δὲ ἑαυτοὺς εἰσφέρειν ὁμολογεῖν. Σὺ μὲν γάρ, φησί, ὦ Κύριε, νομοθέτησόν με τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου. Ἐγὼ δὲ τὸν τῆς ζωῆς μου ἅπαντα χρόνον ἐπιδώσω ἐμαυτῷ εἰς ἀναζήτησιν αὐτῆς. Οὐκέτι γὰρ σαφὲς ἢ εὐκαταφρόνητον. Δεῖται δὲ τῆς Θεοῦ συνεργείας καὶ τῆς ἡμετέρας σπουδῆς, ὡς ἐξ αὐτοῦ λαβεῖν τήν τε χρῆσιν καὶ τὴν κατάληψιν τῶν τε πρακτικῶν καὶ θεωρητικῶν. Οὕτως γὰρ μηδὲν ἐνδοιάζων, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ φυλάξω τὸν νόμον. Εἰ δὲ καὶ ἡ ἔρευνα δεῖται συνέσεως, πόσῳ μᾶλλον, ἵνα τις εὕρῃ τὸ τέλος. — Δεῖ οὖν τὰ μὲν αἰτεῖν, τὰ δὲ ἐπαγγέλλεσθαι καὶ πληροῦν, ἵνα μὴ τὰς πρὸς Θεὸν ἀτεθῶμεν συνθήκας, ἐπὶ τὸν Θεὸν τοίνυν ἀναφέρειν τὴν αὐτοῦ εὐμένειαν

v. 33-35. *Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, et exquiram eam semper. Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, et custodiam illam in toto corde meo. Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui.*

Omnia ad Deum viri sancti referunt, docentes nihil nos posse sine Deo. « Nisi enim in me, inquit, manseritis, nihil potestis facere. » Sed fortasse non nemo dixerit: si omnia referuntur ad Deum, ubi quod penes me est? Vide an non ubicumque conjunxerit quod est ex parte Dei, cum his ex parte nostra. Ita hoc loco Dei est: *Legem pone mihi, Domine, viam judiciorum tuorum.* Nostrum vero est: *Et exquiram eam semper.* A Deo rursus peto hoc: *Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam.* Illud vero meum: *Et custodiam illam in toto corde meo.* Et tertio Deum rogo dicens: *Deduc me in semitam mandatorum tuorum.* Quid penes me est? *Quia ipsam volui.* Oportet igitur unum a Deo petere, alterum autem declarare sponte per nos offerri. Tu quidem, Domine, inquit, *legem pone mihi viam justificationum tuarum;* ego vero omne tempus impendam in ejus inquisitionem. Res enim non clara est, neque curæ expers. — Opus est Dei cooperatione et nostra diligentia, ut ab eo recipiatur usus et intellectus rerum quæ sunt et agendæ et considerandæ. Ita enim agens, nihil hæsitans, *toto corde custodiam legem.* Quod si rei perscrutatio eget intellectu, quanto magis ut finis inveniatur. Oportet igitur alia petere, et alia polliceri, implereque, ne fœdera cum Deo inita vili-

v. 33-35. Vat. 5, 9, 11, 16. Joan. xv, 4. Multa Theodorus Heracleota involvit paraphrasi solita et perspicua, præfixo palam Origene. Quædam ipsi aperte inscripta servavit Corderius, quæ Maurini cauto pede transierunt, quantumvis cuncta forent adversus technas Jansenianas opportunissima. Sic vero incipit Corderii scholium: Τὸ μὲν γὰρ παρὰ τοῦ Θεοῦ αἰτεῖται· τὸ δὲ ἐπαγγέλλεται ἐξ ἑαυτοῦ συνεισφέρειν. Deinde Σὺ μὲν γὰρ usque ad αὐτῆς. Id est: "Illud quidem a Deo petit, aliud vero ex parte sua pollicetur se collaturum." Nostra demum Apollinarius, quod non solet, imitatus est. In ima columna codd. habent ἀναφέρει τὴν αὐτοῦ εὐμ.

καὶ τὸ ἄνωθεν δίδοσθαι τὴν ἐπὶ τοῖς κατορθουμένοις εὐόδωσιν. Ἐπὶ σοὶ δέ ἐστιν ἡ συνέργεια τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἡ τῆς μοχθηρίας ἀποστροφὴ, ὥστε τὰ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ αἰτῶμεν γενέσθαι ἡμῖν μετὰ τοῦ συνεισφέρειν τὰ ἐφ' ἡμῖν, καὶ οὕτω τὰς πρὸς Θεὸν συνθήκας οὐκ ἀτεθήσοιμεν. — Τρίβος ἡ τετριμμένη ὁδὸς, ἣν πολλοὶ τῶν δικαίων πρὸ ἡμῶν ἐπορεύθησαν, πρὸς ἣν ὁδηγοῦντος χρεία Θεοῦ. Χριστοῦ γὰρ ἡμᾶς δεῖ γενέσθαι μιμητὰς, καὶ αἴρειν τὸν σταυρὸν, καὶ ἀκολουθεῖν ὀπίσω αὐτοῦ.

v. 36. Κλῖνον τὴν καρδίαν μου εἰς τὰ μαρτύριά σου, καὶ μὴ εἰς πλεονεξίαν.

Τὰ γὰρ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ οὐ φιλαργυρίαν διδάσκει, λέγοντα· Οὐκ ἐπιθυμήσεις κτλ.

v. 37. Ἐν τῇ ὁδοῦ σου ζῆσόν με.

Ἐγώ εἰμι, φησὶν, ἡ ὁδὸς, ἐν τοῖς εὐαγγελίοις Κύριος.

v. 39. Περίελε τὸν ὀνειδισμόν μου ὃν ὑπώπτευσα, ὅτι τὰ κρίματα σου χρηστά.

Εἰ χρηστά ἐστι τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ, χρηστότητος καρποὺς ζητητέον. Νόησαι ἐπὶ πάντας τοὺς κρινομένους, κἂν πικρότερά τισι διὰ τῆς ἁμαρτίας ἀπαντᾷ.

v. 40. Ἰδοὺ ἐπεθύμησα τὰς ἐντολάς σου, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν με.

Ἐπεὶ ἐπεθύμησα, φησὶ, τὰς ἐντολάς σου,

pendamus, interim ad Deum referre ipsius benignitatem, supernumque donum, quo ad rectum iter via dirigitur. Ad te autem spectat cooperatio ad bonum et conversio ab improbitate, ita ut quæ Dei sunt postulemus conferri nobis, una cum operis nostri adminiculo, sicque sancita cum Deo foedera non contemnimus. — Semita est via trita, quam multi justorum ante nos perrexerunt, quam inter eundum Deo duce opus est. Etenim oportet nos esse Christi imitatores, crucemque tollere, et ejus premere vestigia.

v. 36. *Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam.*

Nam Dei testimonia non suadent amorem divitiarum, cum dicant: « Non concupisces etc. »

v. 37. *In via tua vivifica me.*

« Ego sum via », inquit Dominus in evangeliis.

v. 39. *Aufer opprobrium meum, quod suspicatus sum, quia judicia tua jucunda.*

Si jucunda sunt Dei judicia, quærendum qui sint fructus jucunditatis. Intellige circa omnes judicio subjectos, etiamsi nonnullis, propter peccata, aliqua acerbiora occurrant.

v. 40. *Ecce concupivi mandata tua, in justitia tua vivifica me.*

Quoniam, inquit, *concupivi præcepta*

Ambrosius *in v.* 39. Si dulcia sunt igitur judicia Domini, suavitatis fructus percipere elaboremus.

Hilarius *in v.* 40, 41. Misericordiam itaque primam deprecatus est, dehinc salutare. Salus enim nostra ex misericordia Dei est. Et inde cœpit oratio, unde et salus inchoat deprecantis. Dehinc ne ex incerta et ex inopinata spe precari propheta existimaretur, primum misericordiam, dehinc salutare commemorat, tum tertio subjicit: *Secundum verbum tuum,* ut hanc orandi fiduciam proficisci secundum verbum Dei, id est secundum doctrinam legis ostenderet ... Si, inquit, de te fuero misericordiam consecutus, et a te conservatus, ut spopondisti, consequens erit, ut his qui insipientiam mihi et errorem spei et verbum hoc quod in te spero, exprobrant, respondeam ... et doctrina hæc spei nostræ sit, ut oratus et misereatur et salvet.

v. 36. Vat. 5. Matth. v, 28.
v. 37. Vat. 5. Joan xv, 6.
v. 39. Vat. 4.
v. 40. Vat. 16. Pleraque recepit Maius in suum Didymum, non sine mendo, nam pro ἐρωτικῶς legit, et quidem ut codex noster, αἱρετικῶς, et paulo post διατεθέντα. Ultima idem non habet. In fine Rom. 1, 17.

διὰ τοῦτο ζωοποίησόν με κατὰ τὴν σὴν δικαιοσύνην, καὶ ἄμειψαί με, μὴ μόνον ποιήσαντά σου τὰς ἐντολὰς, ἀλλὰ καὶ ἐρωτικῶς πρὸς αὐτὰς διατιθέντα· διὸ οὐκ ἄλλου χάριν, ἀλλ' αὐτῶν ἕνεκα ἐπιτελῶν, αὐτός φημι· Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν με, ὅπερ ἐστὶ ζῆσαι κατ' ἀρετήν. Καὶ ἐπεὶ δικαιοσύνη τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ὁ ἐν Υἱῷ ζῆσαι βουλόμενος, τοῦτό φησιν· ζωοποιεῖ γὰρ ἡμᾶς διὰ τῆς ἰδίας δικαιοσύνης ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ. Ἔστι δὲ αὐτὴ Χριστός. — Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν.

tua, idcirco vivifica me, secundum tuam justitiam, et retribue mihi non solum facienti mandata tua, verum etiam ea cum amore persequenti. Ideo cum non alia de causa, sed ipsorum gratia observem ea, oro, tu ipse *in æquitate tua vivifica me*, quod est vivere ex virtute. Et quoniam justitia Patris est Filius, qui vivere in Filio vult, hæc verba dicit. Vivificat enim nos Deus et Pater per propriam justitiam, quæ ipsa Christus est. « Justitia enim Dei in ipso revelatur de fide in fidem. »

v. 41, 42. Καὶ ἔλθοι ἐπ' ἐμὲ τὸ ἔλεός σου, Κύριε, τὸ σωτήριόν σου κατὰ τὸν λόγον σου. Καὶ ἀποκριθήσομαι τοῖς ὀνειδίζουσί μοι λόγον, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ τοῖς λόγοις σου.

v. 41. 42. *Et veniat super me misericordia tua, Domine, salutare tuum secundum eloquium tuum. Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis.*

Πρὸς τοῖς εἰρημένοις, τὸ ἔλεός σου ἐπ' ἐμὲ ἔλθοι κατὰ τὸν λόγον σου, καὶ μετὰ τοῦ ἐλέους σου τὸ σωτήριον, ἵνα ὑπ' αὐτοῦ ἐλεηθεὶς σωθῶ. Τὸ τέλος γὰρ τοῦ ἀπὸ Κυρίου ἐλέους ἡ παρ' αὐτοῦ σωτηρία· διὸ καλῶς οὐ πρὸ τοῦ ἐλέους σωτηρίαν αἰτεῖ, εἶτα τὸν ἔλεον, ἀλλ' ἀνάπαλιν· οὐ γὰρ τοσοῦτον, φησὶ, διὰ τὰ ἡμέτερα ἔργα, ὅσον διὰ τὴν σὴν χάριν σώζομαι. Εἰ δὲ δυνατὸν πάντα διὰ τοῦ ἀποσταλέντος Λόγου εἰρῆσθαι, ἐπίστησον· αὐτὸς γὰρ καὶ ἔλεος καὶ σωτήριον Κυρίου ἐστί. Διὸ εὐκτέον ἥκειν ἐφ' ἡμᾶς τὸ ἔλεος Κυρίου, τὸ σωτήριον κατὰ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εἰ τοῦ σοῦ ἐλέους τύχω, φησὶ, παῤῥησίαν ἕξω πρὸς τοὺς ἐνισταμένους καὶ ὀνειδίζοντας. Ἐὰν ἔλθοι ἐπ' ἐμὲ τὸ ἔλεος καὶ τὸ σωτήριον, κατὰ τὸν σὸν λόγον σωθεὶς, εὐπορήσω λόγον, ὥστε τοῖς ὀνειδίζουσί με ἔχειν ἀποκρίνεσθαι καὶ παραστῆσαι αὐτοῖς, ὅτι οὐκ ἄξιόν ἐστιν ὀνειδίζεσθαι τὸν τοιαῦτα ἔχοντα δόγματα, ἅτινα γελῶσι μὲν οἱ τῆς πίστεως ἀλλότριοι ὡς μωρὰ, συνέσεως δὲ ἀποδείξω καὶ σοφίας πεπληρωμένα, ἐπεὶ καὶ εἰς τοὺς

Præter ea quæ dicta sunt, *veniat super me misericordia tua secundum verbum tuum*, veniat salus cum tua misericordia, ut illam adeptus, salvus fiam. Finis enim misericordiæ Domini est salus ab ipso; pulchre ergo salutem non prius petit deinde misericordiam, sed e diverso. Non tantum, ait, propter mea opera, quantum propter gratiam tuam salvus sum. An autem propter emissum verbum omnia dicta esse possint, attende: ipse enim et misericordia et salutare Domini est. Igitur exorandum est ut veniat super nos misericordia Domini, salutare juxta ejus misericordiam. Si tua clementia, inquit, fruor, fiduciam habebo adversus insurgentes et exprobrantes. Dummodo *veniat super me misericordia* et salus tua, per verbum tuum salvus, abundabo sermone, ut habeam quod exprobrantibus me respondeam, ipsisque resistam, quoniam non dignus est opprobrio, qui talia dogmata tenet, qualia quidem

v. 41, 42. Vat. 4, 5, 9, 11, 14, 16. Pauca in fine BB et mutila. Plura iisdem obtulit Corderius, sed depravata et dispertita inter anonymum et quemdam Theodorum. Præstent optimi codd. nostri et copiosi. — Circa medium, codd. habent καὶ σωτίριον Κυρίου ἔσται.

λόγους ἐπήλπισα· διὸ τοῦτο πρὸς τοῖς προτέροις ἀποκριθήσομαι τοῖς ὀνειδίζουσί μοι λόγον.

uti stulta irrident qui fides alieni sunt, sed quae demonstrabo referta esse scientiæ et sapientiæ; quando quidem in sermones supersperavi, propterea respondebo prædictis exprobrantibus mihi verbum.

v. 43, 44. Καὶ μὴ περιέλῃς ἐκ τοῦ στόματός μου λόγον ἀληθείας ἕως σφόδρα, ὅτι ἐπὶ τοῖς κρίμασί σου ἐπήλπισα. Καὶ φυλάξω τὸν νόμον σου διαπαντὸς, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Ταῦτά φησιν, ὡς δυνατοῦ ὄντος τοῦ ἤδη ἀνειληφότος λόγον ἀληθείας, ἀποθέσθαι αὐτὸν, περιελόντος αὐτὸν τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ἤδη αὐτὸν ἀνειληφότος, ἐπὰν ὁ ἤδη διδάσκων, ἀνάξιον ἑαυτὸν ποιήσῃ τοῦ λόγου· διὸ καλῶς λέγεται· Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος. Ἀμελεῖ δὲ οὐ μόνον ὁ μὴ γεωργῶν τὸ χάρισμα, καὶ αὐξάνων αὐτὸ, ἀλλὰ καί ὁ μὴ βιῶν κατ' αὐτό. Ζητήσει δ' ἄν τις εἰ ἀπὸ στόματος μὲν περιαιρεῖται λόγος ἀληθείας, ἀπὸ δὲ καρδίας οὐδέποτε περιαιρεῖται, ἵνα σώζηται ἡ ἀφορμὴ τῆς ἐπιστροφῆς, διὰ τὸ ἐνυπάρχειν τὸν τῆς ἀληθείας λόγον τῷ ἅπαξ αὐτὸν ἀνειληφότι. Τῷ γάρ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου; οὐχ ἵνα τί σὺ φρονεῖς τὰ δικαιώματά μου; τάχα δὲ καὶ

v. 43, 44. *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque, quia in judiciis tuis supersperavi. Et custodiam legem tuam semper in sæculum et in sæculum sæculi.*

Hæc ita ait, ut potens sit ille qui recepit verbum veritatis, id amittere, positque Deus illud verbum eripere ab illo ore in quo antea receptum est, statim ut jam edoctus, semet faciat indignum sermone. Ideo jure scribitur: « Noli negligere gratiam quæ in te est. » Negligit autem eam, non solum qui cultura non exercet gratiam, neque auget eam, verum et ille qui juxta eam non vivit. Quæret fortasse quis, an ab ore quidem auferatur verbum veritatis, minime vero a corde eripiatur, ut maneat conversionis occasio, ideo quod subsistit sermo veritatis in eo qui semel eum recepit. Peccatori enim Deus dixit: « Quare tu enarras æquitates meas, et assumis testamentum meum in ore tuo? » Non di-

HILAR. *in v.* 43. Sperans ergo in judiciis Dei, verbum veritatis de corde sibi non metuit auferri. Scit autem quædam esse peccata, quæ ex ore verbum auferant veritatis. « Peccatori enim etc. » Non enim ait: Quare immemor *(lege potius* memor *cum tribus codd.)* es justitiarum mearum?... Cavendum igitur est, ne quando ex ore nostro verbi veritatis auferatur eloquium. Hinc illud est quod Apostolus monet: « Noli te negligere quod in te est chrisma etc. ».

AMBROSIUS *in v.* 43, 44. Quantus labor est, ut verbum percipias? Quantum iterum periculum, si amittas? Et ideo tibi dicitur: « Noli negligere etc. Tollitur ex ore verbum, cum dicitur peccatori: « Quare tu etc. » non dixit: Quare cogitasti justitias meas? *per os tuum,* non dixit, per cor tuum. Sermo cohibetur indigni animi, non obstruitur pœnitentia; cavendum tamen est, ne ipsa interius corda turbentur, et offundat tenebras malitia, ut cor vanis cogitationibus obcœcatum lucem veritatis amittat, fulgoremque veri capere non possit.

v. 43, 44. Vat. 14, 16. Quæ ab initio obscura sunt, brevius Heracleota perstrinxit: *Περιαιρεῖται λόγον ἐκ τοῦ διδάσκοντος, ὅταν ἀνάξιον αὐτὸν ποιήσῃ τοῦ λόγου.* " Aufert verbum a doctore, quando ipsum sermone suo indignum reddiderit. Quo circa dicitur: " Noli negligere etc. " Ab Heracleota codd. nostros emendavimus ἐπάνω ἤδη. Cf. I Tim. IV, 14.

ἐὰν ἐπίπλεον ἁμαρτάνῃ τις, καὶ ἀπὸ τῆς καρδίας περιαιρεῖται ὁ τῆς ἀληθείας λόγος, θολουμένης, καὶ οἱονεὶ τυφλουμένης τῆς καρδίας πρὸς τὸ μὴ θεωρεῖν τὴν ἀλήθειαν.

v. 46. Καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην.

Χαριέντως ἁρμόσειε τοῦτο τῷ μάρτυρι, τῷ ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀγομένῳ διὰ Χριστόν. Ἁρμόττει καὶ τοῖς ἀνοίγουσι τὸ στόμα ἐπὶ τῶν βασιλικῶν τὰς ψυχὰς ἁγίων.

Καὶ μετ' ὀλίγα. Αἰσχύνης γὰρ ἄξια λέγει ὁ μὴ προσλαμβάνων ῥῆμα εἰς τὸ εὐαγγελίσασθαι ἀπὸ Θεοῦ δυνάμει πολλῇ. Οὐκ αἰσχύνης δὲ, ἀλλὰ δόξης ἄξια λέγει, ὁ τῇ διαθέσει τοῦ προφήτου λέγων τό· Καὶ ἐλάλουν κτλ. Μεγαλοπρεπῶς ἀπὸ γενεᾶς ζούσης ὁπαντᾷ μεταχειριζόμενος ἕξεως, ἐπειδὴ μείζων παντὸς βασιλέως, μᾶλλον δὲ βασιλεὺς βασιλέων ὁ λαλῶν ἐν ἡμῖν ἐστιν, ὅταν τὰ τοῦ Θεοῦ λαλῶμεν.

v. 47, 48. Καὶ ἐμελέτων ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, αἷς ἠγάπησα σφόδρα. Καὶ ἦρα τὰς χεῖράς μου, καὶ ἠδολέσχουν ἐν τοῖς δικαιώμασί σου.

cit: quare tu cogitas judicia mea? At fortasse si quis gravius peccat, etiam tollitur verbum veritatis a corde, conturbato scilicet corde et quasi occœcato, ut amplius nequeat cernere veritatem.

v. 46. *Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar.*

Hoc jucunde convenit martyri, qui propter Christum ducitur coram præsidibus et imperatoribus. Eos quoque illud decet, qui os aperiunt coram sanctis, regias animas gerentibus.

Et post pauca. Digna sane pudore profert, qui non assumit a Deo in virtute multa verbum ad evangelizandum. Non pudore autem, sed digna decore loquitur, qui ad mentem prophetæ ait: *Et loquebar* etc. Ingenti cum animo orsus a generatione fervida, obvium occurrit vim exerens: major enim quocumque rege, immo rex regum est, qui loquitur in nobis, quando verba Dei loquimur.

v. 47, 48. *Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. Et levavi manus meas ad mandata tua quæ dilexi, et exercebar in justificationibus tuis.*

Ambros. *in v.* 46. Grate convenit ista vox martyri, qui vocatus ad sacrilegium, exprobrantibus sibi regibus crucifixum Jesum, non erubescebat, sed magis gloriabatur in cruce Christi, et illam mundi salutem esse testimoniis cœlestibus astruebat.

Hilarius *ibid.* Et quidem duplex significatio, quia secundum dominica præcepta oporteat a nobis Christum coram regibus et potestatibus prædicari... Potest et sermo ad eos referri, de quibus et apostolus ait: « Jam sine nobis regnatis, » tamquam in conspectu sanctorum, qui utique frequenter reges terrae sunt nuncupati.

Ambrosius *in v.* 47, 48. Ideo prius posuit: *Et meditabar* etc. et subjecit: *Et levavi* etc. Post meditationem etenim bonum est levare actus nostros ad præcepta Dei, atque id facere cum charitate, cum gaudio, ut non ex necessitate sit bonum nostrum, non cum mœrore atque mœstitia, sed voluntarium... Qui autem meditatur et diligit, et actus suos levat, ut faciat quæ placeant Deo, is debet non negligere, nec transcurrere mandata divina, sed exerceri in his, immorari plurimum, justificationes Dei crebro revolvens sollicitæ mentis affectu.

v. 46. Vat. 5, 9, 11. Utinam opifex catenarum in tempore pacis, importune non secuerit ea quæ spectabant ad martyres. Prodit enim sibi in manu esse telam prolixiorem. Sed suave est quod catechista ait, coram sanctis, et fortasse martyribus, concionem habens. Suadeo ut ab Hilario et Ambrosio suppressa suppleantur.

v. 47, 48. Vat. 4, 5, 9. 11, 12, 16, quorum unus aut alter misere omnia laniavit, ut etiam exstant in vulgato Athanasio. cf. BB.

Τέλος τῆς τῶν ἐντολῶν Θεοῦ μελέτης ἐστὶν ἡ κατὰ τὰς ἐντολὰς ἐνέργεια καὶ πρᾶξις· διὸ καὶ καλῶς προστετάχθαι φαίνεται τό· Ἐμελέτων ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, αἷς ἠγάπησα, ἑξῆς δὲ τούτοις τό· Καὶ ἦρα τὰς χεῖράς μου πρὸς τὰς ἐντολάς σου. Μετὰ γὰρ τὴν μελέτην καὶ ἀνάληψιν τοῦ τῶν ἐντολῶν λόγου, καλὸν τὸ ἐπᾶραι τὰς χεῖρας ἐπὶ τὰς κατὰ τὰς ἐντολὰς πράξεις, μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ ἐξ ἀγάπης καὶ διαθέσεως, καὶ μετὰ ταῦτα συνεχῶς ἀποδιδόναι τὸ ἔργον τῶν ἐντολῶν. Καὶ ἐπειδὴ, μετὰ τὴν μελέτην καὶ τὴν ποίησιν τῶν ἐντολῶν, περὶ τούτων διαλέγεσθαι δεῖ, διὰ τοῦτο ἐπιφέρει τό· Ἠδολέσχουν ἐν τοῖς δικαιώμασί σου, εἴπερ τοιοῦτόν ἐστιν ἀπὸ τῆς πρὸς τὰ δικαιώματά σου φιλίας μου, συνεχῶς αὐτοῖς ἐνδιατρίβων τῷ λόγῳ, οἱονεὶ ἠδολέσχουν, ἐπίπλεον ὁμιλῶν τὰ περὶ τῶν δικαιωμάτων σου. — Τὰς χεῖρας ἐπαίρομεν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, κατεργαζόμενοι τὴν πρακτικήν. Χεῖρας ἐνταῦθα τὰς πρακτικὰς ἐνεργείας εἶναί φησι· ἡ γὰρ πρᾶξις τέλος μελέτης ἐστὶν ἐντολῶν.

Finis meditationis mandatorum Dei est operatio et actio juxta præcepta: propterea pulchre videntur connexa sequentia: ***Meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi,*** quibus hoc consequitur: ***Et levavi manus meas ad mandata tua.*** Post enim considerationem et receptionem verbi mandatorum, præclarum est attollere manus ad actus cum præceptis consentaneos, neque cum mœrore vel ex necessitate, sed ex amore, et voluntate spontanea, et studio postea continuo præcepta operi mandare. Et quoniam post meditationem et operationem mandatorum, oportet de illis verba facere, idcirco subjungit: ***Exercebar in mandatis tuis,*** si quidem id ipsum oritur ex meo in mandata tua amore, continuo de illis concionem verbi habens, videlicet exercebar, abundantius disserens de judiciorum tuorum quæstionibus. — Manus attollimus animæ per mandata Dei, dum ea praxi exequimur. Hic manus ait esse vitae activæ opera; actio enim est finis meditandi præcepta.

v. 49. Μνήσθητι τῶν λόγων σου τῷ δούλῳ σου, ὧν ἐπήλπισάς με.

Καὶ ποῖος ὁ λόγος οὗ μνησθῆναι αὐτὸν ἀξιοῖ, ἢ τὸ εἶναι αὐτὸν μετ' αὐτῶν, καθ' ἣν δέδωκεν αὐτοῖς ἐπαγγελίαν, ἥτις καὶ παράκλησις αὐτοῖς ἐν τοῖς διωγμοῖς ἐγένετο; Λόγον χρηματίσας ἐπαγγελίας, ἀνεπτέρωσας ἡμᾶς ἐπὶ τῷ ἐλπίζειν ἐπὶ σοί, καὶ καταφρονεῖν τῶν ἀνεστηκότων. Ἐπεὶ δὲ τῷ ποθεῖν τὰ ἐπουράνια, καὶ ζητεῖν τὰ αἰώνια, ἠγωνισάμην, ἀπαιτῶ τούτων τὸν λόγον, ἀπαιτῶ τούτων τὴν ἀνταπόδοσιν. Νομοθετῶν ὁ Θεὸς, καὶ τοῖς φυλάττουσι τὸν νόμον τὴν οἰκείαν εὐμένειαν ἐπηγγείλατο, καὶ τοῖς παραβάταις τιμωρίας. Μνησθῆναι τοίνυν τὸν Θεὸν τῶν οἰκείων ὑποσχέσεων ἱκετεύει. Εἰς

v. 49. ***Memor esto verborum tuorum servo tuo, in quibus mihi spem dedisti.***

At quale est verbum, cujus petit illum esse memorem, nisi ut ipse cum illis sit, juxta promissionem quam eis dederat, quæ et illis solatium erat in persecutionibus? Tu quum pronuntiasti verbum promissionis, alas nobis aptasti ad evolandum in spe usque ad te, et despiciendum ea quæ obstare solent. Quum vero anhelare cœlestia et quærere æterna, enitebar luctando, expostulo eorumdem rationem et retributionem. Deus legem ferens, etiam hanc custodientibus legem, peculiarem promisit benignitatem et eam violantibus supplicia. Deum inte-

v. 49. Vat. 4, 9. 11, Maurinis quæstionem ponentibus, defuit egregia et ampla responsio, vere athletica, quæ tamen ex parte vicinissima erat apud Corderium, sed partim sub Theodori nomine latens, vel apud Montefalconii Athanasium.

ἐκείνας γάρ, φησί, ἐλπίζειν ἐδίδαξάς με, καὶ δεικνὺς τῆς ἐλπίδος τὸ χρήσιμον, ἐπάγει· Αὐτή με παρεκάλεσε. Ταύτην γὰρ ἔσχον παραψυχὴν ἐν ταῖς συμφοραῖς, καὶ ὑπερέπλευσα κυμάτων.

v. 50. Αὕτη με παρεκάλεσεν ἐν τῇ ταπεινώσει μου, ὅτι τὸ λόγιόν σου ἔζησέ με.

Αὕτη τίς; ἡ ἐλπίς, ἐγγινομένη μοι ἀπὸ τοῦ σοῦ λόγου παρεκάλεσέ με, καὶ παρεμυθήσατό με, εἰς τό· εἴ ποτε περιστάσεις, ἢ κίνδυνος, ἢ θανάτου προσδοκία, ἢ νόσος χαλεπή, ἢ ἀπώλεια τῶν ὑπαρχόντων, ἢ διωγμός, ἤ τι δήποτε τῶν νομιζομένων χαλεπῶν κατελάμβανέ με, ἡ ἐπὶ σὲ ἐλπίς παράκλησίς μου ἦν. — Συντόμως δὲ εἰπεῖν, πάντα τὰ περιστατικὰ ταπείνωσις ἑαυτοῦ, ὡς εἶναι τὸν καιρὸν τῶν περιστάσεων καὶ τῶν πειρασμῶν ταπείνωσιν τῆς ψυχῆς καταλειπομένης καὶ παραδιδομένης τῷ πειράζοντι, ἵνα ἀγωνίσηται πρὸς τὴν ἀντικειμένην δύναμιν. Καὶ διὰ τοῦτο τὸ λόγιόν σου ἔζησέ με, τουτέστιν ἐζωοποίησέ με. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ποιεῖ ζῆν λογικὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτῆς ζωὴν ὡς τὸ λόγιον τοῦ Θεοῦ. Καθ' ὃ γὰρ αὔξει τὸ λόγιον τοῦ Θεοῦ, καὶ νοούμενον καὶ παραλαμβανόμενον εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχήν, κατὰ τοῦτο αὔξεται καὶ τὸ τῆς ζωῆς. Ταῦτα δέ ἐστιν τὸ σὺν ἀρετῇ ζῆν ἐνταῦθα, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τὴν αἰώνιον δίδωσι ζωήν.

v. 52. Ἐμνήσθην τῶν κριμάτων σου ἀπ' αἰῶνος, Κύριε, καὶ παρεκλήθην.

Ἔτι τὴν διάθεσιν κατανοήσωμεν τοῦ δι-

rea orat supplex memorem esse suarum promissionum. In has enim ipsas, ait, docuisti me sperare, speique declarans emolumentum, addit: *ipsa me consolata est.* Etenim hanc ipsam habui solatii gratia in calamitatibus, eaque nixus superavi fluctus.

v. 50. *Haec me consolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum vivificavit me.*

rias, sed a generatione priore ad posteriorem. Aliæ autem gentes errarunt; quando autem prior generatio a veritate excidit, et clamavit: «Tolle, tolle e terra talem hominem», transmeavit veritas ab hac generatione in alteram. — Qui in progressu veritatis est, ac sublimioribus mysteriis inseritur, propheta quasi æternum Patris verbum memorat, tantum non dicens: « In principio erat Verbum, » et manifeste memor totius mundi, famulam conditoris convocat universam creaturam. — In cœlestibus virtutibus verbum Dei permanet immobile: possunt enim confortari, facientes verbum illius.

v. 91. *Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia serviunt tibi.*

Si omnia Deo serviunt, quomodo in Proverbiis Salomon de formica ait: « Illa, cum ei non sit agellus, neque habeat qui eam cogat, neque sub domino constituta sit, comparat æstate alimentum? » Fortasse sic in proverbiis legitur, quod formica neque sub lege eam cogente posita, neque scientia prædita, cibum in æstate parat. Etenim Deus duplici modo Dominus dicitur, sive ut creator, sive ut scientia notus. Unde Paulus scribit: « Nunc liberati a peccato, servi facti estis Deo, » videlicet secundum virtutem et scientiam. « Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. » Sed ejusmodi finis compos non est formica, consequenter nec istius est servitutis. Pulchre ergo dicitur formica non esse sub domino, dominio ita accepto.

v. 92. *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea.*

v. 91. Vat. 12. Prov. vi. 6. Rom. vi, 18, 28. Cf. *Physiolog.* xiv in *Spicil.* Solesm. iii, 349. Tam veteres scriptores quam Salomonis Proverbia de formicæ providentia elogium texuerunt, cui sannas non pauci recentiorum oggerunt; sed inepte, uti nervose ostendit doctissimus abbas Moigno in amplo opere: *Les splendeurs de la foi*, p. 954. Scholium nostrum in multis truncatum habent BB.

v. 92. Vat. 16. Ultima verba tantum BB. re-

Τὸν καιρὸν τῶν πειρασμῶν καιρὸν ὠνόμαζε ταπεινώσεως, καθ' ὃν μάλιστα θλίβεται ἡ ψυχή, ἀφ' οὗ οὐδὲν ἕτερον ῥύεται ὡς ἡ θεωρία τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ. Ἔχων γὰρ ὁ νόμος πνευματικὰ θεωρήματα πρὸς ἑαυτὸν, περισπᾷ τὴν διάνοιαν, καὶ ἀπωθεῖται τοὺς λογισμούς. Μακάριον γὰρ ὄντως τὸ μὴ ἀπολύεσθαι ἐν περιστάσεσι γεγονότας, οἷον ἐπὶ μαρτυρίου· εἰ μή τις προμελετήσει τοῦ Θεοῦ τὸν νόμον, ἀπόλλυται.

Occasionem probationum vocavit tempus humilitatis, in quo præcipue anima vexatur, et a quo nihil aliud eximit, præter comtemplationem sermonum divinorum. Lex enim quum spiritualia habeat per se ipsam consideranda spectacula, in diversum mentem trahit, et dissipat tentationes. Fausta enim sors vere est, non dissolvi eos qui in periculis versantur, quale est martyrii discrimen; nisi quis legem Dei meditatus fuerit, peribit.

v. 95. Ἐμὲ ὑπέμειναν ἁμαρτωλοὶ τοῦ ἀπολέσαι με· τὰ μαρτύριά σου συνῆκα.

Νοῦς παθῶν γυμνωθεὶς καὶ γνώσεως μέτοχος γεγονὼς πανουργότερος γίνεται τῶν δαιμόνων, λέγων πολλάκις τὸ τοῦ Παύλου· Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν.

v. 96. Πάσης συντελείας εἶδον πέρας, πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα.

Ὁ πλατυνθεὶς καὶ μηκέτι διὰ τὴν κακίαν στενοχωρούμενος, πλατεῖαν ὡμολόγησε πᾶσαν εἶναι τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ.

v. 97. Ὡς ἠγάπησα τὸν νόμον σου, Κύριε, ὅλην τὴν ἡμέραν μελέτη μού ἐστι.

Ὁ ἀγαπῶν τὰς ἐντολὰς ποιείτω αὐτὰς, καὶ ζήσεται ἐν αὐταῖς, ἢ διὰ αὐτῶν. Καρδιαγνῶστα πάντων, εἶδες ὅτι ἡδέως ἔχω

v. 95. *Me expectaverunt peccatores ut perderent me: testimonia tua intellexi.*

Mens passionibus vacua et scientiæ compos fit dæmonibus astutior, saepe illud dicens apud Paulum: « Ut non circumveniamur a Satana; non enim ignoramus cogitationes ejus. »

v. 96. *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.*

Qui dilatatus est, neque malitia coarctatus, confessus est latum esse omne Dei mandatum.

v. 97. *Quomodo dilexi legem tuam, Domine, tota die meditatio mea est.*

Qui diligit mandata, ea faciat, et vivet in eis aut per ea. Tu omnium scrutator cordium, vides quam jucundum mihi

Hilarius *in v.* 97: Promptum utique fuerat dixisse: *Quomodo feci legem tuam!* sed quia majus meritum est amantem aliquid potius agere, quam timentem, idcirco ait: *Ut dilexi legem.* Differt enim longe obsequium amoris a timoris officio, nec habet gratiam voluntatis necessitatis operatio.

tinent, quæ mutila nimirum videntur, integriora fortasse apud Eusebium, qui, quum de martyrio frigide sentiret, magistri verba potius quam sua dedit, huc saltem latine revocanda: " Viri igitur beati est fuisse in humiliatione et non periisse (inde f. legendum supra τὸ μὴ ἀπολέσθαι), ut si v. g. venerim in tentationem martyrii, si quidem antequam in eam inciderem, lex tua meditatio mihi semper fuerit, et eam exsecutus sim: cum in humiliationem per tentationem martyrii venero, non peribo. Sic in omni tentatione loqui par fuerit: at malignis cogitationibus et adversariis virtutibus me impugnantibus, pereundum mihi erat, nisi lex tua fulcro mihi fuisset. „ Fort. leg. τοῦ πονηροῦ λογισμῶν, *maligni tentationibus.* Matth. vi, 13.

v. 95. Vat. 5, ii. Cor. ii. 11. cf. BB ad v. 98.

v. 96. Vat. 5.

v. 97. Vat. 5, 6, 14, 16. Ps ii, 10. Haud obstante vinculo rerum periodico καὶ μετ' ὀλίγα, ultima Corderius Didymo adjudicavit. Quæstio sit utrum publicæ veterum Christianorum sint, an privatæ interpretis preces pientissimæ quæ apud Origenem frequentantur.

πληρῶσαι τὰς ἐντολάς σου, Κύριε· ἐλεῶν μοι καὶ βοηθῶν μοι, ζῆσόν με διὰ τῆς χάριτός σου, τουτέστιν διὰ τὰς ἐπιφανείας τοῦ Υἱοῦ σου. — Ὁ τοιοῦτος ἐν ἡμέρᾳ διὰ παντὸς μελετᾷ. Οὐκ εἶπε δέ· ἐποίησα τὸν νόμον σου, ἀλλ' ἠγάπησα. Τελειότερος γὰρ ὁ ἐξ ἀγάπης, ἀλλ' οὐκ ἀνάγκης ποιῶν. Τοιοῦτον δὲ ἀγαπήσατε νόμον δικαιοσύνης, οἱ κρίνοντες τὴν γῆν.

Καὶ μετ' ὀλίγα. Δυνάμεθα νοεῖν τό· Ὅλην τὴν ἡμέραν μελέτη μού ἐστιν, ἐν ὅλῳ τῆς ζωῆς μου χρόνῳ, πολλαχοῦ γὰρ ὁ πᾶς χρόνος τῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων ἡμέρα καλεῖται, ὡς ἐν τῷ· Καὶ σὲ ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ τό· Ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν.

v. 98, 99. Ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς μου ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ἐμή ἐστιν. Ὑπὲρ πάντας τοὺς διδασκάλους συνῆκα, ὅτι τὰ μαρτύριά σου μελέτη μού ἐστιν.

Εἰπὼν ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς μου, ἐχθροὶ δὲ ἡμῶν ἐκεῖνοι, οἱ ἔχοντες ζῆλον Θεοῦ, ἀλλ' οὐ κατὰ ἐπίγνωσιν· ἐκείνων δὲ ἦσαν καὶ αἱ γραφαί, καὶ πρῶτοι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκεῖνοι οἱ διδάσκαλοι ἐπαγγέλλονται γεγονέναι, ἅτε πρῶτοι παραλαβόντες νόμον καὶ προφήτας· ἡμεῖς νῦν οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν λέγομεν· Ὑπὲρ πάντας τοὺς διδάσκοντάς με συνῆκα. Διὰ τί δέ; ὅτι τὰ μαρτύριά σου μελέτη μού ἐστιν. — Ὁ πάντα κατὰ νόμον καὶ λέγων καὶ πράττων, μελετᾷ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ.

v. 100. Ὑπὲρ πρεσβυτέρους συνῆκα, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξεζήτησα.

Ὁ Ἡσαῦ πρεσβύτερος ἦν τοῦ Ἰακὼβ, ἡ εὐλογία ἀπέκειτο τῷ Ἡσαῦ, καὶ ἡ εὐλογία τοῦ εὐλογοῦντος εἴρηται πρὸς τὸν Ἡσαῦ, ἕως ἐκεῖνος ἐξῆλθεν. Ἐνεδυσάμην τοῦ Ἡσαῦ τὰ ἱμάτια· ἐξῆλθεν γὰρ ἐκεῖνος ἐπὶ τὰ θηρία,

sit tua implere præcepta, Domine; miseratus et auxiliatus mihi, vivifica me per gratiam tuam, id est per Filii tui epiphanias. Hujusmodi vir semper meditatur. At non dixit: feci legem tuam, sed *dilexi*. Perfectior enim est qui ex amore, non necessitate agit. Talem vero legem justitiæ diligite, vos qui judicatis terram.

Et post pauca. Illud *tota die meditatio mea est,* possumus intelligere in toto vitæ nostræ tempore. Frequenter enim totum vitæ hominum tempus, dies appellatur, ut ibi: « Et te sustinui tota die, » et illic: « Propter te mortificamur tota die. »

v. 98, 99. *Super inimicos meos sapere me fecisti legem tuam, quia in æternum mea est. Super omnes docentes me intellexi, quia tesimonia meditatio mea est.*

Supra inimicos meos, ait. Inimici nostri illi sunt qui zelum Dei habent, sed non secundum scientiam: « horum quidem erant Scripturæ, et quibus primum eloquia Dei commissa sunt: » qui primum missi sunt ut fierent magistri; ut qui prius receperant legem et prophetas. Nos vero nunc ex gentibus orti, dicimus: *Super omnes docentes me intellexi.* At quo modo? *Quia testimonia meditatio mea est.* Qui enim omnia facit secundum legem, legem Dei meditatur.

v. 100. *Super senes intellexi, quia mandata tua exquisivi.*

Esau senior Jacobo erat, ad Esau reservata benedictio fuit, ad Esau promissa fuit benedictio benedicentis, usque dum ille exivit. Ego vestes Esau indui: exivit enim iste, feras venaturus, negli-

v. 98, 99 Vat. 5, 6. Rom. III, 2.

V. 100. Vat. 6, 9, 11, qui Origeni, ne dicam senioribus Alexandrinis, restituunt elegantem ἐξήγησιν, quam anonymo suo reliquit Corderius. Sane totus locus ab indole et ingenio Origenis recedit; rhythmicus enim est, metricus propemodum, nec sine arcano allegoricus, cum nativa quadam veterum libertate. Abrupte et more dramatico desinit. Cf. Genes. XXVII. Rom. III, 15.

καταλιπὼν τὰς ἡμέρους διατριβάς· κἀγὼ, ἐκείνου ἐξελθόντος, ἐνδυσάμενος τοῦ Ἡσαὺ τὴν στολὴν τὴν καλὴν, εἰσέρχομαι καὶ λαμβάνω τὴν εὐλογίαν. Ἡ στολὴ αὐτοῦ καλὴ, ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, καλῶς ὑφανθέντα· προσέρχομαι τῷ Πατρὶ, προσφέρω ἐγὼ αὐτῷ τροφὰς, τρέφεται ταῖς ἡμέροις μου τροφαῖς, οὐ ταῖς ἀγρίων ἐκείνων (ταχινοὶ γάρ εἰσιν ἐκχέαι αἷμα). Προσφέρω ἐγὼ ἥμερον τροφὴν, ἐρίφους ἁπαλοὺς καὶ καλοὺς κατὰ τὰς ὑποθήκας τῆς μητρός μου· ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶν μήτηρ ἡμῶν. Προσφέρω τῷ Πατρὶ, λαμβάνω τὰς εὐλογίας ὑπὲρ τοῦ πρεσβυτέρου, ἐγὼ βέβηκα, ἐγὼ συνῆκα.

v. 101. Ἐκ πάσης ὁδοῦ πονηρᾶς ἐκώλυσα τοὺς πόδας μου, ὅπως ἂν φυλάξω τοὺς λόγους σου.

Ἐκζητῶμεν οὖν πρῶτον τὰς ἐντολὰς, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ τοὺς ἀληθῶς πρεσβυτέρους συνῶμεν. — Ἐκ πάσης ὁδοῦ κτλ. Οὔτε γὰρ δύο δυνατὸν κατὰ ταὐτὸν ὁδεύειν ὁδοὺς, ἀκολασίας καὶ σωφροσύνης, δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας· ἀλλὰ δεῖ τὰς ἐναντίας φυγεῖν, καὶ τὴν εὐθεῖαν ὁδεῦσαι· οὕτω γὰρ οἷόν τε τῶν θείων γενέσθαι φύλακας λογίων. Ὁδοὶ πονηραὶ, ὅσαι πάντως πρὸς πονηρίαν ἄγουσιν, ὡς ἡ μέθη καὶ ἀσωτία ἐπὶ πορνείαν χειραγωγοῦσιν, [ὁμοίως] καὶ θυμός ποτε μὲν πρὸς φόνον, ποτὲ δὲ πρὸς βλασφημίαν ἐξάγει, καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων· φυλάξαι οὖν τὸν θεῖον νόμον ἐστὶ τὸ ἔργοις αὐτὸν ἀποπληρῶσαι.

v. 102. Ἀπὸ τῶν κριμάτων σου οὐκ ἐξέκλινα, ὅτι σὺ ἐνομοθέτησάς με.

Τοῦ σοῦ διὰ παντὸς ἐμεμνήμην δικαστηρίου· ἐν τῷ θ' δὲ λέγει ψαλμῷ· Κατάστησον νομοθέτην ἐπ' αὐτούς· γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν. Κατάστησον νομοθέτην τοῖς ἔθνεσιν. Ὁ Μωσῆς μὲν γὰρ ἐνομοθέτησε τὰ τοῦ γράμματος τοῖς μηδέπω δυναμένοις χωρεῖν τὴν ἐπιδημίαν τῆς καινῆς διαθήκης.

gens cicura fercula: et ego, illo abeunte, pulchram indutus hujus Esau stolam, vado et accipio benedictionem. Cujus pulchra stola est (lex et prophetæ) affabre contexta. Accedo ad patrem: ego illi offero cibos, cibatur suavibus meis dapibus, minime hisce venaticis prædis. « Veloces enim sunt ad effundendum sanguinem. » Offero ego escam mansuetam, hædos delicatos et lautos ex reconditis matris meæ cellis. Ea vero superna et libera est Hierusalem, quæ nostra mater est. Offero patri, recipio benedictiones, senioris in loco, ego processi, ego intellexi.

v. 101. *Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua.*

Primum ergo quæramus mandata, ut nos quoque magis quam vere seniores intelligamus. — *Ab omni via etc.* Neque enim fieri potest ut duas simul vias teramus, luxuriæ et castitatis, justitiæ et iniquitatis; sed oportet fugere contraria, et per rectitudinem pergere. Ita enim possumus fieri custodes divinorum eloquiorum. Viæ pravæ sunt quæcumque omnino ducunt ad pravitatem, quales sunt ebrietas et dissolutio, quæ ad fornicationem manu ducunt; ita et ira modo ad caedes, modo ad blasphemiam pellit, et similia. Legem ergo custodire in eo est ut impleatur.

v. 102. *A judiciis tuis non declinavi, quia tu legem posuisti mihi.*

Semper memini tui tribunalis. In psalmo IX dicit: « Constitue legislatorem super eos, ut cognoscant gentes, quoniam homines sunt. » Constitue legislatorem gentibus. Moyses enim legem edixit in littera his qui nullo modo valebant adventum novi fœderis intellige-

v. 101. Vat. 4. Ultima Didymus excerpsit, sed tantum apud Corderium.

v. 102. Vat. 5, 9, Ps. IX, 21.

Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ἐπιδημήσας ἐνομοθέτησέ μοι τὸ εὐαγγέλιον καὶ πνευματικόν μοι τὸν τοῦ Μωσέως ἔδειξε νόμον, τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ οὐχ ἑωρακότων τοιοῦτον.

re. Jesus autem Christus, huc veniens, mihi publicavit evangelium, mihique spiritualem Moysis legem patefecit, dum ejus populi homines eumdem non conspicerent.

v. 103. Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου.

Διαγράφει τὴν τοῦ ἁγίου διάθεσιν γλυκύτητος ἀντιλαμβανομένου ἐν τῷ προσιέναι τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ καὶ εὐφραινομένου ἐπ' αὐτῷ· ὥσπερ γὰρ τὸ ὑγιαῖνον αἰσθητήριον ἀντιλαμβάνεται τῆς τοῦ μέλιτος γλυκύτητος, ὁ δὲ νοσῶν καὶ πυρέττων πικράζεται μᾶλλον ὑπ' αὐτοῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐὰν ὑγιαίνῃ σου τὸ θεῖον τῆς γεύσεως αἰσθητήριον, γλυκάζεται τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, ἐὰν δὲ νοσῇ, οὐκ ἀποδέχεται αὐτὸν, οὐδὲ γλυκάζει. Διὰ τοῦτο εἴρηται· Εἰς ὦτα ἄφρονος μηδὲν λέγε, μήποτε μυκτηρίσῃ τοὺς συνετούς σου λόγους.

Καὶ μετ' ὀλίγα. Γλυκέα διὰ τὴν ἐπ' αὐτοῖς λογικὴν τέρψιν, ἀλλ' ὑπὲρ μέλι τῶν παρ' ἀνθρώποις πάντων ἡδέων δι' αὐτοῦ δηλουμένων. — Ὁ ἡδόμενος καὶ τρεφόμενος ἐπὶ τῇ γνώσει νοῦ, ὀνομάζεται στόμα.

v. 104. Ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου συνῆκα· διὰ τοῦτο ἐμίσησα πᾶσαν ὁδὸν ἀδικίας.

Οὐκ εἶπε· παρανόμους ἐμίσησα, οὔτε γὰρ πατραλοίαν Ἀβεσσαλὼμ, οὔτε τὸν Σαοὺλ, ἀλλ' ὡς ἅγιος αὐχεῖ ὅτι μισεῖ τὰ μίσους ἄξια, τοὺς λόγους τοὺς παρανόμους, τὰ δόγματα τὰ παράνομα, τὰς τοιαύτας διδασκαλίας, τὴν διάθεσιν καθ' ἣν ἁμαρτάνουσιν, ὅτι γὰρ καύχημά ἐστιν ὃ λέγει. Ὅρα πῶς ἐν τῇ πρὸς Θεὸν εὐχῇ παῤῥησιάζεται, καί φησι· Παρανόμους ἐμίσησα ὡς τἀναντία τῶν ἠγαπημένων ὑπ' ἐμοῦ νόμων πράττοντας.

v. 105. Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου [*al.* ὁ λόγος σου] καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου.

v. 103. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.*

Describit viri sancti affectum, ex commercio divini verbi suavitatem haurientis, et in ea consuetudine se oblectantis. Sicut enim sanus gustus mellis dulcedinem percipit, æger vero et febricitans ab illo magis amaricatur, eodem modo, si in te divinus gustandi sensus sanus fuerit, dulcoratur Dei verbo; si autem ægrotaverit, non percipit ipsum, neque dulcedine afficitur. Idcirco dictum est: « In aures imprudentis noli quidquam dicere, né forte irrideat sapientes sermones tuos. »

Et post pauca: Dulcia, propter suavitatem ratione in eis perceptam; *Super mel* autem, omnibus quæ apud homines suavia sunt, per hoc declaratis. — *Os* dicitur ille qui deliciatur nutriri in spiritus scientia.

v. 104. *A mandatis tuis intellexi; propterea odivi omnem viam iniquitatis.*

Non dixit, iniquos odivi, neque etiam parricidam Absalonem, neque Saulem, sed uti sanctus clamat se odio habere quæ odio digna sunt, sermones pravos, impia dogmata, ac similes doctrinas, voluntatem per quam peccant. Etenim haud sine gloria est quod ait, ac vide quacum fiducia testetur: « Iniquos odio habui, » ut qui faciunt contraria legibus quas diligo.

v. 105. *Lucerna pedibus meis lex tua* (alias *verbum tuum*), *et lumen semitis meis.*

v. 103. Vat. 9, 11, quorum jure et fide nequeo seriem Origenis non restituere, maxime quum scholiasta id seriatim jubeat. Corderius autem præmittit Apollinarium, ubi autem Καὶ μετ' ὀλίγα, ibi Didymum invehit. Cf. Prov. xxiii, 9.

v. 104. Vat. 4. Ps. cxxiii, 113.

v. 105. Vat. 9, 11. Cf. ii. Cor. xiii, 3. Prov. xiii, 9. Luc. xi, 34. i. Cor. xii. 21. Bonis avibus revertitur scholiasta, qui manibus videtur tenuisse integrum Origenis commentarium, ac

Εἴ τις ἔχει τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ χρῆται τῷ λόγῳ ἐν πάσῃ πράξει, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, καθ' ἕκαστον βῆμα ἐπαίρων πρὸς τὸν περιπατεῖν τὸν πόδα, οὗτος οὐ δύναται προσκόψαι· ἔχει γὰρ τὸν λύχνον, καὶ χρῆται αὐτῷ. Εἰ δὲ παρεδέξατο μὲν τὸν λύχνον, καὶ πιστεύειν αὐτῷ δοκεῖ, οὐ παραλαμβάνει δὲ αὐτὸν ἐν πάσῃ πράξει, καὶ ἐν παντὶ διαβήματι αὐτοῦ, οὐ σκοπεῖ μετὰ τοῦ λόγου ποῦ θῇ τὸν πόδα (τὸν πόδα λέγω τῆς ψυχῆς), οὗτος δὴ ἁμαρτάνει διπλῆν ἁμαρτίαν, ὅτι ἔχει τὸν λόγον, καὶ οὐ χρῆται αὐτῷ πανταχοῦ, οἱονεὶ τοιοῦτος γεγένηται· ἐλθόντος γὰρ τοῦ λόγου ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, ἕκαστος τῶν πιστευόντων, μὴ μειουμένου ἐκείνου, ἀνῆψεν ἀπ' ἐκείνου ἐν ἑαυτῷ τὸν λύχνον καὶ τὸ φῶς, καὶ οὕτως ἀφ' ἑνὸς φωτὸς πολλοὶ γεγόνασι λύχνοι, καὶ ἕκαστος τῶν ἐχόντων τὸν ἀφθέντα λύχνον Λόγῳ Θεοῦ λέγει· Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ κτλ. Ἐν παντὶ οὖν καιρῷ ἅπαξ παραλαβόντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, μέλλοντες κινεῖν τὰ βήματα, εἴτε ἐν λόγῳ, εἴτε ἐν διαλογισμῷ, χρησώμεθα τῷ λύχνῳ ἔμπροσθεν ἡμῶν· οὐδεὶς γὰρ λύχνον ἅψας, καλύπτει αὐτὸν σκεύει.

Καὶ μετ' ὀλίγα. Λύχνος ἐστὶν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ὃν παρεδέξατό τις, δι' οὗ πεπίστευκε τῷ Θεῷ, οὗτος οὖν ἔστω καιόμενος, καὶ μηδέποτε σβεννύσθω. Φῶς δικαίοις διαπαντὸς [καίεται], φῶς δὲ ἀσεβῶν σβέννυται. Καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου λύχνος ἅπτεται, ἵνα οἱ λατρεύοντες τῷ Θεῷ βλέπωσι τὸν λύχνον, καὶ τὰς λατρείας ἐπιτελῶσι φωτιζόμενοι ὑπ' αὐτοῦ· οὕτως ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ἤτοι τῇ ἐκκλησίᾳ, λύχνος ἅπτεται. Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὀφθαλμός· οὗτος ὁ ὀφθαλμὸς μὴ λεγέτω τῇ χειρί·

Si quis habet Verbum Dei, eoque in omni actione utitur, ut ita dicam, ad singulos gressus pedem tollens ad ambulandum, hic non potest impingere; habet enim lucernam eaque utitur. Si vero lucernam quidem assumpserit, illique credere videatur, non assumat autem illam in omni actu, et in omni gressu suo non consideret cum verbo ubi pedem figat, (pedem inquam animæ), hic utique peccato duplici peccat, quod nimirum habeat verbum, et eo non ubique utatur, perinde ac in promptu fit. Verbo enim de cœlis veniente, illo minime imminuto, quilibet fidelium ab eo lucernam et lumen in semetipso accendit, et sic ab una luce plurimæ lucernæ factæ sunt; et unus quisque eorum qui Verbo Dei accensam lucernam habet, dicit: « An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus. » In omni igitur tempore prorsus sumentes verbum Dei, cum gressus moturi sumus, sive in verbo, sive in opere, sive in cogitatione, utamur lucerna in conspectu nostro. « Nemo enim accendens lucernam, abscondit eam sub modio. »

Et post aliqua. Lucerna est sermo Dei, quam qui suscepit per hoc quod credidit Deo, hæc itaque sit ardens et nunquam extinguatur. « Lux justis perpetuo lucet, lux autem impiorum extinguitur.» Etiam in tabernaculo testimonii lucerna accenditur, ut hi qui ministrant Deo, lucernam videant, et ministeria sua expleant, ab illa illustrati: sic in tabernaculo testimonii, id est in Ecclesia, lucerna accenditur. « Lucerna corporis est oculus. « Hic oculus non dicat manui:

frustra Corderius huc illuc interserit nomina Theodori, Didymi, Eusebii. A Didymo et Eusebio omnia exulare jusserunt Maius et Montefalconius, ab allegoria Mopsuestenus abhorret; omnia ab uno ore Alexandrini fluunt. — Ut vulgata Origenes legebat: " Lucerna pedibus meis *Verbum* tuum, „ id quod memini me videre in aliquo codice Duaceno sæc. XII ab elegantulo pictore affabre cum penicillo adumbratum. In loco litteræ majoris, ab initio versiculi, puellus astat, ad cujus pedem *piscis* sive ἰχθὺς emicat.

Τί πράξις; καὶ ἡ χεὶρ μὴ λεγέτω τῷ ὀφθαλμῷ· Χρείαν σου οὐκ ἔχω, ἐπεὶ οὐ βλέπει ἡ χεὶρ ὃ πολιτεύεται.

v. 107. Ἐταπεινώθην ἕως σφόδρα, Κύριε, ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου.

Τὰ ἄλογα ζῶα ζῇ, ἀλλ' ὡς ἄλογα· τὰ ζῶα δὲ λογικὰ λογικῶς, ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει κατασκευασθέντα λογικά· ἀλλὰ πλειόνων ὄντων τῶν λογικῶν ζώων (εἰς ἀγγέλους γὰρ διῄρηνται καὶ ἀνθρώπους), οἱ μὲν ἄγγελοι τὴν νοερὰν ἀεὶ ζῶσι καὶ μακαρίαν ζωήν· ἄνθρωπος δὲ σπάνιός ἐστιν ὁ ζῶν νοερῶς· καὶ προφήτης διὰ τοῦτο γενόμενος, διὸ καὶ ὁ Δαυίδ, ὡς μηδέπω κατορθώσας αὐτό, φησιν· Ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου. Ἐν ἀνθρώποις δὲ μάλιστα λέγω· οὐ ζῇ κατὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, οὕτω σπάνιός ἐστιν ὁ προφήτης,

v. 108. Τὰ ἑκούσια τοῦ στόματός μου εὐδόκησον δή, Κύριε, καὶ τὰ κρίματά σου δίδαξόν με.

Τὰ ἑκούσια τοῦ στόματος ἡμῶν ἐστιν παρθενία, βρωμάτων καὶ πομάτων ἀποχή, ἀναχώρησις (ἡ ἐν ταῖς ἐρήμοις διαγωγή)· τὰς γὰρ ἐντολὰς ὁ νόμος ἡμᾶς καταναγκάζει ποιεῖν· ὁ τοίνυν πάσας ποιήσας ἐντολάς, προστεθεικὼς δὲ καὶ τὰ προειρημένα, οὗτος λέγει· Τὰ ἑκούσια τοῦ στόματός μου εὐδόκησον δή, Κύριε· παραβαίνων δὲ τοῦ νόμου τινά, τοῦτο λέγειν οὐχ ἕξει παῤῥησίαν. — Τοῦτο ἅγιόν ἐστιν εἰπεῖν διαθέσει, καὶ χείλεσιν καὶ ἐν παντὶ καιρῷ περιστατικῷ πειρασμοῦ σαυτῷ ἐπιφέροντι καὶ ἐπὶ πᾶσιν οἷς κρίνει περὶ ἡμῶν ὁ Θεός.

v. 112. Ἔκλινα τὴν καρδίαν μου τοῦ ποιῆσαι τὰ δικαιώματά σου εἰς τὸν αἰῶνα δι' ἀνάμειψιν.

Ἔκλινα ἐπὶ τὸν νόμον καὶ τὰ δικαιώμα-

Quid facies? Et manus non dicat oculo: Opus te non habeo, quia non videt manus id quod geritur, »

v. 107. *Humiliatus sum usque valde; Domine, vivifica me secundum verbum tuum.*

Animalia rationis expertia vivunt, sed tanquam orbata ratione: rationalia vero secundum rationem, in quantum natura sua condita in ratione sunt. Sed cum plurima sunt prædita ratione (in angelos enim et homines dividuntur), angeli quidem semper spiritualem et beatam vitam ducunt; homo autem admodum rarus est qui in spiritu vivat, et qui propter hoc propheta fiat. Quamobrem etiam David, ac si hoc ipsum nondum recte præstiterit, ait: *Vivifica me secundum verbum tuum.* De hominibus autem loquor: non vivitur juxta verbum Dei, ideo rarus est propheta.

v. 108. *Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine, et judicia tua doce me.*

Voluntaria oris nostri sunt virginitas, ab escis et potibus abstinentia, recessus (in solitudinibus mansio); præcepta enim exequi lex cogit: interea qui omnia mandata facit, addens etiam quæ præfata sunt, ille dicit: *Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine;* transgrediens vero aliqua legis, ipse hoc dicendi fiduciam non habebit. Sanctum est dicere hoc ex corde et labiis, et in quocumque tempore procelloso tentationum, in quo incederis, et in omnibus quæ Deus noster decernit.

v. 112. *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum, propter retributionem.*

Inclinavi in legem tuam, in justifica-

v. 107. Vat. 9. 11. Parenthesis in uno codice margini allinitur, in altero inseritur sermoni.

v. 108. Vat. 5. Parenthesis glossam sapit ex margine irrepentem, neque legitur apud Maurinos qui similia παραφραστικῶς tenent. Cæterum non desunt vestigia anachoretarum, vel inter Origenis discipulos, a cujus fortasse schola incoepit exodus in desertum Memphiticum.

v. 112. Vat. 16. 1. Cor. II. 9. cf BB. et Cord. anonymum.

τά σου, ἐπὶ τὰ προστάγματά σου, ἐπεὶ εἶδον ἀποκειμένην μοι ἀμοιϐήν· ἡ δὲ ἀμοιϐὴ βασιλεία Θεοῦ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέϐη, ἃ ἑτοίμασεν ὁ Θεὸς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

v. 113. Παρανόμους ἐμίσησα, τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα.

Ὁ παράνομος οὖν, καθὸ παράνομος ὑπάρχει, μισητός ἐστιν, καθὸ δὲ εἰκὼν καὶ πλάσμα Θεοῦ, ἀγαπητός.

v. 114. Βοηθός μου καὶ ἀντιλήπτωρ μου εἶ σὺ, εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα.

Εὐχαριστεῖ τῷ βοηθήσαντι ἐν τῷ πολέμῳ, τῷ πρὸς τὸν διάϐολον καὶ τοὺς δαίμονας. Τί τότε τοίνυν ἐποίεις; ἐπήλπισα εἰς τοὺς λόγους σου· ὡς δὴ τῇ τοιαύτῃ προκόπτων ἐλπίδι, οὐκ εἶπεν ἤλπισα, ἀλλ' ἐπήλπισα. — Δεόμεθα Θεοῦ βοηθοῦντος ἐν τῷ πρὸς τὸν διάϐολον καὶ τοὺς δαίμονας πολέμῳ, καὶ ὁ προφήτης ἐϐοηθήθη. Ἀντελάϐετο γὰρ αὐτοῦ ὁ Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο εὐχαριστῶν ταῦτά φησιν. Εἶτα τί πεποίηκε βοηθούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ; εἰς τὸν λόγον σου ἐπήλπισα, καὶ ζῆσόν με. Διὰ τί οὐκ εἶπεν· Εἰς τοὺς λόγους ἤλπισα, ἀλλὰ ἐπήλπισα; οἱ ἐλπίζοντες οὐχ ὡς ἄρχονται τοῦ ἐλπίζειν, οὕτω μένουσιν, ἀλλ' εἰ προκόπτοιεν κατὰ Θεὸν, ἐπαυξάνουσιν τὸ ἐλπίζειν, καὶ ὅσῳ γε αὔξει ἡ ἀγάπη, τοσοῦτον αὔξει ἡ ἐλπὶς, καὶ μάλιστα ὅταν βοηθηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τότε προστίθεμεν τῇ πρὸς τὸν πόθον τοῦ Θεοῦ ἐλπίδι.

v. 115. Ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ, πονηρευόμενοι, καὶ ἐξερευνήσω τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ μου.

Ὡς εἴρηται ἐρευνᾶν τὰς γραφὰς (δέονται γὰρ ἐρεύνης, ἵνα καὶ νοηθῶσιν), οὕτω καὶ τό· Ἐξερευνήσω τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ· οὐ γὰρ ὡς οἴονταί τινες, σαφεῖς καὶ τοῖς τυχοῦσι ληπταί.

v. 113. Vat. 10.
v. 114. Vat. 5, 16.

tiones tuas, in præcepta tua, quoniam perspexi repositam mihi retributionem. Quæ retributio est regnum Dei, «ea quæ nec oculus vidit neque auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se.»

v. 113. *Iniquos odio habui, legem vero tuam dilexi.*

Iniquus igitur, qua iniquus existit, odio habendus est; qua vero Dei imago et factura, diligendus.

v. 114. *Adjutor meus et susceptor meus es, in sermones tuos supersperavi.*

Gratias agit auxilianti in bello adversus diabolum et daemones. Quid porro interim agebas? *Supersperavi in sermones tuos.* Utique in simili spe crescens, non dixit *speravi,* sed *supersperavi.* — Opus nobis est Deo auxiliante. In certamine adversus Satanam et dæmonia, propheta quoque adjutus est. Susceperat enim eum Deus, et propter hoc grato animo dicit hæc. Postea quid fecit adjutus a Deo? *In sermones tuos supersperavi,* vivifica me. Cur vero non dixit: in sermonem tuum speravi sed *supersperavi?* Qui sperant, non sicuti sperare incœperunt, permanent, sed si progrediuntur secundum Deum, subinde in spe crescunt, et quo plus charitas augetur, tanto magis augetur spes, tum maxime quando a Deo præsidium accepimus, tunc accedunt ex amore Dei spei incrementa.

v. 115. *Declinate a me, maligni, et scrutabor mandata Dei mei.*

Ut dictum est scrutari Scripturas (indigent enim scrutinio, ut intelligantur), ita illud: *Scrutabor mandata Dei;* haud enim, sicut nonnulli autumant, clara sunt et cuique occurenti obvia.

v. 115. Vat. 4.

v. 118, 119. Ἐξουδένωσας πάντας τοὺς ἀποστατοῦντας ἀπὸ τῶν δικαιωμάτων σου, ὅτι ἄδικον τὸ εὐθύμημα αὐτῶν. Παραβαίνοντας ἐλογισάμην πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, διὰ τοῦτο ἠγάπησα τὰ μαρτύριά σου.

Οὐ ταὐτόν ἐστι τὸ ἁμαρτάνειν καὶ ἀποστατεῖν· ὁ γὰρ ἀποστατήσας ἀπέστη τέλειον τῆς θεοσεβείας.

Καὶ μετ' ὀλίγα. Ἀναγκαίως προσέθηκεν τὸ πάντας· εἰκότως καὶ δίκαιοί ποτε ἦσαν, ὕστερον δὲ ἀπέστησαν.

Καὶ πάλιν. Τί τὸ αἴτιον, ὅτι ἐξουδένωσας αὐτούς; ὅτι ἄδικον τὸ ἐνθύμημα αὐτῶν. Περὶ αὐτῶν φησιν ὁ προφήτης· Οὐαί, τέκνα ἀποστάται! Καὶ ἐν ἄλλοις· Οὐαὶ αὐτοῖς ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμοῦ. Τοὺς οὖν τοιούτους οὐ παιδεύει, οὐ μαστίζει κατὰ τοὺς ἀγαπημένους υἱοὺς παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ ἐξουθενεῖ, φάσκων πρὸς ἕκαστον· Παιδεύσει σε ἡ ἀποστασία σου, καὶ ἡ κακία σου ἐλέγξει σε.

Ἡμεῖς μὲν παραβαίνοντας λέγομεν τοὺς δεδιδαγμένους τὸν λόγον, καὶ μετὰ τὸ δεδιδάχθαι μὴ τετηρηκότας, ἀλλ' ἀποστάντας καὶ παραβεβηκότας. Οὗτος δὲ ὁρᾷ ὅτι πάντες ἔχουσιν ἀφορμὰς πρὸς καλοκαγαθίαν, εἰ καὶ μὴ ἐδιδάχθησαν· ὥστε μὴ μόνους παραβάτας λέγεσθαι τοὺς μετὰ τὴν πίστιν ἀποστάντας, ὥσπερ ἐλέγομεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν ἁμαρτάνοντας, ὡς ἀφορμὰς πρὸς καλοκαγαθίαν ἔχοντας, εἰ δὲ μὴ ἐδιδάχθησαν. Ἁμαρτωλοὶ δὲ τῆς γῆς οἱ ἐπὶ γῆς ἡμαρτηκότες ἄνθρωποι. Ἄλλοι γάρ εἰσιν ἁμαρτωλοὶ οὐρανοῦ, οἱ πρὸς οὓς ἡμῖν ἐστιν ἡ πάλη, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Ἐκεῖ γὰρ πρῶτον ἁμαρτόντες, ὕστερον καὶ ἐπὶ γῆς τοῦτο ποιοῦσιν. Διό φησιν· Ἠγάπησα τὰ μαρτύριά σου, τὰ μετὰ μαρτύρων μοι παραδεδομένα. —

v. 118, 119. *Ad nihilum deduxisti omnes discendentes a justificationibus tuis, quia injusta cogitatio eorum. Prævaricantes reputavi omnes peccatores terrae, ideo dilexi testimonia tua.*

Idem non est peccare et apostatare; apostata enim absolute a religione recessit.

Et post pauca. Haud sine necessitate apposuit *omnes*, verosimiliter enim justi olim erant, in ultimum vero apostataverunt.

Et iterum. Undenam causa cur *ad nihilum redegit eos?* quia *injusta cogitatio eorum.* De quibus ait propheta : « Væ, filii desertores! » Et alibi : « Vae istis, quoniam resilierunt a me. » Tales igitur non corripit, non castigat, sicut dilectos a se filios, sed ad nihil vero redigit, ad quemque dicens : « Corripiet te rebellio tua et malitia tua arguet te. »

Nos quidem prævaricantes dicimus eos qui verbum edocti sunt, et qui post didascaliam illud non observarunt, sed discesserunt et apostatarunt. Propheta autem videt cunctos habere bonum agendi facultates, etsi non fuerint edocti, ita ut non solum appellet prævaricantes, eos qui fidem deseruerint, ut diximus, verum etiam eos qui quomodocumque tandem peccant, utpote facultates agendi bonum habentes, etiamsi non eruditi sint. *Peccatores* autem *terræ* homines sunt qui in terra peccant. Alii enim sunt peccatores cœli, adversus quos nobis est « colluctatio, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. » Cum enim primum illic peccaverint, postmodum etiam in terra hoc faciunt. Idcirco dicit: *Dilexi*

v. 118, 119. Vat. 5, 9, 11, 14, 16. Cf. Is. xxx, 1. Osee vii, 13. Jerem ii, 19. Ephes. vi, 12; ad Hexapla Field. ii. 274. Insigne, sed moestum habes exemplum, quo per dilaceratas lacinias patet grandiorem commentarium fuisse penes scholiastam, qui iteratis ictibus maleferiatam securim in hanc sylvam Adamantinam injecit.

Τοῦτο γὰρ περιμένει τό τέλος τοὺς τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ ἀθετοῦντας, τὸ βουλεύσασθαι πατῆσαι τὸν Θεοῦ νόμον. — Ἐπεὶ οὖν τούτους παραβαίνοντας ἐλογισάμην, διὸ, φησὶν, ἠγάπησα τὰ μαρτύριά σου, τὰ μετὰ μαρτύρων μοι παραδεδομένα.

testimonia tua, quæ mihi cum martyribus tradita fuere. — Namque hujus modi finis eos exspectat, qui legem Dei spreverunt, ut consilia misceant in conculcanda Dei lege. — Quoniam igitur eos reputavi *prævaricantes,* ideo, inquit, *dilexi testimonia tua,* mihi cum martyribus transmissa.

Καὶ μετ' ὀλίγα· Ὁ Ἀκύλας ἀντὶ τοῦ παραβαίνοντας ἐλογισάμην, στέμφυλα διελογίσω· ὁ δὲ Σύμμαχος, σκωρίαν ἐξέδωκεν.

Et post pauca: Pro *prævaricantes reputavi.* Aquila edidit: *Vinacea reputatus es,* Symmachus vero *scoriam.*

v. 120. Καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου.

v. 120. *Confige timore tuo carnes meas.*

Δι' οὗ· Ἐμοὶ ὁ κόσμος ἐσταυρώθη, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.

Ex hoc: « Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. »

v. 121. Ἐποίησα κρίμα καὶ δικαιοσύνην, μὴ παραδῷς με τοῖς ἀδικοῦσί με.

v. 121. *Feci judicium et justitiam, non tradas me injuriantibus me.*

Ἐπειδὴ μετὰ τὸ ἡμαρτηκέναι μεταβαλὼν ἐποίησα κρίμα, καὶ κλίνας τὸ ἄδικον, δράσας τὴν δικαιοσύνην, ἀξιῶ βοηθηθῆναι, καὶ μὴ κατὰ πεπραγμένα ἁμαρτήματα παραδοθῆναι τοῖς ἀδικοῦσί με εἰς τιμωρίαν, ὡς μὴ ἐπιστρέψαντα πρὸς σέ. Τί δὲ τὸ παραδοθῆναι τούτοις, ἐξεταστέον. Πᾶν ἁμάρτημα ὅταν ποιῶμεν, τόπον δεδωκότες τῷ διαβόλῳ ποιοῦμεν, ἐφεδρεύοντι καὶ ἐπιτηροῦντί ποτε εἰσελθεῖν ἡμῶν εἰς τὸ ἡγεμονικὸν, ἵνα βαλὼν ἑαυτοῦ τὰ βέλη, μετὰ ταῦτα καὶ αὐτὸς ἐνοικήσῃ καὶ ἐνεργήσῃ εἰς ἡμᾶς. Οὐκοῦν ὅτε ἁμαρτάνομεν, ἐνεργούμενοι ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἁμαρτάνομεν, καὶ ἀδικούμεθα ὑπ' αὐτοῦ. Ἀδικεῖ γὰρ ἡμᾶς προτρέπων ἐπὶ τὴν ἁμαρτίαν, εἶτα πρὸς τὰ δίκαια κρίματα τοῦ Θεοῦ· ὅρα τι ποιεῖ· ἐπειδὴ ἀντὶ τοῦ Θεῷ ἀνοῖξαι τὴν θύραν τῆς ψυχῆς καὶ τὸν Χριστὸν παραδέξασθαι, τὴν ἁμαρτίαν προσηκάμεθα, παραδιδόμεθα ἐκείνῳ ὃν παρεδεξάμεθα ἐπὶ τῷ κολασθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Οὕτω πα-

Quum, postquam peccaverim, mutatus, feci judicium, et declinans ab injusto, justitiam agens, exoro adjuvari, nec tradi, propter acta peccata, injuriantibus me in castigationem, tamquam ad te non converterim. Quid vero sit tradi istis, examinandum. Quando quodcumque peccatum committimus, id facimus, diabolo nos invadenti et insidianti locum dantes, ut tandem in arcem animæ ingrediatur, unde sua tela projiciens, postea ipse in nos habitet et operetur. Igitur, quando peccamus, viribus Diaboli obsessi peccamus, et ab eo sannis scindimur. Nam nobis injuriam irrogat, in peccatum adigens, postea in ipsius judicia Dei. Vide quid faciat: Quando, nedum Deo aperiamus ostium animæ, nedum hospitem Christum excipiamus, peccatum admittimus, illi tradimur quem hospitio recepimus, ut ab eo

Hilarius *in v.* 121. Postulat vere ne nocentibus se tradatur. Omnis enim in quo peccati voluntas est, Deo vacuus est; et ubi Deus non erit, illic Diaboli locus est, qui insidians atque obsidens, ubi adeundi opportunitatem habuerit, tamquam vacuam domum occupet, quæ ei Deo eam deserente, sit tradita. — *(Pergit cum exemplis fornicarii inter Corinthios, Phygelli et Hermogenis.)*

v. 120. Vat. 5. Gal. vi, 24.

v. 121. Vat. 5, 9, 11. i. Cor. v. 3. i. Tim. i, 20.

ρεδόθη ὁ ἐν Κορίνθῳ πεπορνευκὼς, περὶ οὗ φησιν ὁ ἀπόστολος. Ἀλλὰ καὶ Φύγαλον καὶ Ἡρμογένην παρέδωκε τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσιν μὴ βλασφημεῖν. Ἁμαρτήσαντες δὲ τοῖς ἔθνεσι παραδόθησαν υἱοὶ Ἰσραήλ. — Ἐποίησα κρίμα, τοῦτο τοῦ Δαυίδ. Ὅτι, φησὶν, ὡς βασιλεὺς τὸ δίκαιον μὴ ἐξέκλινα, διὸ μὴ παραδῷς με τοῖς δαίμοσιν· ἐκεῖνοι ἀδικοῦντες οὐ παύονται. — Τίς ὁ ποιήσας κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἀδόκητον; τίς ὁ μὴ παντελῶς ἐπαφιεὶς τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν; Ἆρα θαῤῥῆσαι χρὴ τῷ κλήρῳ τῶν δικαίων εἰπεῖν, ἢ ὃ τούτου μετριώτερον, τῷ κλήρῳ τῶν αὐτὸν γινωσκόντων.

castigemur. Ita traditus est Corinthius impudicus, de quo loquitur Apostolus. Ita Phygalum et Hermogenem Satanæ tradidit, ut discerent non blasphemare. Ita gentibus filii Israel, cum peccavissent, tradebantur. — *Feci judicium,* vox Davidis est. quoniam, inquit, ut rex non declinavi a justitia, ideo ne me tradas dæmonibus. Isti eum vexare non cessant. — Ecquis facit judicium et justitiam absque ulla exceptione? Quis omnino eripuit virgam peccatorum? Verum oportet dicere choro justorum, ut confidat, vel quod modestius est, choro eorum qui Deum noverunt.

v. 122. Ἔνδεξαι τὸν δοῦλόν σου εἰς ἀγαθὸν, μὴ συκοφαντησάτωσάν με ὑπερήφανοι.

Τοῖς σοῖς, φησὶν, ἀκολουθεῖν προελόμενος νόμοις, μὴ γένωμαι τοῖς δυσμενέσιν εὐάλωτος. Τίς δὲ νῦν ἔχει τοσαύτην ψυχῆς καθαρότητα, ὥστε σὺν παῤῥησίᾳ τοιούτοις χρήσασθαι λόγοις; τούτοις μέντοι καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος προσόμοια εἴρηκεν· Ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν, αὕτη ἐστὶν, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν. Ὁ Σύμμαχος· Ἀνάδειξαί με τὸν δοῦλόν σου εἰς ἀγαθόν· ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ Θεοδωτίων· Ἐγγυῆσαι, ἀντὶ τοῦ· ἀληθεύω, οὐ ψεύδομαι, πίστευσον ὑποσχομένῳ τῷ δούλῳ σου· αὐτὸς ἐγγυητὴς ἐγένου τῆς ἐμῆς ὑποσχήσεως, ὅτι σου πληρῶσαι σπουδάζω τοὺς νόμους.

v. 122. *Suscipe servum tuum in bonum, non calumnientur me superbi.*

Legibus tuis. inquit. quum obedire antetulerim, præda non fiam inimicis. At quis habet tantum animæ nitorem, ut confidenter talia verbe usurpet? attamen his quoque similia divinus Apostolus pronuntiavit: « Etenim gloria nostra haec est, testimonium conscientiæ nostræ. » Symmachus habet: *Excipe me servum tuum in bonum.* Aquila vero et Theodotion: *fide jussor esto,* id est: verum dico, non mentior, crede promittenti servo tuo, ipse fidem jube promissioni meæ, quod leges tuas implere enitar alacriter.

v. 124. Ποίησον μετὰ τοῦ δούλου κατὰ τὸ ἔλεός σου, καὶ τὰ δικαιώματά σου δίδαξόν με.

Οὐ γὰρ ὡς δίκαιοι παρεδόθημεν· τοῦτο γὰρ ὀλίγοι καὶ ὀλιγάκις, ἵν' ὡς ἀθληταὶ γενναῖοι, τὸν πειραστὴν καταισχύνωσιν, ἀλλ' ὡς ἁμαρτάνοντες κατεκρίθημεν, εἶτα ἐλεήθημεν, κηδεμονικῶς τε καὶ πατρικῶς ὅσον σωφρονισθῆναι πληγέντες, καὶ ὅσον πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέψαι νουτεθέντες.

v. 124. *Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, et justificationes tuas edoce me.*

Haud enim tanquam justi traducti fuimus: Etenim pauci et raro, ut fortium instar athletarum, tentatorem pudefaciant; sed tamquam peccatores damnati sumus, postmodum misericordiam consecuti, a provido et benigno patre toties percussi, quoad morigerati fiamus, et toties correpti, ut ad eum revertamur.

v. 125. Δοῦλός σού εἰμι ἐγώ.

v. 125 *Servus tuus sum ego.*

v. 122. Vat. 4, 5, II. Cor. I, 14. Field. II, 277. Arduum fuit disjecta fragmenta coaptare et suum cuique locum assignare.

v. 124. Vat. 5. v. 125. Vat. 5, 11.

Μόνος ὁ σοφὸς δοῦλός ἐστι τῆς σοφίας· μόνος ὁ δίκαιος δοῦλος τῆς δικαιοσύνης ἐστίν. Οὕτω καὶ ἑαυτὸν Παῦλος προέγραφεν δοῦλον Ἰησοῦ Χριστοῦ.

v. 126, 127. Καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ Κυρίῳ, διεσκέδασαν τὸν νόμον σου· διὰ τοῦτο ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον.

Καιρὸς δὲ κεκράξαι τῷ Κυρίῳ ὅτι σκεδαννύουσι νόμον σου. Ὅτε οὖν καιρὸς γέγονεν τοῦ ποιῆσαι τῷ Κυρίῳ, διασκεδασθέντος τοῦ νόμου ὑπὸ τῶν παραλαβόντων αὐτὸν, τότε ἐρῶ, ὁ ἐγὼ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, οὗ προσωποποιεῖ ὁ προφήτης· Ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ χρυσίου καὶ τοπαζίου· τελειότερον δέ ἐστιν τὸ ποιεῖν μετὰ τοῦ ἀγαπᾶν· ἀτελέστερον δὲ ποιεῖν μὲν, οὐ μετὰ τοῦ ἀγαπᾶν δέ. Τῶν δὲ ἐν τῷ κόσμῳ τιμιωτάτων δοκεῖ εἶναι χρυσὸς καὶ λίθοι τίμιοι· παρακειμένων γοῦν τούτων καὶ ἐντολῆς σου, οὐχ οὕτως ἐνεῦρον αὐτὰ [τὰ αὐτὰ] ἐν τῇ ἐντολῇ σου.

v. 128. Διὰ τοῦτο πρὸς πάσας τὰς ἐντολάς σου κατωρθούμην, πᾶσαν ὁδὸν ἄδικον ἐμίσησα.

Ὁ μὴ πάσας τὰς ἐντολὰς κατορθώσας, πᾶσαν ὁδὸν ἀδικίας οὐκ ἐμίσησεν· εἰ δὲ ὁ φόβος τοῦ Κυρίου μισεῖ ἀδικίαν, οὗτος δὴ οὐκ ἠμίσησεν ἀδικίαν, ὅστις οὐ φοβεῖται τὸν Κύριον. Ὁ δὲ μὴ φοβούμενος τὸν Κύριον, οὐ μακάριος, εἴπερ μακάριος ἀνήρ ἐστιν ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον.

v. 130. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτιεῖ καὶ συνετιεῖ νηπίους.

Ἡ ἑρμηνεία τῶν λόγων τοῦ Κυρίου φωτίζει τοὺς νηπίους ἐν Χριστῷ.

v. 131. Τὸ στόμα μου ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐπεπόθουν.

Solus sapiens est sapientiæ servus, et solus justus, justitiæ, sicut Paulus se inscripsit servum Jesu Christi.

v. 126. *Tempus faciendi, Domine, dissipaverunt legem tuam, ideo dilexi mandata tua super aurum et topazion.*

Tempus est clamandi Domino, quoniam dispergunt legem tuam. Quando igitur venit tempus cooperandi Domino, dissipata lege ab his qui receperant eam, tunc dicam, ego qui ex gentibus sum, cujus personam agit propheta: *Dilexi mandata tua super aurum et topazion.* Perfectius autem est facere et diligere, minus autem perfectum, facere quidem, sed non post mandati amorem. Rerum vero quæ in mundo sunt præstantiora videntur aurum et lapides pretiosi. His vero positis a fronte mandati tui, haud similia ea tuo mandato inveni.

v. 128. *Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.*

Qui omnia mandata non servavit, is nec omnem viam iniquam odio habuit. Si vero timor Domini odio habet iniquitatem, is sane non odit iniquitatem, qui non timet Dominum. Et qui Deum non timet, minime beatus est, siquidem « Beatus vir qui timet Dominum. »

v. 130. *Declaratio sermonum tuorum illuminabit, et dabit intellectum parvulis.*

Explicatio sermonum Domini illuminat parvulos in Christo.

v. 131. *Os meum aperui, et attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam.*

v. 126. Vat. 5, 16. Huc inserta est in catenis elegans ἔκφρασις τοῦ τοπαζίου, auctore Xenocrate, rarissimo et classico scriptore, quem Ambrosius, pro sua indole academica, ultro et certe ab Origene recepit, uti dictum in tomo superiore p. 341, 342. Ipse Hilarius curiosa de topazio non neglexit, etiam fortasse eadem Origenis vestigia prosecutus. Cf. Corder. III, 479.

v. 128. Vat. 5. 16. Ps. CXI, I.

v. 130. Vat. 5.

v. 131. Vat. 4, 5, 16. II. Cor. VI, 11. Joan VI, 14. Cf. BB qui pauca ex nostris corrasere, et pauciora quædam alia a Corderio receperunt.

Νοητὸν στόμα νοητέον, ἵνα ἑλκύσωμεν πνεῦμα, τὸ μὴ εἰσιὸν εἰς κεκλεισμένον στόμα· διὸ μὲν Κύριος ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐδίδασκεν· ὁ δὲ Παῦλός φησι· Τὸ στόμα μου ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι. — Τὸ στόμα τῆς ἐμοῦ ψυχῆς ἐστιν ἡ διάνοια. Τοῦτο οὖν κλείσας τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς ἤνοιξα τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα συνέσεως, χάριτος καὶ σοφίας.

Ὁ ἀνοίξας διὰ τῆς πρακτικῆς τὴν καρδίαν, ἕλκει τὸ ἅγιον πνεῦμα, τὸ ἀποκαλύπτον αὐτῷ τὰ μυστήρια τοῦ Θεοῦ· περὶ γὰρ τοῦ στόματος τοῦ κρυπτοῦ ἀνθρώπου φησί. Καὶ δύναται εἶναι ψυχῆς στόμα ἡ διανοητικὴ αὐτῆς δύναμις, ἡ διανοουμένη προφέρει τὸν ἐν διανοίᾳ λόγον· ἵνα οὖν μὴ ἀεὶ ἐκ ψιλῆς τῆς ἑαυτῆς νοήσεως ἀπαγγέλλῃ, ἀλλὰ καὶ ἐκ διδομένων αὐτῇ θεόθεν λόγων περὶ πνευματικῶν καὶ αἰσθητῶν· ἀνοίγει τὸ στόμα λόγῳ Θεοῦ, ἵνα λάβῃ λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος, ὅπως εὐαγγελιζομένη δυνάμει πολλῇ τὸ δοθὲν αὐτῇ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ῥῆμα προσφέρῃ· Τὰ δὲ λέγει Κύριος, ἀπαγγέλλουσα· οὐδὲν διαφέρει λαβεῖν λόγους τοῦ ἑλκύσαι πνεῦμα εἰπεῖν. Ταὐτὸν γὰρ τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ λόγῳ· διὸ καὶ ὁ σωτὴρ περὶ οὗ ἔλεγεν λόγου καὶ ῥημάτων, εἴρηκεν· Τὰ ῥήματα ἃ λελάληκα ὑμῖν, πνεῦμά ἐστιν καὶ ζωή ἐστιν. Καὶ τὴν αἰτίαν δὲ ἀποδέδωκε τοῦ εἱλκυκέναι εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ πνεῦμα, εἰπών· Ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐπεπόθουν, αὐτῆς ἐπιθυμήσεως τῶν ἐντολῶν ἐπισπωμένης καὶ ἐφελκουμένης τὸ Πνεῦμα.

Os spiritualc velim intelligas, unde spiritum attrahamus, qui non ingreditur in os clausum. Ideo ipse quidem Dominus os suum aperiens, docebat. Atque Paulus ait: « Os meum patet ad vos, o Corinthii. » — Os animæ meæ est cogitatus. Hoc igitur ubi reclusi pravis suggestionibus, bonis vero aperui, attraxi spiritum intellectus, gratiæ et sapientiæ. Qui activam per virtutem aperuit cor, attrahit Spiritum sanctum, qui illi revelat mysteria Dei: loquitur enim de ore absconditi hominis. Potest etiam os animæ esse ejus facultas percipiendi, quæ transiens ad cogitatum profert cogitationis sermonem. Ne igitur semper ex pura ipsius notitia pronuntiet, sed ex oraculis divinitus datis de rebus spiritu et sensu perceptis, os aperit verbo Dei, ut sermonem in oris apertione recipiat, unde cum virtute multa faustum nuntium mittens, datum ipsi a Domino sermonem eloquatur, ita prædicans: « Hæc dicit Dominus. » Nihil differt si dicas recipere sermones et attrahere spiritum: idem quippe spiritus est ac sermo Dei. Ideo Salvator cum sermonem et verba fecisset, de his dixit: « Verba quæ vobis locutus sum, spiritus sunt et vita sunt. » Et psalmista causam tradidit cur in ore suo attraxisset spiritum, addens: *quia mandata tua desiderabam,* eo siquidem mandatorum desiderio accersente et attrahente spiritum.

v. 133. Τὰ διαβήματά μου κατεύθυνον κατὰ τὸ λόγιόν σου, καὶ μὴ κατακυριευσάτω πᾶσα ἀνομία.

Τὸ λόγιον τοῦ Θεοῦ κατευθύνει τὰ διαβήματά μου, ἐκ κακίας καὶ ἀγνοίας εἰς ἀρετὴν καὶ γνῶσιν διαβαίνοντος· εὐθυντὴρ γὰρ καὶ ἡγεμὼν τῶν τούτων διαβημάτων ὁ

v. 133. *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, et non dominetur insuper mihi omnis injustitia.*

Eloquium Dei meos dirigit gressus, dum ex malitia et ignorantia transeo ad virtutem et scientiam. Director enim et dux horum gressuum est rectus sermo

Ultimam periodum Montefalconius in suo Eusebio repperit.

v. 133. Vat. 12, 16. Cf. BB et quædam apud Corder.

ὀρθὸς Θεοῦ λόγος. Τούτου γινομένου, οὐδεμία ἀνομία κατακυριεύσει. Τοῦ μὲν κατὰ διάνοιαν ἁμαρτάνοντος κυριεύειν λέγεται ἡ ἀνομία· κατακυριεύσει δὲ τοῦ ἐπὶ αὐτὴν ἐνεργοῦντος τῷ πάντη τὸν ποιοῦντα τὴν ἁμαρτίαν δοῦλον εἶναι τῆς ἁμαρτίας.

v. 134. Λύτρωσαί με ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων, καὶ φυλάξω τὰς ἐντολάς σου.

Μισθὸν τοῦ λελυτρῶσθαι ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων ὑπισχνεῖται δώσειν τὴν τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου φυλακήν· ἢ οὐδὲ μισθὸν, φησὶν, ἀλλ' εὐχαριστίαν [οἴσω] εἰς τὸ λυτρωθῆναί με ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων. Καὶ τετυχήκασιν ταύτης τῆς αἰτήσεως Ἰωσὴφ καὶ Σουσάννα. Ῥηθεῖεν δὲ ὁ ἄνθρωπος τροπικῶς διάβολος καὶ αἱ κατὰ αὐτὸν πονηραὶ δυνάμεις, ἀφ' ὧν τῆς συκοφαντίας μόνου τοῦ Θεοῦ λυτροῦσθαί ἐστιν.

v. 135. Τὸ πρόσωπόν σου ἐπίφανον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, καὶ δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

Τοῦτο τὸ πρόσωπον διαπαντὸς οἱ ἄγγελοι βλέπουσι τοῦ Πατρὸς, τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Πλὴν τοῦτο σημειωτέον ὅτι τῆς ἀγγελικῆς γνώσεώς ἐστιν ἡ θεωρία τῶν δικαιωμάτων.

v, 138. Ἐνετείλω δικαιοσύνην τὰ μαρτύριά σου, καὶ ἀλήθειαν σφόδρα.

Οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης, τῆς σφόδρα, τὸ μετὰ μαρτύρων οὐρανοῦ καὶ γῆς, ἢ ὡντινων παραδεδομένα· ταῦτά ἐστι τὰ μαρτύρια, ἃ ἐνετείλατο ὁ Θεός, ὄντα δικαιοσύνην, ὄντα ἀλήθειαν, ἀλλ' ἐπεὶ διαφορά ἐστι καὶ τῶν δεχομένων τὴν αλήθειαν, ὅτε μὲν ἐκ τύπου δεχομένων αὐτὴν καὶ τρανὴν, ὅτε δὲ ἀμαυρὰ, διὰ τοῦτο πρόσκειται τὸ Ἀλήθειαν σφόδρα.

v. 140. Πεπυρωμένον τὸ λόγιόν σου σφόδρα, καὶ ὁ δοῦλός σου ἠγάπησεν αὐτό.

Hilarius *in v*. 140. Hinc illud est quod in evangeliis Dominus ait: « Tota etc. »

Dei. Quo præmisso, nulla jam injustitia superimperabit. Imperare injustitia dicitur illi qui cogitatione peccat; super autem dominatur in eo qui opere praevaricatur, eo quod servus peccati sit omnino qui facit peccatum.

v. 134. *Redime me a calumniis hominum, et custodiam mandata tua.*

In mercedem gratiæ qua liberatus est a calumniis hominum promittit custodiam mandatorum Domini. Vel non tam mercedem, inquit, quam grates offeram, ut liberer ab hominum calumniis. Eamdem impetraverunt petitionem Joseph et Susanna. Possit etiam homo tropice dici diabolus et pravae cum ipso potestates, a quarum calumnia non est præter Deum qui redimat.

v. 135. *Faciem tuam illumina super servum tuum, et doce me justificationes tuas.*

Semper vident Angeli hanc faciem Patris qui in coelis est. Verum notare est, scientiam angelicam esse contemplationem justificationum.

v. 138. *Mandasti justitiam testimonia tua, et veritatem tuam nimis.*

Haud simpliciter, sed cum incremento dictionis illius *nimis*, testibus nempe coelo et terra vel quibuscumque rebus quae traditæ sunt; ecce illa testimonia quæ sunt justitia, quæ sunt veritas; sed quoniam discrimen est inter illos qui recipiunt veritatem, quando eam modo excipiunt per typos declaratam, modo per obscura ænigmata, idcirco subdidit: *veritatem nimis.*

v. 140. *Ignitum eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud.*

verum enim omnia scite, et neque otiose, neque inutiliter constituta Dei verba,

v. 134. Vat. 16.
v. 135. Vat. 5. Matth. xviii. 10.
v. 138. Vat. 5, 6, 9.

v. 140. Vat. 4, 9, 16. Matth. v, 18. Ps. xi, 7. 1. Cor. ii, 15, iii, 12. Cf. v. 143.

Διδάσκει ἡμᾶς τί δεῖ φρονεῖν περὶ τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ· ἐξητασμένα, ὅτι οὐδεμία συλλαβὴ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχον παρέῤῥιπται ἐν ταῖς γραφαῖς, ἀλλὰ πάντα οὕτως γεγραμμένα ὡς τὸ πεπυρωμένον ἀργύριον· διὰ τοῦτο ὁ Σωτὴρ διδάσκει ἡμᾶς μὴ καταφρονεῖν μηδεμίας κεραίας γεγραμμένης ἐν τῇ γραφῇ, λέγων· Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα παραγένηται. Τίς δὲ τοῦτο ἠγάπησεν τὸ πεπυρωμένον, ἀλλ' ἢ ὁ δουλεύων τῷ Θεῷ; ἀλλὰ καὶ διάπυρόν ἐστιν τὸ λόγιον Κυρίου, ἀφ' οὗ ἐλήλυθεν Ἰησοῦς βαλεῖν πῦρ ἐπὶ τὴν γῆν, ὃ καὶ τὴν κακίαν ἕξιν οὖσαν ὑλικὴν καταφάγεται, ὡς χόρτον, καλάμην, τὰς μοχθηρὰς ἕξεις. Τὸ λόγιον τοῦ Θεοῦ πεπυρωμένον ἐστὶ σφόδρα, τουτέστι ἐξητασμένον καὶ πάσῃ βασάνῳ ἀνέγκλητον, καὶ εἴ τις ἔχοι τὸ πεπυρωμένον τοῦτο λόγιον, ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. — Τούτῳ ἀκολουθεῖ, εἰ μελέτημά ἐστιν αἱ ἐντολαὶ τοῦ Θεοῦ, [ὅτε] θλίψεις καὶ ἀνάγκαι με εὑρίσκουσιν. Καὶ πάλιν· οὐδὲ ἐν ταῖς περιστάσεσι, φησί, τοῦτον σὸν μελετᾶν ἠμέλησα νόμον.

Edocet nos quid sentire oporteat de divinis oraculis. Examinata sunt, quod ne ulla quidem syllaba temere et per casum irrepsit in Scripturas, cuncta vero ita exarata sunt sicut argentum igne repurgatum. Propterea Salvator docet nos non contemnere unum apicem insertum Scripturæ, dicens: « Iota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant ». Quis vero illud dilexit eloquium repurgatum, nisi qui Deo servit? Verum et ignitum est eloquium Domini, ex quo venit Jesus, ut mitteret ignem in terram, qui etiam devorat omnem malitiam ex materia ortam, ut fenum, stipulam, malos habitus. — Eloquium Dei ignitum vehementer, id est cribro purgatum atque omni coticula probatum, et si quis habuerit oraculum illud igneum, omnia quidem judicat, ipse a nemine judicatur. Quocum id consequens est, si meditatio sunt Dei mandata, quando afflictiones et necessitates mihi ingruunt. Et iterum: Neque in angustiis, ait, legem tuam neglexi meditari.

v. 142. Ἡ δικαιοσύνη σου δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ νόμος σου ἀλήθεια.

Ἡ δικαιοσύνη σου οὐκ ἔστιν ὁμοία τῇ παρ' ἀνθρώποις δικαιοσύνῃ· ἵνα γὰρ δίκαιος ᾖ ἄνθρωπος ἢ δικαστής, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ἀποδίδωσιν τὸ δίκαιον τῷ κρινομένῳ πρὸς πέντε ἡμέρας· πρὸς ἡμέρας πλείονας οὐ δύναται ἀποδοῦναι. Ὁ μέντοι γε Θεὸς δικαιοσύνην ἔχει κρίνουσαν, καὶ ἀποδίδωσιν αἰωνίως τὰ τῆς κρίσεως τῆς δικαίας· διὸ λέλεκται· ἡ δικαιοσύνη σου δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα· ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος

v. 142. *Justitia tua, justitia in æternum, et lex tua veritas.*

Justitia tua non similis est justitiæ hominum. Ut enim homo justus sit aut judex, ejus æquitas judicii sententiam profert post quinque dies, ultra plures dispensare nequit. Interea Deus justitiam habet quæ judicat et dat in æternum justam judicii sententiam. Ideo dictum est: *Justitia tua, justitia in æternum.* Immutabilis enim est, atque variari nescia, neque nunc habet, nunc vero non

sed extra omnem ambiguitatem superfluæ inanitatis ignita, et ignita vehementer, ne quid illic esse, quod non perfectum ac proprium sit, existimetur.

v. 142. Vat. 9, 16. Clausulam Eusebio Corderius solus dedit. In cæteris recurrit tessera optimi scholiastæ jam memorati. Jurisperiti autem hanc legem Alexandrinam de sententia infra quinque dies ferenda meditentur, et nobis declarent.

ἦν, οὗ ποτε μὲν, ποτὲ δ' οὐκ ἔχει δικαιοσύνην, πηγὴ γὰρ καὶ γεννήτωρ αὐτῆς ὑπάρχων.

Καὶ μετ' ὀλίγα· ἐπεὶ ὁ παρὰ Ἰουδαίοις νομιζόμενος νόμος εἶναι ἀλήθεια, οὐκ ἀλήθεια ὢν, ἀλλὰ τύπος, παρ' ἡμῖν τοῖς ἐπιστρέψασιν πρὸς Κύριον, οὐκέτι τύπος, ἀλλ' ἀλήθεια.

v. 143. Θλίψεις καὶ ἀνάγκαι εὕροσάν με, αἱ ἐντολαί σου μελέτη μου.

Ἡ γὰρ ὁδός μου στένη καὶ τεθλιμμένη ἐστὶν, ἡ ἀνάγουσα εἰς τὴν ζωήν. Καί· Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτούς. Εἶτά φησιν· Αἱ ἐντολαί σου, μελέτη μου.

v. 145. Ἐκέκραξα ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, ἐπάκουσόν μου, Κύριε, τὰ δικαιώματά σου ἐκζητήσω.

Ἵνα ἀκριβῶς αὐτὰ νοήσας, σοφὸς ἐν αὐτοῖς γένωμαι. Πρότερον μὲν, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐκέκραξα· δεύτερον δὲ, ἐκέκραξα πρὸς σὲ, καὶ αὐτὸ δὲ ὃ ἐλάλουν, κατὰ ἡγεμονικὸν, οὐκ ἄλλο τι ἦν ἢ ὁ Θεός. Ἐπεὶ οὖν σε μεγάλως ἐπεκαλεσάμην, διὰ τοῦτό με σῶσον. Ἢ τὸ λαλῆσαι εἰς ὦτα Κυρίου, πεφυκότα ἀκούειν ἐν κρυπτῷ, ἀπὸ τῆς ἐν ὅλῃ καρδίᾳ γίνεται πρὸς αὐτὸν κραυγῆς, ἧς μάλιστα ἐπακούει ὁ Θεός. — Τίς ἐκέκραξε πρὸς τὸν Θεόν; ὁ αἰτῶν τὰ μεγάλα καὶ [οὐ] περὶ μικρῶν ἀξιῶν· δικαιολογεῖται οὖν πρὸς τὸν Θεόν· οὐ μικρῶς ἐλάλησα πρὸς σὲ, οὐδὲ διὰ χειλέων καὶ στόματος, ἀλλὰ διὰ τῆς καρδίας, καὶ ταύτης κεκραγυίας μετὰ ἀναστήματος, προσήνεγκά μου τὴν εὐχὴν, ἀξιῶ οὖν ἐπα-

habet æquitatem; fons enim est atque parens justitiæ.

Et post pauca. Quando quidem quæ apud Judaeos lex putabatur esse veritas, cum veritas non esset, sed figura, nobis ad Dominum conversis, non typus adest, sed veritas.

v. 143. *Tribulationes et angustiae invenerunt me; mandata tua meditatio mea est.*

Nam « via mea arcta est atque angustiata quæ ducit ad vitam. » Et: « Multæ sunt afflictationes justorum, ex quibus omnibus eripiet eos ». Tum ait: *Mandata tua meditatio mea.*

v. 145. *Clamavi in toto corde meo, exaudi me, Domine; justificationes tuas requiram.*

Ut accurate ea cum noverim, sapiens in illis fiam. Primum, *in toto corde meo clamavi*, postea, clamavi ad te, et quod loquebar, in fastigio mentis meæ non aliud erat quam Deus. Te ergo magno clamore quum invocaverim, idcirco salvum me fac. Vel loqui in Domini aures quæ solent audire in abscondito, fit cum clamore ad eum ex toto corde, quem inprimis Deus exaudit. — Quis clamavit ad Deum? Ille qui magna postulat, nec pro exiguis orat. Igitur juste cum Deo ratiocinatur. Haud tenue verbum ad te feci, neque ex labiis et ore, sed ex corde, ipsoque enixe vociferante, obtuli meas preces; oro igitur ut exaudiar, et *exqui-*

Τότε μάλιστα χαλεπώτεροι γίνονται πολεμοῦντες οἱ δαίμονες, ὅταν τις αὐτοῖς πρὸς τοὺς λογισμοὺς ἀποκρίνηται· καὶ διδάσκει ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν ὁ Χριστὸς πειραζόμενος· νηφούσης γὰρ ἔσται διανοίας πρὸς τοὺς λογισμοὺς ἀπαντᾶν· νήφειν δὲ ἡμᾶς ἐν τῇ πάλῃ οὐ βούλονται οἱ ἐχθροί, ἵνα μὴ εὐπορήσωμεν νοημάτων ἀντικειμένων τοῖς λογισμοῖς αὐτῶν· ἐφ' ὅσον γὰρ οὐδὲν αὐτοῖς προσφέρομεν οἴκοθεν, χρονίζοντες αὐτῶν ἐν ἡμῖν οἱ λογισμοὶ διαστρέφουσι τὴν ψυχήν· διὸ καλῶς λέγει ἐν ταῖς Παροιμίαις τό· Ἀποπήδησον, μὴ χρονίσῃς ἐν τῷ τόπῳ αὐτῆς, μηδὲ ἐπιστήσῃς σὸν ὄμμα πρὸς αὐτήν, δηλονότι τὴν ἀντικειμένην δύναμιν, ἢ τὴν κακίαν, ἣν σωματικῶς ἡ σοφία μορφοῖ εἰς γυναῖκα.

v. 5, Vat. 14. **Haud semel Origenes invehitur in vicinorum Arabum ferociam.**

quin clamemus, dicentes: « Domine, libera animam meam. »

v. 5. *Habitavi cum tabernaculis Cedar.*

Barbarorum hoc genus est, sæviore vita quam ferarum viventium, quales sunt Arabes, tesquis et tuguriis utentes, qui a ruditate belluarum non recedunt.

v. 6. *Multum incola fuit anima mea cum his qui oderunt pacem.*

Nihil molestius sibi obversari habuit profugus ab Hierusalem, (quam præterea interpretantur Visionem pacis), quam ut ex tenebris Cedar reduces fiant.

v. 7. *Eram pacificus; cum loquebar illis, impugnabant me gratis.*

Tunc maxime asperiores fiunt dæmones, bello infensi, quando quis adversus tentationes illis respondet: et Christus nos in sua tentatione sic agere docet. Vigilantis enim animæ est tentamentis occurrere. Vigilare autem nos in lucta nolunt inimici, ne copia abundemus cogitationum quæ illorum tentationibus adversentur. Quamdiu enim nihil sponte nostra illis opponimus, tentationes diu intra nos commorantes, animam pervertunt: unde in Proverbiis apte dicitur: « Cito recedas, ne diu maneas in loco illius, neque sistas oculum tuum in eam, » videlicet in contrariam potestatem vel malitiam, quam Sapientia, corporis forma utens, exhibet in mulierem.

v. 6, 7. Vat. 5. **Fugit adducta Proverbiorum, sententia, nisi sit in Pr. v, 8. Cod.** μὴ ἐχρονίσῃς.

Psalmus CXX.

v. 4. Ἰδοὺ οὐ νυστάξει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ.

Ὁ φυλάσσων Κύριος ἀπὸ παντὸς κακοῦ, οὐκ ἀπὸ νόσου, ἢ ζημίας, ἢ πενίας τῶν σωματικῶν φυλάσσει, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀληθῶς κακῶν καὶ βλαπτόντων τὴν ψυχήν.

v. 4. *Ecce non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel.*

Dominus custodiens ab omni malo, non custodit a morbo, vel rerum jactura, vel inopia bonorum corporis, sed ab his quæ mala vere sunt, et lædunt animam.

Ps. cxx. v. 4. Vat. 4.

Psalmus CXXI.

v. 4, 5. Ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν αἱ φυλαί, φυλαὶ Κυρίου, μαρτύριον τοῦ Ἰσραήλ, τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου. Ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισαν θρόνοι εἰς κρίσιν, θρόνοι ἐπὶ οἶκον Δαυΐδ.

Πᾶσαι αἱ φυλαί, φησίν, ἐξ Αἰγύπτου δυνάμει τοῦ Κυρίου ἐξελθοῦσαι, εἰς αὐτὴν ἔσπευδον τὴν πόλιν μαρτυρῆσαι, ἤτοι εὐχαριστῆσαι τῷ Θεῷ τοῦ Ἰσραήλ. — Προφητεύει ἐπὶ τῶν μελλουσῶν φυλῶν ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν καὶ γνῶσιν τοῦ Θεοῦ. Πρότερον γὰρ ὁ Ἰσραὴλ ἐκαλεῖτο ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Κυρίου. Νῦν δὲ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τετυχήκασι τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως, ἐφ' αἷς ἐπλήρωσαν τὴν θαυμασίαν ὑπόσχεσιν· θρόνους τε τοῦ οἴκου Δαυῒδ ἱδρυνθῆναί φησιν ἐπ' αὐτῆς. Ἐπὶ καὶ βασιλείας πάντων ὁ Δανιὴλ προφητεύει, οὐχ ἑνὸς λέγων ἀρχήν, ἀλλὰ κοινὴν ὑπὲρ ἀρίστων καὶ θεοσεβεστάτων, δι' ὧν ἡ βασιλεία Δαυῒδ ἀνορθοῦται χάριτι Χριστοῦ τοῦ τοῖς δώδεκα δεδωκότος ἀποστόλοις, τοῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους καθεζομένοις κρίνειν τὸν Ἰσραήλ. — Ἐκεῖ γὰρ θύειν, εὔχεσθαι, πανη-

v. 4, 5. *Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israel ad confitendum nomini Domini. Quoniam illic sederunt sedes in judicio, sedes super domum David.*

Omnes tribus, ait, quas ab Ægypto Domini potentia illuc adduxit, properant in civitatem, ut testimonium, id est, gratiarum actiones Deo Israel referant. Vaticinatur de tribubus, quas ascendere oportet ad virtutem et ad scientiam Dei. Nam olim Israel convocabatur ad Hierusalem et in domum Domini. Nunc vero qualescumque hominum tribus participes factæ sunt virtutis et scientiæ, quibus mirabilem promissionem impleverunt. Ac surgere ait thronos in domo David super eam: si quidem Daniel prædixit regnum super omnes gentes, non unum tantum significans imperium, sed commune regnum ex optimis et religiosissimis viris constitutum, quibus Davidis regnum recte stabilitur per gratiam Christi, qui concessit duodecim aposto-

Ps. cxxi. v. 4, 5, 7. Vat 14. Interim supra in superiore tomo ii p. 343, adverte inter reliquias senioribus Alexandrinis nuncupatas, quantum hæc vetera κειμήλια recedant ab hisce scholiis Origenianis, περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ γνώσεως ad saturam frequentissimis; quibuscum etiam consentiunt cætera a Maurinis expiscata. Ultimaque in v. 7 accedunt, fateor, valde mihi dubia sunt, nisi sint cujusdam homiliæ trunca clausula.

γυρίζειν ἐκέλευσεν, ὡς ἂν μὴ πανταχοῦ πλανώμενοι, πρόφασιν ἔχωσι ἐξόδους ποιεῖσθαι πρὸς εἴδωλα· Θεοῦ γὰρ τοῦτο μαρτύριον ἐκάλεσεν. Τῆς γὰρ αὐτοῦ προνοίας τοῦτο μέγιστον τεκμήριον ἦν, καὶ γὰρ ἔξω ὁ νόμος· ἀνεγινώσκετο διηγήματά τε καὶ κατορθώματα ἀρχαίων, καὶ σύνοδον ἐποιοῦντο, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην συνεσφίγγουσαν. Λέγοις δ' ἂν οὕτως κατὰ τὴν ἱστορίαν, ἐκεῖ εἶναι καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τῶν ἱερέων θρόνους, ὥσπερ διπλῷ στεφάνῳ καὶ διαδήματι καλλωπιζομένης τῆς πόλεως. Νῦν δὲ πάντων ἔκπτωσις καὶ τῆς παλαιᾶς εὐδαιμονίας ἐλάχιστα λείψανα. — Ἕτεροι δέ φασιν, ὡς ἤδη τῶν πραγμάτων ἀπολαύοντες, τρόπον τινα τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν περιπλέκονται· ἃ γὰρ ἔχοντες οὐχ ᾐσθάνοντο, νῦν ἀπολαύοντες εὐφραίνονται, οἶκοι μὲν ἀπολαύοντες, θείᾳ δὲ φιλανθρωπίᾳ κομισάμενοι.

lis, ut sedentes super duodecim thronos judicarent Israel. Illic enim immolare, preces fundere, solemnia celebrare præcepit, ne jam ulla ex parte errantes, prætextum habeant eundi ad diverticula idolorum: hoc quippe Dei testimonium dixit. Hoc enim erat maximum providentiæ ejus monumentum, ut foris lex nosceretur ac simul scripta et gesta veterum, fieretque congregatio quæ mutuam omnium charitatem communi vinculo conjungat. — Dicere autem possis in hunc modum, respectu ad historiam, illic esse simul regum sedem et sacerdotum thronos, quibus duplici veluti corona et diademate pulchritudo civitatis augebatur. Nunc vero omnia ceciderunt, nec nisi priscæ felicitatis ultimæ manent reliquiæ. — Alii autem dicunt, Hebræos, quasi rebus suis potitos, jam quodam modo urbem et templum circumplecti; ea quippe dum haberent, sensus erant expertes; nunc vero iis fruentes domi, lætantur, divina clementia communiti.

v. 7. Γενέσθω δὴ εἰρήνη ἐν τῇ δυνάμει σου, καὶ εὐθηνία ἐν ταῖς πυργοβάρεσί σου.

Μαθόντες, ὦ οὗτοι, τίς ποτε ἦν ἡ Ἱερουσαλὴμ, εὔχεσθε ὑπὲρ τῆς εἰρήνης αὐτῆς, μηδὲν ζητοῦντες ἕτερον ἢ τὰ πρὸς εἰρήνην αὐτῇ συντελοῦντα. Πυργόβαρός ἐστι νοῦς θεωρητικός. Εὐθηνία τοίνυν ἐστὶν ἀπόλαυσις ἀνεμπόδιστος τῶν σωματικῶν ἡδονῶν.

v. 7. *Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis.*

Cum noveritis, auditores, quæ sit Hierusalem, orate pro illius pace, nil aliud quærentes quam ea quæ pacem illi conferunt. — Turris est mens contemplativa. Abundantia autem, copia expedita corporis gaudiorum.

Psalmus CXXII.

v. 2. Ἰδοὺ ὡς ὀφθαλμοὶ δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν, ὡς ὀφθαλμοὶ παιδίσκης εἰς χεῖρας τῆς κυρίας αὐτῆς, οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς Κύριον Θεὸν ἡμῶν.

Τῶν μὲν ἐχόντων τὸ πνεῦμα τῆς δουλείας εἰς φόβον, οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς χεῖρας κυρίων

v. 2. *Ecce sicut oculi servorum in manus dominorum suorum, et sicut oculi ancillæ in manu dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum.*

Habentium quidem spiritum servitutis in timore, oculi sunt in manus do-

Ps. CXXII. v. 2. Vat. 5, 16. Utinam priora tantum verba BB. retinuerint: quæ enim addunt, exulant a Codd. nostris ac peregrina videantur.

καὶ εἰς χεῖρας κυρίας· τοῦ δὲ τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας ἔχοντος πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν, ἵνα ἅμα τῷ κελευσθῆναι εἰς ἐνέργειαν μεταβάλῃ τὴν πρόσταξιν, οἰκτιρμὸν ἔχειν παρ' αὐτοῦ ἡγούμενος τῷ προσταχθῆναι ποιῆσαι αὐτῷ δοκοῦντα. Καὶ ὥσπερ δὲ πολλάκις οἰκέται καὶ θεραπαινίδες ἐνατενίζουσι ταῖς χερσὶ τῶν δεσποτῶν ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν, τροφῆς τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν προσδοκῶντες, οὕτως καὶ ἡμεῖς παρὰ τῶν σῶν χειρῶν ἐλπίζομεν τυχεῖν τῶν παρὰ σοῦ ἀγαθῶν, οὐ ῥητῷ δὲ χρόνῳ ταύτην τὴν ἐλπίδα περιορίζομεν, ἀλλὰ προσμένομεν ἕως ἂν ἀξιωθῶμεν τοῦ οἰκτειρῆσαι ἡμᾶς.

mini et in manus dominæ. Illius vero qui habet spiritum adoptionis filiorum, respicit Dominum Deum, ut præceptum, simul ac jussum est, operi mandet, suscipere ratus ab eo misericordiam, eo quod jubetur placita ejus exequi. Ac sicut in epulis, famuli et famulæ oculos figunt in manus dominorum, exspectantes aliquid alimoniæ recipere, ita et nos ex manibus tuis speramus tuis frui bonis, nec certo quidem tempore hanc spem definimus, sed exspectamus donec nobis faveas tua erga nos misericordia.

Psalmus CXXIII.

v. 3, 4, 5. Ἆρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐφ' ἡμᾶς· ἄρα τὸ ὕδωρ ἂν κατεπόντισεν ἡμᾶς, χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν· ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον.

Τὸ δέ· Ἆρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς, δόξει ὑπερβολικῶς εἰρῆσθαι, οὐχ οὕτως ἔχον· δηλοῦται γάρ τι ἐκ τούτου, ὡς καὶ ὕδωρ κατεπόντισεν ἡμᾶς, ἢ καὶ χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, οὗ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον. Ἰωνᾶς γοῦν ζῶν κατεπόθη, καὶ κατέπιεν αὐτὸν ὁ θάνατος ἰσχύσας. Τροπικῶς δὲ ταῦτα εἴρηκεν, ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν· Ἆρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς, δείκνυσι τὴν τοῦ πλήθους ὑπερβολὴν, χειμάῤῥου δίκην προσβαλόντος καὶ συγκαλύψαι ἅπαντα προσδοκήσαντος· ἁρμοδίως δὲ τοῦ χειμάῤῥου τέθεικε τὴν εἰκόνα· καθάπερ γὰρ ὁ χείμαῤῥος ἐκ πολλῶν ἀθροιζόμενος ὀχετῶν σφοδρότερος γίνεται, οὕτως οἱ τηνικαῦτα τῇ Ἱερουσαλὴμ προσβαλόντες, ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἐθνῶν συνηθροίσθησαν, ἀλλὰ κατελύθησαν ψήφῳ δικαίᾳ· τοῦτο γὰρ ὁ προφήτης διδάσκει.

v. 3-5. *Forte vivos deglutissent nos, cum irasceretur furor eorum in nos. Forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransivit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.*

Hoc dubium: *forte vivos deglutissent nos,* videbitur hyperbolice dictum fuisse, cum ita res se non habeat: per hoc enim significatur, ac si etiam aqua nos absorbuisset, vel torrentem pertransisset anima nostra, cujus unda sit insuperabilis. Jonas utique vivus absorptus fuit, eumque devoravit prævalens interitus. Hæc autem figurate dixit: nam aiens: *forte vivos deglutissent nos,* ostendit ingentem multitudinem, instar torrentis ingruentem, quæ omnia cooperuisse optavit. Apte autem torrentis similitudinem posuit: sicut enim torrens ex multis laticibus collectus vehementer ruit, ita qui tunc temporis Hierosolymam impetebant, ex plurimis ac diversis gentibus cogebantur. Verumtamen justa Dei sententia dissipati sunt. Hoc enim propheta docet.

Ps. cxxiii. v. 3-5. Vat. 4, 6. Plura præstitit Corderius. Jon. ii, 4. In fine cf. Theodoret.

v. 6. Χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν... Εὐλογητὸς Κύριος, ὃς οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν.

Χείμαῤῥον δὲ πάλιν λέγει τοὺς λογισμούς, διὰ τὸ μὴ χρονίζειν αὐτούς, ἀλλὰ ἀθρόως ἐπιπηδᾶν εἰς τὸν νοῦν καὶ πάλιν ξηραίνεσθαι, ῥαθυμοῦντες· γεγόνασι γὰρ ἰσχυροί, κατασταλέντες μέν, γνόντες σαρκὸς κινήματα· ἀφανισθέντες δὲ τοῦ τῆς ἁμαρτίας φορτίῳ, καὶ πνεύματος ἐλάβομεν χάριν. — Τρέφει τε ἡμᾶς ἰδίῳ σώματι, καὶ ποτίζει τῷ αἵματι, ἀκαμπὲς δορὺ παρέσχεν ἡμῖν τὸν σταυρόν.

v. 7. Ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐῤῥύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων.

Οὐ γὰρ μόνης ἀπελαύσαμεν τῆς σωτηρίας, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐχθρῶν τὸν ὄλεθρον εἴδομεν.

v. 6. *Torrentem pertransivit anima nostra. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum.*

Torrentem iterum vocat tentationes, eo quod non perdurant, sed confestim in mentem insiliunt, et rursus arescunt, deferventes. Solent enim invalescere, etiam si repressæ fuerint, ut quæ carnis motus noverint. Sed vel ad nihilum reducti pondere peccati, etiam spiritus recipimus gratiam. — Nutrit autem nos proprio corpore, et sanguine potat, rigidam nobis lanceam in cruce præbens.

v. 7. *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.*

Non tantum enim salute gavisi sumus, sed hostium vidimus internecionem.

v. 5, 6. Vat. 5. Pergimus post BB, nec nisi per tenebras. Cod. habet κατασταλέντων. In fine annon alluditur consuetudo, qua Græci sanguinem eucharisticum haurire solent, spatula utentes quæ *lancea* aliquando vocatur?

v. 7. Vat. 5. Iterum cf. Theodoret.

Psalmus CXXIV.

v. 1. Οἱ πεποιθότες ἐπὶ Κύριον, ὡς ὄρος Σιών· οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλήμ.

Οὔτε γὰρ ὄρος σαλεύσειέ τις, οὔτε τὸν ἐπὶ Θεὸν ἠλπικότα, ὡς οὔτε τὸν Δανιήλ, οὔτε τοὺς τρεῖς παῖδας, [εἰ] καὶ τῆς πατρίδος [ἐξεβλήθησαν], καὶ τοσούτῳ κλύδωνι συνείχοντο· μόνον γὰρ πτῶσις ἀρετῆς καὶ ψυχαπώλεια. Ἀλλ' οὐδὲ σαλεύεταί τις, τῆς ἄνω τυχὼν Ἱερουσαλήμ. — Οὐκ εἶπεν δηλονότι οὐ σαλευθήσεται ὁ κατοικήσας, ἀλλ' ὁ κατοικῶν· αἱ γὰρ ἀρεταὶ ἐν τῷ ἀεὶ γενέσθαι ἔχουσι τὸ εἶναι.

v. 3. Ὅτι οὐκ ἀφήσει Κύριος τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τὸν κλῆρον τῶν δικαίων.

Ὁ Κύριος τῷ κλήρῳ τῶν δικαίων τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ῥάβδον οὐ τέθεικεν.

v. 1. *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commovebitur in sæculum qui habitat in Hierusalem.*

Etenim hominum nemo montem concusserit, neque virum qui in Deum speraverit, item nec Danielem, neque tres pueros, etiamsi patria extorres, tanto fuerint turbine involuti. Tantummodo enim virtutis ruina aut animæ perditio [commovet]. At minime commovebitur qui supernis Solymis fruitur. — Non dixit qui habitavit, sed *qui habitat,* si quidem virtutes in eo quod constanter fuerint, habent ut sint.

v. 3. *Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum.*

Dominus in sortem justorum non intulit virgam peccatorum.

Ps. cxxiv. v. 1. Vat. 5, 16.

v. 3. Vat. 5. Hesychii nomen profert Vat. 12.

v. 4. Ἀγάθυνον, Κύριε, τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ.

Ἡμῶν δὲ δείκνυσι τὴν ἀρχὴν τῆς ἀπολαύσεως τῆς ἐνθέου καὶ κολάσεως, εἰ καὶ διὰ φιλανθρωπίαν νικᾷ μὲν ταῖς ἀντιδόσεσι, τὰς δὲ κολάσεις μειοῖ. — Ὁ κατὰ φύσιν ὢν ἀγαθός, τοῖς ἐπιμελείᾳ γενομένοις ἀγαθοῖς συντήρησον τὴν πρὸς τὴν σὴν ἀγαθότητα αὐτῶν διάθεσιν ἀδιάπτωτον.

v. 4. *Benigne fac, Domine, bonis et rectis corde.*

Nobis autem ostendit principium divinæ benignitatis et castigationis, quamquam ob suam erga nos dilectionem, superat beneficiis, pœnas vero minuit. — Tu qui per naturam bonus es, his qui boni sunt ex industria, conserva eorum in tua bonitate diligenda immotam voluntatem.

v. 5. Τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς ἀπάξει Κύριος μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν.

Οὐκ ἐργασαμένων, ἀλλ' ἐργαζομένων. Δίκαια δὲ τὸν Θεὸν ὁ προφήτης αἰτεῖ, ἀγαθούς τε καὶ πονηροὺς τῶν προσηκόντων τυχεῖν. Τί γὰρ εἶχον οἱ κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ στρατεύσαντες ἐγκαλεῖν, πλὴν εἰ μὴ τὴν ἐκδοθεῖσαν ἐλευθερίαν· ἡ γὰρ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν εἰρήνη μόνῳ τὸν νοῦν Χριστοῦ ἔχοντι δίδοται· ἀλλὰ καὶ τῶν πολεμίων ἀπολωλότων, οὗτοι τῆς εἰρήνης ἀπέλαυσαν.

v. 5. *Declinantes autem in tortuosos laqueos adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.*

Dixit, *cum his qui operantur,* non vero *qui operati sunt.* — Justa autem a Deo propheta rogat, ut simul et justi et pravi merita consequantur. Quid enim habeant redarguere, hostes qui aciem movebant adversus Israel, nisi libertatem incusare illi restitutam? « Pax enim quæ superat omnem sensum » illi datur soli, qui Christi sensum habet. Sed deletis hostibus, Israelitas pace frui juvit.

v. 4. Vat. 5, 14, 16.

v. 5. Iidem codd. qui etiam confirmant edita apud BB, ad tempus martyrum manifeste referenda, quibus adde, quod BB omiserunt, Hexapla apud Corderium recensita. Ultima revovocant prooemium in psalmos graduum.

Psalmus CXXV.

v. 4, 5. Ἐπίστρεψον, Κύριε, τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν, ὡς χειμάῤῥους ἐν τῷ νότῳ. Οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι.

Θεοδώρου. Εἴρηται ὡς οὐκ ἐν προοιμίοις κατωρθώθη τὸ πᾶν, ἀλλ' οἱ μὲν ἐπανῆλθον, οἱ δὲ ἐναπέμειναν· τοῦτο ἐνταῦθα οἱ ἐπανελθόντες ἀξιοῦσιν εὐχόμενοι, μὴ μερικὴν ἔτι γίνεσθαι τὴν τῶν λοιπῶν ἐπάνοδον, ἀλλ' ἀθρόαν καὶ κατὰ πλῆθος, μετὰ πολλῆς τῆς ῥύμης, μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος.

v. 4, 5. *Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrentes in austro. Qui seminant in lacrymis in exultatione metent.*

Theodori. Dictum est quomodo non totum in principio peractum sit, sed alii quidem reversi sint, alii vero remanserint. Illud hoc loco rogant ii qui redierunt, orantes ne amplius per partes cæteri redeant, sed cum densa multitudine, cum magno impetu, cum magna vehe-

Ps. cxxv. Ut apte ad Seniores Alexandrinos retulimus t. II. p. 343 prolixam ἔκφρασιν περὶ τοῦ ἐν τῷ νότῳ χειμάῤῥου, ita ex cod. Barberinio post Corderium, cætera Origeni restituenda videntur, ignoti quamvis Theodori nomine signentur. Id enim tam indoles scholii quam respectus ad Hexapla suadet. Placet præterea nova quædam et rarissima cum Origenis procemio in psalmos graduum concordia, ac si eos Heracleota similiter intellexerit.

Διὸ Ἀκύλας· ὡς καταῤῥοίας ἐν νότῳ· ὁ δὲ Σύμμαχος· ὀχετούς· ἡ δὲ πέμπτη· ἀφέσεις. Ἐν νότῳ δὲ, ἐπεὶ ὁ νότος ὑγρὸς ὢν, νεφῶν τὸν ἀέρα πληροῖ καὶ ὄμβρους ἐπάγει σφοδροὺς, ἀλλὰ καὶ τὸν χιόνα διαλύων, ἐμπίπλησι τοὺς χειμάῤῥους ὑδάτων. Ἢ νότον τὴν Ἱερουσαλὴμ καλεῖ ἀπὸ τῆς θέσεως. Ἵνα τί; ἵνα παρόμοιοι, φησὶν, εὑρεθῶμεν τοῖς σπείρουσι μετὰ δακρύων, θερίζουσι δὲ μετ' εὐφροσύνης· ἢ περὶ τῶν καταλοίπων εὐξαμένοις ἀντιφθέγγεται λέγων ὁ προφήτης, ὅτι εἰ κλαύσαιεν κἀκεῖνοι, ἔσται καὶ αὐτοῖς ἐπιστροφή.

mentia. Idcirco Aquila ait: ***sicut fluenta in austro.*** Symmachus vero: ***sicut rivos;*** quinta editio; ***emissiones.*** — ***In austro autem,*** quia auster, cum sit humidus, nebulis aerem replet et vehementes pluvias inducit; quin et nivem resolvens, torrentes aquarum cumulat. Vel austrum appellat Hierusalem a situ. Ad quid? Ut, inquit, similes reperiamur iis qui cum lacrymis seminant, sed metunt cum jucunditate. Vel pro residuis dum orabant, propheta respondet dicens: Quod si et illi fleverint, ipsis quoque reditus erit.

Psalmus CXXVI.

v. 1. Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες.

Ὡς μεγαλοφρονούντων τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τῷ στερεῷ τῆς οἰκοδομῆς τῶν ἐκκλησιῶν τὰ τοιαῦτά φησι.

v. 2. Εἰς μάτην ὑμῖν ἐστι τὸ ὀρθρίζειν· ἐγείρεσθε μετὰ τὸ καθῆσθαι, οἱ ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης.

Ὥσπερ ὁ ὕπνος τρέφει τὸ σῶμα, πέπτων τὰς τροφὰς διὰ τοῦ χυμοῦ, οὕτω καὶ ἡ γνῶσις τὴν ψυχὴν, τοὺς τῆς πρακτικῆς αὐτὴν λόγους διδάσκουσα.

v. 1. ***Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam.***

De judæis hæc dicit, ut qui superbiant de solida synagogarum fabrica.

v. 2. ***Vanum est vobis ante lucem surgere; surgite, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.***

Sicut somnus nutrit corpus, coquens cibos, humoris ope, ita scientia nutrit animam, eam vitæ practicæ rationes edocens.

Ps. cxxvi. v. 1, 2. Vat. 5. Cf. Athan. in v. 1, ubi om. τῶν ἐκκλησιῶν.

Psalmus CXXVII.

v. 3. Ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου.

Γυνὴ τοῦ νοῦ ἡ σοφία ἐστίν. Ἐράσθητι γάρ, φησὶν, αὐτῆς, καὶ τηρήσει σε. Τίμησον αὐτὴν, ἵνα σε περιλάβῃ, καὶ κτήσῃ ἀπ' αὐτῆς λόγους σοφοὺς καὶ δόγματα ὀρθά. Λέγει δὲ αὐτὴν καὶ ἀδελφὴν τοῦ νοῦ εἶναι· Εἶπον τὴν σοφίαν ἀδελφὴν σὴν εἶναι. Ἀδελφὴν δὲ αὐτὴν ὀνομάζει, διότι καὶ αὐτὴ ἐκ

v. 3. ***Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.***

Uxor mentis est sapientia. Etenim dictum est: « Dilige eam, et conservabit te; honora eam, ut te amplectatur, et disces ab ea sermones sapientes » et dogmata recta. Ait autem eam quoque sororem esse mentis: « Dic sororem tuam esse sapientiam. » Sororem autem illam

Ps. cxxvii. v. 3. Vat. 14. Prov. iv, 6, 8; vii, 4; xiii, 22. Gen. xlviii, 15. Pauca, faventibus scholiis BB, addidimus aut emendavimus ad fidem cod.

τοῦ Πατρὸς τῶν πάντων ἐστί. Μνημονευτέον δὲ καὶ τοῦ Ἀβραὰμ πῶς τὴν ἰδίαν γυναῖκα ὠνόμασεν ἀδελφὴν, πάντως τοῦ βουλομένου τὴν σοφίαν εἶναι διδάσκων.

vocat, propterea quod et ipsa a Patre universorum est. Etiam revocandum est, quomodo Abraham uxorem appellaverit sororem, docens sapientiam esse cujuslibet eam omnino volentis.

Psalmus CXXVIII.

Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Ὑπόθεσις. Χρηστὰς ἐλπίδας ἐμβάλλει τοῖς ἐκ τῶν πολεμίων πρὸς τὴν οἰκοδομίαν ἐμποδιζομένοις, ὡς ἂν ἐκ τῶν παρελθόντων μὴ ἀπογινώσκοιεν πρὸς τὸ μέλλον· καίτοι πολλάκις ἡττήθησαν καὶ ἁλόντες μετέστησαν, ἀλλ' οὐκ ἐκείνων δυνάμει, τῇ δὲ σφετέρᾳ παρανομίᾳ, καὶ οὐδὲ οὗτοι ἴσχυσαν ἐξαφανίσαι τὸ γένος. Ἀλλ' ὅσον ὁ Θεὸς ἐδίδου σωφρονίζειν, ἐκράτουν.

v. 2-8. Πλεονάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου, εἰπάτω δὴ Ἰσραήλ... Καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι. Ἐπὶ τοῦ νώτου μου ἐτέκταινον οἱ ἁμαρτωλοί. Ἐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. — Κύριος δίκαιος συνέκοψεν αὐχένας ἁμαρτωλῶν. — Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω πάντες οἱ μισοῦντες Σιών. — Γενηθήτωσαν ὡσεὶ χόρτος δωμάτων, ὃς πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι ἐξηράνθη. — Οὗ οὐκ ἐπλήρωσε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὁ θερίζων, καὶ τὸν κόλπον αὐτοῦ ὁ τὰ δράγματα συλλέγων. — Καὶ οὐκ εἶπον οἱ παράγοντες· Εὐλογία Κυρίου ἐφ' ὑμᾶς.

Δηλοῖ δὲ τὸ ἐπὶ τοῦ νώτου τὸ δολερόν τε καὶ ὕπουλον, ἢ τὸ μετὰ πλείστης σφοδρότητος· αὐτὴν γάρ μου συνθλάσαι τὴν δύναμιν ἐπεχείρουν. Πλεονάκις ἐπολέμησαν κτλ. Τὸν νῦν μάρτυρα καλεῖ, τὸν μηδέποτε ἡττηθέντα, καὶ διὰ τοῦτο Ἰσραὴλ ἐπικαλεῖται. — Μακρύνουσι τὴν ἀνομίαν αὐτῶν οἱ ἐχ-

Canticum Graduum.

Argumentum. Meliora sperare jubet eos quos ab ædificanda civitate hostes prohibent, ut minime ob præterita animum de futuris despondeant: quippe multoties quum debellati captivique migraverint, numquam tamen sive aliorum violentia, sive ipsorum pravitate, eo usque pervenerint ut genus aboleretur. Sed quantum Deus dederit eos esse morigeratos, victoria superabant.

v. 2-8. *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, dicat nunc Israel... Etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores; prolongaverunt iniquitatem suam. Dominus justus concidit cervices peccatorum. Confundantur et convertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. Fiant sicut fenum tectorum, quod priusquam evellatur, exaruit. De quo non implevit manum suam qui metit, et sinu m suum qui manipulos colligit. Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos.*

Dubio procul verba: *Supra dorsum meum fabricaverunt,* fraudem et subdolam malitiam significant aut majoris violentiæ impetum. Ipsam enim meam virtutem conterere nitebantur. — *Sæpe expugnaverunt* etc. Nunc martyrem appellat eum qui nunquam victus est,

Ps. cxxviii. *Argumentum.* Vat. 4, 5, 16. Origenem Theodorus Heracleota pone sequitur, sed libero incessu, quo tamen præeuntis vestigia non fugit. Cæterum dissolutus utcumque commentarius latam, largamque indolem refert Seniorum, qui solebant non verbum verbo referre, sed amplas ambire periochas, easque uno flatu profligare. Origenis nomen disertius in fine Vat. 16 plenis litteris exprimitur: Λέγει δὲ καὶ Ὠριγένης· Ταῦτα τὰ δράγματα κτλ.

θροί, συνεχεῖς πειρασμοὺς ἐπιπέμποντες, ἤτοι κατὰ διάνοιαν, διὰ τῶν λογισμῶν, ἢ καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰώϐ. — Ἀντὶ δὲ τοῦ ἐτέκταινον ἠροτρίασαν ἐξέδωκεν ἕτερος· τουτέστιν [ἄρατρον] εἶχον τὴν ἐπιϐουλὴν τὴν ἐμὴν περὶ Κύριον, φησίν, ὁ νικήσας, ἀλλ' ὁ συγκόψας αὐτῶν τοὺς αὐχένας Θεός, ἑκατέρου ἑρμηνεύσαντος (*a*) βροχούς, τουτέστιν ἐπιϐουλάς, ἃς ἐπιδείκνυσιν, ἀρχομένης τῆς πόλεως, φύεσθαι, ὡς καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ πολλοὶ κατ' ἀρχὰς ἐπετίθεντο βασιλεῖς, αἱρέσεις, δῆμοι. — Παραθαῤῥύνας διὰ τῆς τῶν προλαϐόντων διηγήσεως, τοῦτο νῦν καὶ δι' εὐχῆς ἀπεργάζεται, τὴν τοῦ πολέμου δεικνὺς ὑπόθεσιν ἄδικόν τε καὶ διὰ φθόνον, οἷς ἁρμόττει τὸ αἰσχυντήθωσαν, ἅμα δὲ καὶ διὰ τοῦ χόρτου τῶν δωμάτων, τὴν τῶν ἐναντίων εὐτέλειαν καὶ τὸ εὐκατάπτωτον διά τε τοῦ τόπου καὶ τοῦ φύντος ἐν αὐτῷ· αἱ γὰρ ἔφοδοι τῶν πολεμίων τοιαῦται, μὴ ῥίζαν ἔχουσαι, μὴ ὑπόστασιν, ἀλλὰ δοκοῦσαι πρὸς ὀλίγον ἀνθεῖν. — Ταῦτα τὰ δράγματα τῶν ζιζανίων ἐστὶν, καὶ οὐ πληροῖ τὸν νοῦν· οὐ γάρ ἐστιν ἐκ τοῦ πληρώματος, τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρωμένου· διόπερ καὶ οἱ ἅγιοι, οὓς παράγοντας εἶπε τὸν κόσμον τοῦτον, οὐκ εὐλογοῦσι, τὰ δράγματα ταῦτα συνάγοντες. Ἔστι καὶ δράγματα κακίας καὶ ἀγνωσίας. — Ὅταν δὲ ἐμφυὴς ψυχὴ καὶ δύναμις τελεία ματαία ᾖ καὶ ψευδῆ μαθήματα, τὰ τοιαῦτα χόρτος ἐστὶ δωμάτων.

et idcirco consolatur Israel. — Prolongant iniquitatem suam inimici, dum continuas ingerunt vexationes; sive per tentationes adversus mentem, sive per exteriora flagella, ut apud Job. — Sed pro *fabricaverunt*, alius vertit *araverunt*. Scilicet pro aratro habent in me adversus Dominum insidias, ait ille qui vicit, immo *qui concidit cervices* eorum Deus, utroque interprete habente *laqueos*, nimirum insidias quas ostendit strui, dum civitas surgere inciperet, sicut et Ecclesiæ ab initio multi insidiati sunt imperatores, hæreses, populi. — Animos postquam addidit ex rerum præteritarum historia, idem nunc per votum efficit, evincens belli prætextum esse injustum et invidia conflatum, quibuscum accommodat illud *confundantur*, ac simul adducto in exemplum feno tectorum, lubricam adversariorum prosperitatem ostendit tum ex loco, tum propter natum in eo gramen caducum. Hostium enim irruptiones, radice simul et substantia destitutæ, florere vix modico tempore videntur. — *Manipuli* illi sunt zizaniorum, quæ animum non implent, quum non sint ex hac plenitudine ejus qui omnia in omnibus cumulat. Idcirco etiam sancti quos ait eos esse *qui præteribant* per hunc mundum, non benedicunt, dum hos manipulos colligunt. Sunt etiam manipuli nequitiæ et ignorantiæ. — Quando autem anima ingenua et virtus perfecta evanescit, et falsæ insunt doctrinæ, talia fenum sunt tectorum.

(*a*) Obscuro et corrupto loco ut quid lucis cum medela adhibeatur, plura notare præstat: 1° In Vatic. 5 legitur ἔργον εἶχον, et postea ἑκάτερον ἑρμηνεύσαντα. 2° Primus adductus interpres, Aquila est, cui tribuitur ἠροτρίασεν, juxta hebraicum: *In dorso meo araverunt aratro*, quo aratri et plaustri supplicio contriti aliquando hostes victi referuntur. Unde Isaiæ xxv, 10: Triturabitur Moab sub eo sicut feruntur *paleæ in plaustro*. 3° Duo posteriores interpretes, qui habent *laqueos* sunt idem Aquila et Symmachus, ut apud Field. ii, 286. Quibus perpensis, attendut lector, si ardua correctio nostra scopum attigerit.

Psalmus CXXIX.

v. 3-5. Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; Ὅτε παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστιν, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε, Κύριε. Ἀπὸ φυλακῆς κτλ.

Ὁ δὲ τοῦ Κύριε διπλασιασμὸς, θαυμάζοντός ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας τὸν ὄγκον, παρ' ἧς καὶ τὸν ἱλασμὸν εἶναί φησιν, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς ἡμετέροις κατορθώμασιν. Ἕνεκεν, ὡσεὶ ἔλεγεν, τῆς γνώσεώς σου ὑπέμεινά σε, Κύριε, ἢ διὰ τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα ὑπομονὴ κρείττων τῆς δι' ἄλλο τι. — Ταῦτα τῶν μὴ διὰ χρείαν βιωτικὴν, δι' αὐτὸ δὲ τὸ σεπτὸν ὄνομα προσιόντων, οὕτω καὶ ἐν ὑπομονῇ τρεχόντων τὸν προκείμενον ἀγῶνα, καὶ κατὰ μηδένα καιρὸν ἀφισταμένων Θεοῦ καὶ τῶν ἀρεσκόντων αὐτῷ. — Ἀντὶ δὲ τοῦ ὀνόματος Ἀκύλας μὲν καὶ Θεοδοτίων φόβον ἡρμήνευσαν· Σύμμαχος δὲ νόμον. Οὐ γὰρ ἀπαγορεύω, φησὶν, εἰδὼς ὅτι καθάπερ νόμον ἔχεις τὸν ἔλεον, ἀλλὰ ἀναμένω τῶν ἀγαθῶν τὴν ὑπόσχεσιν. Ταύτην γὰρ ὁ λόγος δηλοῖ, διότι φιλανθρωπίαν τοῖς μετανοοῦσιν ὑπέσχετο. Τὸ γὰρ τίμιον αὐτοῦ λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν δέδωκεν αἷμα, γενόμενος ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ· οὗτος γὰρ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. Ἐποίησε δὲ καὶ λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, κατὰ τὸν Ζαχαρίαν, καὶ κατὰ τὴν ἁγίαν Παρθένον· Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους. Δεῖ γὰρ ἐν τοῖς σκυθρωποῖς προσδοκᾶν ἐπὶ Κύριον· οὐ γὰρ μόνον ὅτε φυλακὴ πρωϊνὴ καὶ λαμπρὰ τὰ παρόντα, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ζοφερῶν περιστάσεων· ἀλλὰ καὶ ἀνατείλοντος τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς, ὁ θεωρητικὸς νοῦς προσθήκην ἐκ Θεοῦ τῶν φαιδρῶν καὶ τῶν σκυθρωπῶν ἀπαλλαγὴν ἠλπίσατο· παραιτέω γὰρ ὡς ἐν

v. 3-5. *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? Quoniam apud te propitiatio est, propter nomen tuum sustinui te, Domine. A custodia etc.*

Hæc geminatio, *Domine, Domine,* vox est admirantis ingens clementiæ Dei pondus, ex qua pendere ait propitiationem, non vero ab egregiis actibus nostris. — Ac si dixerit: *Sustinui te, Domine,* propter scientiam de te, vel quod propter Dei nomen, melior est patientia quam ob quidvis aliud. — Hæc verba quidem non eorum sunt qui vitæ necessitatem prospiciunt, sed qui ipsum nomen venerandum attendunt, sicque patienter currunt ad propositum certamen, neque ullo in tempore a Deo recedunt, aut ab ipsius beneplacitis. — Ubi *propter nomen tuum,* Aquila et Theodotion interpretati sunt *timorem;* Symmachus vero *legem.* Haud enim despero, inquit, sciens quod veluti legem habes miserationem, sed exspecto bonorum promissionem. Hanc enim sermo declarat, quoniam pœnitentibus misericordiam promisit. Pro nobis enim eximium pretium dedit sanguinem suum, Agnus Dei factus. Ipse enim nostra fert peccata, et pro nobis dira passus est. «Etiam fecit redemptionem plebi suæ,» juxta Zachariam, et secundum sacram Virginem: «Suscepit Israel puerum suum, recordari misericordiæ suæ.» Oportet enim, etiam in molestis rebus, exspectare Dominum, non solum quando custodia est matutina ac præsentia sunt luculenta, sed usque ad tenebras calamitatum. Sed et exoriente vero lu-

Ps. cxxix. v. 4, 5. Vat. 5. Hebr, xii, 1. Joan. i, 29. Luc. 1, 54, 68. Ab initio nonnulla præ oculis habuit Chrysostomus, qualis extat apud Corderium, ubi cum Origene, quantumvis ille apud Antiochenos male audierit, sæpissime convenit Chrysostomus, qui tantum in hisce ultimis psalmis frequens occurrit. Hic et supra cf. Field. ii. l. l. cf. et emenda Athanas h. l.

πηγῇ, καὶ παρ' αὐτῷ τῷ ἔλεος· τὸ αὐτῷ ὄντι λυτρώσει καὶ τῷ ἱλασμῷ τῷ ἱκανῶς πολλὰς τὰς ἁμαρτίας περικαθαίροντι.

mine, anima contemplativa a Deo sperare solet tam serenorum dierum incrementum quam luctus cessationem. Expostulo enim, ut ex fonte, et ab ipso misericordiam, quum idem ipse sit redemptio et piaculum idoneum ad multa peccata emendanda.

Psalmus CXXX.

Ὠδὴ ἀναβαθμῶν.

Ὑπόθεσις. Παιδεύει διὰ τούτων τὸν ἀκροατὴν, [μὴ] μετὰ κακῶν ἀπαλλαγὴν ἐπανελθεῖν εἰς ἀπόνοιαν, καὶ τῶν ἐκ ταύτης πάλιν πειραθῆναι κακῶν, ἑτέρας δεηθέντα ἁλώσεως, μὴ ἀνεσπακέναι, λέγοντα τὰς ὀφρῦς τῆς ἔνδον πληγῆς, τοῦ πάθους κατατεινούσης μοι τὸν αὐχένα.

v. 1. Κύριε, οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου, οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου, οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις, οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ.

Ἐν μεγάλοις δὲ λέγει, τοῖς ὑπερηφάνοις ἀνδράσιν· καὶ τοὺς τὸ πάθος γὰρ ἔχοντας ἔφευγον, τὴν ἐξ αὐτῶν ἐφορώμενος λύμην. — Πρὸς δὲ τὸ μὴ ἐπαρθῆναι, φησὶν, τὴν ἐναντίαν ἀρετὴν εἰς ὑπερβολὴν ἐπετήδευον, ἣν καὶ ὁ σωτὴρ ἐδίδασκε, λέγων· Ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

v. 2. Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ἀλλὰ ὕψωσα τὴν ψυχήν μου, ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, ὡς ἀνταποδώσεις ἐπὶ τὴν ψυχήν μου.

Ἀπογαλακτισθέντα δὲ λέγει παιδία, τὴν θλῖψιν δηλῶν· οὐ γὰρ ἀφίσταται τῆς μητρὸς, ὀδυνώμενος ἐπὶ τῷ στερηθῆναι τοῦ γάλακτος· οὕτως ὢν ἐν συμφοραῖς κἀγὼ, φησὶν, ηὐχόμην ἀεὶ τῷ Θεῷ· εἰ δὲ μὴ οὕτως ἦν, δίκην δοίην ἐσχάτην· καὶ ἄλλως τῇ τοῦ ἀπογεγαλακτισμένου ψυχῇ μισθὸν ἀνταποδίδωσι Κύριος τῆς ἐπὶ τοσοῦτον ἀναβάσεως·

Canticum Graduum.

Argumentum. In hoc psalmo instruit auditorem, ne remotis malis, recidat in insipientiam, neve ob eam oporteat eum malis iterum probari altero excidio, nec loquendo supercilia attollat, [sive superbiam] interioris plagæ, passionis meæ attollentem collum.

v. 1. *Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.*

In magnis dicit, scilicet inter homines superbos, quo vitio laborantes effugi, ab illorum considerans exitium. — Quod spectat ad non superbiendum, contrariam, inquit, virtutem ad excessum persequebar, de qua docenda Salvator ait: « Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. »

v. 2. *Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam, sicut ablactatus super matre sua, sic retribues in animam meam.*

Loquitur autem de ablactatis pueris, angustiam significans. Haud enim a matre amovetur puer dolens lacte privari. Ita ego, inquit, in pressuris jacens, preces Deo obtuli perpetuas. Nisi ita fuerit, ultimum luam supplicium. Cæterum concedit Deus animæ illius qui taliter ablactatus est, retributionem quæ in hoc

Ps. cxxx. *Argum.* Vat. 5. λέγων ποτε τὰς ὀφρῦς cod. sæpissime depravatus.

v. 1. Vat. 5. Matt. xviii, 3.
v. 2. Vat. 5, 12. Galat. iv, 26. cf. Athan.

ὁ δὲ τοιοῦτος ἑαυτὸν οὐχ ὑψοῖ, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ὑψοῦται, περὶ ἧς εἴρηται· Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστίν· ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. Καίπερ βασιλεὺς ἐγώ, φησὶν ὁ τοσοῦτος, ταπεινὸν ἐμαυτὸν καταστήσας, προσήγαγον τῷ ἱλασμῷ καὶ τῷ λύτρῳ τῆς σωτηρίας· οὕτως εἰ ταύτην μετέλθοι τὴν ὁδὸν Ἰσραήλ, λυτρωθήσεται. Τὸ τῆς ὑπερηφανίας πάθος, καρδίας ψεκτὸν ὕψωμα καὶ ὀφθαλμῶν μετεωρισμὸν ὠνόμασεν.

gradu consistit. Hujusmodi vir non exaltat se, sed magnificatur super matre sua, de qua scribitur: « Superna autem Hierusalem libera est, quæ mater est nostra. » — Quantumvis rex ego sim, inquit tantus vir, me humilem statuens, accessi ad piaculum et pretium salutis. Ita, si eamdem in viam revertatur, Israel liberabitur. — Superbiæ morbum vocavit ineptum cordis tumorem et oculorum supercilium.

Psalmus CXXXI.

v. 1. Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ Δαυίδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ.

Ἐκείνου μνημονεύει ὁ Κύριος τοῦ ἐν ᾧ γίνεται.,. Εἰ δὲ πραότητος μνημονεύει ὁ Κύριος, πολλῆς ἀοργησίας χρεία, ἵνα τις δέξηται τὸν Θεόν. — Ἢ καὶ ὡς πρᾶος ὁ Δαυίδ, κληρονομίαν αἰτεῖ, τὴν τῶν πραέων, γῆν.

v. 1. *Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis ejus.*

Illius meminit Dominus in quo est... si autem mansuetudinis meminit Dominus, multa lenitate opus est, ut quis suscipiat Deum. — Vel quia mansuetus erat David, hæreditatem postulat quæ est mansuetorum, terram.

v. 6. Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾷ, εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ.

Περὶ τῆς σοφίας λέγει προφητικῶς, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. — Ἢ καὶ ἄλλως· ἅπερ ἤκουσαν παρὰ τῶν πατέρων, φησίν, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ σκηνὴ περιείη πανταχοῦ, ἐκ τόπου τόπον ἀμείβουσα, ἐν ἀγροῖς τε καὶ πεδίοις, καὶ ἡδράσθη μετὰ ταῦτα, ὃ δὴ γενέσθω καὶ νῦν. Ἐφραθὰ δὲ νῦν λέγει τὴν Ἰούδα φυλήν, εἰς ἣν μετὰ τὴν πολλὴν εἰσηνέχθη περίοδον. Ἐν τῇ Γενέσει, Ἐφραθὰ θυμὸν ὅρα αὐτήν. Ἐν Δευτερονομίῳ σημαίνεται ὁ σκοπὸς ὁ τέταρτος· ἐν Μιχαίᾳ, γῆ καρποφορου-

v. 6. *Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis sylvæ.*

Prophetice loquitur de sapientia quæ est Christus. — Vel aliter: quæ audiverunt a patribus, inquit, videlicet quomodo tabernaculum Dei circuierit undequaque, e loco in locum translatum, in agros et campos, ac postea firmatum sit, id tandem nunc quoque fiat. Jam vero Ephrata vocat tribum Juda, in qua post plurimum circuitum tabernaculum stetit. Significat in Genesi Ephrata: *Vide eam furorem;* in Deuteronomio, quartum

Ps. cxxxi. v, 1. Vat. 16, exordio a BB. recepto tam in hoc v. quam in sequente; utraque brevi lacinia et nostra et Maurinorum scholia genuina confirmantur.

v. 6. Vat. 5. Cf. Genes, xxxv, 16, xlviii, 7. Michæas v, 2. Pro Deuteron. fort. legendum Num. xiii, 8, ubi frustra quæretur Ephrata. Obscura autem etyma, quæ in fine pullulant, declarare longum est. Legendum μανία pro μαρία observant Hemsterhusius, Welstenius, Alberti, alii. An recte? Hieronymus ad Mich. v, 2. interpretatur *furorem*. Zonaras in lexico ad h. v nostra ultima regerit: Παρ' Ἑβραίοις σημαίνει Μαρία τὸ Ἐφραθά. Sed neque nodum solvunt varia *Onomastica sacra* a Paulo Lagarde edita. Gotting. 1870, ubi tantum *consolatio* p. 182, 5, et quæ locum Ephrata describunt p. 281, 25; 251, 74; 252, 7, 11; 267, 55; 301, 35.

μένη. Παρ' Ἑβραίοις τὸ Ἐφραθὰ Μαρία σημαίνει.

v. 7. Προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ.

Λέγει δὲ ὅτι ἐκεῖ προσκυνοῦμεν, θείας ἐπιφανείας τὸν ναὸν ἠξιῶσθαι πιστεύοντες· ταύτην γὰρ ἔχει διάνοιαν τό· Οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. Ἀσώματον γὰρ καὶ ἀπερίγραφον τὸ θεῖον· σωματικώτερον δὲ ἡ γραφὴ περὶ αὐτοῦ διαλέγεται, ταῖς ἀνθρωπίναις ἀκοαῖς μετιοῦσα τοὺς λόγους. Προσκυνοῦμεν τὴν σάρκα τοῦ σωτῆρος [οὐ] διὰ τὴν φύσιν, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν αὐτῇ· καὶ ἡ μὲν σὰρξ προσκυνητὴ διὰ τὸν Θεὸν Λόγον, τὸν ἐν αὐτῇ. — Χριστὸν δὲ ἐνταῦθά φημι τὴν λογικὴν ψυχήν, τὴν μετὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐπιδημήσασαν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων· μόνη γὰρ σὰρξ οὐ πέφυκε δέχεσθαι Θεόν, διότι ὁ Θεὸς ἡμῶν σοφία ἐστίν. Ἐν δὲ καρδίᾳ ἀγαθῇ, φησὶν ὁ Σαλομών, ἀναπαύσεται σοφία. Οὐδὲν δὲ συνεστώντων ἐκ τῶν τεττάρων στοιχείων γνώσεώς ἐστι δεκτικόν. Γνωστὸς δὲ ἡμῶν ἐστιν ὁ Θεός.

v. 8. Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου.

Ἡ σὰρξ μέν ἐστι κιβωτὸς τοῦ Κυρίου· κιβωτὸς δὲ Θεοῦ ὁ Χριστός, εἴπερ ὁ Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. Καὶ ἄλλως ἀνάπαυσιν Θεοῦ καλοῦσιν τὴν κατὰ νόμον λατρείαν, οὐχ ὅτι δεόμενος ἦν, ἀλλ' ὅτι τοῖς εὐσεβοῦσιν ἀνανεπαύετο. Τῷ δὲ ναῷ τὴν θείαν χάριν καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἀξιοῦσιν αὖθις ἀποδοθῆναι. Μέμνηται δὲ τῆς κιβωτοῦ, ἐπειδὴ ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων ἔκειτο, τὰς πλάκας ἔχουσα, δι' οὗ τῷ ἀρχιερεῖ μηνύματά τινα τῆς θείας ἐπιφανείας ἐγίνετο.

exploratorem. Apud Michæam *terram fructiferam;* apud Hebræos *Mariam* indicat.

v. 7. *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.*

Ait autem quod illic adoramus, fide profitentes templum honoratum fuisse divina manifestatione: ea mens enim est verborum: *Ubi steterunt pedes ejus.* Numen namque divinum corporis est expers, et circumscribi nescium. Pinguiore autem stylo Scriptura de ipso confabulatur, humanis ut auribus sermones metiatur. — Adoramus Salvatoris carnem, non propter ejus naturam, sed quia Christus in ea est: et caro quidem adoratur Deum propter Verbum quod in ea est. — Eo autem loco Christum dico animam ratione instructam, quæ cum Verbo Deo emensa est hominum vitam. Sola enim caro ea non est quæ Deum recipiat, quia Deus noster sapientia est. « In corde bono, ait Salomon, requiescet sapientia. » Res porro nulla ex quatuor compacta elementis, capax est gnoseos. Nostri autem Deus cognitor est.

v. 8. *Exurge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ.*

Caro quidem est arca Domini; arca vero Dei, Christus, in quo quippe « Deus erat, mundum sibi reconcilians. » Et in alio sensu, requiem Dei vocant cultum ex lege actum, non quod eo opus habuerit, sed quod piis in viris requiescebat. In templo autem iterum fieri Dei gratiam et concedi manifestationem deprecantur. Arcam autem comminiscitur, quoniam in sanctis sanctorum stetit, legis continens tabulas, hic ubi summo sacerdoti fiebant divinæ manifestationis monimenta.

v. 7. Vat. 4, 5. Prov. xiv, 33.

v. 8. Vat. 5, 12. Caute lege et cf. Anal. t. ii. 475.

v. 9. Οἱ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται δικαιοσύνην, καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσονται.

Οὐκέτι φησὶ κατὰ τὸν νόμον στολάς, ἀλλ' αὐτὴν τὴν δικαιοσύνην· δικαιοσύνη δὲ ὁ Χριστός. Ὥσπερ ἐνδύεταί τις δικαιοσύνην, οὕτω καὶ σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν καὶ ἀγάπην καὶ μακροθυμίαν καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετάς. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἔνδυμα γάμου, ἱερατικὸν ἔνδυμα δικαιοσύνη, ὅπερ ἑαυτῷ τις ἐνδύεται, διὰ τὸ εἶναι δίκαιος, ἵνα μετὰ τοῦτο αὐτὸς ὁ Θεὸς ἐνδύσῃ αὐτὸν σωτηρίας, ὡς ἐπηγγείλατο λέγων· Τοὺς ἱερεῖς αὐτῶν ἐνδύσω σωτηρίαν. Τοὺς μέντοι ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ, φησὶν, ἐνδύσει αἰσχύνην. Ἀνωτέρω μέν· Οἱ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται δικαιοσύνην, λέγεται. Μετ' ὀλίγα δέ· Καὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτῆς ἐνδύσει σωτηρίας· ὅταν γὰρ ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἐνδύσωνται δικαιοσύνην, τότε ἀπὸ Θεοῦ ἐνδύσονται σωτηρίας.

Μετ' ὀλίγα δέ. Καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται. Τῇ γὰρ ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἀγαλλιάσει καὶ οἱ ὅσιοι τοῦ Θεοῦ ἀγαλλιάσονται.

v. 11. Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαυὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτήν· ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου.

Λέγει δὲ καὶ ὁ Ὠριγένης· Τὸ ἀψευδὲς τῆς ἐπαγγελλίας, ὅρκον ὠνόμασεν. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσιν· ὁ δὲ Θεὸς κατ' οὐδενὸς ἔχει ὀμόσαι. — Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. Καὶ δώσει αὐτῷ, φησὶ Γαβριὴλ τῇ Μαρίᾳ, ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Θρόνος μέν ἐστι τοῦ Θεοῦ ἡ φύσις ἡ λογική· θρόνος δὲ Χριστοῦ ἡ θεωρία τῶν γεγονότων καὶ γενησομένων αἰώνων.

v. 15. Τὴν θήραν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω, τοὺς πτωχοὺς αὐτῆς χορτάσω ἄρτων.

Ταύτης τῆς θήρας ὁ ἐν ταῖς Παροιμίαις οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος. Ἐκ ταύτης δὲ θήρας

v. 9. Vat, 12.
v. 11. Vat. 5, 16. Luc. 1, 32, 55.

v. 9. *Sacerdotes tui induentur justitiam, et sancti tui exultatione exultabunt.*

Minime loquitur de legalibus indumentis, sed de ipsa justitia: justitia autem Christus est. Quemadmodum quis induit justitiam, ita et prudentiam et fortitudinem et charitatem et longanimitatem et reliquas virtutes. Et hæc est vestis nuptialis in evangeliis, sacerdotalis vestis est justitia, quam quis induit, in eo quod justus est, ut postmodum Deus induat eum salute, sicut pollicetur infra dicens: *Sacerdotes ejus induam salute*, dum interim hostes Dei, ait, *induet ignominia*. Superius quidem dicitur: *Sacerdotes tui induent justitiam.* Paulo post vero: *Sacerdotes induet salutari;* quando enim sponte sua induent justitiam, tunc a Deo salute induentur.

Et post pauca: *Et sancti tui exultatione exultabunt;* nam illa lætitia, quæ penes nos est, etiam sancti Dei laetabuntur.

v. 11. *Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eum: De fructu ventris tui ponam super thronum tuum.*

Ait quoque Origenes: Falli nesciam promissionem juramentum nominavit. Homines quidem per majorem sui jurant: Deus autem neminem habet in quo juret. — *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* « Et dabit illi Deus, ait Gabriel Mariæ, sedem patris sui David.» Thronus Dei est natura spiritualis; Christi autem thronus est contemplatio sæculorum quæ fuere et quæ erunt.

v. 15. *Venationem ejus benedicens benedicam, pauperes ejus saturabo panibus.*

Qua venatione memoratus in Proverbiis fraudulentus non fruetur. Sed ex illa

v. 15, 16. Vat. 5.

ἦν καὶ τὸ προσενεχθὲν βρῶμα τῷ Ἰσαὰκ ἀπὸ Ἰακὼβ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ.

v. 16. Τοὺς ἱερεῖς αὐτῆς ἐνδύσω σωτηρίαν, καὶ οἱ ὅσιοι αὐτῆς ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται.

Θήρα, πτωχοί, ἱερεῖς, ὅσιοι, τέσσαρα εἴδη τῶν οἰκείων τῆς Σιών.

v. 17. Ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου.

Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων.

v. 18. Τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐνδύσω αἰσχύνην· ἐπὶ δὲ τὸν αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου.

Διὸ καὶ ἐπ' αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ, περὶ οὗ φησιν ἐν Ἡσαΐᾳ· Καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται, ᾧ ἀκολούθως τό· Τὰ ἄνθη τῆς γῆς ὤφθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, τῷ εἶναι ἄνθη τοιαῦτα εἰληφότα πρὸς τοῦ ἐξανθουμένου ὑπὸ Κυρίου ἁγιάσματος. Τοῦτο γὰρ τὸ ἐξανθοῦν ἁγιάζει τοὺς προσπελάζοντας αὐτῷ· αὐτὸ ὂν τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ καὶ ἄνθος, ὥστ' ἂν εἰπεῖν· Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, καὶ κρῖνον τῶν κοιλάδων. Ἐπὰν οὖν αὐτὰ ποιῇ τὸ ἄνθος καὶ τὸ κρῖνον τοῦ πεδίου καὶ κρῖνον τῶν κοιλάδων, εἰκότως ὀφθήσεται τὰ ἄνθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, ἐξανατείλαντος τοῦ Θεοῦ τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς πεφωτισμένους καὶ νεάζοντας εἶναι ἐπὶ τὴν μακαρίαν καὶ πνευματικὴν ἑορτήν.

venatione erat quidquid ciborum oblatum est Isaac a filio suo Jacob.

v. 16. *Sacerdotes ejus induam salutari, et sancti ejus exultatione exultabunt.*

Venatio, pauperes, sacerdotes, sancti, quatuor sunt species famulorum Sion.

v. 17. *Præparavi lucernam Christo meo.*

« Ille erat lucerna ardens et lucens. »

v. 18. *Inimicos ejus induam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.*

Etenim super illum efflorebit sanctitas ejus, de quo dicit apud Isaiam « Et flos ex radice ascendet; » quibus id congruit: « Flores terræ apparuerunt in terra nostra, » in eo quod ejusmodi flores collecti fuere, ut floribus distinguat Dominus sanctuarium. Hæc enim defloratio sanctos efficit appropinquantes Deum, quum idem omnino sit sanctitas Dei et flos, ut etiam dixerit: « Ego sum flos agri et lilium convallium. » Quum igitur similia fecerit florem et lilium agri et lilium convallium, verosimile est cernendos esse flores in terra nostra, quando, oriente Deo, sanctitas ejus efflorebit, dum illuminati et renovati juvenes sunt in beata et spirituali festivitate.

v. 17. 18. Vat. 12. Ps. xi, 1. Cant. v, 12, ii, 1. Jo. v, 35. Is. xi, 1. Fort pro εἰληφότα leg. εἰλημμένα.

Psalmus CXXXII.

v. 1. Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπιτοαυτό.

Οὗτοι κατοικοῦσι ἐπιτοαυτὸ, οἱ τὸ αὐτὸ ἐν Κυρίῳ φρονοῦντες.

v. 2. Ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς τὸ καταβαῖ-

v. 1. *Ecce jam quid bonum vel quid jucundum, nisi habitare fratres in unum.*

Illi habitant in unum, qui idem in Christo sapiunt.

v. 2. *Sicut unguentum in capite, quod*

Ps. cxxxii. v. 1, Vat. 5.
v. 2. Vat. 5, 12. Cant. 1, 1. Ps. cxxxi, 9. Codd. nostri nihil omnino habent ex ineptissimo scholio quod a Corderio solo BB receperunt.

νον ἐπὶ πώγωνα, τὸν πώγωνα τοῦ Ἀαρὼν, τὸ καταβαῖνον ἐπὶ ὤαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ.

Εἰ τὸ ἔνδυμα τῶν ἱερέων δικαιοσύνη ἐστὶν (οἱ ἱερεῖς σου γὰρ, φησὶν, ἐνδύσονται δικαιοσύνην), ἱερεὺς δὲ ἦν ὁ Ἀαρὼν, τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἦν ἄρα δικαιοσύνη. Ἐπὶ οὖν τὸν τοιοῦτον πώγωνα καὶ τὸ ἔνδυμα τὸ τοιοῦτον ἔρχεται τὸ οὐράνιον μύρον, ὅ ἐστιν γνῶσις ἡ τοῦ Θεοῦ. Μύρον ἐκκενωθὲν, ὄνομά σου. — Τοῦτον τὸν πώγωνα φέρει ὁ καταντήσας εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ.

descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti ejus.

Si indumentum sacerdotum est justitia (nam « Sacerdotes tui, inquit, induent justitiam), » Aaron vero sacerdos erat, ergo vestimentum ejus erat justitia. Super hancce igitur barbam et super simile vestimentum descendit cœleste unguentum, quod est Dei gnosis. « Unguentum effusum nomen tuum, » Hanc barbam ille fert, « qui occurrit in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. »

Psalmus CXXXIII.

v. 4. Εὐλογήσαι σε Κύριος ἐκ Σιὼν, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

Ἐκ Σιὼν δὲ, φησὶν, ἐπειδὴ καὶ τοὔνομα ποθεινὸν ὑπῆρχεν αὐτοῖς, ἔνθα πάσης ἁγιστείας ὑπόθεσις ἦν· εἶτα διδάσκει πανταχόθεν καλεῖν, λέγων· Ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

v. 3. *Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum et terram.*

Ex Sion, inquit, cujus nomen illis desiderabile fuit, unde totius sanctimoniæ argumentum erat. Tum docet ut quocumque ex loco invocetur, ut qui *fecit cœlum et terram.*

Ps. cxxxiii. v. 5. Vat. 5. Cod. mendose habet ἀγχιστείας.

Psalmus CXXXIV.

v. 5, 6. Ὅτι ἐγὼ ἔγνωκα ὅτι μέγας ὁ Κύριος. Καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν παρὰ πάντας τοὺς θεούς. Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος, ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τῇ γῇ, ἐν τοῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις.

Γνώσεως χρεία, πρὸς τὸ θεωρῆσαι τὴν μεγαλειότητα τοῦ Κυρίου. — Συμμετρεῖ τὸν λόγον πρὸς τὴν τῶν ἀκουόντων ἀσθένειαν· ἀγαπητὸν γὰρ αὐτοῖς γνῶναι Θεὸν, τέως ὅτι πάντων ἀνώτατος, κατασκευάζοντα τὰ μέγιστα δείκνυσι, λέγων· Πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Κύριος, καλά ἐστιν, ἅτε θελήματι Θεοῦ γεγενημένα. — Καὶ ἐν ταῖς ἀβύσσοις ἀλλη-

v. 5, 6. *Quia ego cognovi quod magnus est Dominus, et Deus noster præ omnibus diis. Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in cœlo et in terra, in maribus et in omnibus abyssis.*

Scientia opus est ad contemplandam Dei magnificentiam. — Attemperat sermonem ad audientium imbecillitatem; quibus enim jucundum erat nosse Deum esse præ omnibus altissimum, construentem eum ingentia ostendit, dicens: *Omnia quæcumque fecit* Dominus, pulchra sunt, ut quæ facta voluntate Dei fue-

Ps. cxxxiv. v. 5, 6. Vat. 5. Matth. viii, 31. In fine Origenes aut scripsisse aut reservavisse sibi scribendum videtur *librum de Judiciis,* de quo argumento eum vexari et urgeri jam repperimus, in quo libro curiosus homo etiam de universo rerum orbe disputasset.

γορικῶς λεγομέναις οἱ καταχθόνιοι δαίμονες, πρὸς οὓς οὐ πεμφθῆναι ἐκάλουν τὸν Χριστὸν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις οἱ ἐπίγειοι δαίμονες. Ἡ δὲ τούτων τῶν κόσμων καὶ τῶν διαφόρων σωμάτων ἀκριβεστέρα γνῶσις ἐν τοῖς περὶ κρίσεως λόγοις ἀπόκειται. — Ἴδε ἐξουσίαν μηδαμοῦ Κυρίῳ κωλυομένην· τὰς ἀβύσσους γὰρ ἐποίησε, τὰς ἐπάνω τοῦ οὐρανοῦ καὶ ὑπάτω τῆς γῆς.

runt. Etiam in abyssis allegorice dictis sunt infernales dæmones, ad quos ne mitterentur, terrestres dæmones Christum in evangeliis deprecabantur: sed dė his mundi sphæris et diversis rerum corporibus scientia penitior sermonibus de judicio reservatur. — Vide potentiam Dei nullibi cohiberi; abyssos enim fecit, sive quæ ultra cœlos, sive quæ sub terra sunt.

v. 7. Ἀνάγων νεφέλας ἐξ ἐσχάτων τῆς γῆς, ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησεν, ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ.

Οἱ τροπικῶς νῦν λεγόμενοι ἄνεμοι τοὺς τῆς ψυχῆς στάχυς ἐκ τῶν καλύκων προβάλλουσιν, ἵν' οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θερίσωσιν. Ἄλλως. Ἄνεμός ἐστιν φύσις λογικὴ τὸν ἀπὸ πρακτικῆς ὑψωθέντα νοῦν ἐπὶ τὴν τῆς γνώσεως μεταφέρουσα τελειότητα.

v. 12-14. Καὶ ἔδωκε τὴν γῆν αὐτῶν κληρονομίαν, κληρονομίαν Ἰσραὴλ λαῷ αὐτοῦ. Κύριε, τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα καὶ τὸ μνημόσυνόν σου εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Ὅτι κρινεῖ Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ.

v. *Qui adducit nubes ab extremis terræ, fulgura in pluviam fecit; qui educit ventos de thesauris suis.*

Per figuram venti qui dicuntur, turbines sunt, qui animæ excutiunt spicas ex florum calicibus, ut illi qui in lacrymis seminent, in exultatione metant. — Aliter, ventus est natura spiritualis, quæ mentem ex vita actuosa evehit ad perfectionem scientiæ.

v. 12-14. *Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo. Domine nomen tuum in æternum, et memoriale tuum in generationem et generationem; quia judicabit Dominus populum suum.*

v. 7. Vat. 5, 14. Abstinere nequeo, ne recentiores concrepent usquequaque et turgeant de inventa nubium et aeris œconomia, quin locum insignem recipiam, ne ab Origene dicam, a Theodoro Heracleota, cui certe obvius fuit et expilatus integer nostri commentarius in hunc psalmum: Τὸ δὲ θαυμαστότερον, ὅτι κατωφερὴς οὖσα τῶν ὑδάτων ἡ φύσις, θείῳ λόγῳ ἀνέλκεται καὶ μετέωρος γίνεται, καὶ φερομένη διαβαστάζεται, ἕως ἂν ἐκραγῇ. Αὐτὸς δέ ἐστι, φησίν, ὁ καὶ ὑετὸν ποιῶν καὶ ἀστραπάς. Προμηνύει γὰρ τὴν χορηγίαν τῶν ὑδάτων διὰ τῶν ἀστραπῶν, καὶ δείκνυσι θαῦμα παράδοξον, ἐναντίας φύσεις συνιούσας καὶ διατηρούσας τὸ ἴδιον, τὸ πῦρ ἐν τῷ ὕδατι, καὶ τὸ ὕδωρ ἐν τῷ πυρί· καὶ γὰρ ἐν ὕδασι τὸ ἀστραπαῖον πῦρ διατρέχον, οὔτε ἐκεῖνο θερμαίνει, οὔτε αὐτὸ κατασβέννυται.

" Hoc autem magis admirandum, quod cum aquarum natura deorsum feratur, divino verbo sursum tollatur et sublimis fiat, et circumlata libretur, donec erumpat: " Ipse est, inquit, qui etiam pluviam facit et fulgura „ Aquarum enim copiam per fulgura prænuntiat: et prodigiosum exhibet portentum, scilicet contrarias naturas conjunctas et proprietatem suam conservantes, ignem in aqua et aquam in igne: si quidem in aquis fulgureus ignis (l'eletricité) decurrit, neque illas calefacit, neque ipse extinguitur. „ Quæ non tantum græce, sed latine retulimus ad usum recentium physicorum vix Latio, ne de Hellade loquar, assuetorum. Eadem legisse potuit Chrysostomus, cum hæc et alia ex nostris aperte respiciat apud Corderium. Hæc jam notaveram dudum, quum incidi in similem et doctam psalmi interpretationem, quam cl. abbas Moigno inseruit in suum insigne opus: *Les splendeurs de la foi* t. II, p. 232. Etiam cf. Theodoret.

v. 12-14. Vat. 5, 16. Galat. 1, 3, 4, 5 Rom. IX, 4, 5. Nota varietates, et cogita an ibi lateant veterum christianorum ἐφύμνια, quæ verbis sacris leviter mutatis, interpres ex memoria revocat.

Τὸ δὲ συνεχὲς τοῦ λόγου τῇ δοξολογίᾳ διέκοψεν, ὡς καὶ γράφων τοῖς Γαλάταις ὁ Παῦλος. Εἰπὼν γάρ· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐπήγαγεν· Ὧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ ἀλλαχοῦ· Ὧν ἡ υἱοθεσία καὶ δόξα καὶ ἡ λατρεία καὶ ἡ ἐπαγγελία, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ νῦν ὁ προφήτης ἐννοήσας τήντε καθόλου πρόνοιαν καὶ τὰ συμβάντα περὶ τὸν Ἰσραὴλ, πυρωθεὶς ἀπὸ τῆς ἀφάτου φιλανθρωπίας, δοξολογεῖ τὸν Θεὸν, ὡς ἄληκτον ἔχοντα δόξαν. Περὶ δὲ τοῦ λαοῦ φησιν ἢ ὅτι δίκην αὐτὸν ἀπαιτήσει, καὶ παύσεται μετὰ ταῦτα, ἢ ὅτι ἐκδικήσει μὲν τὸν λαὸν, ἐπ' αὐτῷ δὲ παρακληθήσεται, ὃν διὰ τὴν ἐκείνων ἀξίαν [οἰκτειρεῖ], ὅπου γὰρ παράκλησις, συγγνώμης χρεία καὶ φιλανθρωπίας καιρός. — Καθάπερ γὰρ ὅτε κλῆρον πατρῷον τὴν ὑπ' ἐκείνων τῶν δυσσεβῶν βασιλέων κατασχεθῆναι γῆν τοῦ Ἰσραὴλ ἔδωκεν ὁ τούτου Θεὸς, ἐστὶ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἡ θεωρία τῶν γεγονότων· αὕτη δὲ κατὰ τὸν Κύριον ἐντὸς ἡμῶν ἐστι· τὰ δὲ ἐντὸς [ὅτε] ὑπὸ δαιμόνων κεκράτηται, καλῶς λέγονται οἱ ἀλλόφυλοι τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας κατέχειν.

Hanc sermonis seriem doxologia interrupit: sic Paulus scribens ad Galatas, dum ait: «Gratia vobis et pax a Deo patre nostro, et Domino Jesu Christo, qui se dedit pro peccatis nostris secundum voluntatem Dei et Patris, » subjunxit: «Cui gloria in sæcula. Amen.» Et alibi: «Quorum est filiorum adoptio, et gloria et adoratio et promissio; ex quibus est Christus, secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen. » Et nunc propheta qui novit et universam providentiam et rerum Israelis historiam, ineffabili amore Dei erga homines succensus, hymnum Deo canit, habenti gloriam oblivione superiorem. — De populo autem suo dicit, vel quod pœnam exiget, et postea quiescet, vel quod castigabit quidem populum, ab eo tamen invocabitur, ac pro illorum meritis, miserebitur. Ubi enim deprecatio, veniam esse oportet occasionemque clementiæ. — Etenim quoniam terram, illam patrum hæreditatem, Deus illorum permiserit occupari ab illis scelestis regibus, regnum cœlorum est contemplatio rerum quæ existunt. Ipsa vero intra nos est secundum Dominum, sed quando interiora a Diabolo occupata sunt, recte dicuntur allophyli invasisse terram promissionis.

v. 15-18. Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. Στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσουσιν· ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐχ ὄψονται. Ὅμοιοι αὐτοῖς γένωνται οἱ ποιοῦντες αὐτά.

Ἵνα τὰς αἰσθήσεις ἀποβάλλωσι τὰς ψεκτὰς καθ' ἃς εἰσκινούμενοι τὰ εἴδωλα θεοὺς εἶναι ὀνομάζουσι, καὶ οὕτω θείαν εὕρωσιν αἴσθησιν· οὕτω γὰρ πείθομαι καταρᾶσθαι τὸν ἅγιον ψαλμῳδόν.

v. 21. Εὐλογητὸς Κύριος ἐκ Σιὼν, ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλήμ.

v. 15-18. *Idola gentium, argentum et aurum, opera manuum hominum: os habent, et non loquentur; oculos habent, et non videbunt. Similes illis fiant qui faciunt ea.*

Ut procul rejiciant sensus contemptibiles, quibus moti Deos nominabant idola gentium, et sic divinum reperiant sensum. Qua quidem sententia censeo [idolis] maledixisse psalmorum poetam.

v. 21. *Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat Hierusalem.*

v. 15-18. Vat. 5.

v. 21. Ibid.

Ὁ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ κατοικῶν, κατοικεῖ ἐν Ἱερουσαλήμ.

Qui in corde puro habitat, incola est Solymorum.

Psalmus CXXXV.

v. 1-3. Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ.

Ἔνθα οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὸ Ἰωάννου ἐξωμολογοῦντο τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

v. 4. Τῷ ποιοῦντί (alias ποιήσαντι) θαυμάσια μεγάλα μόνῳ.

Καλῶς δὲ τῷ ποιοῦντι φησί, ἀλλ' οὐ ποιήσαντι· διηνεκῶς γὰρ ἐνεργεῖ τὰ θαυμάσια. Τῷ δὲ μόνῳ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν δαιμόνων, ἀλλ' οὐ πρὸς ἀθέτησιν τοῦ Υἱοῦ.

v. 11. Καὶ ἐξαγαγόντι τὸν Ἰσραὴλ ἐκ μέσου αὐτῶν.

Ὡς ἀγνώμοσι δὲ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ συνεχῶς περιστρέφεται, τὴν τούτων λήθην ἐκκόπτοντα.

v. 13, 14. Τῷ καταδιελόντι τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν εἰς διαιρέσεις... καὶ διαγαγόντι τὸν Ἰσραὴλ διὰ μέσον αὐτῆς.

Θείας δὲ δυνάμεως οὐ μόνον διαίρεσις, ἀλλὰ τὸ θαῤῥῆσαι τὸν Ἰσραὴλ ἐπὶ τῷ παραδόξῳ καὶ μὴ πτοηθέντα φυγεῖν, κορυφουμένων ἑκατέρωθεν τῶν ὑδάτων· το μηκέτι γενέσθαι τὴν τῆς θαλάσσης διαίρεσιν, οὐ φύσεως ἔργον, ἀλλὰ θείαν δείκνυσι [δύναμιν] τοῦ καταποντισμοῦ καὶ τὴν ἀγανάκτησιν.

v. 15. Καὶ ἐκτινάξαντι Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ εἰς θάλασσαν ἐρυθράν.

Ὅρα δὲ καὶ τὴν μακροθυμίαν· οὐ γὰρ αὐτοὺς ἀνεῖλεν, ἀλλ' ἑαυτοὺς κατέκριναν ἀδίκως ἐπιδιωκήσαντες· διὸ καὶ πάντες πεπόνθασιν, ἀλλ' οὐ μόνος Φαραώ.

v. 16. Τῷ διαγαγόντι τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν τῷ ἐρήμῳ.

Οὐκ ἔλαττον τῆς θαλάσσης τῆς ἐρήμου

v. 1-3. *Confitemini Domino etc.*

Exinde peccata sua confitebantur baptizati a Joanne.

v. 4. *Qui facit* (vel *qui fecit*) *mirabilia magna solus.*

Optime ait *qui facit,* non qui fecit: nam continuo operatur miracula. *Solus* vero, ut excludat dæmonia, sed non spreto Filio.

v. 10. *Et traduxit Israel per medium ejus.*

Veluti ad ingratos, acta in Ægypto constanter revocantur, ut oblivionem intercipiant.

v. 13, 14. *Qui divisit mare rubrum in divisiones... Qui traduxit Israel per medium ejus.*

Divinæ potentiæ opus non sola est divisio, sed fiduciam dedisse Israeli in hoc prodigio, ut nee formidaret, neque aufugeret, dum hinc et inde aquæ erigerentur in cumulum: quæ maris separatio, quum inaudita esset, ostendit, in submersione, Dei potentiam et indignationem.

v. 15. *Et qui excussit Pharaonem et virtutem ejus in Mari rubro.*

Vide quoque æquanimitatem: non eos destruxit, sed ipsi semet damnaverunt, injuste persequentes; ideo omnes passi sunt, non Pharao solus.

v. 16. *Qui traduxit populum suum per desertum.*

Mari rubro minus non est deserti pro-

Ps. CXXXV. v. 1-3. Vat. 5.

v. 4, 11. Vat. 5. Nostra vel brevia confirmat Heracleota, dum pleraque periodo prolixa amplectitur.

v. 13, 14. Vat. 5. Etiam Chrysostomus hæc ita amplificat ut nostra legisse probetur.

v. 15, 16. Vat. 5.

τὸ θαῦμα· πολλὰ γὰρ τὰ θάνατον ἀπειλοῦντα, λοιμὸς, αὐχμὸς, δίψα, καῦμά τε σφοδρὸν, καὶ πλῆθος θηρίων, ἁπάντων τε τῶν ἐπιτηδείων ἡ ἐρημία· οἱ δὲ, μηδενὸς λυποῦντος, ἐβάδιζον.

v. 17-20. Τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους... καὶ ἀποκτείναντι βασιλεῖς κραταιοὺς,... τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμοῤῥαίων... καὶ τὸν Ὢγ βασιλέα τῆς Βασάν.

Ἐκ δὲ πάντων δύο μέμνηται βασιλέων θανάτου· ἐπὶ ῥώμῃ γὰρ καὶ δυναστείᾳ καὶ μεγέθει σώματος ἐσημειοῦντο· [ὁ μὲν Σηὼν...] Ὁ δὲ Ὢγ, πήχεις ἔχων ἐννέα τὸ μῆκος καὶ πέντε τὸ εὖρος, σιδηρᾶν εἶχεν τὴν κλίνην.

v. 23, 24. Ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ὁ Κύριος, καὶ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν.

Δηλοῖ δὲ τό· ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ὁ Κύριος, ὅτι ἤρκεσεν αὐτὸν ἐπικάμψαι ἡ συμφορὰ, καὶ ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀπαλλάξας αὐτοὺς Αἰγύπτου, οὐκ εἶπεν· Ἰδὼν εἶδον τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν, ἀλλὰ τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ. Πλέον ἁρμόζει ὁ λόγος, ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος, τοῖς τῆς νοητῆς δουλείας ἀπαλλαγεῖσιν, ἤτοι τῆς αἰσθητῆς.

v. 26. Ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Διὸ καὶ τὴν ζωὴν ἅπασαν οἱ μακάριοι ἄνδρες τῇ περὶ τοὺς ὕμνους ἤνεσαν φροντίδι, λέγοντες· Ἄσω τῷ Κυρίῳ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Ἦν δὲ ἡ πόλις αὐτοῦ τιμία διὰ τὴν θείαν λατρείαν, ὡς προείρηται τό· Ἕνεκα τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ μου ἐξεζήτησα ἀγαθά σοι.

v. 17-20, Vat. 5. Deuter. III, 11. Cod. habet singularem lectionem in fine τὴν χλαῖναν.

digium: nam ibi multa interitum minabantur, pestis, fames, sitis, æstus nimius, et multitudo belluarum et omnium rerum utilium penuria: hi vero, nemine mœrente, gradiebantur.

v. 17-20. *Qui percussit reges magnos... et occidit reges fortes... Sehon regem Amorrhæorum... et Og regem Basan.*

Duorum autem in multis meminit mortem regum, qui fortitudine et potentia et immanitate corporum pollebant. [Sehon regem Amorrhæorum...] et Og, cui novem cubitis longum et quinque latum ferreumque cubile erat.

v. 23, 24. *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus, et redemit nos ab inimicis nostris.*

Declarant verba: « In humiliatione nostra Dominus nostri recordatus est, » quod ad eum flectendum sat fuit calamitas. Ab initio enim cum eos ab Ægypto eduxit, non dixit: Videns vidi eorum in melius mutationem, sed « afflictionem populi mei in Ægypto. » — Magis congruit sermo: « In humiliatione nostra Dominus nostri meminit, » his qui liberantur a spirituali servitute, quam ereptis a temporali tyrannide.

v. 26. *Confitemini Deo cæli, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Idcirco per totam vitam beati homines cantabant in conceptu sacrorum hymnorum, dicentes: « Cantabo Domino in vita ejus. » Honorabilis autem erat ejus civitas propter divinum cultum, ut supra dictum est: « Propter domum Domini mei quæsivi bona tibi. »

v. 23, 24. Vat. 5.

v. 26. Ex eod Vatic. Ps. XII, 6. CXXI, 9.

Psalmus CXXXVI.

v. 2. Ἐπὶ ταῖς ἰτέαις, ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν.

Ἕτερός φησι· κιθάρας ἡμῶν, ἄλλος· λύρας. Καὶ τίνος ἕνεκεν τὰ ὄργανα ἐπήγοντο εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπιόντες, οὐ μέλλοντες αὐτοῖς χρῆσθαι; Οἰκονομεῖται καὶ τοῦτο, ὥστε ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ἔχειν ὑπερμνήματα τῆς πολιτείας τῆς πρώτης καὶ μᾶλλον δάκνεσθαι, ὁρῶντες τὰ σύμβολα τῆς θρησκείας.

v. 1. *In salicibus, in medio ejus, suspendimus organa nostra.*

Citharas nostras unus, alter *lyras* ait. At quæ causa cur secum sua attulerint organa, nullo illis usu habenda, cum in captivitatem migrarent? Ita etiam providetur, ut in aliena regione habeant prioris patriæ superstes monumentum, magisque animo lanientur, intuentes symbola religionis.

v. 3. Ὅτι ἐκεῖ ἐπηρώτησαν ἡμᾶς οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς λόγους ᾠδῶν, καὶ οἱ ἀπαγαγόντες ἡμᾶς· Ἄσατε ἡμῖν ἐκ τῶν ᾠδῶν Σιών.

Ἔγνων ἐγὼ καὶ δαίμονας ἀναγκάζειν λέγειν ψαλμοὺς καὶ ᾠδὰς πνευματικάς, ἐν αἷς ἔστι τις ἐντολὴ ἣν παρέβημεν, ὡς ἂν ἀκούοντες καταγελῶσιν, ὡς λεγόντων καὶ μὴ ποιούντων· διὸ καὶ Δαυὶδ λέγει· Μή καταγελασάτωσάν μου ὑπερήφανοι.

v. 3. *Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, et qui abduxerunt nos: Hymnun cantate nobis de canticis Sion.*

Et ego novi dæmones qui urgebant ad canendum psalmos et cantica spiritualia in quibus inerat quid pracepti violatum a nobis, perinde ac si ea audientes, deriderent nos, verba, non opera facientes. Ideo David ait: « Non me derideant superbi. »

v. 4. Πῶς ᾄσωμεν τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας;

Ὁ ἐν κακίᾳ διάγων, ἐπὶ γῆς ἐστιν ἀλλοτρίας· διὸ οὐ δύναται εἰπεῖν· Ἄσω τῷ Κυρίῳ εὐεργετήσαντί με. Τῶν γὰρ ἐξελθόντων ἐστὶν ἀπὸ κακίας τὸ λέγειν· Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται κτλ.

v. 4. *Quomodo cantabimus conticum Domini in terra aliena?*

Qui male vivit, in terra aliena est: ideo dicere non valet: « Cantabo Domino qui benefecit mihi. » Eorum enim qui ex malitia exeunt, est illud canticum: « Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est. »

v. 6. Κολληθείη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου, ἐὰν μή σου μνησθῶ.

Ἢ καὶ οὐχ ἁπλῶς σου μνημονεύω, φησί, προανακρούσομαι δέ σε ἐν ὕμνοις τε καὶ ᾠ-

v. 6. *Adhæreat lingua mea faucibus meis, nisi meminero tui.*

Vel hoc sensu: haud simplici te memoria recolam, inquit, sed prompta te

Ps. CXXXVI. v. 2. Codd. nostri 5, 16 restituunt Origeni haud temnendum scholium, prisco Corderii anonymo datum, quem sæpe Nostrum esse deteximus. Cf. Field. II, 290.

v. 3. Vat. 5. Integriora sunt quam apud BB. quæ quidem veterem hymnodiam revocant, et sapiunt priscos eremi patres, quorum primi facile fuerunt ex Alexandrina schola.

v. 4. Vat. 5, 16. Ps. LVI, 3. Exod. XIX, 1. Omiserunt BB scholiolum Corderii, quod satis cum nostro cohæret: Οὐκ ἐφεῖται, φησί, ἡμῖν ᾄδειν, εἰ γὰρ καὶ τῆς πατρίδος ἐξεπέσομεν, ἀλλὰ τὸν νόμον μένομεν διατηροῦντες. Εἶδες φιλόσοφον ψυχὴν γινομένην ἀπὸ τῆς θλίψεως καὶ ὑψηλοτέραν τῶν δεινῶν.

“ Non licet, inquit, nobis canere. Etsi enim a patria excidimus, legem tamen perpetuo servamus. Vidisti animam sapientiæ studiosam, calamitatibusque superiorem. „ Chrysostomum ψυχὴ φιλόσοφος sapuit, nisi tropologia emicaret.

v. 6. Vat. 5. Marc. IX, 43.

δαῖς, ὅπερ σφόδρα ποθοῦντος· ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐκπεσόντες ἐπανελθεῖν εἶχον ἐλπίδας· ἡμᾶς δὲ τῆς ἄνω ἐκπίπτοντας Ἱερουσαλὴμ, οὐκ ἔστιν ἐπανόδου τυχεῖν· τὸ γὰρ πῦρ αὐτῶν οὐ σβήσεται.

v. 7. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν υἱῶν Ἐδώμ.

Οἱ υἱοὶ Ἐδὼμ, οἱ ἀπὸ Ἡσαῦ, καὶ ἁλούσης τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὑπανέβαινον πικρῶς, ἕως θεμελίων αὐτὴν ἀνασπᾶσθαι συμβουλεύοντες. Τοὺς Ἄραβας λέγει, τοὺς τοῖς Βαβυλωνίοις συνεπιθεμένους, ὧν καὶ μέμνηται συνεχῶς ὁ προφήτης, ὅτι συγγενεῖς ὄντες πικρότεροι τῶν πολεμίων ἐγένοντο, οὓς, φησίν, ἀπαίτησον δίκην. Οὐ γὰρ μέχρι τῆς ἁλώσεως ἔστησαν· ἀνασπασθῆναι δὲ καὶ τοὺς τῆς Ἱερουσαλὴμ θεμελίους ἐβούλοντο.

v. 8. Θυγάτηρ βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος, μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοι τὸ ἀνταπόδομά σου.

Κατὰ δὲ τὸ ῥητὸν, οὐκ ἔστιν ὁ τοσοῦτος τοῦ προφήτου θυμὸς, ἀλλ' ἐκ προσώπου τῶν αἰχμαλωτῶν ἡ πικρὰ τῆς τιμωρίας ἀπαίτησις· ὁ γὰρ προφήτης καθ' ἑαυτὸν τό· Εἰ ἀνταπέδωκα, φησίν, τοῖς ἀποδιδοῦσί μοι κακὰ, καὶ τὴν παρὰ τῶν νόμων ὑπερβὰς συμμετρίαν.

voce celebrabo in hymnis et canticis, quod vehementer desiderantis est. Verum hisce exsulantibus spes revertendi non deerat. Nobis vero si a cœlesti Hierusalem [in obitu] excidimus, nulla redeundi copia est: « Ignis enim eorum non morietur. »

v. 7. *Memor esto, Domine, filiorum Edom.*

Erant filii Edom posteritas Esau, qui, excisa Jerusalem, consurgebant infensissime, conspirantes ut ea deleretur usque ad fundamenta. Arabes designat, qui Babyloniis se substiterunt, quorum frequenter propheta meminit; ideo quod cognati licet, immaniores erant cæteris hostibus, a quibus, inquit, sume pœnas. Haud enim solum institerunt usque ad excidium, sed susque deque verti fundamenta optabant.

v. 8. ***Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam.***

Quantum ad litteram, similis ira prophetæ non est, sed in persona captivorum fit sæva supplicii imprecatio. Nam de semetipso propheta dicit: «Si reddidi retribuentibus mihi mala, » etiam ultra veteris legis mensuram prætergrediens.

v. 7. Vat. 5. Quanto asperius, etiam post Origenem, sævierint in Judæos Arabes fanatico æstu perciti, in quos haud semel audivimus Origenem merito odio invectum, tota historia constat.

v. 8. Vat. 5. Alia hic tribuit Origeni Corderius, quæ jure BB neglexerunt: Ἐπειδὴ γὰρ καὶ αὐτοὶ τοῖς αὐτῶν νηπίοις ὠμῶς ἐχρήσαντο, ἴσην αὐτοῖς τιμωρίαν ὁ προφήτης προείρηκε. Μακαρίζεται δὲ ὁ Κῦρος, ὁ κἀκείνους κολάσας καὶ τούτους ἐλευθερώσας. "Etenim quum etiam ipsi illorum parvulis crudeliter abusi essent, parem ipsis pœnam propheta prædixit. Cyrus autem beatus esse dicitur, qui istos supplicio, hos vero libertate mactavit. „ Cf. Ps. VII, 5. Origenes alicubi quid simile habet, sed de Ægyptiis.

Psalmus CXXXVII.

v. 1. Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, καὶ ἐναντίον ἀγγέλων ψαλῶ σοι, ὅτι ἤκουσας πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου.

Ἐναντίον ἀγγέλων ψάλλειν ἐστὶ τὸ ἀπεριπαύστως ψάλλειν, ἤτοι τυπουμένου τοῦ ἡγεμονικοῦ ἡμῶν μόνοις τοῖς σημαινομένοις πράγμασιν ὑπὸ τοῦ ψαλμοῦ, ἢ καὶ μὴ τυπουμένου. Ἢ τάχα οὕτως· ἐναντίον ἀγγέλων ψάλλει ὁ νοῶν τὴν δύναμιν. — Κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν ἔκδοσιν [ἐναντίον θεῶν] θεοὺς τοὺς ἱερεῖς καλεῖ, κατὰ τό· Οὐ θεοὺς κακολογήσῃς. Καὶ περὶ ἀγγέλων δὲ λέγεται ἐν τῷ· Χείλη ἱερέως φυλάξεται γνῶσιν, καὶ ἐκ στόματος αὐτοῦ ζητήσουσι δικαιοσύνην, ὅτι ἄγγελος Κυρίου παντοκράτορός ἐστι. Δηλοῖ τοίνυν ὅτι προηγουμένων τῶν ἱερέων εὐτάκτως σὺ λειτουργήσω.

v. 1. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo et in conspectu angelorum psallam tibi, quoniam audisti omnia verba oris mei.*

In conspectu angelorum psallere est indefessa alacritate psallere, id est movente se summa mente nostra in meditandis solis psalmi argumentis, vel etiam deficiente superiore motu. Vel in hoc sensu fortasse: *In conspectu angelorum* psallit, qui intelligit psalmorum efficaciam. — Alteram vero juxta editionem: [In conspectu deorum], deos vocat sacerdotes, secundum hoc: « Diis non maledices » et de angelis dicitur: « Labia sacerdotis custodient sententiam, et ex ore ejus quærent justitiam, quia angelus Domini omnipotentis est. » Interea declarat quod cum præcentoribus sacerdotibus, tu sacris rite perfungeris.

v. 5 Καὶ ᾀσάτωσαν ἐν ταῖς ὁδοῖς Κυρίου, ὅτι μεγάλη ἡ δόξα Κυρίου.

Ὁδοὶ Κυρίου εἰσὶν αἱ ἀρεταί, φέρουσαι ἐπὶ τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ.

v. 5. Ὅτι ὑψηλὸς Κύριος, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ, καὶ τὰ ὑψηλὰ ἀπὸ μακρόθεν γινώσκει.

Τοὺς μὲν ταπεινοὺς ὁ Κύριος διὰ τῶν ἀρετῶν ἐφορᾷ, τοὺς δὲ κατὰ διάνοιαν ὑψηλοὺς διὰ τῆς σοφίας γινώσκει· τούτους γὰρ ἐφορᾶν καὶ γινώσκειν λέγεται ὁ Θεός, τοὺς ἐν οἷς χωρεῖ· καὶ τούτους μὴ ἐφορᾶν, μηδὲ γινώσκειν τοὺς ἐν οἷς οὐ χωρεῖ. Καὶ τοῦτο καθόλου σημειωτέον ἐν πάσῃ τῇ θείᾳ γραφῇ.

v. 5. *Et cantent in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini.*

Viæ Domini sunt virtutes quæ ducunt ad scientiam Dei.

v. 6. *Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit, et alta a longe cognoscit.*

Humiles quidem propter virtutes Dominus respicit, mente autem sublimes per sapientiam cognoscit; eos quippe Deus respicere et cognoscere dicitur, in quibus habitat; minime vero eos considerare aut cognoscere, in quibus locum non habet. Et hoc in tota Scriptura notandum generatim est.

Ps. cxxxvii. v. 1. Vat. 5. Cf. Field. ii, 291 Malach. ii, 7. Vox προηγουμένων aliter explicat Theodorus Heracl. ἤτοι τῶν ἱερέων καταρχομένων καὶ προηγουμένων ἕψομαι καὶ ψαλῶ. " Scilicet sacerdotibus ipsis inchoantibus et præcedentibus ego subsequar et psallam. „ Sane superiori dictioni τυπουμένου τοῦ ἡγεμονικοῦ ἡμῶν multa non deest ambiguitas. Sed Theodori expositio recentius ævum innuit, in quo jam institutus erat ordo psalmodiæ, cujus vestigia apud vetustiores rarissima sunt.

v. 5. Vat. 5, 16.

v. 7. Ἐὰν πορευθῶ ἐν μέσῳ θλίψεως, ζήσεις με.

Εἰ ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, πέρας δὲ τῆς ἐλπίδος ἐστὶν ἡ γνῶσις ἡ τοῦ Θεοῦ, ἥτις λέγεται ἡμῶν εἶναι ζωὴ, καθὼς γέγραπται· Ἐὰν πορευθῶ κτλ.

v. 7. *Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me.*

Si afflictio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spei vero finis est scientia quæ de Deo est, ea nostra dicitur esse vita, sicut dictum est: *Si ambulavero* etc.

v. 7. Vat. 5. Cf. Jacob. 1, 3, 4.

Psalmus CXXXVIII.

v. 2. Σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου καὶ τὴν ἔγερσίν μου. *Vatic.* B 137, I.

Καθέδρα ἐστὶν ἕξις ἀρίστη λογικῆς ψυχῆς, καθ' ἣν δυσκίνητος γίνεται πρὸς κακίαν· ἔγερσίς ἐστιν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων ἐπὶ τὰ νοητὰ μετάβασις. Τῶν δὲ καλῶς ἱδρυμένων ἡ καθέδρα γινώσκεται ὑπὸ Θεοῦ, οἷον τῶν ἀληθῶς πρεσβυτέρων καὶ τῶν καλῶς ἐγειρομένων ἐπὶ τὰ μετὰ τὸν βίον.

v. 2. *Tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam.*

Sessionis cathedra est optimus habitus sapientis animæ, qua nullo motu ad malum vergit. Exsurgere autem est a rebus sensu perceptis transire ad spiritualia. Eorum vero qui rite consistunt, cathedra a Deo dignoscitur, perinde ac sessio eorum qui vere sunt seniores et egregie expergiscunt ad bona post vitam futura.

v. 3. Τὴν τρίβον μου καὶ τὴν σχοῖνόν μου ἐξιχνίασας.

Τῶν καλῇ τρίβῳ χρωμένων ἐξιχνιάζει ὁ Θεὸς τὴν σχοῖνον, καὶ πάντα τὰ μέτρα τῆς ὁδοῦ τῶν τοιούτων προεῖδεν ὁ Θεός. Τὸ δέ· ἐξιχνίασας, οὐ ζητοῦντός ἐστιν, οὐδὲ μὴν ἐρευνῶντος, ἀλλ' ἀκριβῶς ἐπισταμένου.

v. 2. *Semitam meam et funiculum meum tu investigasti.*

Investigat Deus funiculum eorum, qui bona semita utuntur, et omnes mensuras viæ illorum Deus prævidit. Verum illud *investigasti,* non est quærentis in dubio et scrutantis, sed exacte cognoscentis.

v. 4. Καὶ πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες.

Διὰ τὸ προεῖδες, ἐπήγαγεν·

v. 5. Ἰδοὺ, Κύριε, σὺ ἔγνως πάντα τὰ ἔσχατα καὶ τὰ ἀρχαῖα· σὺ ἔπλασάς με, καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου.

Τὰ μέσα παρασεσιώπηται, διὰ τὸ τὴν κακίαν εἶναι ἐν τῷ μεταξύ· οὐ γὰρ ἦν ἐν ἀρχῇ, οὐδὲ ἔσται πάλιν ἐν τέλει. — Ἡ ἐπίθεσις τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ τὴν χορηγηθεῖ-

v. 4. *Et omnes vias meas prævidisti.*

Ob illud *prævidisti,* subjunxit:

v. 5. *Ecce tu, Domine, cognovisti omnia novissima et antiqua. Tu formasti me, et imposuisti super me manum tuam.*

Quæ intermedia sunt, silentio prætermisit, quia in hoc medio malum positum est: nam non erat ab initio, rursus neque erit in fine. — Imponi Dei manum,

Ps. CXXXVIII. v. 2. Vat. 5. Quædam in fine servavit sive Heracleotes, sive Chrysostomus apud Corderium.

v. 4. Idem Vat.

v. 5. Ibid. Subtile scholium, plane Origenianum, nemo alius refricavit.

σαν ἡμῖν τοῦ Πνεύματος δωρεὰν σημαίνει, ὡς οἱ ἀπόστολοι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν παρεῖχον Πνεῦμα ἅγιον.

v. 7. Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου;

Οὐκ ἔστι τόπος, ἔνθα μὴ ἔστιν γνῶσις ἡ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ λόγοι τῶν γεγονότων· εἰ γὰρ τὰ σώματα διαφύγοι ὁ νοῦς, ἀλλ' εἰς τοὺς λόγους αὐτῶν ἐμπεσεῖται, εἴτε καὶ τούτους παρέλθοι· τὴν γοῦν ἀσώματον οὐ διαφεύξεται φύσιν, ἀλλ' ἐν ἑαυτῇ ὄψεται τὸν δημιουργόν· εἰ δὲ καὶ τοὺς λόγους τῆς ἀσωμάτου φύσεως ὁ νοῦς ὑπερβαίη, ὄψεται πάλιν τὴν ἁγίαν τριάδα ἥτις γνῶσίς ἐστιν ἀπέραντος καί οὐσιώδης Σοφία.

v. 11, 12. Καὶ εἶπα· Ἆρα σκότος καταπατήσει με, καὶ νὺξ φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μου, ὡς τὸ σκότος οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σοῦ.

Ἄλλως δέ, σκότος ἐνταῦθα τὴν θλῖψιν καλεῖ, ὑφ' ἧς, φησίν, οὐ προσεδόκων διαφυγεῖν, καταπατούσης με καὶ νικώσης· ἄθροον δὲ εἰς ἀγαθόν μοι τὰ δεινὰ μετεβλήθη· μᾶλλον δὲ καὶ μενόντων, πολλῆς ἀπέλαυσα τῆς χρηστότητος· ἐν τοῖς γὰρ ἐναντίοις μᾶλλον δείκνυται τἀναντία, ὡς ἐν τῇ καμίνῳ διασυρίζουσα δρόσος καὶ ὡς φλὸξ ἅμα καὶ χάλαζα. Τὸ δέ· σκότος οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σοῦ, παρὰ σοῦ, ἐξέδωκεν ἕτερος· πάντα γάρ σοι ῥᾷστα βουλομένῳ μεταποιεῖν, ὡς τὴν νύκτα μηδὲν διαφέρειν ἡμέρας· μεταφορικῶς δὲ ἀπὸ τῶν στοιχείων δείκνυσι τὴν ἐν θλίψεσιν ἄνεσιν, ὡς καὶ τοῖς ἐν ἀνέσει τυγχάνει ὅμοιον. Ἰωσὴφ γοῦν ἐν ἀτιμίᾳ τιμὴν ἔσχε βασιλικήν. — Ἆρα σκότος κτλ. ἥτις ἐστί, φησίν, ἐμοὶ δύναμις ἀπόῤῥητος, καὶ αὐ-

significat donum Spiritus nobis elargitum, sicut apostoli, manibus impositis, Spiritum sanctum impertiebantur.

v. 7. *Quo ibo a spiritu tuo?*

Locus nullus est, ubi non sit Dei notitia, rationesque rerum existentium. Nam etiamsi mens corpora fugiat, attamen in eorum argumenta introducitur, ultra quamtumvis transiliat. Spirituum igitur a natura non refugiet, immo in se Creatorem considerabit. Quod si demum ultra etiam spiritualium naturam procedat, tandem intuebitur sacram Triadem, quæ est infinita Gnosis, subsistensque per se Sapientia.

v. 11. *Et dixi: forsitan tenebræ conculcabunt me, et nox illuminatio in deliciis meis: quia tenebræ non obscurabuntur a te.*

Aliter, tenebras ibi vocat afflictionem, ex qua non expecto, inquit, effugere, quum conculcet me et exsuperet. Cito autem in bonum mihi aspera conversa fuere; immo vel si maneant, multa gavisus sum benignitate. Nam in contrariis rebus contraria magis emicant, sicut ros in fornacem instillatus, aut sicut flamma simul et grando. — Hoc autem: *Tenebræ non obscurabuntur a te,* alius vertit *apud te.* Omnia enim obvia tibi sunt, si mutare vis, ut neque nox a die differat. Cæterum metaphoram usurpans ab elementis, declarat eam ab afflictione oriri quietem, quæ pariter quiescentibus contigit. Joseph proinde in opprobrio regiam majestatem habuit. —

v. 7. Vat. 5. Accedimus ad insignem commentarium, a pedestri et communi loquela Origenis paulo diversum, neque suspicio deest quin incidamus inter Seniores Alexandrinos, qui grandiori incessu patere solent.

v. 11. Vat. 5. Plura ad Chrysostomum Corderius transtulit, sed amplificata, quibus nostra fiunt expeditiora: " Cæterum hæc quidem de elementis proprie dicta sunt, metaphorice etiam de actibus (ἐπὶ τῶν πραγμάτων). Quoniam potest Deus iis qui in afflictiones incidunt, tantam adferre requiem seu consolationem, quantam habent qui rebus secundis utuntur. „ Pergit etiam Josephi exemplum, ut apud nos, sed oratorio more. Cf. Field. II, 293. Circa medium respici videtur ps. CV, 32.

τῇ σοι τῷ Θεῷ φανερὰ τυγχάνει· καθάπερ ἐμοὶ ζοφώδης ἡ νύξ, οὕτως ἐστίν σοι φωτεινή.

v. 13. Ὅτι σὺ ἐκτήσω τοὺς νεφρούς μου.

Οὗτινος τοὺς νεφροὺς κτᾶται ὁ Κύριος, λεγέτω τό· Κύριε, ἐναντίον σου πᾶσα ἡ ἐπιθυμία μου. Νεφροὺς εἶναί φησι τοὺς φόβῳ πληκτομένους· λέγει οὖν· Ὅτι σὲ διαπαντὸς ἐφοβούμην, ἐπεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν εἶχον ἀεὶ τὴν σὴν κρίσιν. — Εἰκότως φησίν· Τὸν σὸν φόβον ἐκτησάμην, ἐπειδὴ καὶ ὅτι κυόμενόν με ἡ σὴ περιεφρούρει πρόνοια. — Τὸ δὲ ἐκτήσω τοὺς νεφρούς μου, ὅτι περ ὁ κτώμενος κήδεται, καὶ τῆς μήτρας ἐξελθὼν, εὐθέως τῆς σῆς προνοίας ἀπέλαυσα. Εἰ ἡ ἀγνοία BB. Ὁ σώφρων καὶ ἀγαμίᾳ σχολάζων ἐρεῖ· Σὺ ἐκτήσω τοὺς νεφρούς μου, Κύριε. Ἡ γὰρ καθαρότης κτῆμα Θεοῦ. Εἶτα γνῶσιν τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων καὶ παραδοξοποιουμένων λαβὼν, ἐρεῖ·

v. 14. Ἐξομολογήσομαι, ὅτι φοβερῶς ἐθαυμαστώθης.

Εὐκαίρως μετὰ τὴν προειρημένην θεολογίαν, τὴν ἐξομολόγησιν ἀναφθέγγεται.

v. 14-16. Θαυμάσια τὰ ἔργα σου, καὶ ἡ ψυχή μου γινώσκει σφόδρα· οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ, ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ, καὶ ἡ ὑπόστασίς μου ἐν τοῖς κατωτάτω τῆς γῆς. Τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται· ἡμέραι πλασθήσονται, καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς.

Τὸ δὲ σφόδρα, ἢ τῷ γινώσκει, ἢ τῷ θαυμάσια συναπτέον. Ἡ δὲ τοῦ ὀστοῦ σύμμιξις, ἠγνοημένη τοῖς ἄλλοις, σοὶ καθέστηκε δήλη. Καὶ οἱ συγγραψάμενοι δὲ περὶ τῆς τῶν ζώων

Forsitan tenebræ etc. Quæ calamitas, inquit, mihi fortitudo est inenarrabilis, et ipsa tibi Deo manifesta evadit, haud secus ac mihi tenebrosa nox, tibi pariter luculenta est.

v. 13. *Quia tu possedisti renes meos.*

Dicat ille cujus Dominus possidet renes: « Domine, coram te omne desiderium meum. » Renes ait esse timore correptos. Dicit ergo: Te semper formidavi, quia ante oculos habui semper judicium tuum. — Dicere videtur: Timorem tuum acquisivi, quoniam sicut fetum in utero, tua me providentia custodit. — Illud vero *possedisti renes meos,* dicitur, quia possessor tuetur, et quod ab exitu uteri tua providentia potitus sum. — Qui castus est et a nuptiis abstinet, hic dicet: *Tu possedisti renes meos, Domine.* Etenim puritas est possessio Dei. Deinde, scientiam nactus rerum quæ ab eo existunt et quæ opinionem excedunt, dicet:

v. 14. *Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es.*

Opportune post præfatam theologiam, pronunciat laudum confessionem.

v. 14, 16. *Mirabilia opera tua, et anima mea cognoscit valde. Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto, et subtantia mea in infimis terræ. Inoperatum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur. Dies formabuntur, et nemo in eis.*

Illud vero *valde* connectere est sive cum verbo *cognoscit* sive cum *mirabilia.* Sed ossis compaginatio, cæteris ignorata, tibi, Deus, perspicua sistit. At qui libros

v. 13. Vat. 5. Ps. xxxvii, 10.

v. 14. Vat. 5.

v. 14-16. Vat. 5, 12. Aristotelis est liber famigeratus *de Generatione animalium.* Obscurum locum sic vetus explicavit anonymus: Εἴρηται καὶ τοῖς περὶ φύσεως καὶ γενέσεως τῶν ζώων πραγματευσαμένοις, ἀόρατον καὶ ἀκατάληπτον τὴν εἰς ὀστέον τοῦ αἵματος μεταβολὴν, καίτοι τῶν ἄλλων, σαρκῶν καὶ νεύρων λέγω, ὅπως ποτὲ ἔχουσι γενέσεως θεωρουμένων. Cf. Eccle. xi, 5. Hic illic pauca recidunt in scholiola Maurinorum, quæ repetere juvit, ut nova et vetera simul coalescant et collustrentur. Vid. Corder. iii. 697. — In obscuro loco καὶ πᾶσας τῆς ζωῆς κτλ. Cod. habet ἑαυτοὺς διήγαγον. Nota egregie dicta de peccato originali, de variis mundis etc.

φύσεως καὶ γενέσεως, ἀκατάληπτον εἶναί φασι τὴν τοῦ αἵματος εἰς ὀστέα μεταβολὴν, τῶν σαρκῶν καὶ νεύρων ἀμηγέπη καταλαμβανομένων, ὡς ἔχουσιν. Καὶ ἐν Ἐκκλησιαστῇ δὲ λέγεται· Ὡς ὀστᾶ ἐν γαστρὶ τῆς κυοφορούσης, οὕτως οὐ γνώσῃ ποιήματα τοῦ Θεοῦ.

Οὐκ ἐκρύβη δὲ ἀπὸ σοῦ, οὐδὲ ἡ ψυχή μου ἐν ᾅδου γεγενημένη, ἢ τὸ σῶμα κατορυχθὲν καὶ εἰς γῆν διαλυθὲν, παρὰ σοῦ θεωρεῖται. — Τὴν αἰτίαν τῆς παραβάσεως τοῦ προπάτορος ὁ μέγας Δαυῒδ ἐν ψαλτηρίῳ ἀνακρουόμενος, καὶ πρὸς συγγνώμην αὐτῆς τὸν δεσπότην ἐξιλεούμενος, καὶ τὴν ἄφευκτον τοῦ Θεοῦ γνῶσιν ἐσήμανεν, καὶ τὴν μετὰ τὸ πταῖσμα τοῦ Ἀδὰμ εὐγνωμοσύνην ἐδήλωσεν· οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου, λέγων, ἀπὸ σοῦ, ὃ ἐποίησας. Οὐκ ἐκρύφη, οὐκ ἔλαθέν σε, φησί, τῆς γυναικός μου ὁ ὄλισθος, ἣν ἐκ τοῦ ὀστέου μου λεληθότως ἐποίησας, ὕπνῳ βάρει εὐνάσας με· ἀλλ' ἔγνως τὰ ἡμέτερα κρύφια, ὁ ἐκείνην κρυφίως ὑποστησάμενος. Ὀστοῦν τὴν ψυχὴν ὠνόμασε νῦν, ἣν ἐποίησε μόνος ὁ Θεὸς, κακίας ἐκτός. Ὕστερον δὲ γέγονεν ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς, τουτέστιν ἐν ἐσχάτῃ ἀκαθαρσίᾳ· ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο μέλλουσαν αὐτὴν πάσχειν προεῖδεν ὁ Κύριος, καὶ διὰ τῆς προνοίας πάλιν τῷ ἰδίῳ βιβλίῳ κατέγραψεν.

Βιβλίον Θεοῦ ἐστιν ἡ θεωρία σωμάτων καὶ ἀσωμάτων, ἐν ᾧ πέφυκε διὰ τῆς γνώσεως γράφεσθαι νοῦς καθαρός. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ βιβλίῳ εἰσὶ γεγραμμένοι καὶ οἱ περὶ προνοίας λόγοι καὶ κρίσεως, δι' οὗ βιβλίου γινώσκεται ὁ Θεὸς, ὡς δημιουργὸς καὶ σοφὸς καὶ προνοητὴς καὶ κριτής· δημιουργὸς μὲν, διὰ τὰ γεγονότα ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι· σοφὸς δὲ, διὰ τοὺς ἀποκειμένους λόγους αὐτοῖς· προνοητὴς δὲ, διὰ τὰ συντελοῦντα πρὸς ἀρετὴν ἡμῖν καὶ γνῶσιν· κριτὴς δὲ πάλιν, διὰ τὸ διάφορα σώματα τῶν λογικῶν καὶ τοὺς ποικίλους κόσμους καὶ τοὺς περιέχοντας τοὺς αἰῶνας. Καὶ πάσας

conscripserunt de animalium natura et generatione, asserunt comprehendi non posse mutationem sanguinis in ossa; carnium et nervorum quodam modo intelligi conversionem, qualiter se habeat. Et in Ecclesiaste scribitur: « Sicut ossa in ventre prægnantis, ita non noveris opera Dei. »

Non occultatum autem est tibi, neque oculos tuos fugiet anima mea, vel in inferno posita, neque corpus, vel terra obrutum et in humo dissolutum. — Causam lapsus primi parentis magnus David in psalterio patefaciens, et pro hujus venia suppliciter Dominum deprecatus, tum significavit scientiam Dei, quam nil fugit, tum asseruit futuram post casum Adami clementiam, dicens: *Non est occultatum os meum a te, quod compegisti.* Non occultum est, inquit, non ignotum tibi mulieris meæ lubricitas, quam ex osse meo arcana vi formasti, dum alto me sopivisti somno. Sed occulta mea cognovisti, tu qui Evam abscondite supposuisti. Ossis nomine nunc animam signavit, quam solus Deus absque malo creavit. Postmodum *descendit in infima* terræ, id est in extrema corruptela. Verum etiam eo usque eam esse passuram prævidit Dominus, et nihilominus eam *in proprio libro* per providentiam descripsit.

Liber Dei est rerum vel in corpore vel sine corpore existentium contemplatio, in quo libro solet per scientiam inscribi pura mens. In hoc autem libro etiam scriptæ sunt providentiæ et judicii rationes, et per eum cognoscitur Deus tamquam opifex, sapiens, providus et judex. Opifex, propter ea quæ ex nihilo facta sunt; sapiens, propter reconditas in rebus rationes; provisor, propter auxilia nobis ad virtutem et scientiam adipiscendam impertita; judex denique, propter varias rationabilium creaturarum formas et varios mundos, etiam eos

τῆς ζωῆς αὐτῶν τὰς ἡμέρας, εὐρύθμως καὶ εὐπλάστως αὐτοῖς διήγαγεν, ὡς μηδεμίαν ἡμέραν αὐτοὺς ἄτοπον ἢ ἄπλαστον ἐσχηκέναι.

Τὸ μήπω πραχθέν μοι, φησίν, ὡς ἤδη τελεσθὲν καθορᾷς, καὶ τούς τε μήπω τεχθέντας ὡς ἤδη τεχθέντας ἐπίστασαι. Δύναται δὲ νοεῖσθαι διχῶς τὸ [ἀκατέργαστόν μου, ἢ τὸ] ἄκακον καὶ ἀπόνηρον καὶ ἀνεξέργαστόν μου ἔργον, ἢ περίνοιαν ὀφείλεται λέγειν, ὡς τό· Εἴδοσαν οἱ ὀφθαλμοί μου, καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται, καὶ οὐκ ἔστι, φησίν, ὃ μὴ συνίεις, ἢ λανθάνει σε· ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα γινώσκεις, καὶ τὸ ἄκακόν μου οἶδας, ὅπως ἀγνοίᾳ ἠπάτημαι, καὶ τῷ ἀλήστῳ τῆς μνήμης σου πάντες οἱ λογισμοί μου ἐνσημαίνονται.

v. 17. Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐπετιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός, λίαν ἐκραταιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν.

Ὅμοιον τό· Ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου δέξεται. Οἱ φίλοι σου λίαν ἐκραταιώθησαν, ἀνθ' ὧν με παρήγαγες· οὐκ ὄντα καὶ γεγονότα διακρατεῖς, τοὺς σοὺς φίλους τιμῶ.

v. 20. Ὅτι ἐρισταί ἐστε εἰς διαλογισμόν, λήψονται εἰς ματαιότητα τὰς πόλεις σου.

Ἐὰν γάρ, φησίν, ἐριστικοί τινες καὶ σοφισταὶ διώκοιεν ἡμᾶς, συναναρπάζοντες ἔν τινι ῥητῷ τῆς γραφῆς, ὅπερ εἴρηται· πρὸς ἑτέραν φεύγετε λέξιν, ἐκ γὰρ τῆς διὰ παράλληλα τῶν ῥητῶν κρίσεως τὸ ζητούμενον ἀναφαίνεται. Οὐ μὴ γάρ, φησί, πληρώσετε πάσας τὰς γραφάς, πόλεις οὔσας τοῦ Ἰσραήλ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, τὴν ἀλήθειαν ἐκλάμπων ἡμῖν. Ταύτας οὖν τὰς πόλεις εἰς ματαιότητα λαμβάνουσιν αἱρετικοί,

quibus sæcula continentur. — Et omnes vitæ illorum dies cum ea ordinis et operis pulchritudine disposuit, ut nullum diem habeant, sive incompositum, sive informem.

Quod nondum mihi confectum est, ait, tamquam jam perfectum consideras, et eos qui nondum nati sunt, tamquam dudum natos cognovisti. Duplici autem modo intelligi potest *inoperatum meum*, vel opus innocuum et malitiæ expers ac nondum operatum vel id de intellectu oportet dicere, ut illud: « Viderunt oculi mei, et in libro tuo omnes scribentur » ac nihil est, ait, quod non intelligas, sive quod te lateat: quin immo futura cognoscis, et vidisti innocens opus meum, quod ignorantia peccavi, et in tua memoria quæ oblivisci nescit, omnes cogitationes meæ stylo recensentur.

v. 17. *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortati sunt principatus eorum.*

Simile hoc est: « Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet. » Amici tui nimis confortati sunt, quorum in loco me adduxisti; sive quæ non sunt, sive quæ existunt, una tenes. Tuos amicos honore prosequor.

v. 20. *Quia litigiosi estis in cogitatione, accipient in vanitate civitates tuas.*

Si enim, inquit, litigiosi nonnulli et sophistæ nos persecuti fuerint, vellicantes nos in aliquo Scripturæ verbo, uti scriptum est: « A civitate una fugite in alteram civitatem » sive lectionem: etenim ex scrutinio similium locorum collatorum, quod quæritur, declaratur. « Nunquam enim, inquit, complebitis omnes Scripturas », quæ sunt civitates Israel « donec veniat filius hominis, »

v. 17. Vat. 5. Matth. x, 41.
v. 20. Vat. 5. An Celsum sophistam litigioso pruritu Scripturas rimantem digito Origenes ostenderit? cf. Matth. x, 23.

νοοῦντες, ὡς βούλονται, καὶ μάτην οἰκοῦντες αὐτάς, μηδὲν ὠφελούμενοι. — Αἱ λογικαὶ ψυχαὶ πόλεις εἰσὶ τοῦ Θεοῦ, πεφυκυῖαι δέχεσθαι λόγον Θεοῦ, καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν, ἅς τινας λαμβάνουσιν οἱ ἐχθροὶ πρὸς ματαιότητα καὶ ἐργασίαν κακίας.

nobis effundens veritatis radios. Has igitur civitates in vanitate assumunt hæretici, cogitantes uti volunt, et frustra incolentes eas, nihil inde proficientes. — Civitates Dei sunt spirituales animæ, quæ solent excipere legem Dei et ipsum Deum, quarum nonnullas inimici in vanitatem assumunt et in opus iniquitatis.

v. 21. Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην;

Ὅτι τοὺς μὲν σοὺς ἠγάπων καὶ ἀπεδεχόμην φίλους, τοὺς δὲ ἐχθρούς σου τελείως ἐμίσησα. Ἐχθροὶ δὲ τοῦ Θεοῦ, πρώτως μὲν καὶ κυρίως οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες· δεύτεροι δὲ μετ' Ἐκείνους, οἵτε τὴν εἰδωλολατρείαν πρεσβεύοντες, καὶ οἱ τῶν αἱρέσεων ἀρχηγοί. — Καὶ τὸ τοὺς φίλους τιμᾶν Θεοῦ καὶ τὸ μισεῖν τοὺς ἐχθρούς τε καὶ ἀσεβεῖς· τοῦ γὰρ Θεοῦ πάντας θέλοντος σωθῆναι, πᾶς ὁ δι' ἀπάτης διαστρέφων ἐχθρός, μὴ συγχωρῶν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.

v. 21. *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam: et super inimicos tuos tabescebam?*

Quoniam tuos diligebam et amicos excipiebam, hostes vero tuos perfecte odivi. Inimici autem Dei in primis et singulariter sunt impuri dæmones; secundi post illos, qui idolis cultum præbent et hæresiarchæ. — Equidem Dei amicos colere idem est ac odisse inimicos et impios; quum enim Deus vult omnes homines salvos fieri, hostis est ejus quicumque per errorem a via avertens, non permittit ire ad scientiam veritatis.

v. 22. Τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς.

Τέλειον δὲ μῖσος, τὸ μὴ χάριν ἑτέρου, διά τε τὸ μόνον εἶναι ἐχθροὺς Θεοῦ γινόμενον, ὡς καὶ τελεία πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀγάπη, ἡ μόνῳ τῷ πόθῳ τῷ πρὸς αὐτὸ γινομένη· οὕτως οὖν ὁ τοὺς ἐχθροὺς Θεοῦ μόνον, ἀλλ' οὐ διὰ πάθος μισῶν, ἐκτηκόμενος ἐπ' αὐτοῖς κατὰ τὸν εἰρηκότα προφήτην· ζῆλον ἐζήλωκα τῷ Κυρίῳ παντοκράτορι, ἀνθ' ὧν κατέλιπόν σε οἱ υἱοὶ Ἱερουσαλήμ. — Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο μὴ ἐχθραίνειν τοῖς ἐχθροῖς, καὶ μὴ ἀντικεῖσθαι τοῖς ἀντικειμένοις αὐτοῖς· ταῦτα γὰρ μάλιστα φιλίας τεκμήρια. Ἀνωτέρω μὲν γὰρ ἔφη· Λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός. Ἐνταῦθα δὲ τοὺς μισοῦντάς σε ἐμίσησα, κἀκεῖ μεθ' ὑπερβολῆς· Οὐ

v. 22. *Perfecto odio oderam illos.*

Perfectum odium illud est, quod non propter aliam causam, sed dumtaxat eo quod sunt inimici Dei, concipitur; perinde ac perfecta erga bonum charitas, ea est quæ solo Dei amore ad hunc finem dirigitur. Similiter qui solummodo Dei inimicos, minime ex ira odit, tabescens super eos, secundum prophetam qui dixit: « Zelo zelatus sum in Domino omnipotenti, ideo quod dereliquerunt te filii Israel. » — Etenim Deus præcepit non odio habendum esse inimicos, neque resistere adversariis nostris: quæ quidem sunt charitatis pignora. Superius quidem ait: *Nimis honorati sunt a-*

v. 21. Vat. 2, 5. Uterque codex addit in fine nonnulla quæ non extrico: Οἱ μισοῦντες τὸν Ἰησοῦν, τὰ δὲ (al. τὸ δὲ) εἰς τὸν γινόμενα, εἰς τὸν Πατέρα ἀναφέρονται ἢ τὰ τοῖς λογισμοῖς κακὰ συμβεβηκότα (al. συμβεβηκότες) ἀδικίας καὶ τὰ τοιαῦτα.

v. 22. Iid. Vat. — III Reg. XIX, 10. — In fine post τεκμήρια, iterum obscura me fugiunt, ea scilicet: καὶ αὐτὸς τοίνυν ἀμείβεται τὸν Θεὸν ἑκατέρων...?

γὰρ ἐμίσησα μόνον, φησὶ, ἀλλὰ καὶ ἐξετηκόμην.

mici tui, Deus. Hic vero dicit: *Qui oderunt te, oderam,* et illic, non sine excessu: Non solum odivi, inquit, sed *contabui.*

Psalmus CXXXIX.

v. 4. Ἰὸς ἀσπίδος ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. Διάψαλμα. *Vat.* 708, 1.

Μετὰ δὲ τὸ ὑπὸ χείλη αὐτῶν ἐστι διάψαλμα, ὅπερ λέγεται ἑβραϊστί· Σέλ. Σημαίνει δὲ τὸ ἀεὶ, συμφώνως τῷ· ὅλην τὴν ἡμέραν παρετάσσοντο πολέμους.

v. 6. Ἔκρυψαν ὑπερήφανοι παγίδα μοι.

Διὰ τὰ πάθη ἀδυνατοῦσιν, καὶ τὴν ἄλογον αὐτῶν ἐπίγνωσιν, οὕτω καὶ τῇ Εὔᾳ φησίν· Ἔσεσθε ὡς Θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν.

v. 8, 9. Ἐπεσκίασας ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. Μὴ παραδῷς με, Κύριε, ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας μου ἁμαρτωλῷ.

Τὸ δὲ ἐπεσκίασας, ὅτι οὐδὲ τὸ τυχὸν κακὸν παθεῖν συνεχώρησας, οὐδ' ὅσον ἀπὸ καύματος, ὡς μηδὲ θέρμης τινὸς ἀπολαῦσαι λυπούσης, ἐντρυφᾶν δὲ σκιᾷ τῇ τῶν δεινῶν ἀπαλλαγῇ. Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ εὔκολον τῆς βοηθείας, διὰ τοῦ ἐπεσκίασας, ἀρκεῖ, λέγων, παρεῖναί σε μόνον, καὶ πάντα λέλυται, εἰ καὶ ἐγὼ, φησὶν, ὡς ἄνθρωπος ἐν ἐπιθυμίᾳ γέγονα τῆς ἁμαρτίας· ἀλλ' αὐτός· μὴ παραδῷς με τῷ διαβόλῳ, πανταχοῦ γὰρ ἡ γραφὴ τὸν διάβολον ἁμαρτωλὸν καλεῖ.

v. 9. Διελογίσαντο κατ' ἐμοῦ, μὴ ἐγκαταλίπῃς με, μήποτε ὑψωθῶσιν.

Ὅσον ὑψοῦνται νικῶντες οἱ ἐχθροὶ, τοσοῦτον ἡττώμενοι αἰσχύνωνται.

v. 10. Ἡ κεφαλὴ τοῦ κυκλώματος αὐτῶν.

Κύκλωμα εἶπεν τὸ κυκλῶσαι αὐτὸν τάγ-

v. 4. *Venenum aspidum sub labiis eorum. Diapsalma.* — Post verba *sub labiis eorum,* legitur *Diapsalma,* quod hebraice dicitur *Sel;* significat autem *semper,* quod consonat verbis: *Tota die constituebant prælia.*

6. *Absconderunt superbi laqueum mihi.*

Etenim per passiones tollunt vires, et insaniam suam suggerunt. Sic namque Evæ dicunt: « Eritis sicut dii, cognoscentes bonum et malum. »

v. 8, 9. *Obumbrasti caput meum in die belli. Ne tradas me, Domine, in desiderio meo peccatori.*

Illud porro: *obumbrasti,* id est quod neque permisisti patiendum esse malum vel precarium, neque ab aestu, ut nullus etiam calor molestiam facesseret, sed voluisti me gaudere umbra, remotis sævis tempestatibus. Demonstrat etiam promptum et obvium auxilium, per hanc vocem *obumbrasti;* satis erat, ait, te adesse solum, et omnia dissipata sunt: quantumvis ego, subdit, ut homo, in concupiscentia peccati natus sim; sed tu ipse ne me Diabolo tradas. Ubivis enim Scriptura Diabolum vocat peccatorem.

v. 9. *Cogitaverunt contra me. Ne derelinquas me, ne quando exaltentur.*

Quanto plus exaltantur victoriosi inimici, tanto magis victi erubescant.

v. 10. *Caput circuitus eorum.*

Circuitum dixit, nempe circumcinxis-

Ps. cxxxix. v. 4. Vat. 5.
v. 6. Vat. 5. Gen. iii, 5.
v. 8, 9. Vat. 5. Chrysostomus apud Corderium totam seriem nostram quasi continuo filo persequitur, sed multis interpositis ex aperto more μεταφραστοῦ.
v. 9. Ex eod. vat.
v. 10. Ibid. Gen. iii, 15.

μα· κεφαλὴν δὲ, ἤτοι τὸν προεστῶτα διάβολον τοῦ τάγματος τούτου· ἢ τὸ πρῶτον ἐν τῇ καρδίᾳ πονηρὸν συνιστάμενον νόημα, περὶ οὗ εἶπεν καὶ ὁ Θεὸς ἐν τῇ Γενέσει τό· Συντηρήσεις αὐτοῦ κεφαλήν.

v. 13. Ἔγνων ὅτι ποιήσει Κύριος κρίσιν τοῦ πτωχοῦ.

Ἔγνω τῷ προφητικῷ πνεύματι τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ.

v. 14. Πλὴν δίκαιοι ἐξομολογήσονται τῷ ὀνόματί σου, καὶ κατοικήσουσιν εὐθεῖς σὺν τῷ προσώπῳ σου.

Τῶν ἀσεβῶν παραδοθέντων τῷ αἰωνίῳ πυρί. — Εἰς ἐξομολόγησιν καὶ αἴνεσιν παραλειφθήσονται δίκαιοι, ἀπολαύοντες διαπαντὸς τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸ εἰρημένον· Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτὸν τὸν Θεὸν ὄψονται. Θεοδωτίων· Σὺν τῷ προσώπῳ σου, σὺν τῇ σοφίᾳ σου, τῇ θεωρουμένῃ ἐν τοῖς γεγονόσιν.

se eum aciem: caput autem, id est, præfectum hujus agminis Diabolum, vel primum pravum cogitatum qui in corde surgit, de quo dixit Deus in Genesi: « Observabis ejus caput. »

v. 13. *Cognovi, quia faciet Dominus judicium inopis.*

Cognovit in spiritu prophetico mysteria Christi, in carne conversantis.

v. 14. *Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo, et inhabitabunt recti cum vultu tuo.*

Dum impii æterno igni tradentur. — In confessionem et hymnos laudum effundentur justi, dum in perpetuum vultu Dei fruentur, juxta illud: « Beati mundo corde, quoniam Deum videbunt.» Theodotion: *cum vultu tuo,* cum sapientia tua, quam contemplantur in creaturis.

v. 13. Vat. 5, 16.
v. 14. Vat. 5. Cf. Field. II, 296, cui Theodotion deest, si nostra valet varietas, quæ a LXX non recedit. Matth. v, 8,

Psalmus CXL.

v. 2. Κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. *Vatic.* 708, 2.

Τούτου κατευθύνεται ἡ προσευχὴ ὡς θυμίαμα, τοῦ δυναμένου εἰπεῖν· Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. — Καὶ ἔστιν ἓν εἶδος προσευχῆς ὁμιλία νοῦ πρὸς Θεόν ἀτύπωτον τὸν νοῦν διασώζουσα· ἀτύπωτον δὲ λέγω τὸν νοῦν μηδὲν σωματικὸν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς φανταζόμενον· μόνα γὰρ ἐκεῖνα τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τυποῖ τὸν νοῦν ἡμῶν καὶ σχηματίζει τὰ σημαίνοντά τι τῶν αἰσθητῶν· προσευχόμενον δὲ νοῦν πάντη δεῖ τῶν αἰσθητῶν ἐλεύθερον εἶναι· τὸ δὲ τοῦ Θεοῦ νόημα διασώζει τὸν νοῦν ἀναγκαίως ἀτύπωτον· οὐ γάρ ἐστι σῶμα.

v. 2. *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.*

Hujus dirigitur oratio sicut incensum, qui potest dicere: « Christi bonus odor sumus in iis qui salvantur et in iis qui pereunt. » — Genus orationis unum est, colloquium mentis formulis destitutæ, quo ad Deum tota dirigitur. Mentem dico formis vacuam, eam quæ in orationis tempore nihil corporeum imaginatur. Sola enim signa nominum et verborum imprimuntur in mente nostra, ac describunt ea quæ a sensibus afferuntur. Orantem vero animum oportet esse a sensibus liberum: cogitatio autemDei animum servat omnino formæ expertem, corpus enim non est.

Ps. CXL. v. 2. Vat. 5, 16. II. Cor. II, 15. Rursus pauca in hoc v. et sequente consentiunt cum BB, ex codd. nostris, unde omnia eodem amne fluere censeantur.

v. 3. Θοῦ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου.

Ἐπειδὴ μέγα οἶδεν ἀνθρώποις τὸ κατορθοῦν τῆς γλώσσης τὴν φυλακὴν, τὸν Θεὸν αἰτεῖ ταύτης τὴν ἐγκράτειαν τῆς γλώττης χαρίσασθαι. Οὐδὲν οὕτω φυλάσσει τὴν καρδίαν ἡμῶν, ὡς ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ, εἴ γε τῷ φόβῳ Κυρίου ἐκκλίνει πᾶς ἀπὸ κακοῦ.

v. 7. Ὡσεὶ πάχος γῆς διεῤῥάγη ἐπὶ τῆς γῆς, διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν παρὰ τὸν ᾅδην.

Τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ὀστᾶ τῆς ψυχῆς ὀνομάζει, ἅπερ διεσκορπίζεται, κακίας ἐφαπτόμενα καὶ ἀγνωσίας· εὖ δὲ καὶ τό φάναι διεσκορπίσθη, οἱ γὰρ ἐν ἀρετῇ ὄντες εἷς εἰσιν ἐν Κυρίῳ.

v. 10. Πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτοῦ ἁμαρτωλοί.

Τοῦ δὲ ἐνεστῶτος αἰῶνός ἐστιν ἀμφίβληστρον διδασκαλία πνευματικὴ, τοὺς ἀποπλανηθέντας ἀπὸ τῆς θεοσεβείας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἀνάγουσα, τουτέστι τὸν Θεόν· οἱ γὰρ τοῖς ἄλλοις τὰς παγίδας πηγνύντες, καθάπερ τινὶ δικτύῳ τῇ θείᾳ συλληφθήσονται τιμωρίᾳ, καὶ ἅπερ δρῶσιν ὑπομενοῦσιν, καὶ πείσονται, ἃ τοῖς ἄλλοις ἐπάγουσιν.

v. 3. *Pone, Domine, custodiam ori meo et ostium circumstantiæ labiis meis.*

Quando quidem novit magni hominum interesse regere linguæ custodiam, a Deo postulat concedere linguæ abstinentiam. Nihil cor nostrum æque custodit ac timor Dei, si quidem in timore Dei quilibet a malo declinat.

v. 7. *Sicut crassitudo terræ dirupta est super terram, dissipata sunt ossa nostra secus infernum.*

Facultates animæ vocat animæ ossa, quæ dissipantur, si malitiæ aptentur et ignorantiæ. Recte etiam videtur usurpari *dissipata sunt* : qui enim in virtute sunt, unum sunt in Domino.

v. 10. *Cadent in retiaculo ejus peccatores.*

Præsentis vero sæculi retiaculum est spiritualis doctrina quæ a Dei cultu aversos reducit ad virtutem, videlicet ad Deum. Qui enim cæteris laqueos nectunt, sicut in rete, comprehendentur divina castigatione, et ea quæ fecerunt, sustinebunt, et patientur ea quæ aliis inflixerunt.

v. 3, Vat. 5.
v. 7. Vat. 5, 12, 16.

v. 10. Iidem codd. Plura addunt quæ plus minus emendata BB ediderunt.

Psalmus CXLI.

v. 5. Ἀπώλετο φυγὴ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὴν ψυχήν μου. *Vat.* 709, I.

Ὁ ἀπολέσας τὴν φυγὴν ταύτην, οὐ δύναται εἰπεῖν ἐν θλίψει· Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι, δι' ἔξοδον ἀπὸ τῶν πταιζόντων αὐτὸν λογισμῶν· ἐνταῦθα δὲ, ἤτοι ταπεινοφροσύνης χάριν τέθειται τοῦτο. Ἢ ὄντως καὶ αὐτὸς ἀπώλεσε τὴν φυγὴν, κατ' ἀναλογίαν τῆς αὐτοῦ καταστάσεως πειραζόμενος, καὶ μὴ εὑρίσκων τοὺς λόγους τῶν προσπεσόντων αὐτῷ πειρασμῶν· πάντως γὰρ καὶ τούτῳ ἡ πάλη

v. 5. *Periit fuga a me, et non est qui requirat animam meam.*

Qui hanc fugam perdidit, non potest dicere: « In tribulatione mea dilatasti mihi, » ut exeat ex tentationibus, quæ illum offendunt. In hoc autem loco, id propter humilitatem ponitur. — Vel re ipsa is fugam perdidit, qui probatur ex indolis suæ consuetudine, nec reperit causas tentationum quæ illi subeunt. Omnino enim huic viro certamen est

Ps. CXLI. v. 5. Vat. 5. Ephes. VI, 12. Ps. IV, 2.

ἐγένετο, οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχάς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

v. 7. Ῥῦσαί με ἐκ τῶν καταδιωκόντων με, ὅτι ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ ἐμέ.

Κἂν νικήσωμεν, ἐῤῥύσθημεν ἀπὸ τῶν καταδιωκόντων, οἵτινες ἐκραταιώθησαν, ὅτε καταδυναστεύουσιν ἐν τοῖς μέσοις καθ' ἡμῶν.

« non cum sanguine et carne, sed cum potestatibus et principatibus et rectoribus mundi harum tenebrarum, cum spiritualibus nequitiæ in cælestibus. »

v. 7. *Libera me a persequentibus me, quia confortati sunt super me.*

Etiamsi vicerimus, liberati sumus a persequentibus nos, qui confortati sunt, quando tyrannidem exercent in populo adversus nos.

v. 7. Vat. 4.

Psalmus CXLII.

v. 2. Καὶ μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου, ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν. *Vatic.* 709, I.

Καὶ ὁ Ἰὼβ φησιν· Ἐὰν γὰρ βούληται κριθῆναι αὐτῷ, οὐ μὴ ὑπακούσῃ αὐτῷ, ἵνα μὴ ἀντείπῃ πρὸς ἕνα λόγον αὐτοῦ ἐκ χιλίων. — Εἰ οἱ συναποθνήσκοντες τῷ Χριστῷ δικαιοῦνται, οἱ ζῶντες ἄρα τὴν ζωὴν ἀντικειμένην τούτῳ τῷ θανάτῳ, οὐ δικαιοῦνται ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

v. 5, 6. Ἐμελέτησα ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου... Διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου· ἡ ψυχή μου ὡς γῆ ἄνυδρός σοι.

Ὁ γινώσκων τοὺς λόγους τῶν γεγονότων, οὗτος μελετᾷ ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις τοῦ Θεοῦ. — Τῶν ἀρχαίων μνησθεὶς ἡμερῶν, τὰς διὰ μετάνοιάν σοι πράξεις ὑπέδειξα, καθαρῶς ὄντως σου διψῶν, οὐ μόνον ὡς ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγάς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄνυδρος γῆ διψῶσα πιεῖν· σοὶ δὲ τοιαύτη καὶ μόνῳ καὶ πρὸς σὲ τὸν Θεὸν ἡ ψυχή μου, ὡς πρὸς ἀνθρώπους δὲ παραμολεῖ γόνιμος τελεία καὶ εὐθαλής· ταύτην δὲ τὴν ἄνυδρον γῆν καὶ τὰς παραπλησίους ψυχὰς ἀνύδρους τόπους διέρχεται τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, οὐχ εὑρίσκον παρ' αὐ-

v. 2. *Et non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.*

Ait quoque Job: « Etenim si voluerit ab eo judicari, nequaquam ab illo audietur, ita ut nequeat respondere unum pro mille. » — Si justificantur qui commoriuntur in Christo, viventes ergo vitam quæ huic morti contraria est, in conspectu Dei non justificantur.

v. 5, 6. *Meditatus sum in omnibus operibus tuis... Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.*

Qui novit causas rerum, meditatur in omnibus operibus Dei. — Memor dierum antiquorum, tibi per pœnitentiam mea exposui facinora, pura te ac vera siti desiderans, non modo ut cervus ad fontes aquarum, sed ut terra sine aqua bibere sitit. Tibi autem, tibi soli et ad te Deum anima mea, sicut ad sponsos properat nubilis virgo adulta et vegeta. Hanc vero terram sine aqua et similes animas aridas perlustrat spiritus immundus, neque invenit apud eos mansionem aut requiem.

Ps. CXLII. v. 2. Vat. 5. Job. IX, 3.

v. 5. Vat. 5, 12, a quo pars posterior, quæ magis cohærere videbitur cum ps. LXII, 2. Sed ubivis legatur, insignis est, nec moror quin eam Senioribus Alexandrinis tribuam. Cf. Luc. XI, 25.

τοῖς μονὴν ἢ ἀνάπαυσιν. Πλὴν εἰ καὶ ἄνυδροι τυγχάνουσιν, ἐστηρημέναι τῶν φαύλων πραγμάτων ἢ ὑδάτων, διώκουσι τὸν Κύριον ἐπὶ τὸ ὡς ὄρθρον ἑτοιμὸν εὑρεῖν αὐτὸν, ὅτε καὶ ἥξει αὐταῖς ὡς ὑετὸς πρώϊμος· διὸ καὶ ἔνυδροι γενήσονται, πηγὰς ἐν αὐταῖς ἔχουσαι ὕδατος ζῶντος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.

v. 8. Ἀκουστὸν ποίησόν μοι τὸ πρωὶ τὸ ἔλεός σου, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα.

Τὴν θεωρίαν ἐπιζητεῖ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἣν καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ἔθος ὀνομάζειν τῇ θείᾳ γραφῇ· τοῦτο γὰρ ἀκούειν λέγεται νοῦς, ὃ γινώσκει, καὶ τοῦτο μὴ ἀκούειν, ὃ μὴ γινώσκει· τὸ δὲ ἔλεος τοῦ Θεοῦ πνευματικήν τινα θεωρίαν σημαίνει, εἴπερ νοῦς ἐστιν ὁ τοῦ ἐλέους τούτου καταξιούμενος· ἔλεον δὲ ὀνομάζει τὴν θεωρίαν, διότι αὐτὴ νοῦς κοπιῶντας ἀναπαύει καὶ πεφορτισμένους ταῖς ἀνομίαις· καὶ γὰρ ὁ Σολομὼν ἐν ταῖς παροιμίαις φησίν· Δότε μέθην τοῖς ἐν λύπαις, καὶ οἶνον πίνειν τοῖς ἐν ὀδύναις, ἵν' ἐπιλάθωνται τῆς πενίας, (τουτέστι τῆς ἀγνωσίας· αὕτη γὰρ ἡ πενία φύσεως λογικῆς), καὶ τῶν πόνων μὴ μνησθῶσιν ἔτι· ὁ γὰρ μεθυσθεὶς ἀπὸ τῆς πιότητος τοῦ οἴνου Κυρίου, ἐπιλανθάνεται τῆς πενίας καὶ τῶν πόνων καὶ τῶν ὀδυνῶν. Οὐ μικρὸν δὲ τὸ ἐν εὐημερίᾳ γινόμενον, τῆς εὐεργεσίας μὴ πρὸς λήθην ἐλθεῖν, ἢ καὶ τό ἀνταπόδος, ἀντὶ τῶν ἡμερῶν τῆς ταπεινώσεως.

v. 12. Καὶ ἀπολεῖς πάντας τοὺς θλίβοντας τὴν ψυχήν μου.

Οὐδὲν οὕτως ἀποδιώκει τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, ὡς θεωρία πνευματική.

v. 8. Vat. 5. Prov. XXXI, 6.

Interea tametsi sine aqua fiant animæ, rebus aut aquis pravis carentes, Dominum persequuntur, ut matutina hora promptum eum inveniant, quando decidet ad eas si cut imber matutinus; ideoque undosæ fiunt, fontesque habent aquæ salientis in vitam æternam.

v. 8. *Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi.*

Inquirit theoriam futuri sæculi, quæ in sacra Scriptura solet vocari regnum cœlorum. Id quippe audire mens dicitur, quod cognoscit, et non audire, quod non novit. Misericordia autem Domini spiritualem quamdam theoriam significat, dummodo mens sit quae hujus misericordiæ digna fiat. Theoria vero vocatur misericordia, quia laborantes reficit et oneratos iniquitatibus. Etenim Salomon in Proverbiis ait: « Date ebrietatem mœstis, et vinum bibere in doloribus, ut obliviscantur inopiæ (id est ignorantiæ; hæc est enim indigentia naturæ spiritualis), neque laborum recordentur amplius. » Ebrius enim, vino Domini potatus, obliviscitur paupertatem et labores et augustias. — Haud vero tenue est, quod prosperitatis beneficium non cadat in oblivionem, vel illud: retribue aliquid pro diebus humilitatis.

v. 12. *Et perdes omnes tribulantes animam meam.*

Nihil magis fugat inimicos nostros, sicut theoria spiritualis.

v. 12. Vat. 5.

Psalmus CXLIII.

v. 1. Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεός μου, ὁ διδάσκων τὰς χεῖράς μου εἰς παράταξιν, τοὺς δακτύλους μου εἰς πόλεμον. *Vatic.* 710, ι.

Ὁ διδαχθεὶς παρὰ Κυρίου τὸν πρὸς τὴν ἀντικειμένην δύναμιν πόλεμον, ἐπίσταται λόγους ἀρετῶν καὶ κακιῶν, καὶ διαφορὰς λογισμῶν, γνωρίσματά τε ἀπαθείας· ἔτι δὲ καὶ τῶν νυκτερινῶν φαντασμάτων καὶ ἐνυπνίων γινώσκει τοὺς λόγους· ὧν οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ λογιστικοῦ μέρους γίνονται τῆς ψυχῆς, κινουμένης τῆς μνήμης, οἱ δὲ ἀπὸ θυμικοῦ, ἕτεροι δὲ ἀπὸ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ· ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀκριβέστερον ἐν τῷ Μονοστίχῳ περιειλήφαμεν. Τῆς γὰρ ἠθικῆς πραγματείας ἡ τοιαύτη τῶν λόγων ἐξέτασις. Νυνὶ δὲ ποσῶς κεκινήκαμεν τὸν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διδασκόμενον, πόλεμον παραστῆσαι βουλόμενοι.

v. 1. *Benedictus Dominus meus, qui docet manus meas ad prælium, digitos meos ad bellum.*

Qui a Domino edoctus est bellum exercere adversus inimicam potestatem, didicit rationes virtutum et pravitatum, et discrimina tentationum, et indicia tranquillæ mentis; item et nocturnorum phantasmatum et somniorum dignoscit causas: quarum aliæ oriuntur ex animæ rationali facultate, favente motu memoriæ, aliæ ex irascibili parte, aliæ autem ex libidine. Sed de hisce diligentius disseruimus in libro *Monosticho.* Ad moralem enim disciplinam hujusmodi causarum examen pertinet. Nunc vero sicubi alumnum a Deo edoctum aliquo modo excitavimus, volumus aciem instruat.

v. 7, 8. Ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου ἐξ ὕψους, ἐξελοῦ με, καὶ ῥῦσαί με ἐξ ὑδάτων πολλῶν, ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων. Ὧν τὸ στόμα ἐλάλησε ματαιότητα, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτῶν δεξιὰ ἀδικίας.

Τινὲς δὲ τὸ πλῆθος εἰρῆσθαι τῶν πολεμίων ἐνόμισαν ὕδατα, διὸ ἐπήχθη τὸ ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων· ὁ δὲ τὸ ἀσεβὲς δηλοῦν, οὐ τὸ ἀλλόφυλον, οὓς καὶ βλασφημῆσαι κατὰ τῆς θείας δόξης φησίν, παὶ μηδὲν ἐργάσασθαι δεξιόν. — Χείρ ἐστιν ἀλλοτρία λογισμὸς μετὰ τοῦ παθητικοῦ μέρους τῆς ψυ-

v. 7, 8. *Emitte manum tuam ex alto, eripe me, et libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum: quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum, dextera iniquitatis.*

Nonnulli censuerunt aquas dici de multitudine hostium, qua de re additum est, *de manu filiorum alienorum,* alius vero designari potius quid impii quam quod alienum est. Hi sunt quos ait blasphemare adversus deificam gloriam, neque agere quodquam in dexteram partem. —

Ps. cxliii, v. 1. Vat. 5. Hic ubi de *Monosticho* quæstio est, jam quærendum an ex tenebris nunc eruperit ignotus Origenis liber, plane novus, an vero hic tantum lateat titulus commentarii brevioris, ab ipso non semel nuncupati *Scholia,* quem per singulos psalmorum στίχους exegisset. Quod quidem ego vix putem, quum scholia intercisa et brevissima sint, jejuna de re ethica, aliena proinde ab illo de tota ascesi argumento, quod ait se in suo *Monosticho* fuisse fuso calamo prosecutum.

v. 2. Vat. 6, 12. Ad hunc versiculum codd. nostri invehunt sub Origenis nomine scholiolum quod videtur referendum alias, ad unum ex psalmis alphabeticis, nescio quem, hic pro sua brevitate, retinendum, ne pereat: Τὸ γὰρ διὰ τοῦ μέλανος παρακειμένῳ (f. leg. παρακείμενον) τῷ στίχῳ ὄνομα τὸ Ἀφὲλ (Vat. 12. ἀφὴ, lege Ἀλέφ) ἑρμηνεύεται διδασκαλία. Addit Vat. 12: Ἀφή ἐστι Θεοῦ διδασκαλία πνευματικὴ τὸν ἐκ τῆς κακίας ἐναποκείμενον (deest f. ἀγαθὸν et quædam alia in loco evanido) ἐξελαύνουσα.

v. 7. Vat. 5 Jerem. iv, 12 Ps. lxxii, 2. Series ægre retexitur.

χῆς ἐγγινόμενος καὶ κατέχων τὸν νοῦν· ἀλλ' αὐτὴ μὲν ἡ χεὶρ ἅπτεται τῶν πρακτικῶν· τῶν δὲ θεωρητικῶν ἐστιν ἡ χεὶρ γνῶσις ψευδὴς αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἢ τῆς θεωρίας αὐτῶν, ἄδικον ἢ ἄσοφον τὸν δημιουργὸν ὑποβάλλουσα...

v. 12. Ὧν οἱ υἱοὶ ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν· αἱ θυγατέρες αὐτῶν κεκαλλωπισμέναι, περικεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ.

Τοῦ προτέρου λαοῦ καὶ πάντως ἀσεβοῦς τοιαῦτα τέκνα. Τοῦ δὲ δικαίου ἡ σὰρξ ἐστιν ἀσθενὴς καὶ νενεκρωμένον τὸ φρόνημα. Αἱ θυγατέρες ἐκείνων ἑταιρικῶς καλλωπίζονται, ὡμοιωμέναι ναῷ, ἐν ᾧ πνεῦμα κατοικεῖ πονηρὸν, ὡς [ἐκ] περιτομῆς τὸν προφήτην εἰπεῖν· Ἐπορεύθησαν αἱ θυγατέρες Σιὼν ἐν ὑψηλῷ τραχήλῳ καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Οἱ δὲ ἅγιοι ναός εἰσι Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν αὐτοῖς. Καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τῆς γῆς θησαυρίζοντες λέγουσι· Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω. Τῶν δὲ ὁ θησαυρός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς· ὁμοίως δὲ αὐτῶν ἡ ποίμνη ψυχὰς ἀκεραίους καὶ ἀγαθὰ καὶ λογικὰ περιείληφε πρόβατα· [ἐν] τῷ ἐπιγείῳ κόσμῳ καὶ ναὸς Θεοῦ γεγόνασιν, ὡς αἱ ἅγιαι τῶν πιστευσάντων ψυχαί. Ἀλλ' [ἐκεῖνοι ἦσαν ὡς] ὁμοίωμα ναοῦ· προσεποιοῦντο γὰρ τὴν κατὰ νόμον ἐπιτηδεῦσαι πολιτείαν, ἀλλ' οὐκ ἔσχον ἐν αὐτοῖς τὸν Λόγον, ἀλλὰ τὸ πονηρὸν πνεῦμα· ἐθησαύρισαν γὰρ οὐ τὸν οὐράνιον, ἀλλὰ τὸν ἐπίγειον πλοῦτον.

v. 14. Οὐκ ἔστι κατάπτωμα φραγμοῦ, οὐδὲ διέξοδος, οὐδὲ κραυγὴ ἐν ταῖς ἐπαύλεσιν αὐτῶν.

Περιτετειχίσθαι δὲ πανταχόθεν φησὶν αὐτῶν τοὺς ἀγροὺς, δίοδον μὴ παρέχοντας. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν εἰρήνῃ, μηδεμίας φοβούσης κραυγῆς. Καὶ ὁ προφήτης φησί· Πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σέ. Τί; ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν

Manus aliena est tentatio oborta ab animæ imbecilli affectu, mentemque possidens: at ipsa manus actuosis rebus aptatur. Manus autem quæ theoretica pertingit, est cognitio falsa rerum vel contemplationis earum, quæ injustum vel insipientem Creatorem supponit.

v. 12. *Quorum filii, sicut novellæ olivarum constabilitæ in juventute sua. Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi.*

Veteris populi et prorsus impii est similis proles. Caro autem justi infirma est ac mens emortua. At istorum filiæ meretricia arte pulchritudinem affectant, similes delubro, in quo impurus habitat spiritus, adeo ut unus in circumcisione propheta dicat: « Ambulaverunt filiæ Sion in excelso collo et in oculorum nutibus, » et porro alia. Verum sancti sunt Dei templum, et spiritus Dei habitat in illis. Isti autem thesauros in terra colligentes, dicunt: « Destruam horrea mea, et majora faciam. » Aliorum vero thesaurus in cœlo est; ac proinde ovile eorum congregavit animas sine macula, bonasque et spirituales pecudes. Vel in terreno mundo Dei templum facti sunt, sicut sanctæ credentium animæ. Isti autem erant quasi similitudo templi. Finxerunt enim instituere vivendi genus secundum legem, verum non habent in se Verbum, sed pravum spiritum; thesauros comparaverunt, non vero cœlestes, sed terrenas divitias.

v. 14. *Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.*

Ait autem circummunitos fuisse undequaque eorum agros, nullum exitum habentes, eosque esse in quiete, ne ullo quidem strepitu timorem incutiente. Et Propheta clamat: « Attamen judicia dicam apud te. » Quorsum? « Quoniam via

v. 12. Vat. 16. Is. III, 16. Luc. XII, 18.

v. 14. Vat. 16. Ps. XLIX, 4.

εὐοδοῦται. Καὶ πάλιν ὁ Δαυῒδ φησι· Παρ' ὀλίγων ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου, ὅτι ἐζήλωσα ἐν τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν.

v. 15. Μακάριος ὁ λαὸς, οὗ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ.

Οἱ μὴ ὀρθῶς κρίνοντες, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ φανταζόμενοι τὰ σαρκὸς, τῷ τούτων ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι πολλῇ, μακάριον εἶναι νομίζουσιν· οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο μακάριον, ἀλλὰ τὸ ἐπικαλεῖσθαι Κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ.

impiorum obvia pergit. » Ac tandem David ait: « Paulo minus effusi sunt gressus mei, quoniam zelatus sum adversus iniquos, pacem peccatorum videns. »

v. 15. *Beatus populus cujus Dominus Deus ejus.*

Qui non recte judicant, sed excogitant ea quæ carnis sunt, existimant beatum esse populum in hac prosperitate fluentem: at beatitudo haec non est, sed invocare dominum Deum suum.

v. 15. Vat. 5.

Psalmus CXLIV.

v. 2. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου [εἰς τὸν αἰῶνα].

Ἀκόλουθα δὲ ταῦτα τοῖς προλαβοῦσιν, εἶπε γάρ· Εὐλογήσω καὶ ὑψώσω σε, δεικνύσας ὡς οὐδὲν αὐτῷ προτίθησιν ἡ παρ' ἡμῶν εὐφημία, ἑαυτοὺς δὲ λαμπρύνομεν, ἐὰν αὐτῷ τὸν αἶνον προσάγωμεν.

v. 3. Μέγας ὁ Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, καὶ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας.

Πάντων μὲν ἡ θεωρία τῶν γεγονότων πεπεράτωται· μόνης δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος ἡ γνῶσίς ἐστιν ἀπέραντος· οὐσιώδης γάρ ἐστιν ἡ σοφία.

v. 4-6. Γενεὰ καὶ γενεὰ ἐπαινέσει τὰ ἔργα σου, καὶ τὴν δύναμίν σου ἀπαγγελοῦσι. Καὶ τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς δόξης τῆς ἁγιοσύνης σου λαλήσουσι, καὶ τὰ θαυμάσιά σου διηγήσονται. Καὶ τὴν δύναμιν τῶν φοβερῶν σου ἐροῦσι καὶ τὴν μεγαλωσύνην σου διηγήσομαι αὐτήν.

Λέγει καὶ Θεοδωτίων γενεὰν καὶ γενεὰν, τοὺς δύο λαούς· οὕτω δὲ καὶ ἐπαίνει τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὡς καὶ τὸν ποιητὴν ἑωρακέναι, θείῳ βλέμματι, ὅτι πάντα καλὰ λίαν. — Σύνηθες δὲ αὐτῷ λέγοντι τοῦ Θεοῦ τὴν με-

v. 2. *Per singulos dies benedicam te, et laudabo nomen tuum in sæculum sæculi.*

Consequentia ea sunt præmissis; dixit enim: *benedicam et exaltabo te,* ostendens quod illi noster plausus nihil addat; nosmet vero ipsi lumine perfundimur, si laudem ipsi offerimus.

v. 3. *Magnus Dominus et laudabilis nimis, et magnitudinis ejus non est finis.*

Cunctarum quidem rerum factarum theoria limite circumscripta fuit; solius vero Trinitatis scientia sine fine est. Sapientia namque est per se subsistens.

v. 4-6. *Generatio et generatio laudabit opera tua, et virtutem tuam annuntiabunt, magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, et mirabilia tua narrabunt, et virtutem terribilium tuorum dicent, et magnitudinem tuam narrabo eum.*

Etiam dixit Theodotion: *Generatio et generatio,* scilicet duo populi. Eodem autem modo opera ejus celebrant, quo ipse Creator vidit divino intuitu, quod omnia erant valde bona. Solemne autem est ei-

Ps. CXLIV, v. 2. Vat. 2, 5. Vat. BB. 710, 2.
v. 3. Vat. 4.

v. 4. Vat. 5. cf. Field. II, 301, Theodotionis lectio desideratur. — Hebr. X, 31. Ps. XLVI, 3.

γαλωσύνην, εἰς τὴν δι' ἔργων ἀπόδειξιν χωρεῖν. Πρακτικοὶ δὲ ἐροῦσι καὶ μετ' ὀρθοῦ φρονήματος, οἷον· Ἔστι φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος, καὶ τό· Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως, ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ταῦτα γὰρ δι' αὐτοῦ τοῦ φοβεῖσθαι καὶ σέβας ἔχειν Θεοῦ· διηγήσονται δὲ καὶ ὡς πέρας μὴ ἔχουσαν αὐτοῦ τὴν μεγαλωσύνην, οὐ περιγράψαντες γνώσει, ἀλλ' ὡς οὖσαν ἀκατάληπτον. Μόνος γὰρ ὁ Υἱὸς γινώσκει τὸν Πατέρα καὶ ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν· εἰ δὲ καὶ ἀποκαλύπτει τὸν Πατέρα οἷς βούλεται, ἀλλ' οὖν ὡς ἐφικτὸν γεννητοῖς ἰδεῖν κατ' ἀναλογίαν, ἥτις ἔχει προπαρασκευήν. Ἄλλως δὲ, θαυμάσιά φησι, τὰ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τινῶν γενόμενα θαύματα· φοβερῶν δὲ δύναμιν τὰ ἐπὶ τῇ τιμωρίᾳ συμβαίνοντα, οἷον ἐμάστιξεν Αἰγυπτίους, καὶ ἐν ἐρήμῳ τὸν λαὸν εὐηργέτησε, εἰ καὶ παραδόξως ἑκάτερον.

dem psalmorum methodo magnitudinem Dei renuntianti, excurrere in operum Dei spectaculum. Viri autem actuosi clamant et recte : « Quam terribile est incidere in manus Dei viventis ! » Et illud : « Exultate Deo in voce exultationis, quoniam Dominus altissimus, terribilis, rex magnus super omnem terram. » Hæc enim fiunt Deo timorem dando et honorem. Enarrabunt autem ejus magnitudinem, tamquam omnes ultra fines transgressam, neque ullo conceptu circumscriptam, immo cognitu imperviam. « Solus enim Filius novit Patrem et Pater Filium. » Quod si quibus vult Patrem revelat, non nisi quantum licet mortalibus intueri per analogiam, quæ est visionis præparatio. — Alio autem sensu, stupenda, inquit, miracula facta sunt pro aliquorum hominum beneficio : formidolosa autem virtus est, in his quæ ad castigandum evenerunt, qualia dedit flagella Ægyptiis, et quanta in deserto beneficia populo dedit : utrumque enim opinionem superat.

v. 9. Χρηστὸς Κύριος τοῖς ὑπομένουσι, καὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ.

v. 9. *Suavis est Dominus sustinentibus, et miserationes ejus super omnia opera ejus.*

Ὁρᾷς ὅπως ἔδειξεν ὅτι χρηστός ἐστι τοῖς σύμπασιν κατὰ τὸ ἐν εὐαγγελίοις, ὅτι ἀνατέλλει τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.

Vides quomodo declaret suavem esse Dominum universis juxta verbum evangelicum : « Solem oriri facit super malos et bonos, et pluit super justos et injustos. »

v. 10. Ἐξομολογησάσθωσάν σοι, Κύριε, πάντα τὰ ἔργα σου, καὶ οἱ ὅσιοί σου εὐλογησάτωσαν.

v. 10. *Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua, et sancti tui benedicant tibi.*

Νῦν ἔργα τὰς φύσεις τὰς λογικὰς λέγει· αὗται γὰρ πεφύκασιν ἐξομολογεῖσθαι Θεῷ. Εἰ δὲ ἀναπέμπεταί τις ἐξομολόγησις καὶ ἀπὸ τῆς λοιπῆς κτίσεως τῆς σωματικῆς, Θεὸς ἂν εἴδειεν καὶ οἱ τούτου φίλοι.

Nunc opera dicit spiritales naturas, utpote quæ existunt ad Dominum celebrandum. Si autem quædam laus a cæteris creaturis corporeis mittitur sursum, id Deus una cum amicis intellexerit.

v. 13. Ἡ βασιλεία σου, βασιλεία πάντων

v. 13. *Regnum tuum, regnum omnium*

v. 9. Vat. 5. Matth. v, 45.
v. 10 Vat. 5.
v. 13. Vat. 5, 6, 12. Joan. xvii, 11, 21, ex libera memoria. Solus Nobilius hos versus obelo notavit, nec nisi, ut videtur, ex scholio nostro.

αἰώνων, καὶ ἡ δεσποτεία σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ.. Πιστὸς Κύριος ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ ὅσιος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ.

Εἰ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἡ θεωρία τῶν γεγονότων καὶ γενησομένων αἰώνων ἐστὶ, καλῶς εἴρηται ἡ βασιλεία σου, βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων.

Ὠβέλισται δὲ τό· Ἡ βασιλεία σου, βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων. Πλὴν καὶ τοῦτο ἰστέον, ὅτι γενεὰ καὶ γενεὰ ἐν τοῖς αἰῶσιν λέγεται, τῶν μὲν διδασκόντων, τῶν δὲ μανθανόντων· ἐν δὲ τῇ ἁγίᾳ Τριάδι γενεὰ καὶ γενεὰ οὐ ῥηθήσεται. Πάντων δὲ γεγονότων ἐν Θεῷ ἕν, κατὰ τὴν προσευχὴν τοῦ Χριστοῦ λέγουσαν· Δὸς αὐτοῖς, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν, καθὼς ἐγὼ καὶ σὺ ἐσμὲν ἕν, Πάτερ. — Γενεὰ καὶ γενεά· αὕτη ἡ γενεὰ ἐκ τῶν κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν γενομένων συνίσταται. — Τὴν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν λαῶν ἐκκλησίαν φησίν, ἔργα δὲ αὐτοῦ ἃ πεποίηται ἐν τῇ οἰκονομίᾳ. Δοξάσω σε, ὁ Θεός μου, ὁ βασιλεύς μου, ὁ διδάξας με γνῶσιν.

v. 15. Καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ.

Ἰατρὸς τῶν ψυχῶν ὁ Χριστὸς ἐν εὐκαιρίᾳ δίδωσιν αὐτοῖς τὴν τροφήν. Χρήσῃ δὲ τῷ ῥητῷ τούτῳ, λύων τὸ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ὑπὸ τοῦ σωτῆρος λεγόμενον· Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; Καὶ οὔπως ἥκει ἡ ὥρα μου. Καὶ γὰρ καιρὸν σημείων οὐχ ἥκειν ἔφασκεν, εἴπερ τὰ σημεῖα οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις· ἀπιστία γὰρ μετὰ τὸ κήρυγμα εἴωθε γίνεσθαι, κηρύσσειν δὲ οὔπω ὁ Κύριος ἤρξατο τὴν βασιλείαν οὐρανῶν. — Ἅμα τε γὰρ βούλει, καὶ ἀπολαύει τῶν παρὰ σοῦ χορηγουμένων ἕκαστος ἀγαθῶν. Καθάπερ γὰρ ἡμῖν ῥᾴδιον τοὺς συνηγμένους ἐκτεῖναι δακτύλους, καὶ ἁπλῶσαι τὴν χεῖρα, οὕτω σοὶ εὐπετὲς ἐν εὐκαρίᾳ παρασχεῖν τῶν ἀγαθῶν τὴν φοράν. — Εἰ δὲ τὰ ἔργα αὐτοῦ διαρκεῖ, πόσῳ μᾶλλον αὐτὸς διαρκῆσαι καὶ δυνατός;

v. 15. Vat. 5, 12. Jo. ii, 4.

sæculorum, et dominatio tua in omni generatione et generatione. Fidelis Dominus in verbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis.

Si regnum Dei est contemplatio creaturarum et quæ sunt et erunt, recte dictum est: ***Regnum tuum regnum omnium sæculorum.*** At obelisco notatum est illud: ***Regnum tuum regnum omnium sæculorum.*** Verum et hoc sciendum, generationem et generationem in sæculis dici, unam docentium, alteram discentium. Sed in sacra Triade generatio et generatio fando non audietur. Omnia autem quæ facta sunt, in Deo unum sunt, juxta votum Christi precantis: « Da illis, ut unum sint in nobis, sicut ego et tu unum sumus, o Pater. » — Generatio et generatio constituitur ex actibus virtutum et scientiæ. Designavit Ecclesiam ex duobus populis conflatam, et opera quæ fecit in salutis œconomia. Laudabo te, Deus meus, rex meus, qui me gnosim edocuit.

v. 15. ***Et tu das escam illorum in tempore opportuno.***

Medicus animarum Christus cibum suis dat in tempore congruo. Utendum eo loco ad solvendum Salvatoris verbum in evangeliis: « Quid mihi et tibi, mulier? At nondum venit hora mea. » Etenim dicebat nondum venisse tempus miraculorum; signa enim non sunt pro fidelibus, sed pro infidelibus. Infidelitas enim solet oriri post prædicationem: nondum vero Dominus incœperat prædicare regnum cœlorum. — Statim ac velis, quisque bonis a te concessis fruitur, sicut enim nobis in promptu est contractos digitos extendere, et explicare manum, ita sollicitus es tu in tempore opportuno præbere bonorum largitionem. — Sin autem opera ejus satis sunt, quanto magis ipse sufficere potest.

v. 20. Φυλάσσει Κύριος πάντας τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν, καὶ πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐξολεθρεύσει.

Φυλάσσων ὁ Κύριος τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν, ὁ πονηρὸς κατ' οὐδὲν ἅψεται αὐτῶν.

v. 20. *Custodit Dominus omnes diligentes se, et omnes peccatores disperdet.*

Quum custodit Dominus diligentes se, improbus nulla in re tanget eos.

v. 20. Vat. 5.

Psalmus CXLV.

v. 4. Ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ. *Vatic.* 711, 2.

Οὗ ἐξέρχεται τὸ πνεῦμα μετὰ τοῦτο, ἐπιστρέφοντος εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ, τούτου εὐθέως ἀπολοῦται πάντες οἱ διαλογισμοί, διότι ἐν λήθῃ πάντων γενόμενος τῶν ἐν οἷς γεννᾶται.

v. 4. *Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam; in illa die peribunt omnes cogitationes ejus.*

Ille cujus exit spiritus post vitam, dum revertitur in terram suam, ejus omnes subito pereunt [terrenæ] cogitationes, ut qui venit in oblivionem omnium rerum generationis suæ.

v. 8. Κύριος λύει πεπεδημένους, Κύριος σοφοῖ τυφλούς, Κύριος ἀνορθοῖ κατεῤῥαγμένους.

... Ἵστησι γὰρ τὸν νοῦν τὰ πράγματα διὰ τῶν ἐν πάθει νοημάτων, καθάπερ καὶ τὸ ὕδωρ τὸν διψῶντα διὰ τῆς δίψης, καὶ τὸν πεινῶντα ὁ ἄρτος διὰ τῆς πείνης. Τί οὖν πρὸς ταῦτα ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν; οὔτε τὰ πράγματα διαφθείρει (αὐτὸς γὰρ αὐτῶν ἐστι δημιουργὸς), οὔτε τὸν νοῦν μὴ νοεῖν αὐτὰ καταναγκάζει. Τοῦ γὰρ ὑπ' αὐτοῦ νοεῖσθαι ἕνεκεν, γέγονεν· ἀλλὰ διὰ τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας καὶ τῶν ἐντολῶν ἀνατρέψας τὰ πάθη, ἅπερ ἕτερά ἐστι τῶν νοημάτων καὶ τῶν πραγμάτων ἀφ' ἡμῶν ἔχοντα τὰς ἀρχὰς, ἐλεύθερον ἀφῆκε τὸν νοῦν τῶν δεσμῶν καὶ τοῦτ' ἂν εἴη τό· Κύριος λύει πεπεδημένους.

v. 8. *Dominus solvit compeditos, Dominus sapientes facit cæcos, Dominus erigit elisos.*

Mentem enim recreant negotia per consilia patiendo concepta, quem ad modum aqua sitientem instaurat propter sitim, et famelicum panis propter esuriem. Ergo ad hæc quid medicus animarum? Neque res destruit, quarum et ipse conditor est, neque cogit animum has res ignorare quæ factæ sunt ut cognoscantur. Sed per spiritualem didascaliam et præcepta subvertens passiones, quæ aliæ sunt quam cogitationes et actus qui ex nobis oriuntur, liberum dimisit animum a vinculis, et fortasse id locum habuerit: *Solvit Dominus compeditos.*

Ps. cxlv. v. 4. Vat. 4. In breviori scholio aliquid fort. exciderit.

v. 8. Vat. 5, 16. Quæ proxime sequuntur edita apud BB.

Psalmus CXLVI.

v. 1. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸν ψαλμός. *Vatic.* 712, 1.

Ἕτερος δὲ περὶ τῆς ἐπανόδου τὸν παρόντα λέγει ψαλμὸν, διὸ ἐπάγει· Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸς ψαλμός.

v. 4. Ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν.

Ταῦτα νομίζει, ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· Πάντας αὐτοὺς κατ' ὄνομα καλέσει, τουτέστιν οὐδεὶς αὐτῶν ἀπολεῖται, ἀλλ' ὥσπερ οἱ κατ' ὄνομα καλοῦνται, μετ' ἀκριβείας πάντας συνάξει. — Ἐπειδὴ μέγα τὸ ἐπάγγελμα τοῦ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης διεσπαρμένους συναγαγεῖν, πρὸς τὸν ἀπιστοῦντα, τὸν Ἰουδαῖόν φησιν. Μὴ ζήτει πῶς καὶ τίνι τρόπῳ· δυνατὸς γάρ ἐστι καὶ συνετὸς καὶ φιλάνθρωπος.

v. 9. Καὶ διδόντι τοῖς κτήνεσι τροφὴν αὐτῶν, καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν.

Ζητήσεις μήποτε συνεκδοχικῶς διὰ τῶν κοράκων πᾶσαν τῶν πτηνῶν τὴν φύσιν σημαίνει ὡς ἐπικαλουμένην Θεόν. Ἢ κόρακας νῦν λέγει φύσεις λογικὰς νοητῶς τρέφειν δικαίους πεπιστευμένας καὶ κολάζειν ἀδίκους προστασσομένας, εἴπερ τοῦ μὲν καταγελῶντος πατρὸς καὶ ἀτιμάζοντος γῆρας μητρὸς, ἐκκόπτουσι κόρακες τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκ τῶν φαράγγων. Τῷ δὲ Ἡλίᾳ ἄρτον κομίζουσι τὸ πρωῒ καὶ κρέα τὸ δείλης...

v. 10. Οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἵππου θελήσει, οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖ.

v. 1. *Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus.*

Est alius qui referat hunc psalmum ad reversionem captivorum; unde subdit: *Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus.*

v. 4. *Qui numerat multitudinem siderum, et omnibus eis nomine vocat.*

Talia recenset, sicut alibi dicit: *Omnes vocabit nomine suo*, videlicet nemo eorum peribit, sed sicut ii qui nomine suo vocantur, cum diligenti cura omnes congregabit. — Quoniam grandis erat promissio colligendi undequaque ex orbe Judæos, ait ad infidelem, sive ad judæum: Noli quærere quomodo vel qua ratione: potens enim est et sagax et hominum amator.

v. 9. *Qui dat jumentis escam et pullis corvorum invocantibus eum.*

Quæres numquid synecdoche usus, per corvos significet totum volatilium genus tamquam clamantium ad Deum. Vel an corvos nunc vocet spirituales naturas, quæ docentur ut justi spiritu nutriantur, et jubentur injustos castigare; quando quidem « ejus qui patrem irridet, et vituperat matris senium, effodient oculos corvi ex convallibus. » Eliæ vero corvi ministrant panem mane et carnem in vespere.

v. 10. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri complacebit.*

Ps. CXLVI. v. 1. Vat. 5.

v. 4. Vat. 5. Ps. XL, 26. Heracleota post Origenis verba, ut apud BB, ἃ τίθησιν ὀνόματα αὐτοῖς, διαφόρους καὶ πνευματικὰς γνώσεις σημαίνει (ex Vat. 5) addit fortasse ex eodem Origene: Ἄψυχα γὰρ καὶ ἀκατανόμαστα. Quod meditentur qui volunt sidera esse incolis et animabus oppleta, neque omittant infra ps. CXLVIII v. 4, ubi angelorum, non vero animarum, memorantur διάφοροι κόσμοι.

v. 9. Vat. 5. Prov. XXX, 17. III. Reg. XVII, 4, 6

v. 10. Vat. 5.

Ματαία, φησί, δύναμις ἀνθρώπου καὶ τάχος ποδῶν. Φόβος γὰρ Κυρίου προστίθησι γνῶσιν καὶ ἀγάπην, καὶ ἀγάπη ἐλπίδα, καὶ ἐλπὶς δωρεῖται ἔλεον.

Inanis est, inquit, fortitudo hominis et pedum velocitas. Timor enim Domini præstat scientiam et charitatem, et charitas spem, spes autem dat misericordiam.

Psalmus CXLVII.

v. 1. Ἀλληλούϊα. Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου. Ἐπαίνει, Ἱερουσαλὴμ, τὸν Κύριον, αἴνει τὸν Θεόν σου, Σιών. *Vatic.* 712, 2.

Ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ ᾠκοδομεῖτο Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ Κυρίου, καὶ τοῦ Ἰσραὴλ αἱ διασποραὶ ἐπισυνήπτοντο. Πρὸς τούτῳ δὲ καὶ αἱ συντετριμμέναι καρδίαι οὐδέπω ἦσαν τεθεραπευμέναι· διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύνατο Ἱερουσαλὴμ αἰνεῖν τὸν Κύριον· ὅτε δὲ λόγῳ διεγράφη τὰ κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ, μέχρι τῆς θεραπείας αὐτῆς, καὶ ἀναβεβήκασιν οἱ πολῖται εἰς τὸν οὐρανὸν τῷ βίῳ, ὡς πλήθη ἄστρων αὐτοὺς γενέσθαι, ὡς φωστῆρας ἐν κόσμῳ ζωὴν ἐπέχοντας, καὶ ἀριθμηθῆναι ὑπὸ Θεοῦ, τότε καὶ αἰνεῖν δύναται τὸν Θεὸν, καὶ ἀκούειν ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος· Ἐπαίνει, Ἱερουσαλὴμ, τὸν Κύριον, αἴνει τὸν Θεόν σου, Σιών. Οὐ γὰρ ὡραῖος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ ὁ αἶνος.

v. 1. *Alleluia. Psalmus Aggæi et Zachariæ. Lauda, Jerusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion.*

In superioris psalmi argumento Hierusalem a Domino ædificabatur, et dispersæ Israelis turmæ in unum cogebantur. Adhuc autem corda contrita nondum sanata fuerant: idcirco non valebat Hierusalem laudare Dominum. Cum autem a Verbo descripta fuerint futura in Hierusalem usque ad ejus sanationem, et cum ascenderint cives in cœlum per vitam ut fiant multitudo astrorum, tamquam luminaria in mundo vitam possidentia, utque ab ipso Deo connumerentur, tunc Hierusalem potest laudare Deum, et audire a prophetico Spiritu præceptum: *Lauda, Jerusalem, Dominum, lauda Deum tuum, Sion:* « Haud enim pulchra est laus in ore peccatoris. »

v. 2. Ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου, εὐλόγησε τοὺς υἱούς σου ἐν σοί.

Πύλαι δὲ τῆς Ἱερουσαλὴμ, αἱ ἀρεταὶ, ὥσπερ Βαβυλῶνος, αἱ ἁμαρτίαι. Αἱ μὲν γὰρ ἄγουσιν εἰς ζωὴν, αἱ δὲ εἰς θάνατον. Αὗται αἱ πύλαι τῆς θυγατρός εἰσιν Σιὼν, διὰ τὸ ἐπιβουλεύεσθαι ὑπὸ βαβυλωνίων καὶ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων ἠφανισμέναι ἐν τῇ Σαμαρίᾳ, ὡς γὰρ ἐν θρήνοις Ἱερεμίας φησί· Πᾶσαι αἱ πύλαι αὐτῆς ἠφανισμέναι, καὶ αὐτὴ ἀπεστράφη εἰς τὰ ὀπίσω. Ὁ γὰρ μετὰ τὸ κατορθῶσαι ἀρετὴν νικηθεὶς ἠφάνισεν ἐν ἑαυτῷ τὰς τῆς Ἱερουσαλὴμ πύλας, ἐκδοὺς ἑαυτὸν Βαβυλωνίοις τοῖς νοητοῖς. Μοχλοὺς δὲ νοήσεις αὐτῆς τὰ ὀρθὰ δόγματα καὶ λό-

v. 2. *Quoniam confortavit vectes portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te.*

Portæ autem Hierusalem, virtutes sunt, sicut Babylonis vitia. Illæ enim ducunt ad vitam, istæ ad mortem. Eædem portæ sunt filiæ Sion, quippe conspiratur tum a Babyloniis, tum ab inimicis potestatibus, ut aboleantur in Samaria, sicut in Threnis Jeremias ait: « Omnes portæ ejus destructæ sunt, et ipsa conversa est retrorsum. » Qui enim postquam virtutem rexerit, superatus est, destruxit in se portas Hierusalem, seque tradidit spiritualibus Babyloniis. — Vectes autem ejus noveris esse re-

Ps. CXLVII. v. 1. Vat. 16. Eccle. XV, 9.

v. 2. Vat. 5, 16. Thren. 1, 4.

γους στεῤῥοὺς καὶ εὐτόνος ὑπ' αὐτοῦ ἐνισχυομένους. — Ηὐλόγησεν τοὺς υἱούς σου ἐν σοί. Οἱ ἔξω ὄντες τῆς Ἱερουσαλὴμ υἱοὶ ὄντες ἐν τῇ διασπορᾷ, καὶ μήπω ἐπανελθόντες διὰ μετανοίας, οὐχ εὐλογοῦνται τοσοῦτον ὅσον οἱ ὄντες ἐν αὐτῇ· εὐλογοῦνται μὲν γὰρ ἀρχὴν λαβόντες ὑποστροφῆς καὶ ἐπανόδου· κατ' αὐτὴν δὲ γενόμενοι, τελείαν ἔξουσιν εὐλογίαν.

cta dogmata et solidos sermones egregie facundos, qui ab ipso Spiritu confortantur. — *Benedixit filiis tuis in te.* Filii enim Hierusalem qui extra sunt et manent in dispersione, neque unquam reversi sunt per pœnitentiam, non tantum benedicuntur, quantum hi qui in ea sunt: in ea benedicuntur enim, quando incipiunt converti et reverti, nec nisi cum ea congressi, perfectam recipient benedictionem.

v. 3. Ὁ τιθεὶς τὰ ὅριά σου εἰρήνην, καὶ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε.

Οὗτος ὁ πυρὸς ἐκ τοῦ σπέρματός ἐστιν ἐκείνου τοῦ καλοῦ τοῦ σπαρέντος ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἐν τῷ ἀγρῷ, ὅπερ πνευματικὴν γνῶσιν σημαίνει.

v. 7. Ἀποστελεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτά, πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. κτλ.

Ἀλλὰ καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, εἰς τὴν καρδίαν τῶν αὐτὸν παραδεχομένων ἀποστελλόμενος, τήξει καὶ ἀφανίσει τοὺς πειρασμούς· οἱ γὰρ τῷ πνεύματι ζέοντες γενναίως, τοὺς τοιούτους ὑπομένοντες πειρασμοὺς, διαλύουσιν αὐτούς.

v. 3. *Qui posuit fines tuos pacem, et adipe frumenti satiat te.*

Hoc frumentum est ex semine hujusce boni grani, quod Dominus seminavit in agro, quo significatur gnosis spiritualis.

v. 7. *Emittet verbum suum, et liquefaciet ea, flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.*

Sed etiam sermo Dei, missus in pectus eorum qui illum recipiunt, liquefaciet et dissolvet tentationes. Qui enim spiritu flant fortiter in istiusmodi vexationes, dissipant eos.

v. 5. Vat. 5. Matth. XIII, 24.

v. 7. Vat. 5.

Psalmus CXLVIII.

v. 2. Αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. *Vatic.* 712, 2.

Ἕτερος ἐξέδωκε· Πᾶσαι αἱ στρατιαὶ αὐτοῦ. Λέγει δὲ τὰ χερουβεὶμ καὶ τὰ σεραφεὶμ, τὰς κυριότητας, τὰς ἀρχὰς, καὶ ἐξουσίας.

v. 4. Αἰνεῖτε αὐτὸν, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν.

Ἄλλο γάρ ἐστιν ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ στερεώματος, καὶ ἕτερον τὸ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἄλλο πάλιν τὸ ἐπάνω τῶν οὐρα-

v. 2. *Laudate eum, omnes angeli ejus; laudate eum, omnes virtutes ejus.*

Alius interpres edidit: *Omnes exercitus ejus.* Dicit autem Cherubim et Seraphim, Dominationes, principatus, potestates.

v. 4. *Laudate eum, cœli cœlorum, et aquæ super cælos.*

Alia est enim aqua sub firmamento, et alia quæ in cœlis, et rursus alia quæ super cœlos, quæ nunc jubetur laudare no-

Ps. CXLVIII. v. 2. Vat. 5. Cf. Field. II, 303, ubi eadem lectio duobus datur interpretibus, Aquilæ et Symmacho.

v. 4. Vat. 5, 16. Coloss. 1, 16.

νῶν, ὅπερ νῦν αἰνεῖν λέγεται τὸ ὄνομα Κυρίου. Ταῦτα δὲ πάντα τὰ ὕδατα σημαίνει τὰ ἅγια καὶ λογικὰ τάγματα διαφόροις ἐνδιατρίβοντα κόσμοις, ἅπερ ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος ὀνόμασιν ἑτέροις δεδήλωκε, θρόνους λέγων καὶ κυριότητας καὶ ἐξουσίας.

men Domini. Illæ vero omnes aquæ significant sancta et spiritualia agmina diversos mundos habitantia, quæ sacer Apostolus aliis nominibus signavit, thronos vocans, principatus et potestates.

v. 12. Νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύται μετὰ νεωτέρων αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου.

v. 12. *Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini.*

Ἕτερος εἶπεν· Ὁσάκις μέμνηται νεανίσκων ἡ γραφὴ καὶ παρθένων, τοὺς ἐν ἀγνοίᾳ σημαίνει, τὸ ἀδιάφθορον ἔχοντας· τοὺς δὲ νεωτέρους διαβεβλημμένους ὄντας τοῖς πρεσβυτέροις συνάπτει, ὡς ἂν ἐξ αὐτῶν σωφρονίζοιντο. Νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων, αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου.

Alter dixit: « Quoties Scriptura meminit juvenes et virgines, signat minus doctos, puram simplicitatem habentes. Juniores autem qui male audiunt, senioribus conjungit, ut juxta illos morigerati fiant. *Juvenes et virgines, senes cum junioribus cantent nomen Domini.* »

v. 13, 14. Ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνου, ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ, καὶ ὑψώσει κέρας λαοῦ αὐτοῦ. Ὕμνος πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ, τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, λαῷ ἐγγίζοντι αὐτῷ.

v. 13, 14. *Quia exultatum est nomen ejus solius. Confessio ejus super cælum et terram, exaltabit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis ejus, filiis Israel, populo appropinquanti sibi.*

Ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, λαῷ ἐγγίζοντι αὐτῷ. — Πολλάκις εἴρηται πῶς ὑψοῦται καὶ ἁγιάζεται καὶ μεγαλύνεται τὸ ὄνομα Κυρίου. Αἰνετέον ἐπεὶ συγκεκλήρωται αὐτῷ τὸ ὕψος καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ παρὰ πάντων εὐχαριστία. Τὸ δὲ μόνου πρὸς τοὺς οὐκ ὄντας ἀντιδιαστέλλει θεούς. Ὡς δὲ ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκεν εἰς τὴν γῆν, οὕτω νῦν ἀπὸ γῆς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀνατρέχει. Οὐ παύονται γὰρ, φησὶν, αἱ ἄνω δυνάμεις εὐχαρίστως ἀνυμνοῦσαι τὸν αἴτιον· ἀλλ' ὅμως ὁ τοσοῦτος Θεὸς οὐκ ἀπηξίωται λαὸν ἴδιον ἡμᾶς ὀνομάσαι τε καὶ ὑψοῦσαι, περιφανεῖς ποιήσας ἀγαθότητι μόνῃ, καὶ οὐ τῆς παρ' ἡμῶν θεραπείας ὁ τηλικοῦτος δεόμενος· ἵνα δὲ μὴ ῥαθυμήσωσι λαοὶ ἀκούοντες, τοῖς ὁσίοις προσεῖπεν καὶ τὸ ἐγγίζοντι πάλιν ἐπέθηκεν· οὐκέτι γὰρ αὐτὸν μόνα

Confessio ejus *filiis Israel, populo appropinquanti sibi.* Sæpenumero dictum est, quomodo exaltetur et sanctificetur et magnificetur nomenDomini. Laudandum est, quoniam in sorte ejus cumulata est elevatio et gloria et gratiarum actio habenda ab omnibus. Vox *solius* contra deos qui non sunt, opponitur. Sicut autem in exordio a cœlo descendit in terram, ita nunc a terra excurrit in cœlum. Non cessant, ait, supernæ virtutes grato cum animo auctorem hymnis celebrare ; verumtamen tantus ille Deus non dedignatus est vocare nos propriam plebem suam, et exaltare, gloriosos faciens ex sola benignitate, qui talis est ut minime nostra sanatione indigeat: sed ne torpe-

v. 13, 14. Vat. 16. Ἕτερος, quis nempe? ita solet Origenes adducere veteres Alexandrinos interpretes, ac diligentius si recenseas sequentia, alium facile stylum, aliam grandiloquentiam agnosces, quæ solemnis est senioribus Alexandrinis. Uno enim tractu, neglecto στίχων discrimine, grandi passu ad ultima psalmi verba excurritur. Quæ quidem ut eximia, Theodorus Heracleota non neglexit, sed paraphrasi sua in primis ultima confirmavit.

ὑμνεῖ τὰ οὐράνια, ἀλλ' ἐπληρώθη σύμπασα γῆ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαν θαλάσσας.

scant desides quæ id audiunt gentes, alloquitur sanctos et *appropinquanti sibi populo* iterum subjungit. Neque enim illum soli cœlestes spiritus cantant: sed repleta est universa terra scientia Domini, sicut unda ingens cooperuit oceanum.

Psalmus CXLIX.

v. 8. Τοῦ δῆσαι βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πέδαις καὶ τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς. *Vatic.* 713, 1.

Ὁ συμβιβάζων διδασκάλους ἑτεροδόξων, καὶ τοὺς ἐκείνοις δοκοῦντας διὰ νομιζομένην ἱκανότητα ἐνδόξους, [δήσει] τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πέδαις, ἵνα μὴ προβαίνωσι τὸν λόγον ἑαυτῶν, καὶ τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς, ἵνα μηκέτι κρατῶσι τῶν πάλαι διὰ τὸ εὐεξαπάτητον κρατουμένων.

v. 8. *Ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis.*

Qui paciscitur cum magistris heterodoxorum et cum illis qui videntur insignes ob fictitiam sufficientiam, constringet eorum reges in compedibus, ne prosequantur sermonem suum, et nobiles eorum in manicis ferreis, ne unquam retineant quos quondam occuparunt persuasibili fallacia.

Ps. CXLIX. v. 8. Vat. 16.

Psalmus CL.

v. 1, 2. Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τῷ στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐπὶ ταῖς δυναστείαις αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν κατὰ τὸ πλῆθος τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ. *Vatic.* 713, 2.

Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τῷ στερεώματι αὐτοῦ, οἱ ὄντες ἐν στερεώματι αὐτοῦ· οὐ γὰρ παύεται συνεχῶς κοινωνοὺς λαμβάνειν τὰς ἄνω δυνάμεις τῆς εὐφημίας. Ἄλλος φησί· διὰ τῶν δυναστειῶν αὐτοῦ. Τί δέ ἐστιν ὃ λέγει· Ὑμνεῖτε αὐτὸν διὰ τὰς δυναστείας αὐτοῦ; διὰ τὰ θαύματα αὐτοῦ, διὰ τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ. Πῶς δὲ δυνατὸν ἀντίῤῥοπον τοῦ πλήθους τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ εἰσάγειν αἶνον; ἀλλ' οὐ λέγει ἀντίῤῥοπον· ἀλλ' ὅσον δυνατὸν ἐκτείνειν ἐννοοῦντα τὸ πλῆθος τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοιοῦτον ὡς ἐγχωρεῖ σοι, ὕμνον ἀνάφερε· οἷον εἰκὸς τοσούτῳ μεγάλῳ καὶ μεθ'

v. 1-2. ***Laudate Deum in sanctis ejus, laudate eum in firmamento virtutis ejus; laudate eum in potestatibus ejus; laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.***

Laudate eum in firmamento ejus, vos qui in ejus firmamento estis. Nam non cessat supernas virtutes assidue socias assumere laudationum. — Alius dicit ***per potentias.*** Quid autem est quod ait: Hymnis eum laudate ob potentias ejus? Ob miracula ejus, ob fortitudinem ejus. Qua vero ratione potest admitti æquilitas cum multitudine magnitudinis ejus? at proportionem non allegat, sed quo usque se extendere potest, qui cogitat multitudinem magnitudinis ejus, talem hymnum, quantum tibi conceditur, qui ho-

Ps. CL. v. 1, 2. Vat. 5. Cf. Field. II. p. 304.

ὑπερβολὴν μεγάλῳ ἀναφέρειν ὕμνον, ἄνθρωπον ὄντα.

v. 3-5. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ, καὶ κιθάρᾳ, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τυμπάνῳ καὶ χορῷ, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν χόρδαις καὶ ὀργάνῳ. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ. Πᾶσα πνοὴ αἰνέσατο τὸν Κύριον.

Ἔστι δὲ καὶ ἑορτή, ψαλτήριον δὲ καὶ κιθάρα πνεῦμα καὶ ψυχὴ νεκρωθεῖσα μέλεσι τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ πολλοῖς καὶ πνεύματι ἑνί, καὶ ψυχῇ μιᾷ, καὶ αὐτῷ νοΐ, καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ· κἂν πολλοὶ δὲ ὦσι μὴ συμφωνοῦντες, οὐκ εἰσὶ χορός. — Καὶ ὁ μὲν γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων ἢ τῶν ἀγγέλων λαλῶν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχων, χαλκός ἐστιν ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. Ὁ δὲ πρὸς ταῖς εἰρημέναις γλώσσαις, ἀγάπην ἔχων, κύμβαλόν ἐστιν εὔηχον, διὰ τὴν καλὸν ἠχοῦσαν ἀγάπην, ἢ διὰ τὴν γλῶσσαν ὑπὸ ἀγάπης τρανουμένην, μάλιστα ὅτε καὶ διερμηνεύει, καὶ τάχα οὐ πάντως τὸ ἀλαλάζον κύμβαλον καὶ ἀλαλαγμοῦ ἐστι· τὸ γὰρ τοῦ ἀλαλαγμοῦ τῷ κυρίῳ ἀλαλάζει, τὸ δὲ τέλος δηλοῦται διὰ τοῦ τελευταίου στίχου. Κατά τινα τῆς Γραφῆς συνήθειαν εὐκτικῶς εἰρημένον, ὡς τό· Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, ἀντὶ τοῦ· ἁγιασθείη καὶ ἔλθοι. Καὶ ἐν ψαλμοῖς μυρία ἐστὶ τοιαῦτα, ὁποῖον τὸ γενηθήτω ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκότος καὶ ὀλίσθημα. Τοῦτο δέ φαμεν, εἰδότες καὶ ἀλλαχοῦ τηρεῖσθαι τὰ τοιαῦτα προστακτικῶς ἐν τῷ· Γενηθήτω φῶς καὶ τοῖς ὁμοίοις. Ὁ δὲ θέλων εὐφήμως καὶ ταῦτα φάσκειν εἶναι εὐκτικά, ἐρεῖ τοῦ σωτῆρος εἶναι πρὸς τὸν Πατέρα εὐχὰς περὶ τῆς κοσμοποιΐας. Ἀλλὰ πῶς ὑγιῶς ἔσται τό· Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγεννήθη· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθη; Τηρητέον δὲ ὅτι τὰ πρῶτα εἰπών· αἰνεῖτε, ὡς πρὸς ἤδη δυνάμε-

mo manes, offer, prout decet Deum tam magnum et ingentem ultra omnem exaggerationem.

v. 3-5 *Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio et cithara; laudate eum in tympano et choro, laudate eum in chordis et organo; laudate eum in cymbalis bene sonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis. Omnis spiritus laudet Dominum.*

Est autem tum festivitas, tum psalterium, tum cithara spiritus et anima, mortua membris quæ super terram sunt, et inter multos quibus sunt spiritus unus et anima una, et mens eadem, eademque sententia. Etiamsi multi sint, deficiente consensu, chorum non efficiunt. — Et qui linguas hominum vel angelorum loquitur, charitatem non habens, aes sonans et cymbalum est tinniens. Qui vero cum hisce linguis charitatem jungit, cymbalum est suaviter canorum, ob charitatem quæ bono concentu sonat, et ob linguam clare faventem charitati: tum maxime quum sacra interpretatur, ac fortasse fit ut omnino non sit cymbalum tinniens et tantum clamor jubilationis. Tinnitus enim in Domino jubilat, clamor vero finem nuntiat, ut in ultimo versiculo. Scripturæ consuetum est modo precum dicere similia: « Sanctificetur nomeu tuum, adveniat regnum tuum », pro: «utinam sanctificetur et veniat.» Et in psalmis sexcenta id genus sunt, qualiter: « Fiat via illorum tenebræ et lubricum. » Id quidem asserimus, conscii tamen et alias eadem statui imperative, ut: « Fiat Lux » et similia. Si quis maluerit etiam hos versus sensu precum audire, is dixerit Salvatoris esse orationem ad Patrem intuitu creationis. Sed

v. 3-5. Vat. 5, 16. Rom. XII, 11. 1. Cor. XIII, 1. Matth. VI, 10. Ps. XXXIV, 6. Gen. 1, 3. Ps. XXXII, 9. Cave ne ultima totius commentarii nostri verba in perversam intelligas sententiam, qua Origenes pessime audit, nempe cum deleto in fine peccato, delendam esse in inferis peccatorum pœnam. Multa non desunt de sano dogmate loca Origenis perspicua.

να ποιῆσαι τὸ προστασσόμενον, τὸ τελευταῖόν φησιν αἰνέσατε· καὶ γὰρ τὰ μὲν τὸν ἐνεστῶτα σημαίνει χρόνον, τὰ δὲ τὸν μέλλοντα, εἰ καὶ ὁ καλούμενος προστακτικῶς δηλοῦται ἐκ τῶν προτέρων καὶ ὁ λεγόμενος ἀόριστος ἐκ τοῦ τελευταίου. — Κιθάρα ἐστὶ ψυχὴ πρακτικὴ ὑπὸ τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ κινουμένη καὶ διὰ πάσης πράξεως αἰνοῦσα Θεόν. — Ἓν κύμβαλόν ἐστιν ὕμνος εὐκόσμιος τῶν ἀγγέλων, ἕτερον ἡ λογικὴ τῶν ἀνθρώπων φύσις, ὥς φησιν ὁ μέγας ἀπόστολος, ὅτι πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Καὶ μέλος ἐπινίκιον ᾄσει, κυμβάλων δίκην, ὁ τούτων [αἰτῶν] τὴν ὑμνῳδίαν, τοῦ πολεμίου εἰς ἀφανισμὸν γενομένου. Ὡς γὰρ ὁ παντελὴς ἀφανισμὸς ἀδιάλειπτος, ὁ πρὸς τὸν Θεὸν αἶνος εἰσαχθήσεται· ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. Ἁμαρτωλὸς τότε οὐκ ἔσται, ἁμαρτίας οὐκ οὔσης.

qua ratione sana stabit hoc: « Ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit, et creata sunt? » Tenendum sane priores versiculos dicentes: « *Cantate* » vim habere præcipiendi ea quæ fieri jam poterant; ultimus vero ait: Cantavistis; alia enim præsens tempus signant, alia futurum, etsi quæ vocatur forma imperativa in primo loco sit manifesta, et quæ dicitur ἀόριστος ocuurrat in ultimo.

Cithara est anima actuosa, ad Christi mandata implendum excitata, quæ per quodcumque opus Deum celebrat. Pars una cymbali est hymnus suaviter sonans angelorum; altera hominum natura facunda, ut ait magnus Apostolus: « Omnis lingua confiteatur, cœlestium, terrestrium et infernorum, Dominum Jesum Christum esse in gloriam Dei Patris. » Et triumphalem hymnum, cymbali instar, cantabit, qui hos psalmos decurret, prostrato hoste et destructo. Sicut enim perfectum et perpetuum exterminium, introducitur hymnus ille apud Deum. Etenim in ore peccatoris pulcher hymnus non est; sed sublato peccato, jam peccator non erit.

ORIGENES ET EUSEBIUS

IN PSALMOS

Accedunt Melito Sardensis, Pamphilus Martyr, Asterius Arianus, Hieronymus Græcus, Theodoretus, Andreas, Anastasius, etc.

PROŒMIUM

Origenem Eusebius tam pressis sequitur vestigiis, dum sacras Scripturas, tum maxime psalmos, commentatur, ut dici posset *Adamantinus,* perinde ac τοῦ Παμφίλου, ob sancti martyris magisterium et contubernium, cognomento ornatus fuit. A Pamphilo quidem libros et exempla potius recepit quam eruditionem: et utinam tanti amici fidem integram servaverit! Verum quantum Origeni, cujus omnia volumina, in primis Hexaplorum molem, bibliotheca Cæsariensis recepit, Eusebius acceptum retulisse debuerit, suspicari tam in promptu est quam dictu difficile. Tantæ enim Origenis etiam ruinæ periere, et Eusebii tot supersunt sacri commentarii, ut arduum sit æqua lance librare et recensere utriusque supellectilem. Adde quod discipulus magistri nomen perpetuo silentio expunxit, nec deest suspicio, quin ex industria ita furtum dissimulaverit, ut nemo illi plagii notam facile inureret. Quicumque tamen vel cito oculo lustravit, quotquot supersunt Eusebii scholia in psalmos et in Isaïam, illico deprehendit ubique latere, immo emicare passim luculenta Origenis vestigia.

Sat enim est intueri quanta messis Hexaplorum in agro Cæsariensi undequaque densa albescat, quotque manipuli premant Eusebii horrea. Etenim totus veterum interpretum campus areret propemodum, excisis Aquilæ, Symmachi, Theodotionis surculis immensis, innumerisque, inde ab Eusebio traductis, non solum ad Græcos, sed etiam ad Syros et Chaldæos usque ad Abulpharagium et Euthymium Zigabenum.

Unde summa Bernardi Montefalconii laus est, qui primus illam Adamantini aurifodinam eruit; et quamvis alia ingentia opera idem struxerit, usque ad octoginta annos indefessus, vix nobilius exegit monumentum quam Eusebii in psalmos commentarium. Nec frustra, tanto in longa via ἑρμαίῳ reperto, audax aggressus est consilium etiam Hexaplorum ædes et exedras a fundamento instaurandi. Nec mirum, si hac de re cum patria et juvenili alacritate disserentem, eum libenter audire dignatus sit in privatis colloquiis Clemens XI, cui omnes disciplinæ, immo et græcanicæ Musæ in deliciis erant. Neque demum cum tantæ Majestati votiva offerre Eusebiana scho-

lia felix Maurinus permissus est, modum excessit, aiens : « Opus sane egregium, si Scripturæ sacræ notitiam, veterum interpretum copiosam supellectilem, doctas de cujusque psalmi auctore et tempore observationes spectaveris. »

Princeps vero ille inventor tribus potissimum codicibus usus est: Taurinensi, Coisliniano, Colbertino. Quorum primus, cæteris et præstantior et uberior in psalmo quadragesimo luctuose deficiebat. Alter scholiis jejunior, haud sine multis lacunis, vix ad nonagesimum quintum pertingebat. Tertius multo recentior, prolixum decimum octavum supra centesimum, sed vix cum exilibus laciniis, ægre assequebatur. Quidquam ultra nullibi, per omnes catenas Parisienses, occurrebat impigro et alacri Maurino, ob immanem hiatum obstupescenti.

Attonitus ipse assurexit Angelus Maius, qui tot desperata detexit. « His ego, inquit, apud Montfauconium lectis, et cum nec apud Corderii quidem catenam Eusebium uspiam post dictum terminum laudari viderem, quæsivi sedulo in vaticanis codicibus, numquid forte lateret, quod ultra prædictam editionem excurreret. Ergo ad catenas Vaticanas conversus... tres inveni in quibus Eusebii excerpta non contemnenda usque ad psalterii finem leguntur. » Quæ statim uno haustu recepit inexplebilis vir, et in tomo IV Bibliothecæ novæ Patrum publici juris fecit.

Ergo totum opus tu dixeris abunde profligatum. Ego tamen, dum disjectos Origenis flosculos colligerem, toties incidi in novas Eusebii paginas, sæpissime Adamantinis vicinas, affines et germanas, immo non semel sub utroque nomine positas, ut vehemens mihi desiderium incesserit, etiam post vasta grandium messorum terga, spicas colligendi derelictas.

Calcaria in primis addidit codex Vaticanus 1789, inter Colonnenses recens Apostolico hospitio receptos haud ultimus, quem facile æstimaverim præstantissimo abbatiæ Taurinensis κειμηλίῳ similem, utpote ejusdem indolis, et in eodem amplo volumine tantum quinquaginta psalmos asservantem ; in quo, nullo fere versu omisso, omnia continentur quæ nobis dedit Montefalconius ; sed et alia felici ubertate in eodem florent.

At floribus spinæ non desunt. Collato hinc et inde exuberante commentario, multa quidem Taurinensem sine ulla varietate referebant. Multa, ut dixi, editis auctiora, eamdem et continuam telam texere mirabar. Nec satis : etiam lemmata quæ fuse Taurinensis persequitur, eadem stupebam in Vaticano relegi, augeri, perpoliri.

Inde quæstio multiplex : ac primum subit inquirendum, an non ab aliquo subdolo metaphraste cavendum nobis sit.

Sed catenam tenemus, in qua ad Eusebium accedunt Origenes, Athanasius, Basilius, Didymus, Cyrillus, Asterius, Theodoretus, alii. Ne fando quidem auditum est catenarum eclogarios, qui compendiis usque importunis in veteres sævire solent, unquam lacinias auxisse suas incrementis, uberius et concinnius proprio marte intrusis.

Præterea, cum ibi in eodem comitatu congerantur integrae veterum paginæ, quales apud Maurinos, apud Maium, Sirmondum et alios magistros, sinceræ reputantur, qui fit ut solus Eusebius, fraude mutatus, incolumis non remanserit ? sed quid juris de ipso Montefalconii Eusebio, quem ibi totum fere legimus αὐτολεξεί ?

Num ergo Eusebius ipse novo operi accinctus, inceptam ruperit telam, ut alteram redintegraret ? Nemo id concesserit, si Montefalconio dederit, quod vix

negandum, hoc opus fere ultimum esse Cæsariensis fetum, nec nisi post a. Chr. cccxxvii in lucem primam editum fuisse.

Redeundum igitur ad eclogarios, genus in primis varium et lubricum, et quærendum num codex noster, simul et Taurinensis opera cujusdam vafri et versipellis librarii censendus sit.

In nostro quidem scholiasta non deest aliqua mutandi, vertendique prurigo, nec plurima absunt compendia ex arbitrio truncata, quæ Taurinensis integriora servavit.

Taurinensis vero ita non est integer, quin sive consueta epitomatoris libertate, sive occulto ejusdem consilio, plura non censeantur ex industria fuisse trunca, vulneribusque confossa. Librarius certe non semel Montefalconium, licet oculatum, fefellit, dum ex erraticis in margine nominibus, Eusebio nunc dedit quæ aliena sunt, nunc ademit quæ sunt restituenda. Vetus vero scholiasta, quem facile autumaverim præ manibus habuisse integrum commentarium, tanta mole deterritus, plura resecuit, maxime cum concurrerint prolixæ Chrysostomi, elegantes Basilii, eruditæ Theodoreti expositiones. Sane Eusebius seriem totius psalterii continuam emensus est, cum solita in senio verborum facundia, neque a perpetua omnium versiculorum exegesi refugit. Si ergo plurima apud Montefalconium transacta omissaque aperte sunt, quæ apud nos justo tenore retinentur, quid ea recipere et sarta tecta servare pigeret? Etenim constat ex fide codicum nostrorum intercisam fuisse seriem quam Maurinus continuam exhibet, quoties nempe tetra nota sistitur: καὶ μετ' ὀλίγα, καὶ μετὰ πολλά, καὶ πάλιν, de quibus in edito commentario nullum vestigium superest.

Cæteros codices Vaticanos ultra psalmum cxviii tangere noluimus: quum enim egregie fuerint manu Angeli Maii versati et excussi, vix decuisset, post tanti magistri laborem, novas iterare curas et supervacaneas. Longum iter emensi per centum et decem octo psalmos, tutum et tranquillum pedem sistimus, ubi stetit Montefalconius.

Præterea ad hos minores codices cautissime accessimus, a quibus tantum paucas et breves lacinias ægre et parce excerpere, satius visum est. Adeo enim sunt incompta frusta, ut vix tanto nomine honestanda videantur. Sed, ut Sirmondo similia colligenti dicere placuit, in sarcina catenarum medulla et succus patrum cum serie sententiarum superest. Ex nostris id genus libris præstant Reginensis 40 et Vaticani 754, 1677, 1678, 1682, 1683, quorum ad normam exactos parisinos plures fuisse opinarer.

Non desunt tamen vel in minimis scholiolis vestigia subtilium glossarum, quibus Origines totum psalterium haud sine multo acumine persecutus est, nec mirum si easdem quoque in usum suum Eusebius retulerit. Cæterum pauca ex hac tenuiore supellectile recepimus, quæ etiam in exiguis sepulta typis potius occultari quam in medium proferri placuit.

Quibus diu et anxie perpensis, hanc sententiam tuto amplectendam esse censuimus, minoribus fragmentis minorem dandam esse fidem, sed multo majorem prolixis interpretamentis, quæ potissimum nostras paginas implebunt; ac vix demum dubitandum esse de sinceritate omnium scholiorum ex codice Colonnensi receptorum.

Quod spectat ad genus interpretandi Eusebio probatum, tria paucis advertere est: ac primum, nullus sane veterum magis litteræ declarandæ incubuit: inde excussa diligentissime hexapla, inde ad historiam, ad monumenta, ad ritus et

consuetudines, ad placita Hebræorum anxius respectus et sedula inquisitio: in quo vestigia sequitur Origenis, quo nemo plura saxa movit, plurimo sudore et frigore alsit, quidquid dictitari solet, ut genuinum Scripturæ sensum in aprico poneret.

Magistrum præterea in eo feliciter imitatus est, quod opulenta usus bibliotheca, et copiosa eruditione auctus, sæpe veteres libros versavit, et priscos retulit nobis commentatores; ut, dum eum audimus, certe multos patres Antenicœnos in scenam prodeuntes cernere sit. Tum etiam, neglecta scholastica methodo quæ sequentium interpretum solemnis fuit, nec verbo verbum reddens, sed veterum exemplo, multa Scripturæ sacræ commata amplo intuitu lustrat, colloquio personas sistere jubet, neque etiam in eo desideratur τὸ ὕψος et audax prosopopæia, quæ in prisca ætate frequentantur.

Alterum notandum est, Eusebium videlicet indulsisse allegoriæ. Quid ergo? Præeunte omnium veterum patrum agmine, ducibus ipsismet Apostolis, immo imperante Christo magistro, ita allegoriæ leges, quas cum Origene passim vocat τῆς ἀναγωγῆς νόμους recepit, ut novo fœderi vetus perpetuam facem anteferret, atque incolumi littera permanente, afflata divini numine scripta nunc ad Christum, nunc ad Ecclesiam sive terrenam sive supernam, nunc ad christianam animam virtutibus ornandam, ab ordine naturali ad sublimiorem facto constanter transitu, convertorentur. Hactenus hæc, et de hisce alio in loco fusius.

Unde autem latino interpreti facilius indulgeatur, etiam de Eusebiana scribendi indole dicere est. Hæc, forsitan duriuscula, Montefalconius, sed post Photium: « Stylus itaque ejus non nihil strigosus et perplexus est, non arte limatus (οὔτε ἡδύς, οὔτε λαμπρύτητι χαίρων). Oratio nedum excurrat libere, adeo intricata plerumque est, ut scriptoris mentem vix assequare. Periodos ita prolixas ducit, ut extractam longius seriem, si quid novi menti succurrerit, subinde intercipiat, dum suspensus animo lector, nec qua deducere, nec ubi claudere argumentum velit, intelligere valet. » Hæc ille, mitior fortasse futurus, si non salebrosa, hirta que compendia, sed integriorem orationem, uti sæpe nos, ad manum habuisset. Sane non adeo stomachati sunt, Vigerius et Valesius, principes cum Turnebio recentiorum interpretum, quos ambos fortuna fausta Eusebio dedit, ut in Latium nobili comitatu introduceretur, ac præcipua illius opera diam in lucem prodirent.

Nomen Origenis una cum altero Eusebii jungere non dubitavi, idque non tam suasit, quam coegit indoles commentarii, commune commercium, promiscua non solum hexapla, sed scholia, sed sententiæ, sed verba; immo nomina sæpissime unum pro altero, vel mixtim posita, et in ipsis membranis perspicuo vinculo connexa, quæ statim ab initio præstantior Vatic. codex in medium attulit. Tam proxime et arcte sibi cohærent, ut quum in uno codice Montefalconii folium unum excidisset, incautus et nihil suspicans, doctus vir incidit in mediam Origenis paginam nos etiam obscura quædam nota monet satis aperte penes Eusebium fuisse, præter congesta Hexaplorum et commentariorum magistri volumina, recensionem bibliothecæ sacræ peculiarem, Eusebii nomine inscriptam aut saltem corpus bibliorum insigne et præstantissimum codicem, qui præcateris auctoritate pollebat. Id vero sat gravis momenti est, ut statim testimonium illud novum afferatur ex commentario in psalmum CXVII, ad v. 27 et 28, in Vat. 5: Οὗτοι οἱ δύο στίχοι οὐκ ἔκειντο ἐν τῷ

τετρασελίδῳ παρ' οὐδενὶ, οὐδὲ παρὰ τοῖς Ο', οὐδὲ εἰς τὸ Εὐσεβίου. (cf. *infra ps.* CXVII).

Accedunt eodem communitatis jure quædam Melitonis Sardensis, pauca quidem, sed quæ Origenis et Eusebii curas produnt in evolvendis, utinam frequentius! canonibus de re allegorica ab Asiano et apostolico viro institutis. Adde etiam pauca, sed cedro linenda, sancti Pamphili, ab individuo socio Eusebio non amovendi; alia Didymi, cum Eusebii nomine et scholiis asservata; alia cujusdam Hieronymi græci, ignoti Andreæ, Anastasii quoque in catenis rarissimi, ac tandem, ut alios sileam, Asterii in optimo codice nostro frequentis, quem Montefalconius traducit « sophistam fuisse circulatorem, in ipsis Arianismi exordiis contra catholicos antistites classicum canentem, et doctrinam de Filio Dei spargentem, vel ipsa Arianica deteriorem. »

Longum denique esset excurrere in Eusebii theologiam, haud immerito censoria Montefalconii virga mactatam, cujus sententiam ita velim amplecti, ut ad hunc judicem tacitus ego lectores anxios mittere soleam. Verum, uti jam Maius de psalmis a se editis ultro notavit, « perpaucis exceptis, theologicus in hac nova Eusebii parte de Christi divinitate sensus orthodoxusque ubique est; moralis autem et doctrinalis valde pius et utilis, de recte agenda vita, de orandi usu, de animæ immortalitate, de futura vita, de hæreticorum reprehensione, etc. » At suspicari lubet prudentis alicujus διορθωτοῦ manu expuncta fuisse offendicula, si quæ fuerint, idemque apud Græcos caute factum esse quod pro Latinorum commodo sanctus Eusebius Vercellensis prucuravit, qui quum, teste Hieronymo, « omnium psalmorum commentarios hæretici hominis vertit in nostrum eloquium, licet hæretica prætermittens, optima quæque transtulerit. » Quod ipsemet Strigoniensis, in censura nec parcus, neque mollis, uno tamen verbo in ævum commendavit, dum inter libros Eusebii recenset: « Et in CL psalmos eruditissimos commentarios. »

Psalmus I.

v. 1. Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, κτλ. *Vatic.* B. 625, 1.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ Καισαρείας, ὁμοίως ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πρῶτοί εἰσιν οἱ κατὰ τὴν γνῶσιν πλημμελοῦντες διὰ τῆς ψευδοῦς περὶ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα ὑπολήψεως. Οἱ δὲ ἁμαρτωλοί,

v. 1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum* etc.

Eusebii Cæsariensis simulque *Origenis*. Peccatores primi ordinis sunt ii qui contra scientiam peccant per mendacem conceptum, ea esse reputantes quæ non

Ps. I. v. 1. Vat. 13 sive 1789. Statim habes tum duo nomina magistri et discipuli juncta, tum Eusebii jam editi ac non nihil intricati compendium planum et perspicuum. Sequitur in codice solus Origenes: γενικῶς τρία ἐστὶν, ut apud BB. Patrol. 1085 B, C. ac vix unum aut alterum verbum in amplo loco variatur, v. g. ζηλοῦντες pro ζητοῦντες edd. et alibi ἐν οἷς βούλονται (βουλεύονται BB) οἱ ἀσεβεῖς, οἷς μετὰ (οὐ μετὰ BB) δοκούσης σκέψεως προσέρχονται, ὅσα νομίζεται ἀπαιδεύτοις καλὰ θηρεύοντες. "Impii in iis quæ volunt, ea *cum apparente studio* aggrediuntur, aucupantes quæcumque imperitis bona existimantur. „ ubi edd. " Impii ad consilium *ne in speciem quidem considerate* accedunt, sed quæcumque imperiti bona existimant. ea sectantur. „ Multa id genus omittimus, sed omnia futuro Antenicænorum patrum editori omnino commendamus. Pergimus psalmorum verba revocare ad cod. Vatic. B Eusebio coæqualem.

οἱ μετὰ τὴν τῆς ἀληθείας γνῶσιν κατὰ τὸν βίον πλημμελοῦντες. Τρίτοι δ'ἂν εἶεν τούτων χείρους, λοιμοί τινες διδάσκαλοι, μὴ τῇ σφῶν ἀρκούμενοι διατροφῇ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους δι' ἀσεβῶν λόγων λυμαινόμενοι, ἢ ὀρθὰ μὲν κηρύττοντες, ἐναντία δὲ τοῖς ἔργοις ἐπιτηδεύοντες. Διὸ οἱ δὲ μὲν καθέδραν λοιμῶν ἔχειν λέγονται, οἱ δὲ μέσοι ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν ἑστάναι, τουτέστιν βίῳ καὶ πράξεσιν ἁμαρτάνειν, οἱ δὲ πρῶτοι ἐν ἀθέῳ ἀγνωσίᾳ πολυθέῳ τε εἰδωλολατρείᾳ βουλὴν ἀσεβῶν περιέχειν. Τούτων δὲ πάντων ὁ ἐπηλλαγμένος μακάριος.

v. 2. Καὶ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.

Οὔτε γὰρ ἄλλως κατορθοῦται ἀρετὴ κακῶν, εἰ μὴ διὰ μελέτης θείων γραφῶν. — Καλῶς τὸ θέλημα, διὰ τοὺς εὐπράττοντας ἐξ ἀνάγκης, φόβῳ κολάσεως, μακαριζομένων τῶν προαιρέσει τὸ καλὸν αἱρουμένων.

v. 5. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται οἱ ἀσεβεῖς ἐν κρίσει οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων.

Ἀντὶ δὲ βουλῆς ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων συναγωγὴν ἡρμήνευσαν· ὁ δὲ Σύμμαχος, συνέλευσιν, ὁποῖον καὶ τὸ ἐν ἀρχῇ, ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. Ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθά ἐστιν κρίσις, εἰς ἣν οἱ ἀσεβεῖς οὐκ ἀναστήσονται· ἡ γὰρ ἄπταιστος τῆς ψυχῆς παρὰ τοὺς ὑποβαλλομένους αὐτῇ ἀγαθοὺς τοὺς λογισμοὺς καὶ πονηροὺς κρίσις, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς συγχαίρουσα, τοὺς δὲ πονηροὺς ἐν αὐτῇ ἀναστῆναι καὶ χῶρον λαβεῖν οὐ συγχωρεῖ. Καὶ πάντως τὸ ἴσον ἐστὶ τὸ εἰρημένον τῷ ἁγίῳ Παύλῳ· Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν, οὐχ ὡς τοὺς ἀγγέλους κρίνοντες,

sunt. Alii peccatores sunt, qui recepta veritatis notitia, vivendo peccant. Tertii ordinis pejores prioribus, quidam sint pestiferi magistri, qui propria non contenti perversione, etiam cæteros, per impios sermones, peste inficiunt, vel recta dum prædicant, contraria in operibus exercent. Idcirco illi cathedram pestiferorum habere dicuntur; medii autem in via peccatorum stare, scilicet vita et actibus delinquere; primi vero in ignorantia athea et in multorum Deorum et idolorum cultu consilium obtinere impiorum. Segregatus ab hisce cunctis beatus est.

v. 2. *Et in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.*

Aliter enim virtus non regitur procul a malis, nisi meditando divinas Scripturas. Optimum dictu *voluntas ejus*, ob eos qui bene faciunt ex necessitate, timore castigationis, dum beati illi renunciantur qui sponte bonum eligunt.

v. 5. *Ideo non resurgent impii in judicio; neque peccatores in concilio justorum.*

Pro *concilio* autem Aquila et Theodotion *synagogam* interpretati sunt; Symmachus vero *conventum*, ut ab initio *in concilio impiosum*. Sed et hic adest *judicium*, in quo *impii non resurgent*. Est enim innocuum animæ judicium circa immissos illi cogitatus bonos et pravos, in quo de bonis quidem collætatur, pravos autem non sinit in se resurgere aut locum habere. Ac omnino simile est quod a sancto Paulo dictum est; « Vel nescitis quia angelos judicabimus? » non quasi angelorum judices, sed quod post-

v. 2. Vatic. 6, sive 1422

v. 5. Vatic. 14, 16 seu Ottobon. 398 et Regin. 40. cf. 1. Cor. VI, 3. Field. II, 88. In fine lacuna oritur ex margine exciso. Multiplex enim optimo codici vulnus impactum fuit. In utraque ora tum exteriori tum infima manus improba membranam resecuit, altera autem malesuada bibliopegi opera ita novas allinivit membranæ lacinias, ut infra integræ lineæ sepeliantur, extra vero evanuerunt multa adductorum scriptorum sigla, inde et nomina. De aliis lacunis idem moeste recolendum,

ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τῶν ἀγαθῶν σπορὰ δι' αὐτῶν ἡμῖν ὑποβάλλεται, ὥσπερ ἀνόμων διὰ τῶν δαιμόνων, δεῖ ἡμᾶς ἐκ παντὸς τρόπου διακρίνοντας ἐκ τῶν σπερμάτων διαγινώσκειν τοὺς σπορέας.

quam bonarum rerum semen per eos nobis immittitur, quemadmodum pravarum per dæmones ingeritur, oportet nos omni modo discernere ex seminibus quales sint satores.

Psalmus II.

v. 3. Διαῤῥήξωμεν... *Vid.* t. II, p. 448.

Καὶ ἄλλως δὲ, πάντων τῶν εἰρημένων συνῆχθαι κατὰ Χριστοῦ φανερῶν τε καὶ ἀφανῶν, προστάττει τοὺς τῆς εἰδωλολατρείας διαῤῥῆξαι δεσμοὺς, καὶ τὸν βαρὺν τῆς ἁμαρτίας ἀποῤῥίψαι ζυγὸν, οἷς καταδεδουλωμένοι πρότερον, ἑτέροις ἄρχουσιν ὑπεκείμεθα, θεοὺς ὀνομάζοντες· ὡς ἂν ἐκείνων ἐλευθερωθέντες, τὸν ἐλαφρὸν τοῦ σωτῆρος ζυγὸν ἀναδεξώμεθα, ἐφ' ὃν προσκαλούμενος ἔφη· Δεῦτε πρός με πάντες, οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, τουτέστιν ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἴδετε ὅτι ὁ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.

v. 3. *Disrumpamus vincula eorum, etc.*

Et alio modo: Recensitis omnibus, sive apertis, sive latentibus, qui adversus Christum convenerunt, imperat disrumpantur vincula idololatriæ, et projiciatur grave jugum peccati, quibus dum prius servivimus, alienis principibus subjecti fuimus, quos deos appellavimus. Ex quibus jam liberati, suave Salvatoris jugum suscipiamus, propter quod invitantis more ait: « Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos, » videlicet: « Tollite jugum meum super vos, » et videte « quia jugum meum suave est, et onus meum leve. »

v. 10. Καὶ νῦν, βασιλεῖς, σύνετε· παιδεύθητε πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν.

Γνόντες, ὦ οὗτοι, καὶ συνιόντες ὁπόση τις ἡ δύναμις τοῦ παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰληφότος τὰ ἔθνη εἰς κληρονομίαν, καὶ ὁποία τις τυγχάνει ἡ σιδηρᾶ ῥάβδος, ἡ καθ' ὑμῶν ἐπεγειρομένη, παύσασθε πολεμοῦντες αὐτῷ, καὶ καθ' ἑαυτῶν ἐπισπώμενοι τὴν σιδηρᾶν ῥάβδον, ἀναλαβόντες δὲ μᾶλλον σύνεσιν, ἐπίδοτε ἑαυτοὺς τῇ λογικῇ παιδείᾳ, καὶ τὸν ζυγὸν τῆς τοῦ Θεοῦ δουλείας ἀναλάβετε, ὡς ἂν μετάσχοιτε τῆς παρὰ τῷ Θεῷ εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως· δουλεύοντες δὲ τῷ Θεῷ, μετὰ φόβου τοῦτο ποιεῖτε, καὶ χαίροντες καὶ ἀγαλλιώμενοι ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ δουλείᾳ, σὺν τρόμῳ καὶ ἀγωνίᾳ τοῦτο πράττετε·

v. 10. *Et nunc, Reges, intelligite, erudimini, qui judicatis terram.*

Heus! vos, gnari et intelligentes quanta potestas ejus sit, qui a Patre accepit gentes in hæreditatem, et qualis sit virga illa ferrea contra vos erecta, quiescite a bello contra eum, virgamque ferream in vosmetipsos trahentes, sed potius accepta intelligentia, rationabili vos disciplinæ instituendos tradite, et jugum divinæ servitutis assumite, ut forte participes sitis lætitiæ et exultationis a Deo oriundæ. Dei autem servitio mancipati, id cum tremore agite; etiam læti et exultabundi ob servitutem Dei, cum metu et trepidatione hoc

Ps. II, v. 2. Vatic. 10, sive 1682. Matth. XI, 28 Glossula καὶ ἄλλως aliam supponit expositionem, puta ut in edd.

v. 10. Vatic. 13. Initium sine varietate tenent edd. quos codex haud ineleganter, nec rupta serie, persequitur.

οὐ γὰρ μόνον τοὺς δουλεύοντας τῷ Κυρίῳ φοβεῖσθαι δεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγαλλιωμένους ἐπ' αὐτῷ, καὶ τοῦ φόβου τοῦ δεσποτικοῦ ἐλευθερωμένους μειζόνως ἀγωνιᾶν προσήκει, μήποτε ἀποπέσοιεν τῆς παρὰ τῷ Θεῷ χαρᾶς, χαυνωθέντες ὅπερ εἰ πάθοιεν, ὀργῇ Θεοῦ παραδοθέντες, ἀπολοῦνται ἐξ ὁδοῦ δικαίας, ἐκκαύσαντες καὶ εἰς ἀφοβίαν περιτραπέντες καθ' ἑαυτῶν τὸν τοῦ Θεοῦ θυμόν· ὀργὴν δὲ Θεοῦ καὶ θυμὸν, ὅτι μὴ ὁμοίως τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσι καὶ τῷ Θεῷ περιάπτουσιν οἱ ἱεροὶ λόγοι, σαφὲς τοῖς ἐπιστήσασιν τῷ ἀποστόλῳ λέγοντι· Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς σεαυτῷ· δι' ὧν παρίστησι τὰς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις ἀποδοθησομένας ἑκάστῳ κολάσεις ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας, ὀργὴν ὀνομάζεσθαι καὶ θυμὸν, ἅπερ ἕκαστον θησαυρίζειν ἑαυτῷ διδάσκει, οὐχὶ δὲ ἐκ πάθους Θεοῦ ὁμοίως ἀνθρώποις γίνεσθαι, ἐν γοῦν τῷ καιρῷ τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως, ὃς ἐπιστήσεται ἐν-τάχει· βραχὺς γὰρ πᾶς ὁ ἐνεστηκὼς βίος.

Οἱ πεποιθότες ἐπὶ τὸν δι' ὅλου τοῦ ψαλμοῦ προφητευθέντα Χριστὸν, μακάριοι εὑρεθήσονται· καὶ τοῦτό γε ἦν τὸ λεῖπον τῷ δηλωθέντι διὰ τοῦ [α'] ψαλμοῦ τῷ μακαρισμῷ, ὅπερ ὁ παρὼν ἐπεσφραγίσατο λόγος· οὐ γὰρ μόνον ἀποσχέσθαι δεῖ τῆς τῶν ἀσεβῶν καὶ ἁμαρτωλῶν καὶ λοιμῶν πορείας, οὐδὲ μόνον μελετῆσαι τὸν νόμον Κυρίου καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἀλλὰ καὶ μὴ εἰς κενὸν μελετῆσαι, ὅπερ πεπόνθασιν οἱ ἐκ περιτομῆς· καὶ συνιέναι δὲ προσήκει τὰ μεμελετημένα, καὶ ἐπιγνῶναι ἀναγκαῖον ἐξ αὐτῶν τὸν Χριστόν· ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτοῦ μερίδος καὶ κληρονομίας καταξιωθῆναι σπουδάσαι καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν πεποιθέναι ἐπ' αὐτῷ καὶ διὰ πίστεως καὶ ἔργων ἐνδείξασθαι τὴν πεποίθησιν, ἐπειδὴ μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ· ὧν οὕτως ἐχόντων, εἰκότως ὡς ἂν μιᾶς οὔσης τῆς διανοίας, καὶ τὸν δεύτερον τῷ πρώτῳ ψαλμῷ συνῆφθαί φασιν παρ' Ἑβραίοις.

facite. Haud solum enim oportet servos Deo addictos formidare, sed ipsos qui lætitia in eo exultant, et qui Domini metu liberantur, certare magis expedit, ne decidant unquam a divino gaudio, præ desidia; quod si tulerint, furori divino traditi, disperdentur a via justa, cum Dei furorem adversus se accenderint, in timoris defectum sint prolapsi. Quod vero iram Deo et furorem, non perinde ac humanis affectibus, Deo attribuant sacri sermones, palam est attendentibus apostolo aienti: « Juxta duritiam tuam et cor impœnitens thesaurizas iram tibi in die iræ. » Idcirco asserit, pœnas quæ singulis peccatoribus irrogabuntur in die divini judicii, vocari Dei iram et furorem, quæ docet unicuique in thesauros reponi, minime vero ex iracundia Dei, prout apud homines, id accidere, nempe in tempore divini judicii, quod in promptu erit. Brevis enim est omnis vita præsens.

Qui confidunt in Christum, de quo totus hic psalmus vaticinatur, beati invenientur. Et hoc sane supererat, postquam declarata est in primo psalmo beatitudo, cui præsens psalmus sigillum imposuit. Non solum enim oportet discedere a tramite impiorum et peccatorum et pestiferorum; nec satis est meditari legem Domini nocte ac die; sed etiam non meditari in vanum, sicut experti sunt in circumcisione; tum etiam decet intelligere ea quæ quis meditatus est, ac necesse est ex illis recognoscere Christum; quin et satagere dignos fieri partis illius et hæreditatis, et in primis confidere in eo, ac per fidem et opera certam demonstrare confidentiam. Etenim beati omnes sunt qui in eo confidere perseverant. Quæ quum ita sint, jure merito apud Hebræos dicitur, ac si una foret sententia, alterum psalmum cum primo arcte coaptari.

Psalmus III.

Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ, ὅποτε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

Σκεπτέον δὲ εἰ πάντα δύναται πρὸς ἱστορίαν εἰρῆσθαι, οἷον τό· Ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, καὶ τό· Ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας· καὶ εἰ δεῖ ζητεῖν Δαυίδ ἕτερον, καὶ τίνος ἄλλου [ἢ τοῦ] νῦν Ἀβεσσαλὼμ ἐπανάστασιν, πρὸς ἣν πρᾶος ἦν ὁ Δαυίδ, φειδόμενος τοῦ παιδὸς, τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐπιθυμήσαντος· τοῦ παιδαρίου γὰρ φείσασθαι τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἐνετέλλετο. Πολλαχοῦ γὰρ τῆς γραφῆς Δαυίδ εἰρημένον εὑρίσκομεν τὸν Χριστὸν, ὡς ἐν ψαλμῷ η' καὶ π'· Εὗρον τὸν Δαυίδ τὸν δοῦλόν μου, ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ μου ἔχρισα αὐτὸν, καὶ τὰ ἑξῆς, μέχρι τοῦ· Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ λέγοντι· Καὶ διορθώσεται μετ' ἐλέους ὁ θρόνος, καὶ καθιεῖται ἐπ' αὐτὸν μετ' ἀληθείας ἐν σκηνῇ Δαυίδ, κρίνων, καὶ ἐκζητῶν κρίμα, καὶ σπεύδων δικαιοσύνην. Πῶς γὰρ δυνατὸν περὶ τοῦ ἀνθρώπου Δαυίδ εἰρῆσθαι ταῦτα, πολλῷ πρεσβυτέρου τυγχάνοντος; Ἀλλὰ γὰρ Χριστῷ δέδωκεν ὁ Πατὴρ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. Σαφῶς δὲ παρὰ Ἐζεχιὴλ οὕτω λέγεται, ἐν τῇ τῶν ποιμένων ὁράσει.

Τὸν δὲ Ἀβεσσαλὼμ Ἰούδα τοῦ προδότου φασί τινες ὑπάρχειν εἰκόνα.

ΜΕΛΙΤΩΝ δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ [φησιν αὐτὸν

Psalmus ipsi David, quando aufugiebat a facie Absalonis filii sui.

Considerandum est an omnia queant ad historiam referri, videlicet: *Ego dormivi et soporatus sum,* et illud: *Dentes peccatorum contrivisti;* utrum etiam alium oporteat Davidem quæri, et alterius cujusdam quam præsentis Absalonis rebellionem, de qua mitem se gessit David, ut parceret puero, patris regiam affectanti dignitatem. Parcere enim adolescenti ipse suis præcepit. Sæpius enim in Scriptura David significare invenimus Christum, sicut in psalmo VIII et LXXX: « Inveni David servum meum, et oleo sancto meo unxi eum, » et sequentia usque ad: « Ponam in sæculum sæculi semen ejus, et thronum ejus in dies cœli. » Et apud Isaiam dicentem: « Et dirigetur cum misericordia thronus, et sedebit super eum cum veritate in tabernaculo David, judicans et exquirens judicium et festinans ad justitiam. » Quomodo enim possunt de homine David similia dici, utpote qui senior est? Immo vero « Christo dedit Pater facere judicium, quia filius hominis est. » Perspicuum est apud Ezechielem, in visione pastorum disserentem. Nonnulli aiunt Absalonem esse Judæ proditoris imaginem.

MELITO autem, Asianus vir, ait illum

Ps. III, Titulus. Vatic. 10 Ps. III, v. 6, 8. LXXXVIII, 21. 30 Is. XVI, 5. Joan. V, 27. Ezechiel XXXIV, quod significari videtur in *visione pastorum.* Accedit S. Melito Sardensis, cum brevissima sententia, de qua cf. nostrum procemium; eam vero certo certius recepit Eusebius ab Origene, qui ad eumdem psalmi versiculum scripserat: Μελίτων γοῦν ὁ ἐν τῇ Ἀσίᾳ φησὶν αὐτὸν εἶναι τύπον τοῦ Διαβόλου ἐπαναστάντος τῇ Χριστοῦ βασιλείᾳ, καὶ τούτου μόνον μνησθεὶς οὐκ ἐπεξηργάσατο τὸν τύπον. " Melito Asiaticus ait ipsum esse figuram diaboli, qui adversus Christi regnum rebellavit, sed id solum indicat, nec fuse persequitur. „ Equidem in Clavi Melitoniana (T. II, p. 126) Absalonis etymon per antiphrasin *pater pacis* occurrit, sed de typo tacetur. Suspicari lubet ὀνομαστικὰ, quibus nunc Clavis clauditur, olim fuisse non jejuna tantum modo nomina, sed cuique nomini typum ascriptum fuisse, ac brevi lemmate, quod simul significant Origenes et Eusebius, apud quos non pauca exstant schemata Melitoniana.

εἶναι τύπον] τοῦ Διαβόλου τῇ τοῦ Χριστοῦ βασιλείᾳ ἐπαναστάντος, ἀλλ' οὐκ ἀπέδειξεν.

esse Diaboli typum, qui adversus Christi regnum insurrexit, id vero non declaravit.

v. 2-4. Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με; πολλοὶ ἐπανίστανται ἐπ' ἐμέ. Πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου· Οὐκ ἔστι σωτηρία ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ. Διάψαλμα. Σὺ δὲ, Κύριε, ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου, καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου. *Vatic.* 625, 2.

v. 2-4. *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? Multi insurgunt adversum me. Multi dicunt animæ meæ: Non est salus in Deo ejus. Diapsalma. Tu autem susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum.*

Διόπερ καὶ τῷ Δαυὶδ ἡμαρτηκότι ἐπὶ τῆς τοῦ Οὐρίου, πολλοὶ ἐπανίσταντο ἐπιχαιρεσίκακοι ἐχθροὶ, τινὲς πάλαι καὶ ἐκ μακροῦ διαφθονούμενοι αὐτοῦ τῇ κατὰ Θεὸν προκοπῇ, οἱ δὲ τοιοῦτοι, εὐδοκιμούντων μὲν ἀεὶ τῶν δικαίων, ταπεινοῦνται καὶ καταισχύνονται, πταιόντων δὲ ἐπανίστανται· ἀλλ' ἐπὶ τῷ σφάλματι τοῦ Δαυὶδ ἐπεμβαίνοντες οἱ δεδηλωμένοι, ἀπεγίνωσκον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὴν σωτηρίαν, καὶ ἔλεγον· οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ. Ὁ δὲ τὰ περὶ τοῦ σωτῆρος τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀπὸ τοῦ προτεταγμένου ψαλμοῦ μεμαθηκώς· Πιστεύσατε, ὅτι μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ, ἐπὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον τὰς ἐλπίδας ἐπεῤῥίψας, τῶν μὲν ἐχθρῶν οὐδὲν ἄλογον ἐποιεῖτο· τῷ δὲ σωτῆρι προσφωνεῖ, λέγων· Σὺ δὲ, Κύριε, ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου· πολλοὶ λέγουσιν τῇ ψυχῇ μου· Οὐκ ἔστιν σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ.

Quandoquidem adversus Davidem, qui peccaverat ob uxorem Uriæ, multi insurrexerunt inimici, alienis malis gaudentes, veterna nonnulli et longinqua in eum invidia moti, ob crescentem in Deo virtutem, hujusmodi autem homines, mœrore semper et pudore suffusi, dum justi bona fama fruuntur, ubi vero delinquunt, iis insultant. Sed et iidem memorati, se invehentes in Davidis lapsum, de animæ ejus salute desperabant et aiebant: *Non est salus ipsi in Deo ejus.* Ipse vero probe edoctus ex præcedenti psalmo de Salvatore omnium gentium, scilicet: « Credite, beatos esse omnes qui confidunt in eo, » in verbum Dei spes suas projecit, sed et nulla inimicorum stultitia admissa, Salvatorem allocutus ait: *Tu autem susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum. Multi dicunt animæ meæ: Non est salus ipsi in Deo ejus.*

Οἱ διῶκται τῆς θεοσεβείας μὴ πιστεύοντες τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι, ταῦτα λέγειν

Religionis persecutores, qui non credunt animam esse immortalem, talia di-

v. 2-5. Vatic. 13. Incidimus in singularem muscipulam, qua facile vel doctissimus, qualis Montefalconius, decipi potuit. In hoc loco folium excisum est in codice quo ille utebatur, nisi me ipsa lux fefellit. Hiatus incipiebat in media dictione διαφθονούμενοι, folium vero sequens ordiebatur a verbis ὑψοῦται κεφαλὴ τοῦ κατὰ σῶμα. Plus minus cruciatus, totum χάσμα deglutivit Maurinus, et continuo legens: πάλαι καὶ ἐκ μακροῦ διὰ φθόνου ὑψοῦται κεφαλὴ κτλ. Ac rotunde latino ore dictavit: *Jam diu enim et a longis retro temporibus per invidiam exaltatur caput ejus*, intrepidoque gressu perrexit per totam columnam, usque ad verba ὅπως δὲ ὑψώθη τοῦ Δαυὶδ ἡ κεφαλὴ, quæ tandem Eusebio codex noster jure tribuit. Cætera vero omnia quæ omnibus Origenis editionibus desunt, latentque in hac Eusebii decipula, sunt omnia Origeni rursus edendo restituenda, cum iis varietatibus: ἐπαίρει, ut in ora supponitur, tum bis χνοῦς ubi χοῦς, dein ἵνα ῥύσηται pro ῥύσῃ τε. Tum ctiam adde quæ notavimus in tom. II, p. 449, 450, ubi totum scholium in v. 4 fuse augendum est tota interpolatione quam supra memoravimus, collata cum codice nostro f. 12 columna 93 *Patrol.* t. XXIII. cf. Ps. v. 13.

εἰώθασιν· ἀλλὰ καὶ οἱ μὴ χῶρον μετανοίας διδόντες τοῖς ἅπαξ ἡμαρτηκόσιν, ταῦτα ἂν εἴποιεν περὶ τῶν μετανοεῖν ἐφ' οἷς ἥμαρτον ἐθελόντων· καὶ οἱ ἄθεοι δὲ αἱρεσιῶται, εἰς ἔτι καὶ νῦν βλασφημοῦντες τὸν Δαυΐδ, ταῦτά φασιν περὶ αὐτοῦ διὰ τὸ πραχθὲν αὐτῷ πλημμέλημα, ἀπογινώσκοντες αὐτοῦ τὴν ἐν Θεῷ σωτηρίαν.

cere consueverunt. Etiam illi qui semel peccantibus nullum pœnitentiæ locum concedunt, similia dixerint de his qui pœnitentiam de mendis agere volunt. Sine autem Deo hi hæretici, qui etiam nunc blasphemant adversus David ob scelus ab eo patratum, ea verba effutiunt, desperantes a Deo fieri ejus salutem.

v. 5. Καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ.

Λέγοιτο δ' ἂν ὄρος ἅγιον ἡ ὑπερφυὴς γνῶσις αὐτοῦ, καὶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐξ οὗ τῶν εὐχομένων ὁ Θεὸς ἀκούει, περὶ οὗ γέγραπται· Ἔσται ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν· ἐπὶ συντελείᾳ γὰρ ἡμῖν τῶν αἰώνων ἐφανερώθη. Ἢ καθ' ἱστορίαν διὰ τὴν πάλαι κατέχουσαν δόξαν, ἐνομίζετο καὶ ἐν τῇ σκηνῇ κατοικεῖν ὁ Θεός, ἐπεὶ καὶ τοὺς χρησμοὺς τοῖς ἱερεῦσιν ἐκεῖθεν παρεῖχε.

v. 5. *Et exaudivit me ex monte sancto suo.*

Possit autem dici sanctus mons sublimis Verbi scientia, et Unigenitus Dei Filius, ex quo eos qui precantur, Deus audit, de quo scriptum est: « Erit conspicuus mons Domini in novissimo dierum. » Nam in consummatione sæculorum nobis ostensus est. Vel respectu ad historiam, ob gloriam olim exhibitam: putabatur etiam Deus habitare in tabernaculo, quum exinde sacerdotibus oracula præstitit.

Psalmus IV.

v. 5. Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε.

Διδάσκει πρὸς κοίτην ἐλθόντας ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαυτοὺς εὐθύνας εἰσπράττεσθαι, καὶ νύττεσθαι τὴν ψυχὴν ταῖς δικαίαις ἐπιτιμήσεσι. Ἐκ μέρους δὲ τῷ λέγεσθαι, τὰ ἡμαρτημένα πάντα δηλοῖ· τάχα δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις πρακτικαῖς ἁμαρτίαις ἡγεῖται λόγος. — Ἰδικῶς δὲ τὸ δάκνυσθαι κατανυγῆναι φησὶν ἡ γραφή. Ὁ δὲ [Ἀκύλας] ἀντὶ τοῦ κατανύγητε, σιωπᾶτε ἔφησεν, καὶ δεύτερον ἡσυχάσατε. Τουτέστιν ἐπὶ ταῖς κοίταις λογισάμενοι τὰ πεπραγμένα μεθ' ἡμέρας, οὕτως ἡσυχάσατε.

v. 5. *Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.*

Monet cubile petentes, ut pro peccatis rationes ipsi expendant, et pungant animam meritis castigationibus. Ex parte quædam recolens, omnia peccata declarat, ac forte ratio quoque habetur de cæteris in praxi delictis. Propria indoles Scripturæ est pro *morderi* dicere *compungi*. Aquila autem pro *compungimini* dixit *silete*, et secundo loco *requiescite*, id est, in stratis vestris, post diem recolentes ea quæ fecistis, ita quiescite.

v. 7-9. Πολλοὶ λέγουσι· τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά; ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ

v. 7-9. *Multi dicunt: quis ostendet nobis bona? Signatum est super nos lumen*

Ps. IV, v. 5. Vatic 16. Cf. Field. II, 91. Pro καὶ δεύτερον f. legendum καὶ Σύμμαχος.

v. 7-9. Vatic. 16. Perpauca notantur, sed omnino vide quæ ad emendandum et augendum Eusebium in superiori tomo p. 451 uberius effudimus.

προσώπου σου, Κύριε. Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου· ἀπὸ καρποῦ σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν. Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τοαυτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω, ὅτι σὺ, Κύριε, κατὰ μονὰς ἐν ἐλπίδι κατῴκισάς με. *Vatic.* 626, 1.

vultus tui, Domine. Dedisti lætitiam in corde meo. A fructu frumenti, vini et olei sui multiplicati sunt. In pace in idipsum dormiam et requiescam. Quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.

Φιλοσοφεῖν με ἐπαίδευσεν, οὐκ ἐν τοῖς ἔξωθεν, ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ τῇ νοερᾷ δοὺς τὴν εὐφροσύνην, Θεοῦ πρόσωπον ἐν χαρακτῆρσι τοῖς σοῖς θεωρούμενον, μοὶ δοκεῖ παρὰ τὰς ἀρετὰς νοεῖν ὁ προφήτης· ταύταις γὰρ τὸ θεῖον εἶδος χαρακτηρίζεται· ἐκ τούτου εἰπὼν τὸ τέλειον γνώρισμα τῆς ἀρετῆς, λέγει· Ἔδωκας εὐφροσύνην, ἀντὶ τῆς ψυχῆς ἢ τοῦ νοῦ τὴν καρδίαν λέγων· οὐ γὰρ ἔστι τοῖς ἐκ κακίας δελεάσμασι τὸν νοῦν ἡσθῆναι. Ἀντιδιαστέλλει δὲ τῇ τῆς καρδίας εὐφροσύνῃ τὴν ὑλώδη ταύτην καὶ βιωτικὴν ἐνθυμίαν, λέγων τοῖς τὸ παρὸν ὁρῶσι, τὴν γαστέρα τοῦ καλοῦ κριτήριον γίνεσθαι.

Philosophiam me docet psalmus, præbens non in rebus externis, sed in corde spirituali lætitiam, Dei nempe vultum in divinis characteribus contemplandum. Quem videtur propheta intelligere in virtutibus; per eas enim facies divina imprimitur. Unde perfectam proferens virtutis notionem, ait: *Dedisti lætitiam,* pro anima vel mente, *cordis* vocabulum adhibens. Nefas enim est mentem sese illec ebris malitiæ oblectare. Contraposuit quidem hoc gaudium cordis adversus terrestrem et mundanam concupiscentiam, dicens ad eos q ui rem præsentem intuentur, ventrem esse boni criterium.

Psalmus V.

v. 1-5. Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι Κύριε, σύνες τῆς κραυγῆς μου. Πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου, ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι, Κύριε. Τὸ πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου· τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψομαι, ὅτι οὐχὶ Θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ. *Vatic.* 626, 1.

v. 1-5. *Verba mea auribus percipe, Domine, intellige clamorem meum. Intende voci orationis meæ, Rex meus et Deus meus, quoniam ad te orabo, Domine; mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi, et videbo quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.*

Τὰ μὲν οὖν ῥήματα διὰ στόματος ἀπαγγελλόμενα ὠσὶν ἀκούεται καὶ ἐνωτίζεται· ἡ δὲ κραυγὴ οὐ διὰ γλώττης σώματος ἀναβοωμένη, δυνάμει δὲ ἰσχυρᾶς διαθέσεως προφερομένη, συνέσεως δεῖται. Τὸ δὲ τρίτον ἀξιοῖ τὸν Θεὸν προσέχειν ἀκριβῶς, καὶ κατανοήσαντα ἐπικρίναι ὅτι μὴ ἀνάξια αὐτοῦ τυγχάνει τὰ νοήματα. Τό· Πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς

Sane verba ore prolata auribus percipiuntur, et penitus audiuntur. Clamor autem, non quidem corporea lingua enunciatus, sed firma potius virtute voluntatis elicitus, intellectu indiget. Tertia autem pericope Deum exorat, ut attendat diligenter, et examine facto, decernat utrum ipso indignas esse co-

Ps. v, v. 1 — 5. Vatic. 13. Incipiunt incrementa quæ simul edita complectuntur, nonnulla veluti male tornata incudi restituuntur, et plurima bonæ frugi nova sunt. Ex eodem codice similiter auctum, recusumque fuit Origenis prolixum procœmium in psalmum IV, uti videre est in superiori tomo p. 451.

v. 5, 6. Vat. 13. Habent edd. τοὺς ἀνόμους ὑποδείκνυσιν αὐτῷ, *iniqaos sibi oculis subjicit,* quali vero sensu?

φωνῆς μου, τό· πρωὶ παραστήσομαι καὶ ἐπόψομαι, παιδεύεται διὰ τούτων ἡ κληρονομοῦσα τὴν ἀπαρχὴν τῶν ἡμερινῶν πράξεων τῇ τοῦ Θεοῦ λατρείᾳ καὶ ταῖς προσευχαῖς ἀνατιθέναι· ἁγνείας δ'ἂν εἴη παραστατικὸν τὸ ἀπὸ κοίτης ἀνισταμένους καθαρῶς τῇ εὐχῇ προσιέναι, καὶ τὸ δύνασθαι λέγειν τῷ Θεῷ τό· πρωὶ παραστήσομαί σοι καὶ ἐπόψομαι. Και ἐπόψομαι, καὶ ἐπόψῃ με· τὰ γὰρ δύο κεῖται. Ἐὰν μὲν ἐπόψῃ με, [ἐπόψομαι], ἀντὶ τοῦ εἶδες ποιμαίνοντα, ἐπόψῃ βασιλεύοντα, εἶδες ψάλλοντα, ἐπόψῃ προφητεύοντα· ἐὰν δὲ ἐπόψωμαι, εἶδον, φησί, τὰ πρόσκαιρα θλιβερὰ, ὅσας ἔδειξάς μοι θλίψεις πολλὰς καὶ κακάς· ἐπόψομαι τὰ αἰώνια ἀγαθὰ, πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ ζώντων. Εἶδον προφήτας, ἐπόψομαι εὐαγγελιστάς. Εἶδον ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνοντα, ἐπόψομαι ἀναβαίνοντα.

gitationes. Hoc versu: *Mane exaudies vocem meam*, et illo: *Mane astabo tibi et videbo,* utroque versu docetur persona *quæ* [in titulo psalmi] *hæreditatem consequitur,* ut primitiæ diurnorum actuum Dei servitio et precibus consecrentur. Innocentiæ autem tessera est, vel a cubili expergefactos puris cum votis prodire, ac posse Deo dicere: *Mane astabo tibi, et videbo. Et videbo,* et videbis me, unum enim alteri adjacet. Si enim videris me, videbo; idem est ac dicere: vidisti me pastorem, videbis me regem; vidisti psallentem, videbis prophetam vaticinantem. Si autem te videro, retro vidi, inquit, res caducas, ærumnosas, quantas ostendisti mihi tribulationes plurimas et malas, postea videbo immortalia bona; spero videre bona Domini in terra viventium. Vidi prophetas, videbo evangelistas; vidi descendentem e cœlo, videbo revertentem.

v. 5, 6. Οὐδὲ παροικήσει σοι πονηρευόμενος, οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου. Ἐμίσησας, Κύριε, πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν.

Ἡ κληρονομοῦσα, ὡς ἂν κατηξιωμένη τῶν ἀναγγελθέντων ἀγαθῶν, ἐπιδείκνυσι τοὺς ἀνομοίους αὐτῇ, φάσκουσα ἐν τῇ εὐχῇ ὅτι ἑκουσίως κακοήθης καὶ πόρνος οὐθ' ὅλως παροικήσει σοι τῷ Θεῷ· οἱ δὲ παράνομοι, εἰ καὶ πρὸ τοῦ παρανομῆσαι παρῴκησάν σοί ποτε, ὁποῖοι γεγόνασιν οἱ ἐκ περιτομῆς τὸν Μωϋσέως δεξάμενοι νόμον, ἀλλ' οὐ διαμένουσιν ἕως τέλους κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου, ἅτε τοῦ θείου νόμου παραβάται γενόμενοι· τοὺς δὲ τὴν ἀνομίαν ἐργαζομένους μισεῖς, οἷοί εἰσιν οἱ πάντη τῆς θεοσεβείας ἀλλότριοι, οὓς καὶ ἐν μισουμένοις λογίζῃ, ἕως ὅτε τὰ μίσους ἄξια πράττουσιν. Οὐ γὰρ τούς ποτε ἐργαζομένους, ἀλλὰ τοὺς ἔτι καὶ νῦν ἐργαζομένους, ὡς ἂν ἐπιμένοντας τῇ κακίᾳ μισεῖς.

v. 5, 6. Vatic. 18.

v. 5, 6. *Neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injusti ante oculos tuos. Odisti, Domini omnes qui operantur iniquitatem.*

Illa quæ hæreditatem consequitur, quasi jam potita promissis bonis, designat eos qui ab ea discrepant, aiens in suo voto, omnino fore ut minime is tecum, Deus, habitet qui voluntarie pravos mores sectatur, aut qui fornicatur. Injusti autem, etiamsi ante injustitiam forte apud te manserint, quales fuere circumcisi, qui legem Moysis receperunt, certe non permanent usque in finem in conspectu oculorum tuorum, ut qui divinæ legis violatores facti sunt. Odio autem habebis iniquitatis sectatores, scilicet eos qui sunt penitus a divino cultu extorres, quos inter odibiles recensebis, quanto tempore odio digna perpetrant. Non enim eos qui olim male egerunt, sed eos qui etiam nunc sic faciunt, utpote in malitia perseverantes, odisti.

v. 7, 8. Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος.

Παρὰ πάντας δὲ τούτους ἀπωλείᾳ παραδίδως τοὺς μὴ μόνον κατὰ ἀπάτην λογιζομένους τὰ ψεύδη, ἀλλὰ καὶ λαλοῦντας αὐτὰ καὶ ἑτέροις διακονουμένους, ὁποῖοι τυγχάνουσιν οἱ ἄθεοι αἱρεσιῶται· καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸν ἄνδρα αἱμάτων βδελύσσεται Κύριος ἐν τῇ ἴσῃ τούτων τιμωρίᾳ καὶ τὸν δόλιον τιθείς, οἷος ἦν ὁ Ἰούδας φιλήματι προδοὺς τὸν Κύριον· τοῦ δὲ βδελυγμοῦ ὑπερβάλλουσαν ἀποστροφὴν, ὡς ἐπὶ μεγάλῳ μιάσματι, τοῦ βδελυσσομένου πρὸς τὸ βδελυκτὸν, παριστάντος.

v. 9. Κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου.

Ἔνια δὲ τῶν ἀντιγράφων, ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου, ἔχει.

v. 10, 11. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια, ἡ καρδία αὐτῶν ματαία, τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν.

Εἶεν δ' ἂν οὗτοι οἱ καλούμενοι σοφοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, περὶ ὧν εἴρηται· Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν, ὅτι εἰσὶν μάταιοι. Τούτων ὁ λάρυγξ ἀποπνεῖ νεκρὰ δόγματα, διὰ τὸ μὴ διδάσκειν τὸν ζωοποιοῦντα Θεοῦ λόγον, ἀλλὰ τὸν ψευδῆ καὶ νεκρὸν καὶ πάσης πνέοντα ψυχοφθόρου διδασκαλίας. Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν· χαλεπώτερα τῶν προφερομένων ῥημάτων τὰ κεκρυμμένα· δόλῳ γὰρ κεχρημένοι μυρία τινα κατὰ τῶν πέλας τυρεύουσιν.

v. 11. Κρῖνον αὐτοὺς, ὁ Θεός· ἀποπεσάτωσαν ἀπὸ τῶν διαβουλιῶν αὐτῶν, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν, ἔξωσον αὐτοὺς, ὅτι παρεπίκρανάν σε, Κύριε.

Τοὺς προειρημένους ἐχθροὺς, τοὺς δὴ ἐ-

v. 7, 8. *Perdes omnes qui operantur mendacium, hominem sanguinum et dolosum abominatur Dominus.*

Præ omnibus vero perditioni eos tradis, qui non solum errori faventes, cogitant mendacia, sed qui ea proferunt, cæterisque ministrant, quales sunt athei hæretici; sed præ hisce omnibus *hominem sanguinum abominatur Dominus*, simili porro horum supplicio etiam mactans dolosum, qualis erat Judas, qui osculo Dominum tradidit: in quo significat adversus virum exsecratum, utpote in immani piaculo, extremam abominantis aversionem ab eo quem abominatur.

v. 9. *Dirige coram te viam meam.*

Quædam exemplaria habent: *Coram me viam tuam.*

v. 10, 11. *Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est, sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant.*

Esto quod isti sint vocati sapientes hujus sæculi, de quibus dictum est: «Dominus novit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt.» Horum guttur spirat tetra dogmata, ideo quod non docent vivificum Dei verbum, sed doctrinam mendacem et mortuam ac fœtentem omni scientiarum corruptela. *Linguis suis dolose agebant*, quum deteriora prolatis sint verba abscondita. Qui enim dolo utuntur, sexcenta machinantur adversus proximos.

v. 11. *Judica illos, Deus; decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum, expelle eos, quoniam irritaverunt te, Domine.*

Hos prædictos hostes, scilicet qui insi-

v. 7, 8. Vat. 13. In fine exemplum tibi sistitur tautologiæ et perplexæ periodi, quæ Eusebio in deliciis erant.

v. 9. Ibid. Idem notatur Fieldio apud Theodoretum et Bar. Hebræum, quod longius ab Eusebio et ab Origene repetundum, id quod sæpissime advertendum erat.

v. 10, 11. Ibid. Ps. XCIII, 11.

πιβουλεύοντάς μου ταῖς περὶ τῆς κληρονομίας ἐλπίσι, καὶ κατὰ τοῦτό σε παραπικραίνοντας, κρῖνον, φησὶν, ο Θεὸς, ὅτι σὺ μὲν τὴν ἐμὴν σπουδάζεις περιποιήσασθαι σωτηρίαν. Οἱ δὲ θεομαχεῖν παρασκευασμένοι καὶ σὲ παραπικραίνοντες, οὐ διαλείπουσιν ἐπιβουλεύοντές μοι· διὸ κρῖνον αὐτοὺς ἐντεῦθεν ἤδη, ὅπως μὴ μόνον ἐμοὶ παύσωνται ἐπιβουλεύοντες, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τῶν πονηρῶν διαβουλιῶν αὐτῶν ἐκπεσόντες, καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἀσεβημάτων ἔξω γενόμενοι, ὠφεληθῶσι διὰ τῆς σῆς κρίσεως, παυσάμενοι τῆς πολλῆς αὐτῶν μοχθηρίας.

dias struunt contra meas hæreditatis spes, et qui propterea te ad iram provocant, *judica,* ait, *Deus,* quia tu meam conficere salutem satagis. Isti vero ad bellum in Deum sese accingentes, teque irritantes, non abstinent se a paratis mihi insidiis. Propterea exinde *judica eos,* ut non solum modo cessent insidiari mihi, sed et ipsi ab improbis molitionibus suis decidentes, et extra multitudinem impietatum suarum positi, proficiant, favente tuo judicio, dimissa prolixa eorum improbitate.

v. 12. Καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σὲ, εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται, καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς.

v. 12. *Et lætentur omnes qui sperant in te; in æternum exultabunt, et habitabis in eis.*

Τοῦτο γὰρ τέλος τῶν ἀγαθῶν, τὸ τὴν προσδοκωμένην αὐτοῖς κληρονομίαν ἀπολαβεῖν, τὸ τὸν Κύριον κλῆρον ἀγαθὸν ἀπειληφέναι, τὸ ἔχειν αὐτὸν ἐνοικοῦντα καὶ κατασκηνοῦντα, καθ' ἣν πεποίηται ἐπαγγελίαν εἰπών· Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.

Hic finis enim est virorum bonorum, nempe suscipere promissam illis hæreditatem, consequi Dominum pro optima parte, eum habere intus inhabitantem et contubernalem, juxta ea quæ pollicitus est, dicens: « Commorabor in eis et inambulabo, et ero eorum Deus, et ipsi erunt mihi populus. »

v. 13. Καὶ καυχήσονται ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου. Ὅτι σὺ εὐλογεῖς δίκαιον· Κύριε, ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς.

v. 13. *Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedicis justo. Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.*

Οὔσης ἀλόγου καυχήσεως καὶ διαβεβλημένης, περὶ ἧς φησιν ὁ ἀπόστολος· Μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις, καὶ ὁ προφήτης· Μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς· οὐ τοιαύτη τυγχάνει ἡ τοῦ λέγοντος· Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καύχημα, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καί· Καυχώμενος ἐν Κυρίῳ καυχάσθω... [Οὗ]τος δὲ καυχήσεται, οὐκ ἐπ' ἄλλῳ, ἢ ἐπὶ μόνῳ τῷ ἠγαπηκέναι τὸ ὄνομά σου, καὶ τῷ προαιρέσει καὶ στοργῇ καὶ διαθέσει, ἀλλ' οὐ φόβῳ οὐδὲ ἀνάγκῃ τὸ σὸν ὄνομα τετιμηκέναι. Αἴτιον δὲ ἔσται τῆς καυχήσεως αὐτοῖς, τὸ εὐλογεῖσθαι ὑπὸ σοῦ πάντα δί-

Quum gloriatio stulta sit ac diffamata, de qua ait Apostolus: « Nemo glorietur in hominibus, » et Propheta: « Ne glorietur sapiens in sapientia sua, » et reliqua, non hujus modi gloria ejus est qui ait: « Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi; » et: « Qui gloriatur, in Domino glorietur. » Talis sane in nulla re alia gloriabitur quam in hac sola, dilexisse nomen tuum, nec nisi sponte et cum amore et voluntate, minime autem ex timore, vel necessitate honoravisse nomen tuum. Causa autem gloriationis

v. 12. Ibid. II Cor. VI, 16. Levit. XXVI, II.
v. 13. Ibid. 1 Cor. III, 21 Jerem. IX, 23. Galat. VI, 14. Ephes. 1, 3. II Tim. IV, 8. Cod. incipit inepte: Οὔσης ἐκλόγου.

καιον [δικάζοντος], τουτέστιν τυγχάνειν τῶν ἐπουρανίων εὐλογιῶν, περὶ ὧν φησιν ὁ ἀπόστολος· Εὐλογητὸς ὁ Θεός, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Καὶ τέλος δὲ ἀγαθῶν τῆς ἐλπιζομένης κληρονομίας, ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος τυγχάνει, οὗ τεύξονται οἱ λέγειν οἷοίτε ὁμοίως τῷ Παύλῳ· Τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέληκα, τὴν πίστιν τετήρηκα, λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος· τούτῳ γὰρ τῷ στεφάνῳ ηὐδόκησεν ὅπλῳ χρήσασθαι φυλακτικῷ πάσης ἐφόδου πολεμίων ἐπιούσης κατὰ τῶν οἰκείων αὐτοῦ.

erit illis, a te benedici qui omnem justum judicas, videlicet frui supernis benedictionibus, de quibus ait Apostolus: «Benedictus Dominus, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus.» Ac finis bonorum in sperata hæreditate est corona justitiæ, qua potiuntur qui dicere possunt similia his Pauli verbis: «Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, de reliquo reposita est mihi corona justitiæ.» Qua quippe corona, veluti scuto protectionis, uti placuit Deo, ut suos a quolibet hostium incursu tueretur.

Psalmus VI.

v. 1. Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. *Vatic.* 626, 2.

Ὀγδόη ἡ ἀναστάσιμος τοῦ σωτῆρος ἡμέρα, κυριακὴ σωτήριος, ἐν ᾗ ὡς ἀληθῶς πάντων τῶν ἁμαρτημάτων κάθαρσιν εἶναι πιστεύομεν, καὶ συμβολικὸν νόμιμον. Κατὰ μὲν τὸ τυπικὸν ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περιτέμνεται ἀρτιγενὲς βρέφος· κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς λυτροῦται, καθαίρεται δὲ δι' ἀναγεννήσεως Πνεύματος ἁγίου πᾶσα ψυχὴ ἐν Θεῷ γεγεννημένη, κατὰ τὴν σωτήριον τοῦ Κυρίου ἀνάστασιν, ἥτις ἐστὶν ὀγδόη ἡμέρα. Τῆς γὰρ ἑβδόμης τοῦ σαββάτου τοσούτῳ κρείττων ἀποπέφανται ἡ ὀγδόη, ὡς λύεται τὴν περὶ τοῦ σαββάτου νομοθεσίαν, εἰ καταλάβοι [κατ' αὐτὴν ἡ τοῦ βρέφους ὀγδόη].

In finem, in carminibus, pro octava, psalmus ipsi David.

Octava est dies resurrectionis Salvatoris, Dominica salutaris, in qua vere adesse credimus omnium peccatorum purgationem et legale mysterium. Equidem secundum legem, in octava die circumciditur puer recens natus; secundum autem veritatem, baptizatur; nova vero Spiritus sancti generatione purgatur omnis anima in Deo generata secundum salutarem Domini resurrectionem, quæ octava dies est. Tantopere enim septimam sabbati diem splendore superat octava, quod dissolvit latam de sabbato legem, si octava infantis dies incidat in sabbatum.

v. 4, 5. Καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. Καὶ σύ, Κύριε, ἕως πότε; Ἐπίστρεψον, Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου, σῶσόν με ἕνεκα τοῦ ἐλέους σου.

Τὴν ἐπὶ μακρῷ χρόνῳ παράτασιν τῆς ἑαυτοῦ ἐξομολογήσεως καὶ τῆς ἐπὶ μόνου μετανοίας ἐμφαίνει λέγων· Καὶ σύ, Κύριε, ἕως πό-

v. 4, 5. *Et anima mea turbata est valde. Sed tu, Domine, usquequo? Convertere, Domine, eripe animam meam. Salvum me fac propter misericordiam tuam.*

Prolixitatem in diuturno tempore confessionis suæ et pœnitentiæ pro uno peccato patefacit, dicens: *Sed tu, Domine,*

Ps. vi, v. 1. Vatic. 18. Scholium truncatur, uno deficiente codicis folio. Pauca deesse suadet compendium in edd. conferendum.

v. 4, 5. Ibid. Altera lacuna ex margine exciso suppletur ex breviore edito. Cf. ii cor. vi, s. lviii, 9.

τε; Ὁ γάρτοι σοφὸς τῶν ψυχῶν [ἰατρὸς οὐ παραχρῆμα κατὰ τὴν πρώτην ἐπιστροφὴν] ἐπακούει τοῦ δεομένου, βουλόμενος δὲ αὐτὸν ἐν ἕξει παραμόνῳ τοῦ ἀγαθοῦ γενέσθαι, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν κακῶν μετάνοιαν βεβαίαν κτήσασθαι, ἀναβάλλεται τὴν βοήθειαν, καὶ ὑπερτίθεται τὴν θεράπειαν, ὅπως μετὰ τὴν ἀξιόλογον ὑπομονὴν καὶ τὴν τελείαν ἐξομολόγησιν ἐπιστὰς εἴπῃ αὐτῷ· Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. Τοῖς μὲν οὖν ἐξ ἁμαρτιῶν ἐπιστρέφουσιν τοῦτ' ἂν εἴποι· τοῖς δὲ μὴ οὕτως, ἀλλ' ἐπαξίως αὐτὸν ἐπικαλουμένοις ἐρεῖ· Ἔτι λαλοῦντός σου, ἰδοὺ πάρειμι. Τὸ δέ· ἐπίστρεψον, Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου, σαφῶς διδάσκει ὡς ἀποστραφέντος αὐτὸν τοῦ Κυρίου κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἁμαρτίας· διὸ καὶ μυρίαις ἐμπίπτει μετὰ ταῦτα συμφοραῖς, καὶ τοῖς κατὰ τὸν οἶκον ἐπ' ἀλλήλοις κακοῖς, τέλος δὲ κακῶν ἁπάντων καὶ ὁ υἱὸς αὐτῷ ἐπανίσταται· τούτου χάριν ἔλεγεν· Καὶ σὺ, Κύριε, ἕως πότε; βούλεται δὲ τὸν ἐπιστραφέντα αὐτὸν Κύριον καὶ μεταβαλόντα τῆς ἀγανακτήσεως, ἵλεων κτήσασθαι, καὶ ἐπιστραφέντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ῥῦσα [ι κακί] ας, καὶ τοῦτο ποιῆσαι τὸν Κύριον διὰ τὸ αὐτοῦ ἔλεος καὶ τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν.

v. 6-8. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου· λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω.

Ὁ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν καὶ τὴν παροῦσαν ζωὴν θεραπείας εἶναι καιρὸν ἐπιστάμενος, πεπεισμένος τε μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν, μηκέτ' εἶναι χώραν κατορθώσεως, εἰκότως πάντα πράξειεν ἂν, ὅπως ἐντεῦθεν ἤδη ἰάσοιτο τὰ ἑαυτοῦ νοσήματα καὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἀσθενείας· ταῦτα δὲ σοφὸς ὢν ὁ Δαυὶδ οὐκ ἠγνόει, πεφροντικὼς τοίνυν μήποτε πρὸ τῆς θεραπείας καταληφθείη ὑπὸ τῆς τελευτῆς τοῦ βίου, πάντ' ἔπραττε τὰ πρὸς θεραπείαν αὐτῷ συμβαλλόμενα· διό φη-

usquequo? Etenim sapiens ille medicus animarum, non illico ad primam conversionem audit deprecantem: volens autem eum in constanti habitu boni consistere, et consequi firmam malorum pœnitentiam, suspendit auxilium, et producit sanationem; ita ut post congruam dilationem ac perfectam exomologesin superveniens, dicat illi: « Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te. » His sane qui a peccatis revertuntur, ita loquitur. Cæteris vero non sic: sed ait digne invocantibus eum: « Adhuc te loquente, ego adsum. » Illud vero: *Convertere, Domine, eripe animam meam,* perspicue docet quod in tempore peccati aversatus est Dominus ab illo. Idcirco in sexcentas postea calamitates incidit, et in mala alia aliis domi cumulata; in culmine autem malorum omnium, filius in ipsum insurgit. Propterea aiebat: *Sed tu, Domine, usquequo?* Optat vero ut pie reversum nanciscatur Dominum et mutatum ab indignatione sua, et talem reducem, ut animam a malis eripiat, idque Dominus agat propter suam misericordiam et piam clementiam.

v. 6-8. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.*

Probe sciens ævum præsens stantemque vitam esse tempus sanationis opportunum, tum persuasus, facto inde discessu, nullum esse purgationi locum, congruum est cuncta moliatur, ut jam ibidem suas medeatur ægritudines et animæ imbecillitates. Quæ David, sapiens quum esset, non ignoravit: recogitans interim ne ante sanationem comprehendatur ab exitu vitæ, omnia agebat quæ ad medelam conferebant. Idcirco ait: Etiamsi

v. 6, 8. Ibid. Iterum margine exciso aliquid desideratur ἀνίατον.

σιν· εἴγε καὶ ἅπαξ ποτὲ νὺξ ἁμαρτίας μοι γέγονεν καὶ σκότους, ἀλλ' ἀντὶ ἐκείνης τῆς μιᾶς νυκτὸς πάσας μου τὰς μετὰ ταῦτα νύκτας δάκρυσι τοῖς τῆς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας ἀποπλῦναι, καὶ ἀποσμῆξαι ἑαυτὸν πειράσομαι· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἐκείνην τὴν κλίνην καὶ τὴν στρωμνήν, ἐν ᾗ τετόλμηταί μοι τὰ παράνομα, οὐκ ἄλλως ἡγοῦμαι ἀποπλυθήσεσθαι, ἢ διὰ τῶν ἐμῶν δακρύων· καὶ ταῦτα πάντα [...οὐ]κ ἔσται μοι καιρὸς τῆς τούτων πράξεως, ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; τὸ γὰρ τίς ἐνταῦθα, οὐκ ἐπὶ τοῦ σπανίου, ὡς ἐν ἑτέροις, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μηδενὸς εἴρηται.

semel forte una nox peccati et tenebrarum mihi acciderit, attamen pro ista unica nocte, omnes posthac satagam ut abluam lacrymis in confessione et pœnitentia fusis et me detergam: immo ipsummet cubile et stratum, in quo nefanda ausus sum, haud aliter puto posse inundari, nisi meis lacrymis. Hactenus hæc omnia... Non erit mihi tempus hæc agendi: *Non est enim in morte qui memor sit tui,* in *inferno autem quis confitebitur tibi?* hic namque vocula *quis* non de re est rara, ut alibi, sed de nemine dicta est.

v. 8. Ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου, ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου.

Καὶ ταῦτα ἀναγκαίως προφέρει, κατ' ἀρχὰς εἰπών· Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με, ἐπειδὴ γάρ, φησίν, ἡ μνήμη τοῦ θυμοῦ σου καὶ τῆς ὀργῆς αὐτάρκως με παιδεύει, ὡς καὶ ἀπὸ μόνης τῆς ἀγωνίας τοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐπηρτημένου θυμοῦ τὸν τῆς ψυχῆς μου ὀφθαλμὸν ταράττεσθαι· ψυχῆς δὲ ὀφθαλμὸς εἴη ἂν νοῦς καὶ ἡ λογικὴ αὐτοῦ δύναμις· ὃ διδάσκων ὁ σωτὴρ ἔλεγεν· Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. Οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ ἕνα τῶν δυοῖν ὀφθαλμῶν τοῦ σώματος λύχνον εἶναι. Πῶς δὲ καὶ σωματικὸς ὀφθαλμὸς ταραχθείη ἂν ὑπὸ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ τὸν θυμὸν τοῦ Θεοῦ ἐπηρτημένον τοῖς ἀσεβέσιν ἀγωνιῶν, καὶ τὴν μέλλουσαν ὀργὴν φρίττων, ἐταράττετο τὴν διάνοιαν, εἰκότως ἀντὶ κατορθώματος ἑαυτοῦ καταριθμεῖται τὰς πολλὰς ἑαυτοῦ κακοπαθείας· διό φησι καὶ τό· Ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου, σημαίνων τὴν πολυχρόνιον ἑαυτοῦ κάκωσιν καὶ τὴν ταπείνωσιν ἣν ἐποίει τὸ ἐν μέσοις τυγχάνειν τοῖς ἑαυτοῦ ἐχθροῖς.

v. 8. *Turbatus est a furore oculus meus, inveteravi inter omnes inimicos meos.*

Ac necesse erat hæc verba proferat, cum ab initio psalmi dixerit: *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me,* quando quidem, ait, memoria furoris et iræ tuæ satis superque me corripit, adeo ut a sola trepidatione ob furorem in impios conflatum turbetur oculus animæ meæ. Fuerit autem mens oculus animæ et rationalis ejus virtus. Quod nos docens Salvator aiebat: « Corporis lucerna est oculus. » Neque enim potis est unus ex duobus oculis solus fieri lucerna corporis. Quomodo autem corporeus oculus perturbatus fuerit furore Dei? Quum ad Dei furorem in impios ruendum trepidans et futuram iram reformidans, turbabatur spiritu, verosimiliter uti egregios actus, recenset innumeras ejus afflictationes. Ideo ait: *Inveteravi inter omnes inimicos meos,* significans diuturnum suum infortunium et humiliationem quam expertus est, in mediis suis versatus inimicis.

v. 9. 11. Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες

v. 9-11. *Discedite a me omnes qui ope-*

v. 8. Ibid. In transitu ad alterum cod. folium fort. aliquid in fine exciderit. Cf. Ps. vi, 2. Matth. v, 29.

v. 9. — 11. Ibid. Usque in finem novum recipimus commentarium, qui priorem, uno tantum v. excepto, pone et presse sequitur.

οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅτι εἰσήκουσε Κύριος τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου· εἰσήκουσε Κύριος τῆς δεήσεώς μου, Κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο. Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν σφόδρα πάντες οἱ ἐχθροί μου, ἐπιστραφείησαν καὶ αἰσχυνθείησαν σφόδρα διὰ τάχους.

ramini iniquitatem, quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei. Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit. Erubescant et conturbentur omnes inimici Dei; confundantur et erubescant valde velociter.

Ὁμῶς καὶ τοῖς Ο′, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος· Μετὰ ὁσίων ὁσιωθήσῃ· ὥσπερ γὰρ τῷ κριτῇ προσήλθομεν, οὕτως αὐτὸν ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει εὑρίσκομεν, καὶ ὁσιοῖ μὲν, τουτέστιν ἐν ὁσίοις τάττει ὅσιον.

v. 31. Ὁ Θεός μου, ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, τὰ λόγια Κυρίου πεπυρωμένα.

Πεπυρωμένα τίνι; τῇ χωνείᾳ τοῦ Πνεύματος, ὅθεν οὐδὲν ἐν αὐτοῖς περιττὸν, οὐδὲν κίβδηλον, ὥσπερ τὰ τῆς ἑλληνικῆς σοφίας, τὰ λόγων καὶ μυστηρίων αἰσχρῶν καὶ μύθων ἐπιβλαβῶν καὶ ψυχοφθόρων.

vatum præstigiæ, quæ quidem animas nostras laqueis involvunt, quando eam hisce circumstringimus, ne dum ad legem Dei properemus.

v. 13. *A fulgore, in conspectu ejus, nubes transierunt.*

Splendor qui a longe cernitur, vocatur fulgor. Fulgor autem Christi est, qui non solum vicinis, sed longe positis, id est gentibus illuxit. *Et in conspectu ejus nubes,* id est prophetæ, per orbem *transierunt.* Qui enim delitescunt apud Judæos, Christus prophetas notos fecit universo terrarum orbi per evangelicam doctrinam.

v. 26. *Cum innocentibus innocens eris.*

Simul cum Septuaginta, Aquila et Symmachus habent: *Cum innocentibus innocens eris.* Sicut enim ad judicem accedimus, ita eum invenimus in futuro judicio, et *innocentem facit,* id est innocentem inter innocentes collocat.

v. 31. *Deus meus, impolluta via ejus: eloquia Domini igne examinata.*

Igne quali repurgata? in fornace sacri Spiritus: unde in illis nihil supervacaneum, nihil spurium, qualia sunt eloquia græcanicæ sapientiæ, sermonum et mysteriorum turpium et fabularum immundarum, quæ animas corrumpunt.

Ps. xvii, v. 2. Notare est, in hoc longo psalmo vatic. xiii cum edd. consentire in v. 1, 10, 11-13, 14, 15, 16, 17-19, 20, 21, 22-25. 26-28, 29, 30, 33, 34, 35, 36, 40, 47-49, 50, 51 sine insigni varietate, nisi quod ad v. 10 (Patrol. 172 A) suspensa verba ἐμφατικώτατα γὰρ τὴν κατάβασιν αὐτοῦ, ἔκλινεν οὐρανούς... requirunt quæ fort. typothetæ sustulerunt: ὑπογράφει διὰ τοῦ· ἔκλινεν, *cum maxima enim emphasi descensum ejus* (significat edd.) *cantat his verbis: Inclinavit cælos.* Paulo post ad litteram C tolle voculam οὐ ante λανθάνει, qua sensus verus pervertitur. Alia lacuna a codice Montefalconii oritur ab initio scholii in v. 31, Ἄμωμον, lege: διὰ τῶν προειρημένων τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἄμωμον εἶναι ἀποφαίνεται. Augetur fort. e contra in edd. scholium v. 35 prioribus verbis πρὸς τούτοις usque ad μαχησόμενον, quæ cod. noster Didymo ascribit, sed in eodem desiderantur apud Maium. Paulo supra (Patrol. 181 A, B) solita lacuna ab occursu similium orta est: λέγων· καταρτιζόμενος τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφων, διὰ τί δὲ τοῦτο διασαφεῖ λέγων ἑξῆς. Καὶ ἐπί... In v. 37 cod. noster Didymo dedit totum, totum eidem servavit Maius sine varietate. Interea cum nihil in priore psalmi parte nobis vatic. 13 præstitit, nostra incipiunt ex Vatic. 16.

v. 6 et 13 ex eod. quæ compendia satis perspicua ætatem ethnicam produnt esse vicinam.

v. 26. Ex eod. cf. Field. ii, 111, ubi alia lectio Symmacho tribuitur, codex noster ἰωτακίζων habet ὁσιωθεῖ σοι.

v. 31. Ex eod. Similia fere eduntur, quorum ac nostra videntur esse glossema auctum.

v. 43. Καὶ λεπτυνῶ αὐτοὺς ὡς χνοῦν κατὰ πρόσωπον ἀνέμου, ὡς πηλὸν πλατειῶν λεανῶ αὐτούς.

Νοήσεις ὅπως ὁ ἄνθρωπος τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ λεπτύνει καὶ λεπτοποιεῖ ὡς χοῦν κατὰ πρόσωπον ἀνέμων, ἐπιστήσας ὅπως τοῖς ἐλέγχοις τοῖς ἀποδεικτικοῖς τὴν τῶν ἀσεβῶν κοσμικὴν σοφίαν καὶ τὸν νομιζόμενον αὐτῶν πλοῦτον, πᾶσάν τε αὐτῶν τὴν δόξαν, καὶ τὴν πρόσκαιρον ζωὴν, μηδὲν διαφέρειν τοῦ καταφυσωμένου καὶ διασκεδαννυμένου ἀπὸ γῆς χοὺς παρίστησιν.

v. 44-46. Ῥῦσαί με ἐξ ἀντιλογιῶν λαοῦ, καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν· λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι. Εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μοι· υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν, καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν.

Προφητικῇ δυνάμει συνορῶν τὸ μέλλον ὁ Δαυὶδ, δύο τάγματα διὰ τοῦ λόγου παρίστησιν· καὶ τοῦ μὲν ἑνὸς ῥυσθῆναι εὔχεται, τοῦ δ' ἑτέρου καταξιωθῆναι· ἐπεὶ δὲ σαφῶς οἷς εὔχεται συγκαταλεχθῆναι, τὰ ἔθνη εἶναι παρίστησιν αὐτὸς, λέγων· Καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν, δῆλον ὡς τὸ ἕτερον τάγμα τοῦ λαοῦ οὗ ῥυσθῆναι ηὔχετο, οὐδὲ ἕτερον ἦν τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ, τούτου γὰρ δηλωθέντος λαοῦ ῥυσθῆναι εὔχεται ἐξ ἀντιλογιῶν. Ἔνθα ἐπιστήσεις ὡς οὐ διέβαλλεν αὐτῶν τὰς εἰδωλολατρείας, οὐδὲ τὰς ἄλλας πλημμελείας καὶ παρανομίας, ἀλλὰ τὰς ἀντιλογίας. Ὅρα τοίνυν ταῦτα ἀναφέρειν προφητικῶς ἐπὶ τὴν τοῦ Ἰσραὴλ ἀντιλογίαν, τὴν κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενομένην, ἣν πᾶς ὁ λαὸς ἐποιήσατο κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ, ὁπηνίκα Πιλάτου προσφωνήσαντος· Τίνα θέλοιεν ἀπολυθῆναι τῶν δυοῖν, τὸν Βαραβ-

v. 43. *Et comminuam eos, ut pulverem ante faciem venti; ut lutum platearum delebo eos.*

Noveris quomodo quis inimicos Dei comminuat et dissipet ut pulverem ante faciem ventorum, quando didiceris quomodo ex perspicuis argumentis, evincatur, mundanam impiorum sophiam, et quas nuncupant divitias, omnemque illorum gloriam et succedaneam vitam, nihil differre a pulvere qui super terram flatibus ludibrio est atque dissipatur.

v. 44-46. *Eripe me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Populus quem non cognovi, servivit mihi; in auditu auris obedivit mihi: filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt, et claudicaverunt a semitis suis.*

Prophetico nomine David futura intuens, duo agmina hoc sermone proponit: ab uno quidem orat ut liberetur, in alterius autem honorem cooptetur. Quum vero manifeste declaret eos cum quibus deprecatur cooptari, esse gentes, his verbis: *Constitues me caput gentium,* palam est alteram classem, de qua orat eripi, aliam non esse quam gentem circumcisam. Ab hujusce enim designati populi, postulat eximi contradictionibus. Atende hic quomodo non increpet idolorum superstitionem, neque cætera flagitia et inique gesta, sed contradictiones. Interea considera prophetico instinctu illa proferri adversus Israelis antilogiam, quæ contra Salvatorem facta est, quam totus præ se populus tulit in tempore quo Christus passus est, quando concionem habente

v. 43. Vatic. 13, qui hic et alibi habet χνοῦν cum Vatic. B. pro χοῦν.

v. 44-46. Ex eod. cf. Matth, 21, 24, 25. Lacuna ex erasa corii lacinia facile introspicitur. Sicut autem editi cum codice continuo in 34 versiculis consentiunt, ita certo certius est Eusebio vindicandum esse hunc novum commentarii epilogum, quo vix aliud est testimonium plenius et vetustius de communi et frequenti usu psalmodiæ apud veteres Christianos. In primis operæ pretium est notare duo verba ὑπακούοντα et συνυπηχοῦντα. quæ nulla latinitate declarantur: ne acta agam, lectorem mitto ad Montefalconii *prolegomena* Cap. x, 5 p. 61. et ad nostra Anal. 1. p. 696, ubi fuse et multis exemplis in indice notatis ὑπακοὴ describitur.

βᾶν ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; ᾐτήσαντο ἀπολυθῆναι μὲν τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσθαι, περισσῶς τε ἐβόων καὶ ἔκραζον, τὴν ἑαυτῶν ἀντιλογίαν ἐνδεικνύμενοι, ὅτε καὶ εἰρηκότος Πιλάτου· Ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τούτου. Ὑμεῖς ὄψεσθε· ἀποκριθεὶς ὁ λαὸς εἶπεν· Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. Τοῦτ' οὖν αὐτῷ τῷ θείῳ Πνεύματι προθεωρήσας ὁ Δαυὶδ, εὔχεται ῥυσθῆναι ἀπὸ τῶν ἀντιλογιῶν τοῦ λαοῦ, ἵνα μήποτε αὐτοῦ ἡ ψυχὴ μετὰ τὸν θάνατον συγκαταριθμηθῇ τῇ τοῦ Θεοῦ δυσσεβείᾳ. Διὸ ἔλεγεν· Ῥῦσαί με ἀντιλογιῶν λαοῦ, καὶ προιὼν ἑξῆς πάλιν φησί· [Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι]. Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν, καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν.

Υἱοὺς μὲν γὰρ αὐτοὺς ὀνομάζει διὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν καὶ τὸ σπέρμα τὸ ἐξ Ἀβραάμ· ἀλλοτρίους δὲ καλεῖ διὰ τὸν τρόπον. Μεταβαλὼν δὲ ἐπὶ τὸ ἕτερον τάγμα, λευκότατα τὴν τῶν ἐθνῶν προαναφωνεῖ κλῆσιν καὶ τὴν μέλλουσαν παρ' αὐτοῖς τοῖς ἔθνεσιν ἀπονέμεσθαι καὶ τὴν τιμήν· διό φησι [...... Κα]ταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν· λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι, εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέν μοι. Ὧν τὸ ἀποτέλεσμα καὶ ἡ τῶν λόγων ἔκβασις, διὰ τῆς ἐνεργείας θεωρουμένη τοῦ ἁγίου Πνεύματος, πιστοῦται τὴν πρόγνωσιν. Τίς γὰρ ὁρῶν καθ' ὅλης τῆς τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης, παρά τε Βαρβάροις καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, τὰ ἔθνη πάντα, παντοίᾳ γλώττῃ καὶ φωνῇ ἄνω καὶ κάτω τῇ μνήμῃ περιφέροντα τὸν Δαυὶδ, αὐτοῦ τε τοὔνομα τιμῶντα, καὶ τὰς αὐτοῦ φωνὰς περιέποντα ἐν πάσαις ταῖς Χριστοῦ ἐκκλησίαις, τὸν ἐξ ἐθνῶν συγκεκροτημένον λαὸν, ὃν οὐδέποτε γνώριμον ἔσχηκεν ὁ Δαυὶδ, δουλεύοντα ταῖς Δαυὶδ ὑμνῳδίαις, καὶ ὑπακούοντα καὶ συνυπηχοῦντα ταῖς πρόπαλαι ὑπ' αὐτοῦ γραφῇ παραδοθείσαις ψαλμῳδίαις, οὐκ ἂν συνομολογήσειεν ἀλήθειαν τοῖς προκειμένοις; Δύναται δὲ ταῦτα

Pilato: « Quem vultis vobis dimittam ex duobus, Barabbam, an Jesum qui Christus? » rogaverunt dimitti Barabbam, Jesum autem pessumdari, ac vehementer clamabant et vociferabantur, illorum contradictionem suam ostentantes, quando etiam dicente Pilato: « Innocens sum a sanguine hujus. Vos videte! » respondens populus aiebat: « Sanguis ejus super nos et super filios nostros. » Quæ igitur in eodem divino Spiritu David prospiciens, rogat eripi de populi contradictionibus, ne unquam anima sua, post mortem, connumeretur in hac adversus Deum impietate. Ideo dicebat: *Eripe me de contradictionibus populi.* Et progressus porro, rursus persequitur: *Filii alieni mentiti sunt mihi. Filii alieni inveterati sunt, et claudicaverunt a semitis suis.*

Filios quidem eos compellat, ob generis successionem et semen Abrahæ; *alienos* autem vocat ob morum indolem. Transiens autem ad alterum ordinem, luculentissime gentium vocationem in antecessum proclamat, ac fore ut ipsis gentibus etiam honor decernatur. Ait ergo:... *Constitues me in caput gentium, populus quem non cognovi, servivit mihi, in auditu auris obedivit mihi.*

Quæ oracula ita effectu et exitu impleta sunt, per efficaciam sacri Spiritus propheta procul prospiciente, ut fides vaticinio imponatur. Quis enim, si per universum orbem hominum, sive apud barbaros, sive apud Græcos, oculo lustrat omnes populos, qui quacumque lingua et voce, sursum, deorsum, circumferunt memoriæ commendatum Davidem, nomenque ejus honore prosequuntur, qui ejus voces intonant per universas Christi ecclesias: ecquis, si intuetur populum ex gentibus conflatum, Davidi nullo signo notum, officia servi præstantem davidicis hymnis et canticis, repetitoque cantu audientem ac reciproco so-

καὶ ἐξ αὐτοῦ λέγεσθαι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, τοῦ Δαυὶδ πρόσωπον ἀνειληφότος, τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γενησομένου, περὶ οὗ μυρίαι πρὸς αὐτὸν γεγόνασιν ἐπαγγελίαι.

nitu red hibentem psalmodias ab ipso a longis retro sæculis scripto mandatas, quis non hisce eloquiis veritatem asseveraverit? Possunt autem eadem a Salvatore nostro dici, Davidis personam assumente, ut qui ab illius semine generatus est, de quo innumera promissionum copia ad eum facta est.

In Ps. XVIII [1] *ascripta Eusebio et aliis scholia.*

v. 2, 3. Εὐσεβίου. Νὺξ καὶ ἡμέρα *Anal.* I, 472. — Ἀνδρέου. Ὁ πατὴρ τῷ Υἱῷ ἐρεύγεται ῥῆμα. Καὶ ποῖον ῥῆμα; τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὸ ὁ Παῦλος· Λάβετε τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. Τοῦτο σαφέστερόν φησιν ὁ Σύμμαχος· Καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγέλλει γνῶσιν κτλ.

Ἀναστασίου. Καλῶς [διηγοῦνται δόξαν] ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τὸ δημιουργικὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ σοφὸν καὶ τὸ μεγαλεῖον, ἐπειδὴ ταῦτα πάντα εἰς δόξαν συνέτεινε Θεοῦ ἀπὸ τῶν δρωμένων περιληπτικῷ ὀνόματι, πάντα ὁμοίως δόξαν ἐκάλεσεν.

Εὐσεβίου. Ἡμέρα δὲ τῆς ἀναστάσεως τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σταυροῦ ἐρεύγεται ῥῆμα, πῶς ὁ ἐν ἐκείνῃ σταυρωθεὶς, ἐνταῦθα ὡς Θεὸς ἀνέστη καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνέστησεν.

Καὶ νὺξ ἡ πρὸ τοῦ σταυροῦ γενομένη τῇ νυκτὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παραδόσεως τοιαύτην ἀναγγέλλει γνῶσιν, πῶς ἐν ἐκείνῃ δειλιῶν καὶ προσευχόμενος, ὕστερον δὲ καὶ παραδοθεὶς ἐν ταύτῃ τῶν στοιχείων δεσπότης οὔτε καὶ νύκτα κατὰ τὸ μέσον ἐπάγειν τῆς ἡμέρας ἀποδέδεικται.

v. 8. Τοῦ αὐτοῦ. Διὰ τὴν ἔμπειρον περὶ ἡμᾶς ἀγάπην αὐτοῦ, οὔτε πόρνον, οὔτε λῃστὴν παρατρέχει τοὺς ἄγαν αὐτοῦ φυγόντας τὴν ἀγάπην καὶ εἰς τὰ ἔσχατα τῆς ἁμαρτίας φθάσαντας.

v. 8-11. Τοῦ αὐτοῦ. Ἀναγκαῖον τοῖς δύο στίχοις τοῖς προτέροις τὸν τρίτον προσέθηκεν· τὰ γὰρ τοῦ Θεοῦ κρίματα τοῖς μὲν ἁμαρτάνουσι φοβερὰ καὶ ἀπευκταῖα καθέστηκεν· τοῖς δὲ ἐργαζομένοις τοῦ Θεοῦ τὸν νόμον καὶ φυλάττουσι, παντὸς πλούτου τιμιωτέραν τὴν ἐλπίδα τῆς ἀμοιβῆς, ἀλλὰ μὴν καὶ πάσης ἡδονῆς γλυκυτέρα φαίνεται.

Τὰ κρίματα Κυρίου ἀληθινὰ δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό. Σαφῶς ἡμῖν καὶ τοῦτο δεδήλωται ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ· ἀληθινὰ καὶ δίκαια παρὰ τοῦ ἀληθοῦς Θεοῦ καὶ δικαιοκρίτου δεδικαιωμένα λέγεται· ἐπὶ τὸ αὐτὸ δέ ἐστιν κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον· ᾧ γὰρ λόγῳ ἐστιν ἀληθῆ, τούτῳ τυγχάνει καὶ δίκαια.

1 Præstantissimus neque inelegans Eusebii commentarius in ps. XVIII, qualis exstat apud Montefalconium, talis omnino et integerrimus legitur in vatic. 13. Unde ad alterum sequentem psalmum satius esset transire cum saltu, quam rancidas colligere reliquias adhuc superstites, vix auctas nominibus incognitis Andreæ et Anastasii. Andreas vetus videtur, nam utitur Hexaplis, Symmachi lectionem fusius exponit, sed quæ Corderius nobis præripiuit, et anonymo suo tribuit, t. 1 p. 356. Incredibile est quanta copia auctorum lateat apud Corderium sub tenebricosa *Anonymi* epigraphe. De Anastasio alibi locus fortasse erit disserendi: lacinia superius allata redolet ætatem Maximi et Anastasii Sinaitæ. Hæc in nuda græcitate edere satis visum est. Andreas recipitur ex Vatic. 10, Anastasius et cætera ex vat. 16.

Psalmus XIX.

v. 5, 6. Διάψαλμα. Δῴη σοι κατὰ τὴν καρδίαν σου, καὶ πᾶσαν τὴν βουλήν σου πληρῶσαι. Ἀγαλλιασόμεθα ἐν τῷ σωτηρίῳ σου, καὶ ἐν ὀνόματι Θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα. Πληρώσαι Κύριος πάντα τὰ αἰτήματά σου. *Vatic.* 634, 1.

Ἀπὸ τοῦ διαψάλματος προφητεύουσιν αὐτῷ οἱ πρότερον ἐπευξάμενοι, καὶ προαναφωνοῦσιν, τὰ μέλλοντα εὐαγγελιζόμενοι. Τίνα δὲ ταῦτα; αὐτὸς, φασὶν, οὗτος ᾧ τὰς λογικὰς θυσίας προσανήνεγκαν, δώσει σοι πάντα ὅσα κατὰ διάνοιαν ᾐτήσω, ἐφαμίλλως τῇ καρδίᾳ σου παρασχόμενός σοι τὰς ἐξ αὐτοῦ εὐεργεσίας. Εὖ δὲ ἴσθι ὅτι καὶ τὴν βουλήν σου πᾶσαν πληρώσειεν ὁ αὐτὸς, ἐπεὶ οὐκ ἀλλότρια αὐτοῦ τυγχάνει τὰ βεβουλευμένα σοι, τοιαῦτα δὲ ἔσται τὰ περὶ σὲ χρηστὰ καὶ ἀγαθὰ τέλη, ὡς καὶ ἡμᾶς τοὺς ἔμπροσθεν συνευξαμένους σοι καὶ ἀπευξαμένους συναπολαβεῖν τῶν ἀγαθῶν· ἀγαλλιασόμεθα γοῦν ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ τῷ σῷ· μεμαθήκαμεν γὰρ καὶ ἔγνωμεν ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑποβολῆς, ὡς προελεύσεται ἐκ σοῦ τοῦ Δαυὶδ γέννημα, πάντων ἀνθρώπων σωτήριον. Ἐφ' ᾧ καὶ ἡμεῖς οἱ νῦν καὶ ταῦτα λέγοντες ἀγαλλιασόμεθα τότε, τοῦ σωτηρίου ἐπιφανέντος· οὐ σὺ μόνος, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ἅμα σοὶ μεγαλυνθησόμεθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ αἰτήματά σου Θεοῦ ἄξια τυγχάνει. Θάρσει καὶ πέπεισο ἀκριβῶς, ὅτι καὶ ταῦτα πάντα ἐπινεύσας, ταῖς σαῖς εὐχαῖς δωρήσεταί σοι ὁ Θεὸς, καὶ πληρώσει πάντα τὰ αἰτήματά σου.

v. 5, 6. *Diapsalma. Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum, et omne consilium tuum confirmet. Lætabimur in salutari tuo, et in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Impleat Dominus omnes petitiones tuas.*

Interposito diapsalmate, vaticinantur qui pro Davide preces hactenus effuderunt, et prophetico ore futura fauste nuntiant. At qualia sunt? Ille, inquiunt, idem ipse, cui spirituales hostias obtulerunt, tribuet tibi omnia quæcumque in mente tua postulasti, studiose complacens cordi tuo, erogabit tibi sua beneficia. Bene autem scito fore ut idem impleverit omnem tuam voluntatem, quoniam ipsi non alia quam tibi beneplacita sunt; hujusmodi autem erunt ea quæ tibi jucunda evadent et in bonum finem, ut etiam bonis fruamur nos qui in antecessum pro te preces collectas et submissas fecimus. *Lætabimur* ergo *in salutari tuo.* Edocti enim et certiores facti sumus, sacri Spiritus instinctu, quod ex te David orietur germen cunctis hominibus salutare. In quo etiam nos qui nunc et hæc verba facimus, tunc temporis *lætabimur,* quum salus illuxerit; non tu solus, sed et nos tecum *sublime tollemur in nomine Dei nostri,* quando quidem petitiones tuæ Deo dignæ sunt. Confide ac valde persuasum habeto, quod etiam quæcumque innuisti precibus tuis, ea dabit tibi Deus, et *implebit omnes petitiones tuas.*

v. 10. Κύριε, σῶσον τὸν βασιλέα σου, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλεσόμεθά σε.

v. 10. *Domine, salvum fac regem, et exaudi nos in die qua invocaverimus te.*

Ps. XIX. v. 5-6. Vatic. 18, cum fideliter cætera retinuerit quæ sat breviter edita sunt in hoc psalmo, nova præbet in v. 5, 6, quia egregius Maurinus ad manum dumtaxat habuit compendium quod ipsi nos legimus integrum in Vatic. 10, brevius in Vatic. 6.

Νῦν δὲ τέως ἡμῖν τὸν βασιλέα σῶσον Δαυίδ. Νόει καὶ ἵππους τὰ σκιρτήματα τῶν παθῶν, οἷς ἐπιβαίνουσιν οἱ δαίμονες· ἅρματα δὲ τὴν σύμπνοιαν τῶν ἁρματικῶν παθῶν ἐν οἷς παρασκευάζονται καθ' ἡμῶν.

Qui nunc usque in nos regnavit, salvum fac Davidem. Etiam intellige in equis impetum libidinum, in quas ascendunt dæmones; in curribus autem, conspirationem passionum invectarum, quibuscum in nos aciem instruunt.

v. 10. Ex Vatic. 16. — Editi commentarii ultima verba maximopere notanda sunt. Post quam Eusebius ultimum versiculum Davidi regi secundum historiam retulerit, addit: Νοήσεις δὲ ταῦτα καὶ κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς νόμον, quæ contorte Montefalconius transtulit: " Hæc porro anagogico, *sive reductitio*, more accipias." *Accipies* requiritur, ac deinde *juxta legem anagogicam*, sive legem sublimioris intellectus ad superna dogmata referendi. Neque sicco pede, nec non monito lectore transilienda erat *lex anagogica*, sive leges (νόμους ἀναγωγῆς): vocem Eusebius ab Origene in ps. III recepit (Patrol. XII, 1133). Ante magistrum enim et quanto magis ab illo ad discipulum et deinceps, allegoria biblica suas habuit leges, statutamque normam ab remotissima antiquitate christiana repetundam. Sed ubi altera expositio quam Eusebius promittit aperte: Νοήσεις δὲ ταῦτα? Dolendum nihil ad nos pervenisse quam tenue illud scholium vatic. 16, non despiciendum tamen. Cf. de anagoge Origen. in p. IV (l. l. 1125), paulo post solemnem Melitonis memoriam, a quo symbolica omnis theologia pendet.

Psalmus XX.

v. 1. Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. *Vatic.* 634, 2.

Εἰς αἴσιον τέλος καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς ἀναπέμπων τὰ ἐν αὐτῷ λελεγμένα, ἐπιγέγραπται εἰς τὸ τέλος· ἀλλὰ καὶ ἐπινίκιός ἐστιν ᾠδή, κατὰ τὸν Σύμμαχον· ἢ καὶ τῷ νικοποιῷ μελῴδημα περιέχει, κατὰ τὸν Ἀκύλαν· διὸ και τῶν ἐχθρῶν καὶ τῶν πολεμίων τοῦ Θεοῦ τὸν ὄλεθρον διεξέρχεται.

v. 1. *In finem psalmus David.*

Faustum *in finem* quum præsens psalmus ea referat quæ in illo dicuntur, inscribitur *in finem.* Immo etiam secundum Symmachum, *triumphale* canticum est: vel etiam *triumphanti modulationem* continet, juxta Aquilam, propterea quod inimicorum et hostium Dei excidium persequitur.

v. 2. Κύριε, ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου ἀγαλλιάσεται σφόδρα. *Vatic.* 635, 2.

Πᾶς εὐσεβὴς βασιλεὺς κατ' ἀλήθειαν λέγεται, ὡς μηδενὶ μὲν πλὴν Θεῷ δουλεύων, τῷ δέ γε αὐτεξουσίῳ πρὸς τὸ συμφέρον χρώμενος. Ὅθεν τῷ Ἀβραάμ, παροίκῳ καὶ ἐνταῦθα ὄντι, οἱ τοῦ Χετταίου υἱοί· Βασιλεὺς παρὰ Θεοῦ σὺ εἶ ἐν ἡμῖν, ἔλεγον. Εἰ δὲ ἴσως βασιλεὺς εὐσεβὴς ὀνομάζεται, πολλῷ

v. 2. *Domine, in virtute tua lætabitur rex, et super salutare tuum exultabit vehementer.*

Omnis vir religiosus re vera dicitur rex, ut qui nemini præter Deum mancipatur, nec nisi pro salute libero suo utitur arbitrio. Unde Abrahamo, peregrino in hac terra, filii Cethæi dicebant: « Rex a Deo es inter nos. » Si æquo jure pius vir rex vocatur, quanto

Ps. XX. Tam Vatic. 13 in v. 1, quam Vatic. 16 in finem v. 9 satis apte recidunt in editum commentarium, sed cum serie quæ magis sincera videtur. cf. Field. II, 113.

v. 2. Vatic. 16. Historica expositio edita moraliter æque inconcinne hic continuatur. cf. Gen. XXIII, 6. 1 Petr. II, 9.

μᾶλλον ὁ κλῆρος ὅλος τοῦ λαοῦ. Οὐκοῦν νῦν τὸν πιστὸν λαὸν τὸ Πνεῦμα αἰνίττεται, περὶ ὧν Πέτρος ἔγραψεν· Ὑμεῖς βασίλειον ἱεράτευμα; Οὗτος ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ καὶ τῷ σωτηρίῳ, τουτέστιν ἐν τῷ Χριστῷ, χαίρει καὶ εὐφραίνεται, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ τὸν κλῆρον τῆς εὐλογίας ἔλαβεν· χαίρει δὲ, οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα, ἐπειδὴ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν τὴν ἐκκλησίαν ἐδόξασε.

magis totus populus electus. Nonne hic igitur Spiritus significat fidelem populum, de quo Petrus scripsit: « Vos regale sacerdotium?» Eccille qui *in virtute Domini et in salutari,* id est in Christo, lætatur et gaudet, quando quidem per illum in sortem recepit benedictionem. Gaudet autem, non perfunctorie, sed *vehementer,* quum super omnem creaturam Ecclesiam suam gloria distinxit.

v. 7. Εὐφρανεῖς αὐτὸν ἐν χαρᾷ μετὰ τοῦ προσώπου σου.

Ὥσπερ ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ αὐτὴ ἡ χάρις καὶ ἡ εἰρήνη δίδοται, οὕτως ἀπὸ Θεοῦ καὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ. Πρόσωπον δὲ Θεοῦ ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, μεθ' οὗ ὁ βασιλεὺς εὐφραίνεται, πεῖραν τοῖς προσδοκουμένοις προβάλλων. Ἢ ὅτι μετὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου, οὗ γενόμενος ὁ βασιλεὺς, ναὸς αὐτοῦ χρηματίζει, καὶ σύμμορφος αὐτοῦ γενόμενος, εὐφραίνεται ἐν χαρᾷ.

v. 7. *Lætum illum in gaudio facies cum vultu tuo.*

Sicut a Deo Patre et Domino Jesu Christo ipsa gratia et pax conceduntur, ita a Deo et vultu suo. Vultus autem Dei est character substantiæ ejus, cum quo rex lætatur, spei viam sternens exspectantibus eum. Vel quia una cum Verbo Dei, factus rex ejusdem generis, templum Dei dicitur, et consimilis in forma idcirco gaudet in lætitia.

v. 9. Εὑρεθείη ἡ χείρ σου πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς σου, ἡ δεξιά σου εὕροι πάντας τοὺς μισοῦντάς σε.

Δεξιὰν χεῖρα τὴν ἐργασίαν καλεῖ. Οἱ μὲν ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ εὑρίσκουσιν αὐτήν· οἱ δὲ μισοῦντες αὐτὸν, εὑρίσκονται ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ διὰ μὲν τοῦ νόμου εὑρίσκομεν τὸν Θεὸν, διὰ δὲ τῶν εὐαγγελίων εὑρισκόμεθα ὑπὸ αὐτοῦ, ἐχθροὶ ὄντες πρότερον, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τοῦ Θεοῦ, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Ἢ οὕτως, ἐφ' ὅσον τοὺς σοὺς οἰκείους ὥσπερ ἀθλήτας δίδοται πειράζειν τοῖς σοῖς ἐχθροῖς κατεπαιρομένοις, ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν ἡ σὴ χεὶρ καταλήψεται καὶ ἡ σὴ θηρεύσει φεύγοντας δεξιά. Καὶ τί ποιήσει καταλαβοῦσα, δηλώσει ἐν τοῖς ἑξῆς.

v. 9. *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inveniat omnes qui oderunt te.*

Dexteram manum vocat opus peractum. Equidem inimici Dei inveniunt eam; qui vero oderunt eum, inveniuntur ab eo. Sane per legem Deum invenimus, sed per evangelia, ab eo reperimur, nos qui prius inimici et hospites testamentorum, Dei spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo eramus. Vel sic, quantumvis probare sicut athletas tuos servos concedatur hostibus tuis superbientibus, sed non diu postea manus tua comprehendet eos, et dextera tua, etiamsi fugerint, venatoris more attinget. Et comprehensis quid faciet, in sequentibus explicabitur.

v. 7. Vatic. 16. Caute ναὸς de Christo apud Origenem et Eusebium intellige, ac videsis infra p. 424 prolixam docti scholiastæ notam.
v. 9. Vatic. 16. Ephes. II, 12.

Psalmus XXI.

v. 3. Ὁ Θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας πρὸς σέ, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ· καὶ νυκτός, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. *Vatic.* 636, 1.

Μεθ' ὑποστιγμῆς γὰρ ἀναγνωστέον· Καὶ νυκτὸς δὲ κεκράξομαι, οὐκ ἀνοίας μου λογιζομένης, ὅτε τὰ περιεστηκότα ἐστὶν σκυθρωπά, τῶν πολλῶν ἐν ταῖς περιστάσεσι σκοτιζομένων, ὡς καὶ αὐτὸ τοῦτο τί δεῖ κράζοντα πρὸς Θεὸν λέγειν, ἀγνοεῖν. Ἐπίσταμαι γὰρ ἐγὼ τίνος ἕνεκεν ἃ περὶ ἐμὲ νυκτερινὴ κατάστασίς ἐστι.

v. 3. *Deus meus, clamabo ad te per diem, et non exaudies; et nocte, et non ad insipientiam mihi.*

Cum medio enim puncto legendum est: *at nocte* etiam clamabo, nec mihi reputanda insipientia, quando quidem circumjuncta mœsta sunt, quum multi in eventuum nocte ita jaceant, ut hoc ipsum quod clamando ad Deum dicere debeant, ignorent. Novi enim ego qua de causa hujus vitæ sit tenebricosa conditio.

Ps. xxi, v. 4. Vat. 16. Præter hanc laciniam, cætera quæ mox sequuntur, spuria videntur. De θεοτόκῳ apud Eusebium, tum maxime de ὁμοουσίῳ, tum de invectiva in Arianos, quis non dubitabit? Erit tamen cui notabitur versus finem ὁ λαὸς θεότοκος. Quæcumque male olfaciunt, spisso typo mactavimus. Videsis Gen. xxv, 25. Galat. iv, 4. Luc. xxiii, 36. Ps. xv, 10. Eccle. 1. 4. Ps. lxxxv, 9. Cæterum plerosque versiculos, in scholia sequentia adductos, non attingit editus commentarius.

De psalmo xxii nihil proferimus, sed monere subit Eusebio ascribi in Vatic 13, Origeni vero in Vatic. 14 totum scholium a Maurinis editum in selectis Origenianis ad v. 4: Ἐντεῦθεν ὁ λόγος etc. Nil fort. inferendum, nisi quod Eusebius sine varietate, ut alias, Origenem receperit. — Præterea notandum Eusebii scholium in v. 5 ab eodem Vatic. 13 inscribi: Θεοδωρήτου, ὁμοίως Εὐσεβίου.

Ascripta Eusebio scholia.

v. 4. *Editis in fine additur:* Τοῦτο δὲ οὐ κατὰ σύγκρισιν νοητέον, καθὰ οὗτός φησιν ὁ Ἀριανός· ἓν γὰρ θέλημα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. *Vat.* 13.

v. 10. Τάχα τὸν Χριστὸν μόνον ἐκ τῆς Θεοτόκου ἐξέσπασεν ὁ Θεός, τῶν ἄλλων ἀνθρώπων οὐκ ἐσπασμένων, ἀλλ' ἐξερχομένων. Ἐξῆλθε γάρ, φησίν, Ἡσαῦ ὡσεὶ δορά. Ἐπειδὴ κατ' εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς ἐνηνθρώπησεν, ὅτε καὶ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. *Vatic.* 16.

v. 16. Ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται κτλ. Σημαίνει δὲ τὴν ἐπισύμβασαν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ σταυρῷ δίψαν, ὅτε καὶ αἰτήσαντι πιεῖν, ὄξος προσήνεγκαν αὐτῷ μετὰ χολῆς. Οὐκ εἰς θάνατον δέ, ἀλλ' εἰς χοῦν θανάτου κατηνήχθη ὁ Χριστός· οὐκ ἐγκαταλείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς τὸν ᾅδην, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν.

v. 22. Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων. — Τὴν κακίαν τῶν Ἰουδαίων διὰ τούτων σημαίνει, καὶ τὴν διάνοιαν διὰ χειρὸς κυνὸς καὶ ῥομφαίας καὶ κεράτων μονοκερώτων. Σοῦ δὲ βοηθοῦντος, τριτέος ἀναστάς, ματαίαν ἀπεδείξω τὴν ἐπιβουλήν. *Vat.* 1, 16.

v. 23. Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. — Ἐδίδαξεν γὰρ ἡμᾶς τὸν φύσει Θεὸν καὶ ὁμοούσιον αὐτοῦ Πατέρα, ἢ ὅτι διὰ τῆς ἐκκλησίας τοὺς ἀποστόλους σημαίνει. *Ibid.*

Εὐχή ἐστιν εὐχαριστίας ὁμολογία τῶν τινων ἐκ Θεοῦ γενησομένων. Εὐχὴ ἐπαγγελία παρὰ τῇ θείᾳ ὀνομάζεται γραφῇ. Οὐκοῦν ἡ τῆς ὑπακοῆς ἐκπλήρωσις γενομένη παρὰ τοῦ Υἱοῦ τῷ Πατρί, καὶ τοῦτο μέχρι θανάτου σαρκός; ὡσαύτως νοηθείη ἂν ἀποδοθείσης τῆς εὐχῆς παρ' αὐτῶν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί, δηλαδὴ τῶν δικαίων· ἐνώπιον γὰρ τῶν ἀσεβῶν, οὐδὲν ὅλως χρή· πολὺ δὲ μᾶλλον τὰ θεῖα διαπράττεσθαι, ἵνα μὴ πρόσκομμα τῷ κατορθοῦντι διαστρέφοντες τοῦτον καὶ ἀποτρέποντες γίνωνται. *Ibid.*

v. 31. Ἀναγγέλλεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη. — Τό· Γενὲα πορεύεται καὶ γενεὰ ἔρχεται, ἐπὶ τῶν δύο λαῶν ἐξέλαβόν τινες, τῆς μὲν Ἰουδαϊκῆς ἀποφοιτησάσης κυρίως, τῆς δὲ τῶν ἐθνῶν ἐρχομένης· αὐτὴ οὖν ἀπαγγελήσεται τῷ Κυρίῳ πρὸς τῶν πρεσβευόντων ὑπὲρ αὐτῆς βοώντων· Πρὸς σὲ ἔθνη ἥξουσιν ἀπ' ἐσχάτων τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσι. Περὶ ἧς φησιν ὁ Κύριος, ὅτι τὸ ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβαλῶ ἔξω, οὐκ ἔφη δὲ τὸν ἐλθόντα. Τὸν γὰρ ἀεὶ ἐνεργοῦντα πρὸς αὐτὸν ἥκειν δι' ἀρετῆς, οὐκ ἐκβάλλει ἔξω. Οἱ δὲ ταύτην ἀναγγέλλοντες, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην διὰ πίστεως ἐνεργουμένην, ἀναγγελοῦσιν τῷ τεχθησομένῳ θεοτόκῳ λαῷ, ὃν ὁ Κύριος ἐποίησε διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, καλέσας τὸν λαὸν ἑαυτοῦ. *Ibid.*

Psalmus XXIII.

v. 7, 8. Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.... Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. *Vatic.* 637, 2.

v. 8. *Attollite portas, principes, vestras et elevamini, portæ æternales, et introibit rex gloriæ..... Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ.*

Οὐκ εἶπεν· Ἀνοίξατε πύλας ὑμῶν, ὧν ἡγεῖσθε καὶ τυγχάνετε φύλακες. Ὡς γὰρ κατιών, κλίνας οὐρανούς, οὐκ ἀνοίξας, κατέβη, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀναληφθείς, οὐκ ἀνοιχθεισῶν τῶν πυλῶν, ἀλλ' αἰρουμένων, εἰσῆλθεν δι' αὐτάς, ὡς λογικὰς δὲ ταύτας, ἐπαρθείσας. Πνευματικαὶ δέ εἰσιν, καὶ οὐ πρόσκαιροι, διὰ τὸ ἄϋλον καὶ ἀκήρατον. Βασιλεὺς δὲ δόξης ὁ Σωτὴρ εἴρηται τῷ πάντως ἄρχειν τῶν ἐπιδόξων, ὡς παρὰ πάντων δοξαζόμενος, καὶ μόνιμον ἔχων τὴν βασιλείαν, ἣν καὶ χορηγῶν τοῖς ἀξίοις ταύτης εἴρηται ὁ Κύριος. Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, φησίν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. Οὗτος ἐκεῖνος, φησίν, ὃν ἴσθε, εἰ καὶ σῶμα περίκειται, πρὸς τοὺς ἐξ ὑμῶν τυραννίσαντας πολεμῶν, καὶ πάντας ἀριστείᾳ καταβαλών. Τὸ δὲ προσταχθὲν αἱ πύλαι μετὰ τῶν ἀρχόντων ποιήσασαι, ταῖς ὑπερτέραις ἅπερ ἤκουσαν, ἀναγγεῖλαι πύλαις καὶ πειθομέναις ὁμοίως ἐδίδαξαν.

Non dixit: Aperite portas vestras, quarum estis præsides et custodes. Sicut enim in descensu suo inclinans cœlos, non aperiens, delapsus est, eodem modo ascendens, quin portæ aperiantur, introivit per eas sublatas, quæ uti rationales se elevaverunt. Spirituales autem sunt, nec transitoriæ, ob genus materiæ expers et purissimum. Rex autem gloriæ dictus est Salvator, ex eo quod omnino præemineat rebus gloriosis, ut qui ab omnibus gloriosus salutatur et unicum possidet regnum, quod dignis quum distribuit, ejus vocatus est Dominus. « Etenim si cognovissent, inquit, non cruci Deum gloriæ affixissent. » Idem ille est, ait, quem novistis, etiamsi corpus induerit, dum bellum adversus illas vestras potestates quæ tyrannice agebant, exercuit, et omnes fortitudine sua susque vertit. Postquam autem præceptum illud portæ cum principibus impleverunt, quæ audiere, ea similiter nuntiare superioribus postibus didicerunt.

Ὠριγένους, Εὐσεβίου, Θεοδωρήτου. Τινὲς δὲ τὴν δευτέραν πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, οὐ ταῖς ἔτι ἀνωτέρω δυνάμεσι εἰρῆσθαί φασιν, ἀλλὰ ταῖς αὐταῖς.

Origenis, Eusebii, Theodoreti. Nonnulli autem alteram aiunt interrogationem et responsionem non dirigi ad superiores potestates, sed ad easdem.

Ps. XXIII, v. 8. Vat. 16, in quo miror tam opportune repperisse me, quæ aptissime cohærent cum editis, desideratumque in eis commentarium plene et congrue conficiunt. Cf. 1, Cor. II, 8.

Psalmus XXIV.

v. 4. Τὰς ὁδούς σου, Κύριε, γνώρισόν μοι, καὶ τὰς τρίβους σου δίδαξόν με. *Vat.* 638, 1.

Πᾶς ὁ τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ προσιέναι βουλόμενος, θαῤῥῶν ἡκέτω, εἰδὼς ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ὑποδεξόμενος, οἷα διδάσκαλος, μαθητὴν τὸν βουλόμενον αὐτῷ πλησιάζειν. Πρῶτον μὲν πολλὰς ἐπιδείξει αὐτῷ ὁδοὺς, ἔπειτα νομοθετήσει ὅπως δεῖ καθ' ἑκάστην ὁδεύειν, ἣν ὁποίαν ἕλοιτό τις αὐτὸς ἑαυτῷ ταύτην βαδίζοι· ὡς γὰρ πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρὶ, οὕτως καὶ πολλοὶ βίοι τῶν κατὰ Θεὸν προκοπτόντων. Ἕκαστος δὲ ἑαυτῷ αἱρετίζει καὶ ἐκλέγεται ἣν ἂν θέλοι ὁδόν· ἐν ἑκάστῳ δὲ βίῳ δυνατὸν ἀρέσαι Θεῷ.

v. 4. *Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me.*

Quicumque vult in metu Domini procedere, confidens proficiscatur, certior factus ipsum Dominum more magistri, suscepturum esse discipulum qui ad eum vult appropinquare. Primum quidem multas illi vias ostendet. Deinde præcipiet quomodo oporteat per singulas ambulare, et quamcumque quis elegerit, ipse sibi eam tenendam habeat. Sicut enim multæ mansiones sunt apud Patrem, ita et multa vivendi genera eorum qui divinum profectum perficiunt. Unusquisque autem sibi eligit et ascribit viam quam mavult: in quacumque autem vita, datur potestas Deo placendi.

v. 10. Πᾶσαι αἱ ὁδοὶ Κυρίου ἔλεος καὶ ἀλήθεια τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ.

Ἐλεηθῆναι δεῖ πρότερον, ἵνα τις τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐπιβὰς, οὕτως ἐπ' αὐτὴν ἀφίκηται τὴν ἀλήθειαν. Αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ οὐ πᾶσι θεωροῦνται ἔλεος καὶ ἀλήθεια, ἀλλὰ τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ· ὧν τις ἐκτὸς ὑπάρχων, ἄπειρός ἐστι τῆς χρηστότητος καὶ τοῦ κάλλους τῶν κυριακῶν ὁδῶν. Ἐκζητητέον οὖν τὴν διαθήκην, ἣν ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς πνευματικῆς Αἰγύπτου, διέθετο, δηλαδὴ τῆς πολυθέου πλάνης, ὡς ἂν γνῶμεν καὶ τὴν καινὴν διαθήκην, ἣν ἐβεβαίωσεν ὁ σωτὴρ αἵματι ἰδίῳ. Ἐκζητητέον καὶ τοὺς μεμαρτυρημένους καὶ ἐμπνεομένους ὑπ' αὐτοῦ λόγους.

v. 10. *Universæ viæ Domini, misericordia et veritas requirentibus testamentum ejus et testimonia ejus.*

Misericordia donari primum oportet, ut quis viam Domini ingressus, sic per eam perveniat ad veritatem. Viæ ejus omnibus non sunt misericordia et veritas, sed quærentibus testamentum ejus: eas extra si quis ierit, fraudatur bonitate et pulchritudine viarum Domini. Quærendum ergo est testamentum, quod constituit quum ox spirituali Ægypto eduxit, nimirum a polytheismi fallacia, unde cognoscamus novum quoque foedus, quod firmavit proprio sanguine Salvator. Quærenda etiam sunt testimonia et oracula cœlitus ab ipso afflata.

Ps. xxiv, v. 4. Vat. 13. Joan. xiv, 2.
v. 10. Vat. 16 qui in fine habet ὑπ' ἀνθρώπων λόγους. Ultimis edd. verbis cod. 13 addit: Ὁ αὐτὸς ῥύσαιτο Θεὸς ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ.

Psalmus XXV.

v. 6. Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου, καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε. *Vatic.* 628, 2.

Ὁ πράξεσιν ἀγαθαῖς ἀπονιψάμενος τὰ προημαρτημένα, ἐνίψατο τὰς χεῖρας ἐν ἀθώοις. Καὶ τάχα τοῦτο αἰνισσόμενοι, ἐνίπτοντο τὰς χεῖρας οἱ εὐχόμενοι, ἵν' ὁσίας ἐπάραι χεῖρας δυνηθῶσιν, καὶ κυκλώσωσι τὸ τοῦ Θεοῦ θυσιαστήριον, ἀκουσόμενοι θεολογίας.

v. 6. *Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine.*

Qui bonis operibus lavit peccata sua, manus suas lavit inter innocentes. Ac fortasse id respicientes, orantes manus lavare solebant, ut puras possent attollere palmas, et circumcingerent altare, sacros de Deo sermones audituri.

Psl. xxv, v. 6. Vat. 5. Utinam fusius sit scholium f. recens de usu veterum Christianorum in lavandis et tollendis manibus ante preces et ante conciones sacras in circulo audiendas. Edita in col. 233 A, B minus apte recidunt in nostra.

Psalmus XXVI.

v. 6. Καὶ νῦν ἰδοὺ ὕψωσε τὴν κεφαλήν μου... Αἴσομαι καὶ ψαλῶ τῷ Κυρίῳ.

Θεωρίαν ἐμφαίνει καὶ πρᾶξιν ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ· ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, ὑψωθεὶς κατὰ τῶν ἀντιπάλων δυνάμεων, οὐκ ἀργεῖ· πλείονα δὲ τῷ Θεῷ προσφέρει λατρείαν, διὰ φωνῆς καὶ θεολογίας ὕμνους προσάγων χαριστηρίους· ἐν μὲν οὖν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ, μελητικῶς ἐδιδάσκετο λέγειν ὁ παιδευόμενος· Νίψομαι κτλ. Νῦν δὲ τοῦτο τελειωθεὶς, ἐπεδείξατο κἀκεῖ μὲν τοῦ ἀκοῦσαι φωνῆς αἰνέσεως· Νῦν δὲ ᾄσω καὶ ψαλῶ τῷ Κυρίῳ. *Vatic.* 10.

v. 9. Βοηθός μου γένου, μὴ ἀποσκορακίσῃς με, καὶ μὴ ἐγκαταλίπῃς με.

Ἀποσκορακίζεται, εἰς ἔρημον πέμπει, καὶ καταρᾶται, σκορακίζεται, ἀτιμάζεται, ἐμβάλλεται, κωλύεται. Μὴ ἀποδιώξῃς, μὴ ἐξορίσῃς με, μὴ ἀποδοκιμάσῃς με· τὸ γὰρ ἀποστραφῆναι ἀποσκοράκισις ἐστίν. — Ἐὰν ἐγὼ, φησί, μὴ ἄξιος ὦ τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐχθροὺς, μὴ ἐάσῃς με αὐτοῖς παραδοθῆναι, μηδὲ παθεῖν τὰ ἐκείνοις περισπούδαστα· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ εἰς ψυχὰς, τουτέστιν τοῖς βουλήμασιν αὐτῶν καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις [παραδοθῆναι]. *Vatic.* 10.

v. 13. Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ ζώντων.

Γῆ ζώντων, ἡ ἐν ἐπαγγελίαις γῆ κατὰ τὴν αἰώνιον ζωὴν, ἐπεὶ οὐδεὶς ἐν αὐτῇ μετέχει τοῦ ἑπομένου τῇ ἁμαρτίᾳ θανάτου· ἔστι δὲ ἐν τοῖς μὴ βλεπομένοις, ἔχουσα κυρίως ἀγαθὰ τοῦ Θεοῦ. Καλῶς δὲ καὶ τὸ μὴ εἰπεῖν φαγεῖν ἢ ἅψασθαι, ἀλλ' ἰδεῖν· τὸ γὰρ θεῖον ἀγαθὸν τὸ πᾶν ἐν θεωρίᾳ δίδωσι τὴν ὠφέλειαν. Ἢ ἑαυτῷ τοῦτό φησι· ἢ παντὶ ἀ-

Ps. xxvi, v. 4. Vat 10. Nonnulla accedunt nobis in edd. col. 242 C.

v. 9. Vat. 16. Ab editione vulgari τῶν Ο' excidit μὴ ἀποσκορακίσῃς με, neque notatur apud veteres commentatores, præter Theodoretum aientem: "A gentili eruditione LXX hoc verbum transtulerunt. Hoc enim εἰς κόρακας contumelia quædam erat apud antiquos ex fabula quadam orta." Nostra videntur cujusdam grammatici otiosi glossema, synonyma inepte congerentis.

v. 13. Vat. 16. Media pars Didymo datur apud Maium, quæ sic nostra reficit: Καὶ κυρίως τοῦ Θεοῦ [ἀγαθὰ ἔχουσα]. Obscura autem nostra sic ibidem declarantur: τὸ γὰρ ὅλον ἐν τῷ θεωρεῖσθαι τὰ θεῖα ἀγαθὰ παρέχει τὴν ὠφέλειαν.

κροατῇ, ἢ καὶ τὸ θεῖον αὐτῷ προτρέπεται πνεῦμα. Ἐπεὶ ἐπίστευσας τὰ ἀγαθὰ ἰδεῖν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ὑπόμεινον τὸν Κύριον ἢ ὑπόμεινον τὴν δεῦρο τοῦ σωτῆρος κάθοδον, δι' ἧς ἀνελθεῖν ἐπὶ τὸν τῶν ἀγαθῶν Θεὸν δυνήσει. *Ibid.*

Psalmus XXVII.

v. 2. Ἐν τῷ αἴρειν με χεῖράς μου εἰς ναὸν ἅγιόν σου.

Ὁ ναός ἐστιν ὁ ἔχων Θεόν· ὁ δὲ Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ· ναὸς ἄρα ἅγιός ἐστιν ὁ Χριστὸς, πρὸς ὃν αἴρει τις καὶ ὑψοῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν διὰ τῶν ἀρετῶν. *Vatic.* 5, 16.

v. 8. Καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν σωτηρίων τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.

Σωτήρια τοῦ Χριστοῦ, τὰ προστάγματα τὰ παρ' αὐτοῦ τεθέντα· σώζει γὰρ τοὺς ὑπακούοντας, ὧν ὑπερασπίζει, οὐ συγχωρῶν αὐτοὺς παρὰ τῶν αἱρετικῶν καὶ παρὰ τῶν ἑτεροδιδασκάλων φθείρεσθαι. *Vatic.* 16.

Ps. xxvii, v. 2, 8. Vat. 16. cf. Orig, BB. De Christo Dei templo ne ulterius disputemus, longum damus scholium ex Vatic. 5, f. 15, addendum his quæ in superiore tomo p. 476 not. protulimus: Τὸ κατόπιν δηλούμενον, ὦ θεοφιλέστατε, οὕτω νοητέον, ὅτι ὁ Θεὸς δὲ ἦν ἐν Χριστῷ· οὐ γὰρ ἄλλος ὁ Χριστὸς, καὶ ἄλλος ὁ Θεός· ὁ γὰρ Θεὸς καὶ Χριστὸς, ὁ εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐπελεύσει τοῦ παναγίου Πνεύματος προελθὼν ἐκ τῆς πανάγνου Θεοτόκου, κατὰ τὸν θεολόγον καὶ μέγαν Γρηγόριον, μετὰ τοῦ προσλήμματος, ἓν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων σαρκὸς καὶ πνεύματος, ὧν τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη. Ἄρα τοιγαροῦν θεοπρεπῶς ὁμολογοῦμεν τὸν αὐτὸν ἕνα Κύριον καὶ Χριστόν· τέλειον Θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον, ἐν αὐτῷ τὰς δύο φύσεις, εἴτουν οὐσίας φέρων, ὡς ὁμοούσιος ὢν τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμούσιος ἡμῖν, ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων γέγονεν ἄνθρωπος, θεώσας τὴν περιληφθεῖσαν σάρκα, καὶ διὰ τοῦτο εἷς Χριστὸς, φέρων ἐν αὐτῷ ἄμφω τὰς δύο φύσεις θεότητος ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ ἔστι τέλειος Θεὸς καὶ τέλειος ἄνθρωπος, καὶ εἷς τῆς ἁγίας τριάδος, Πατρός φημι καὶ ἁγίου Πνεύματος· καὶ κατὰ τοῦτο νοητέον ὅτι Θεὸς δηλαδὴ καὶ πατὴρ ἦν ἐν Χριστῷ, καθὰ καὶ αὐτὸς ἐν εὐαγγελίοις εἴρηκεν· Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα· καὶ ἔπειτα λέγεται πρόσωπον Θεοῦ καὶ βραχίων Θεοῦ καὶ δύναμις Θεοῦ. Ἑτέρως δὲ τὸ εἰρηκὸς μὴ νοητέον, εἰς κτίσμα κατάγων τὸν Υἱὸν Θεοῦ κατὰ τὸν δυσσεβῆ Ἀπολινάριον, τὸν εἰπόντα ἄλλον τὸν Θεὸν, τὸν θαυματουργήσαντα κόσμον, ἄλλον τὸν Χριστὸν τὸν παθόντα, ἀλλ' αὐτός ἐστί τε καὶ ἀπαθὴς καὶ παθητὸς, ἀπαθὴς τῇ θεότητι, παθητὸς τῷ προσλήμματι ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ καὶ μιᾷ ὑποστάσει, ὁ φέρων τὰς δύο οὐσίας.

Psalmus XXVIII.

v. 1, 2. Ἐξοδίου σκηνῆς. Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ, υἱοὺς κριῶν. Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν. Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ· προσκυνήσατε τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. *Vatic.* 640, 1.

Πρὸς μὲν τὴν ἱστορίαν δοκεῖ τοῖς ἱερεῦσι καὶ Λευΐταις, μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τὴν ἀπὸ τῆς σκηνῆς, παραγγέλλειν διὰ τοῦ παρόντος ψαλμοῦ, τίνα δέον ἐστὶν ἑτοιμάσαντας τῇ ὑστεραίᾳ, πάλιν ἐνεγκεῖν σὺν υἱοῖς κριῶν δό-

v. 1, 2. *In exitu tabernaculi. Afferte Domino, filii Dei, filios arietum. Afferte Domino gloriam et honorem. Afferte Domino gloriam nomini ejus, adorate Dominum in atrio sancto ejus.*

Ad historiam quod spectat, videtur commonefacere per hunc psalmum, sacerdotes et levitas, post ablutionem extra tabernaculum actam, quibusnam cum rebus postridie præparatis, oporteat rur-

Ps. xxviii, v. 1, 2. Vat. 10 in priore parte, Vatic. 5 in altera, quæ complent vulgatum Eusebii prooemium, quantumvis edita producantur. cf. ii Cor. v. 4. Ps. xc, 10. i Tim. v, 3. Deuter. v, 16. Ephes. vi, 2. Deuter. xxvii, 16. Usque in sæc. xii hæc sane præ oculis habuit Euthymius Zigabenus, quem videsis in Patrol. gr. t. cxxxviii, col. 882.

ξαν καὶ τιμὴν, καὶ μηδαμοῦ ταῦτα ποιεῖν ἢ ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ Κυρίου. Πρὸς δὲ τὴν διάνοιαν, σκηνὴ μὲν ἡμῖν τὸ σῶμα τοῦτο νοεῖται, ὡς παρὰ Παύλῳ· Οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν, ὁποῖον ἐν ψαλμῷ τό· Καὶ μάστιξ οὐκ ἐγγιεῖ τῷ σκηνώματί σου. Οὗ ἐξόδιον ἡ ἀπ' αὐτοῦ ἀναχώρησις πρὸς ἣν ἡμῖν παρεγγυᾷ, διὰ τῆς ἐργασίας τῆς ἐνταῦθα, παρασκευάζεσθαι. — Φέρει τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ ὁ ἐν λόγῳ σοφίας θεολογῶν· τιμὴν δὲ φέρει τῷ Κυρίῳ, ὁ μὴ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης ἐλεῶν πτωχὸν, καὶ ἐν τούτῳ δανείζων Θεῷ. Τὸ γὰρ τιμᾶν ἰδίως καὶ ἐπὶ τοιούτων ἐν τῇ γραφῇ τέτακται, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· Χήρας τίμα, τὰς ὄντως χήρας, καὶ τοῦ· Τίμα τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ τοῦ· Οὐ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ.

sus cum filiis arietum afferre gloriam et honorem, neque alio in loco id agere nisi in atrio Domini. Quantum autem ad intellectum, tabernaculum nobis esse corpus agnoscitur, ut apud Paulum: « Dum sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus,» sicut in psalmo: « Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. » Cujus exitus est ab illo separatio, ad quam nos parari hortatur per opera hic peracta. — Domino affert gloriam qui prudenti sermone Deum prædicat; honorem vero affert Domino, qui neque cum tristitia aut ex necessitate miseretur pauperis, et in eo cum Deo feneratur. Id quippe honoris genus et cum hisce taxatur in Scriptura, ut inde patet: « Viduas honora quæ vere viduæ sunt, » et ex hoc: « Honora patrem tuum et matrem tuam, » et in hoc: « Non jam honoret patrem suum. »

v. 5, 6. Φωνὴ Κυρίου συντρίβοντος κέδρους. Συντρίψει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου. καὶ λεπτυνεῖ αὐτὰς, ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον, καὶ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων. *Vatic.* 640, 1.

Ἡγοῦμαι διὰ τοῦ μόσχου τοῦ Λιβάνου, καὶ διὰ τοῦ ἠγαπημένου τοῦ υἱοῦ τῶν μονοκερώτων αἰνίττεσθαι τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν, πάλαι ὄντα ἠγαπημένον καὶ υἱὸν μονοκερώτων, ἐπεὶ [ἐκ] πατέρων γεγόνασιν ἁγίων, οἵτινες μονοκέρωτες ὀνομάζοιντο, διὰ τὸ μόνῳ Θεῷ κέρατι κεχρῆσθαι, ὡς ἐπ' αὐτῷ σεμνύνεσθαι καὶ λέγειν· Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν, ὥστ' εἶναι μονοκέρωτας τοὺς προφήτας καὶ τοὺς πατριάρχας καὶ τοὺς ἁγίους πάντας, ὧν υἱοὶ γεγόνασιν οἱ ἡγούμενοι τῶν ἐκ περιτομῆς, Σαρίων ἐνταῦθα κεκλημένοι, κατὰ τὰς ἄλλας ἐκδόσεις, ὃ ἑρμηνεύεται ἄρχοντες· συν-

v. 5, 6. *Vox Domini confringentis cedros, et confringet Dominus cedros Libani, et comminuet eas tanquam vitulum Libani, et dilectus, quemadmodum filius unicornium.*

Arbitror per vitulum Libani et per dilectum filii unicornium significari Hierusalem et populum circumcisum, qui olim fuit dilectus et filius unicornium, utpote filii sanctorum, qui monocerites nominantur, ideo quod soli Deo pro cornu utebantur, ita ut eo solo glorientur et dicerent: « In te inimicos nostros cornu feriemus, » ita ut unicornes sint prophetæ et patriarchæ et sancti omnes, ex quibus orti sunt duces, Sarion in hoc loco vocati, juxta alias versiones, quod transfertur *Principes*. Postquam enim contrivit Dominus Solymam, principes

v. 5, 6. Vat. 13. Iterum editus et noster commentarius tantum verso stylo differunt, nisi quod insignis excursus in aquilam Ezechielis fere novus sit, cap XVII, 3. sqq. cf. Zachar. XI, 1. ac fortasse nostra folium excisum in Vat. 13 male intercepit. De voce Σαρίων notavit Montefalconius: " Vox a reliquis interpretibus pariter expressa, ex hebraïco *Sirion* contexta est. Septuaginta vero interpretes ἠγαπημένον, *dilectum* transtulerunt. "

τρίψας γὰρ Κύριος τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τοὺς ἄρχοντας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, υἱοὺς ὄντας μονοκερώτων ἐταπείνωσεν· μόσχον δὲ **καὶ Λίβανον, τὴν Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἂν ἁμάρ**τοις εἰπὼν, Λίβανον κεκλημένην καὶ ἐν προφήταις. Λέλεκται γοῦν ἐν Ζαχαρίᾳ· Διάνοιξον, ὁ Λιβανος, τὰς πύλας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. Ὃ δὴ σαφέστερον Ἰεζεχιὴλ ὁ προφήτης παρίστησι λέγων· Τὰ δὲ λέγει· Ὁ ἀετὸς ὁ μεγαλοπτέρυγος, ὁ μακρὸς τῇ ἐκτάσει, πλήρης ὀνύχων, ὃς ἔχει τὸ ἥγημα εἰσελθεῖν εἰς τὸν Λίβανον, καὶ ἔλαβε τὰ ἐπίλεκτα τῆς κέδρου, τὰ ἄκρα τῆς ἁπαλότητος, καὶ ἤνεγκεν αὐτὰ εἰς γῆν Χαλδαίων· ἃ καὶ προϊὼν διηρμήνευσε λέγων· Υἱὲ ἀνθρώπου, εἰπὸν δὴ πρὸς τὸν οἶκον παραπικραίνοντα· οὐκ ἐπίστασθε τί ἐστι ταῦτα; [εἰπὸν] ὅταν ἔλθῃ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ λήψεται τὸν βασιλέα αὐτῆς καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῆς, καὶ ἄξῃ αὐτοὺς πρὸς ἑαυτὸν εἰς Βαβυλῶνα. Σαφῶς γὰρ ἐν τούτοις τὸν αἐτὸν, τὸν μεγαλοπτέρυγον, τὸν βασιλέα τῶν Βαβυλωνίων ᾐνίξατο· τὸν δὲ Λίβανον τὴν Ἱερουσαλὴμ, τὰ δ' ἐπίλεκτα τῆς κέδρου, καὶ τὰ ἄκρα τῆς ἁπαλότητος τὸν βασιλέα τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῆς· Οὕτω τοιγαροῦν καὶ ἐνταῦθα, Λίβανος μὲν ὠνόμασται ἡ Ἱερουσαλὴμ, μόσχος δὲ τὸ πάλαι ἐν αὐτῇ ἱδρυμένον θυσιαστήριον, ἐν ᾧ οἱ μόσχοι καὶ αἱ θυσίαι ἀνεφέροντο· ἃ δὴ πάντα συντέτριπται μετὰ καὶ τοῦ Σαρίων, ὅπερ ἑρμηνεύεται ἄρχοντες. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ υἱοὶ τῶν μονοκερώτων, οἱ ἄρχοντες δηλαδὴ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ· ὥσπερ οὖν συντέτριπται ὁ μόσχος, καὶ ὁ Λίβανος, καὶ ὁ καλούμενος Σαρίων, ὁ πάλαι ἠγαπημένος. Ἢ καὶ υἱὸς τῶν μονοκερώτων ὁ Ἰουδαίων λαὸς, οὕτως φησί· Συντρίψεις τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· οὐ γὰρ μόνους ἐκείνους τοὺς παρὰ Ἰουδαίοις συντριβέντας διὰ τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν μετῆλθεν ἡ τῶν ὅλων ἔφορος δίκη, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς παρὰ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἀσεβεῖς, τοὺς ὑπερυψουμένους καὶ ἐπαιρομένους, ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου.

quoque judaicæ gentis, qui sunt **filii monoceritum**, humi **prostravit**. Vitulum vero **et Libanum**, Hierusalem esse ne **fallar** is, dicendo eam appellari Libanum vel in prophetis. Dictum ergo est in Zaccharia: « Aperi, Libane, portas tuas, et ignis devorét cedros tuas. » Quod luculentius Ezechiel propheta præ se fert, aiens: « Hæc dicit: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena ungu ibus, quæ dux est ut ingrediatur in Libanum, et tulit selecta cedri, summitates frondium tenerarum, et detulit ea in terram Chaldæorum. » Quæ ipse pergens interpretatus est in hæc verba: « Fili hominis, loquere ad domum exacerbantem: Nonne noveritis quid talia sint? Quando venerit Rex Babylonis super Hierusalem, et assumet regem ejus et principes ejus, et abducet eos ápud se in Babylonem. » Perspicue enim in hisce significavit aquilam grandem magnarum alarum esse regem Babyloniorum; Libanum vero, Hierusalem; selecta autem cedri et summitates frondium tenerarum, regem Solymæ et ejus principes. Ita igitur et in hoc psalmo Libanus quidem appellata est Hierusalem, vitulus autem vetus in ea altare erectum, in quo vituli et victimæ offerebantur. Quæ profecto omnia contrita sunt, etiam cum Sarion, quo signantur principes. Iidem vero erant filii unicornium, videlicet duces populi Judæorum. Ergo quemadmodum contritus est vitulus, ita et Libanus, et qui appellatur Sarion, olim dilectus. Vel etiam filius unicornium, populus Judæorum sic loquitur: *Conteres cedros Libani.* Non enim ad illos dumtaxat ex Judæis conquassatos, ob illorum superbiam, vindicta transiit, sed et ad omnes apud cæteras gentes impios, tumore sublimes et exaltatos sicut cedros Libani.

Psalmus XXIX.

v. 6. Καὶ εἰς τὸ πρωῒ ἀγαλλίασις.

Τὸ εὐκατόρθωτον τῆς μετανοίας διὰ τούτων σημαίνεται· οὐδὲν γὰρ τοσοῦτον πλῆθος ἁμαρτημάτων, ὡς μὴ ταχέως ἡ μετάνοια εἰς ἀγαλλίασιν ἐκφέρει.

v. 7. Ἀποστρέψῃς δὲ τὸ πρόσωπόν σου.

Ἔπαρσις καρδίας, ἀποστροφὴ τοῦ Θεοῦ· ἡμεῖς γὰρ αὐτὸν ἀποστρέφομεν (μήποτε δὲ τὸν πρὸ τούτου στίχον ἐν ὑπερβατῷ μετὰ τούτων προσήκῃ νοεῖν)· αἰτεῖ μὲν μετὰ τὴν ἀποστροφὴν τὸ πρότερον κάλλος, βεβαίωσιν ἀναλαβών.

v. 9. Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι.

Οὐχ ὡς ἑτέρου μὲν τοῦ Θεοῦ, ἑτέρου δὲ τοῦ Κυρίου τυγχάνοντος· Κύριος γὰρ ὁ Θεός σου Κύριος εἷς ἐστιν· τὸ Πνεῦμα διὰ τῆς Μωσαϊκῆς νομοθεσίας ἐδίδαξεν· ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς εἰσάγει καὶ τοῦ Υἱοῦ πρόσωπον, ἵνα μὴ ξενισθῶμεν πρὸς τὸ τῆς νέας διαθήκης περὶ τῆς Τριάδος κήρυγμα, προκατηχηθέντες τῷ πνεύματι. Τί δὲ πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν φθέγγεται; (v. 10) Τίς ὠφέλεια κτλ.

v. 10. Κύριος ἰσχὺν τῷ λαῷ αὐτοῦ δώσει, Κύριος εὐλογήσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ. Cf. *Edd. col.* 261.

Ὅμοιον τό· Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. Δοξάζειν οὖν ἐν τούτῳ δεῖ καὶ μὴ ματαιολογεῖν· ἑστήκασιν γὰρ ἄγγελοι ἀπογραφόμενοι τὰ ῥήματα, πάρεστιν ὁ Κύριος τὰς διαθέσεις τῶν εἰσιόντων ἐπισκοπῶν.

Ps XXIX. v. 6, 8, 9, 10 ex cod. Vatic. 16 cf. Joan. XIV, 27. In fine v. 9 vid. edd. col. 261.

Psalmus XXX.

v. 6. Εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου, ἐλυτρώσω με, Κύριε, ὁ Θεὸς ἀληθείας. *Vatic.* 640, 1, 2.

Ὡς τὴν ψυχὴν δὲ πολεμούμενος (σώματος γὰρ τοῖς ἁγίοις ὀλίγη φροντίς), καὶ πρὸς τῶν ἀπατεώνων τρωθῆναι φοβούμενος, τὸ πνεῦμα παρατίθεται τῷ Θεῷ, τὰς προνοητικὰς αὐτοῦ δυνάμεις χεῖρας καλῶν. Τῷ δὲ παρόντι ῥητῷ καὶ ὁ σωτὴρ, ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πεπηγμένος, ἐχρήσατο.

v. 20, 21. Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, Κύριε, ἧς ἔκρυψας τοῖς φοβουμένοις σε. Ἐξειργάσω τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σὲ, ἐναντίον τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Καταχρύψεις αὐτοὺς ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου σου, ἀπὸ ταραχῆς ἀνθρώπων. Σκεπάσεις αὐτοὺς ἐν σκηνῇ ἀπὸ ἀντιλογίας τῶν γλωσσῶν.

Οὐχ ἁπλῶς κρύπτει τὴν χρηστότητα τοῖς

v. 6. *In manus tuas commendabo spiritum meum, redemisti me, Domine Deus veritatis.*

Ut qui pro anima luctatur (de corpore enim pauca justorum cura est), ac timens ne a deceptoribus vulneretur, spiritum suum Deo commendat, manus vocans providas ejus virtutes. At eodem hoc verbo etiam Salvator, cruci impactus, usus est.

v. 20, 21. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te! Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, a conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum.*

Non dumtaxat abscondit bonitatem

Ps. XXX, v. 6. Vatic. 16. Abundanti commentario Eusebii deesse palam est ea quæ is codex et alter Vat. 10 suppeditant. cf. Luc. XXIII, 46. I. Cor. VII, 34. Jacob. II, 26. II Cor. II, 11.
v. 20, 21. Vatic. 13. Cf. Rom. 1, 29, 30. Joan. 1, 14.

φοβουμένοις αὐτὸν (πολὺ γὰρ αὐτῆς ἤδη καθορῶσιν), ἀλλὰ τὸ πλῆθος, ἵνα μὴ βλαβῶσιν, αὐτοῖς ταμιεύεται. Ἐφανέρωσεν δὲ αὐτὴν αὐτοῖς, ὅταν ἐν τελείᾳ ἀγάπῃ γενόμενοι, ἔξω βάλωσι τὸν φόβον. Εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν τοῖς φοβουμένοις σε· αὐτὰ γὰρ ταῦτα ἃ ἔκρυψας τοῖς φοβουμένοις σε, ἤδη κατ' ἐνέργειαν ἐφανέρωσας τοῖς τὸ πλέον τοῦ φόβου τὴν ἐλπίδα ἔχουσιν, ἐναντίον τῶν υἱῶν ἀνθρώπων. Ἀνθρώπους δ' ἐρεῖς τοὺς τὸ λογικὸν καὶ κατ' εἰκόνα ἀδιάστροφον φυλάξαντας, υἱοὺς δὲ αὐτῶν τοὺς λογικῶς μαθητὰς καὶ μιμητὰς αὐτῶν γενομένους. Ἀπόκρυφον δὲ τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ ἐρεῖς τὸ μὴ ἐφικτὸν νῦν πρὸς γνῶσιν, φανερωθησόμενον δὲ τότε, ὅτε ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστι. Τούτῳ τῷ ἀποκρύφῳ ἀντιδιαστέλλεται τὸ λεγόμενον παρὰ Παύλῳ, γνωστὸν αὐτοῦ φανερωθὲν τοῖς ἀνθρώποις, τουτέστιν τὸ δημιουργὸν καὶ προνοητικὸν αὐτοῦ· ἑξῆς γὰρ τό· ὁ Θεὸς ἐφανέρωσεν, εἴρηται· τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασιν νοούμενα καθορᾶται. Τάχα καὶ ὁ σωτὴρ, πρόσωπον ὢν Θεοῦ ἀπόκρυφον, πᾶν τὸ κατὰ τὴν θεότητα, ἐμφανὲς δὲ τὸ κατὰ τὴν οἰκονομίαν, ὅταν οὖν ὁ λόγος γενόμενος σὰρξ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Καταχρυπτόμεθα ἐν τῷ ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου αὐτοῦ, ὀψόμενοι αὐτὸ, ὅταν ὀψώμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Ἐπίστησον δὲ εἰ καὶ τὰ προφανῆ ἔργα τῆς προνοίας πρόσωπον αὐτοῦ εἶναι δύναται, (δι' αὐτῶν γὰρ Θεὸν φανταζόμεθα) ἀπόκρυφον δὲ αὐτοῦ οἱ ἀπόῤῥητοι λόγοι καθ' οὓς γίνεται τὰ γινόμενα, οὓς ἐπὶ τέλει τῶν πραγμάτων εἰσόμεθα. — Ἀπὸ ταραχῆς ἀνθρώπων· οἱ ἀνθρώπινα δόγματα ἐπαγγελλόμενοι, ἄνθρωποί εἰσιν ταραχὴν προβαλλόμενοι, δι' ἧς ταράττουσιν τοὺς ἀνερματίστους. Ταύτης τῆς ταραχῆς ἐκτὸς ποιῶν τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν, ὁ Θεὸς κατακρύπτει αὐτοὺς ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου αὐτοῦ κατὰ πάντας τοὺς εἰρημένους τρόπους. Κατασκέπεις αὐτοὺς ἐν σκηνῇ ἀπὸ ἀντιλογίας γλωσσῶν. Ὁ τέλειος, πάσης προκοπῆς

suam timentibus se, (multa enim ejus signa jam intuentur) sed ejusdem multitudo, ne lædantur, ipsis reconditur. Quam illis manifestavit, quando perfecti in charitate, timorem foras expulerunt. Bene etiam dicitur *timentibus te*. Ipsa enim eadem quæ abscondisti *timentibus te*, jam ea ex opere ostendisti illis qui majorem quam metum spem habent *in conspectu hominum*. Homines dixeris esse eos qui servaverunt mentem logicam in nulla re ab imagine discrepantem; filios autem illorum, eos qui eorumdem sunt facti spirituales discipuli et imitatores. *Absconditum* vero *faciei Dei* dixeris quod nunc cognitione assequi non possumus, revelandum autem tunc temporis, quum videbimus eum sicuti est. Huic autem abscondito opponitur quod apud Paulum dicitur, «quod notum est ejus, manifestum est hominibus,» id est opus creationis et providentiæ ejus. Post enim illud: «Deus illis manifestavit» dictum est: «Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.» Forte an etiam Salvator, qui est abscondita Dei facies, omnino latens quoad Divinitatem, sed se manifestans in œconomia, quando scilicet «Verbum caro factum habitavit in nobis.» Abscondimur in occulto faciei ejus, intuentes eum, quando videbimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis. Scito autem quod etiamsi conspicua providentiæ opera facies ejus esse queant (per ea siquidem Dei habemus imaginem), quod in eo latet, sunt arcanæ rationes juxta quas fiunt ea quæ facta sunt, quas in fine rerum noverimus. *A tumultu hominum:* qui humana dogmata nuntiant, homines sunt tumultum provocantes, quo turbine perturbantur instabiles. Procul ab hisce turbis removens eos qui sperant in se, Deus abscondit eos in occulto faciei suæ, juxta

ἀναχωρήσας, αὐτὴν κατανοεῖ τὴν ἀλήθειαν· διὸ ἀνεξαπάτητός ἐστιν. Ὁ δὲ ἐν τῷ προκόπτειν ἐπιτυγχάνων, χρῄζει σκεπάζοντος τοῦ Θεοῦ ἐν σκηνῇ, τουτέστιν διαφόρων γλωσσῶν, ἤτοι διαφόρων ψευδοδοξιῶν· πρὸς γὰρ τὸν τέλειον λέγεται· Καὶ πᾶσα φωνὴ ἣ ἀναστήσεται ἐπὶ σὲ εἰς κρίσιν, πάντας αὐτοὺς ἡττήσεις. Πᾶς γὰρ λόγος ἑτερόδοξος ἀνίσταται, κρίνεσθαι βουλόμενος μετὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς γνώμης· πάντας δὲ αὐτοὺς ἡττήσει ὁ τέλειος, τὰ τῆς ἐκκλησίας φρονῶν.

singulos modos supra recensitos. *Protegis eos in tabernaculo ab antilogia linguarum.* Perfectus vir, ex quocumque progressu quum discrevit veritatem, eam perspicit, ideo errori non est idoneus. Qui vero in actu est proficiendi, indiget Deo eum protegente *in tabernaculo,* videlicet a diversis linguis, seu a varietate falsarum doctrinarum. Etenim ad perfectum dicitur: « Et omnis vox quæ elevabitur super te in judicium, omnes illos superabis. » Omnis quippe hæreticus sermo surgit, requirens judicari cum Ecclesiæ sententia: perfectus autem cunctos superabit, Ecclesiæ consentaneus.

v. 23. Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· ἀπέῤῥιμμαι ἀπὸ προσώπου τῶν ὀφθαλμῶν σου, διὰ τοῦτο εἰσήκουσας, Κύριε, τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς σέ.

Τὴν πρὸς Θεὸν ἔκστασιν εἰς ἀγαθὸν κατέστρεψε τέλος, εὐλογῶν τὸν Θεόν, ἐφ' οἷς ἐδοξάσθη δι' αὐτοῦ, σώσαντα αὐτὸν ἐκ τῶν πολιορκούντων, ὡς ἂν πόλιν τετειχισμένην, περιφράξαντα τὴν αὐτοῦ ψυχήν. — Ἐπειδήπερ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν ἐν τῇ γενομένῃ ἐκστάσει, καθ' ἣν ἐταράχθη ὁ ὀφθαλμὸς αὐτοῦ καὶ ἡ γαστήρ. Διέκειτο γάρ, ὡς διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀπεῤῥίφθαι τοῦ προσώπου αὐτοῦ. Ἀλλὰ σύ, φησί, κατὰ τὴν λέγουσαν ἐπαγγελλίαν, ὅταν στραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ, ταῦτά μου λέγοντος· Εἰσήκουσας κτλ.

v. 23. *Ego autem dixi in excessu meo: Rejectus sum a facie oculorum tuorum; propterea exaudivisti, Domine, vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.*

Excessum ad Deum in optimum finem convertit, benedicens Deum, ob ea quibus per eum gloriam habuit, quum salvam fecit animam suam ab impugnantibus eam, et quasi civitatem munitam, circumvallavit hanc animam. Quando quidem humiliavit se in recepto illo excessu, in quo turbatus est oculus et venter suus (jacebat enim, velut propter peccatum rejectus a facie ejus): sed tu, inquit, juxta hæc verba promissionis tuæ: Quando conversus, ingemisces, salvaberis, hæc verba recolens, *exaudivisti, Domine* etc.

v. 24. Ἀγαπήσατε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ὅσιοι αὐτοῦ, ὅτι ἀληθείας ἐκζητεῖ Κύριος, καὶ ἀνταποδίδωσι τοῖς περισσῶς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν.

Ἐξ ὧν αὐτὸς ἔτυχεν εὐεργεσιῶν, μὴ μόνος ἀπολαῦσαι τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ σωτηρίας βουλόμενος, μετὰ πολλῶν δὲ σωθῆναι, προτρέπεται τοῖς πᾶσιν ἐπιφωνῶν ἀγαπᾶν τὸν Θεόν, καὶ μηδὲν ἕτερον πράττειν, ἢ τῇ ἀ-

v. 24. *Diligite Dominum, omnes sancti ejus, quoniam veritates requiret Dominus, et retribuet abundanter facientibus superbiam.*

Post beneficia quæ ipse recepit, volens non frui solus salute a Deo concessa, sed cum multis salvus fieri, omnibus palam præcipit diligere Deum, neque aliud agere, nisi se ipsos in charitate

v. 23. Vatic. 16.

v. 24. Vatic. 13.

γάπῃ τοῦ Κυρίου ἑαυτοὺς ἀνατιθέναι, καὶ τοῦτο πράττειν μετὰ ἀληθείας γνησίως καὶ καθαρῶς, ἀλλὰ μὴ ἐπιπλάστως, μηδὲ μεθ' ὑποκρίσεως· διὸ ἐπιλέγει· Ὅτι ἀληθείας ἐκζητεῖ Κύριος. Πεπεῖσθαι δὲ χρὴ, φησὶν, ὑμᾶς τοὺς τῷ Θεῷ καθωσιωμένους δικαιοκρισίας, ἐν ᾗ ἀποδώσει τἀπίχειρα ὧν πράττουσιν ἐπὶ τοῦ παρόντος οἱ τὸν Θεὸν μὴ εἰδότες, οἱ μηδὲ μετρίως, ἀλλ' εἰς ὑπερβολὴν ἀλαζονευόμενοι· οὓς οὐ χρὴ φοβεῖσθαι εἰς τὸ τέλος αὐτῶν ἀφορῶντας, ἀλλ' ἀνδρίζεσθαι καὶ κραταιοῦσθαι τοὺς λογισμοὺς, τὴν διάνοιαν ἑδραίαν καὶ στερεὰν κεκτημένους, καὶ τὴν ἐλπίδα ἐπὶ Κύριον τιθεμένους.

Deo offerre, id que facere in veritate sincera et pura, sed minime cum fraude et simulatione. Ideo subdit: *quoniam veritates exquiret Dominus.* Vos, inquit, qui Deo sanctificati estis, oportet persuasos esse de subeundo judicio, in quo retribuet merita prœmia, prout agunt in hac vita qui Deum ignorant, qui non mediocriter, sed effusa arrogantia superbiunt; quos nedum justi reformident, immo in exitum illorum prospicientes, viriliter agant et confortentur animis, robustam mentem et solidam possidentes, atque spem in Dominum statuentes.

Psalmus XXXI.

v. 4. Ὅτι ἐσίγησα, ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἀπὸ τοῦ κράζειν με ὅλην τὴν ἡμέραν. *Vatic.* 642, 1.

Κραζόντων μὲν ἡμῶν πρὸς τὸν Θεὸν, οὐ παλαιοῦνται αἱ δυνάμεις τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἀνακαινίζονται· σιωπώντων δὲ παλαιοῦνται, τὸν παλαιὸν ἀναβιοῦσαι ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης. — Οὐχ ἅμα τῷ πλημμελῆσαι μετανοῶν ἔκραζον πρὸς τὸν Θεόν· λανθάνειν γὰρ ᾤμην, μέχρι Νάθαν με διήλεγξεν· διὸ κατεγήρασα τῇ ἁμαρτίᾳ καταβιῶν· τῷ γὰρ ἰατρῷ παράχρημα τὸ πάθος οὐκ ἔδειξα.

v. 4. *Quoniam tacui, inveterata sunt ossa mea, dum clamarem tota die.*

Dum clamamus nos ad Deum, non inveterantur virtutes animæ, sed renovantur; dum vero silemus, inveterantur, veterem redintegrantes hominem, qui corrumpitur per desideria erronea. Haud simul ac peccavi, statim pœnitens, clamabam ad Deum; latere me opinabar, donec me Nathan redarguisset. Ideo consenui, in peccato permanens. Medico enim illico vulnus non ostendi.

Ps. xxxi, v. 4. Vatic. 16. Vatic. 13 cum edd. consentit, nisi quod in v. 1 Theodoretus cum Eusebio adducatur, et in v. 3, 4 editis addatur: ἀποσμήχων καὶ λαμπρύνων ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν τῆς γεγενημένης αὐτῇ ἁμαρτίας. Pauciores aliæ varietates om.

Psalmus XXXII.

v. 2, 3. Ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλατε αὐτῷ· ὅτι εὐθὺς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει. *Vatic.* 642, 2.

Καλῶς οὖν ψάλλεται [ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ, ἤτοι ἐν τῇ] συμφωνίᾳ καὶ συμπνοίᾳ

v. 3, 4. *In psalterio decem chordarum psallite illi; quia rectum est verbum Domini, et omnia opera ejus in fide.*

Optime psallitur in psalterio decem chordarum, sive in unione vocum et

Ps. xxxii, v. 3, 4. Vatic. 13. Nec mirum si tam splendida pagina etiam Basilii videatur præ se ferre epigraphen, sed quæ nullibi in operibus editis magni doctoris comparent, ut alia bene multa quæ codex noster retinet, in alium tomum nostrum reservata.

καὶ τῇ διὰ τῆς ἀγάπης ἑνώσει. Τί οὖν δεῖ ψάλλοντας λέγειν;

Ὅτι εὐθὺς ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, διὰ τοῦ πρότερον τοὺς εὐθεῖς καλεῖ πρὸς τὴν αἴνεσιν, ἐπειδὴ οὗτός ἐστιν καὶ ὁ μέλλων δοξάζεσθαι Λόγος, ὁ τοῦ Θεοῦ, ὁ ἐν ἀρχῇ ὢν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ὤν. Εὐθὺς οὖν ὁ Πατὴρ, καὶ εὐθὺς ὁ Υἱὸς, καὶ εὐθὺ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. — Καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει. Τί ἐστιν ὃ λέγει; ἐὰν οὐρανὸν ἴδῃς καὶ τὴν ἐν ἑαυτῷ τάξιν, πίστεώς ἐστιν ὁδηγός· δείκνυσι γὰρ τὸν τεχνίτην δι' ἑαυτοῦ. Ἐάν τε τὰς περὶ γῆν διακοσμήσεις πάλιν, καὶ διὰ τούτων αὐξάνεταί σοι ἡ περὶ τὸν Θεὸν πίστις· οὐ γὰρ σαρκίνοις ὀφθαλμοῖς καταμαθόντες τὸν Θεὸν, πεπιστεύκαμεν εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ τῇ τοῦ νοῦ δυνάμει, διὰ τῶν ὁρωμένων, τὸν ἀόρατον καθορῶμεν. Πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει. Κἂν τὸν λίθον καταμάθῃς, ἔχει τινὰ καὶ αὐτὸς τῆς δυνάμεως τοῦ πεποιηκότος ἀπόδειξιν, κἂν μύρμηκα, κἂν ἐμπίδα, κἂν μέλισσαν, πολλάκις κἂν τοῖς μικροτάτοις ἡ σοφία τοῦ δημιουργοῦ διαφαίνεται.

mentium et in vinculo charitatis. Quid igitur psallere opportunum est?

Quod rectum est verbum Domini, quoniam primum rectos vocat ad cantandum, eo magis quod ipse quoque hymnos gloriæ recipiet Verbum Dei, quod in principio apud Deum et Deus est. Rectus est Pater, et rectus est Filius, et rectus Spiritus sanctus. — *Et omnia opera ejus in fide.* Quid est quod ait? Si cœlum consideras, et in eo stabilitum ordinem, fidei est manuductor. Ostendit enim per semet opificem. Quod si rursus intueris diffusas in terra formositates, etiam per has tibi augetur erga Deum fides. Nec jam carneis cum oculis eruditi, in Deum credidimus, sed vi mentis per visibilia invisibilem cernimus. *Omnia opera ejus in fide.* Vel etiam si lapidem diligenter noveris, quoddam et ipse habet potentiæ creatoris argumentum; vel formicam tuearis, vel culicem, vel apem; sæpe etiam in minimis sapientia creatoris translucet.

Psalmus XXXIII.

v. 9. Γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος.

Ἄρτος ἐστὶν ἀληθινὸς ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἀληθής ἐστι βρῶσις. Οὐκοῦν οὐκ αἰσθητῇ καταλαμβάνεται γεύσει; ἀναλόγως γὰρ τοῖς ἔξω μέλεσιν αἱ τῆς ψυχῆς δυνάμεις περίστανται. Ὡς δὲ μέλιτος γλυκύτης πείρᾳ μᾶλλον, ἀλλ' οὐ λόγῳ σημαίνεται, οὕτως ἐκ ψιλῆς διδασκαλίας οὐκ ἔστι γνῶναι τὸν οὐράνιον ἄρτον, εἰ μή τις ἐμβαθύνῃ τοῖς περὶ αὐτοῦ θεωρήμασιν· ἐπειδὴ δὲ νῦν ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ὡς δι' ἐσόπτρου καὶ αἰνίγματος. Γεῦσιν εἶπεν, οὐ πλησμονὴν, ἀῤῥαβὼν γὰρ ταύτης ἡ γεῦσις, ἥτις μακα-

v. 9. *Gustate et videte quoniam suavis est Dominus.*

Panis verus est Dominus noster, et caro ejus verus est cibus. Nonne gustu sensibus præstantiore accipitur? Nam congrua ratione cum membris exterioribus virtutes animæ conferuntur; sicut autem mellis suavitas linguæ experimento, non verbo tantum signatur, ita ex tenui doctrina non cognoscitur cœlestis panis, nisi quis ejus theoremata funditus penetraverit: quando quidem nunc ex parte cognoscimus, et quasi per speculum et in ænigmate. Gustum dixit,

Ps. XXXIII, v. 9. Vatic, 16. Jo. VI, 51, 52. I. Cor. XIII, 12. Matth. V, 6.

ρίους ἐργάζεται ἀεὶ πεινῶντας καὶ διψῶντας τὴν δικαιοσύνην.

non saturitatem; ejus enim arrha est, quæ beatos eos efficit qui semper esuriunt et sitiunt justitiam.

Psalmus XXXIV.

v. 1. Ὑπόθεσις Εὐσεβίου. Ἐδιώκετο μὲν παρὰ τοῦ Σαοὺλ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, καθὰ καὶ διὰ τοῦ προλαβόντος ψαλμοῦ ἐδηλώθη. Πλὴν οὐ πᾶσαι νῦν περὶ τούτου πρέπουσιν αἱ φωναί, φήσαντος τοῦ Δαυίδ· Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά· τοιγαροῦν ἐφείσατο πολλάκις, ὑπὸ χεῖρα λαβὼν τὸν Σαούλ, ὥστε μᾶλλον περὶ τῶν τῆς ψυχῆς πολεμίων ἁρμόσειεν. Πρὸς οὓς πάσης ἀνθρωπίνης ἀσθενούσης δυνάμεως, πρὸς τὸν τῶν ὅλων εἰκότως καταφεύγει Θεόν. Ἐκ προσώπου τοῦ πεποιθότος ἐπὶ τὸν Θεὸν καὶ πολεμουμένου ὑπὸ τῶν ἀφανῶν δυνάμεων τὰ προκείμενα λέγει, ἢ ἐκ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων. Εἰσάγεται δὲ καὶ τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον, τὰ ἐπὶ τῷ πάθει παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰς αὐτὸν γεγενημένα διηγούμενον πρὸς ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν τῶν πολεμουμένων διὰ Χριστόν. *Vatic.* 10, 14.

v. 2. Ἀστερίου. Τὸ κατεύχεσθαι τῶν ἐχθρῶν δι' ἓξ αἰτίας φασί· Μίαν, βελτιοῦσθαι τοὺς ἐχθροὺς βουλόμενος· τύπτε γὰρ ἀδόκιμον ἀργύριον, καὶ καθαρισθήσεται. Δευτέραν, ἵνα ὧδε μαστιζόμενοι καὶ πολεμούμενοι, κουφότερον πειρασθῶσι τῆς αἰωνίου κολάσεως. Τρίτην, ἵνα ταῖς τούτων μάστιγξιν ἄλλους παιδεύηται· πανουργὸς γὰρ ἰδὼν ἄφρονα μαστιζόμενον, κραταιῶς αὐτὸς παιδεύεται. Τετάρτην, τὸ τὸν βίον λοιμοῦ καὶ νόσου ἀπαλλάττειν. Πέμπτην, ἵνα μὴ καὶ ἄλλοι αὐτῷ μαθητευθῶσι, τὰς ἐπενεχθείσας πληγὰς φοβηθέντες. Ἕκτην, ἵνα μὴ εἴπωσί τινες· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς τοῦ Δαυίδ; μὴ αὐτὸν ἐκδικεῖ καὶ σώζει. Οὐκ ἔστι γὰρ σωτηρία αὐτοῦ ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ. Πολεμηθῆναι δὲ τοὺς πολεμοῦντας εὔχεται, οὐχ ὡς μισάνθρωπος, ἀλλ' ὡς μισοπόνηρος. Δίκασον, Κύριε. Καλὴ τῶν εἰρημένων ἡ τάξις καὶ τῇ οὕτω δικαίου πρέπουσα προσευχῇ· ᾔτησε γὰρ δικάσαι πρότερον τὸν τῶν ὅλων Θεόν, καὶ τότε τῆς τιμωρίας ἐπενεγκεῖν τὴν ψῆφον. *Vat.* 7, 16.

v. 4. Αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν. Κατάλληλος ἡ αἰσχύνη τοῖς κερτομοῦσι τοὺς πέλας· διὸ τοῖς ἀλαζόσι καὶ μεγαλοῤῥήμοσι ταῦτα ὁ προφήτης ἐπηύξατο· καὶ ταῦτα ἐπὶ τοῦ σωτῆρος τὸ πέρας ἐδέξατο· ἐξ ἐκείνου γὰρ καὶ εἰς δεῦρο τοῦ χρόνου ἀπεῤῥιμένοι καὶ ἀπόβλητοι τυγχάνουσιν οἱ πάλαι κομῶντες ἐπὶ πολλοῖς χαρίσμασιν, οἱ δὲ τὸν ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρημένον παραδεδεγμένοι τοῖς τὸν ἐπὶ πάντων εὐσεβοῦσι Θεόν, ὧν μὲν χαρᾶς ἡμέραι πληροῦνται, οἱ δὲ αἰσχύνην ἐκτήσαντο. *Vatic.* 7.

Ps. xxxiv. Deficiente Vatic. 13, si exceperis curtam laciniam, cæteri quidem Vat. 7, 10, 14, 16 plurima præbuere, sed incompta et dissoluta, quæ satius visum est breviter et sine ullo commentario redhibere. Huc tamen adductus est Asterius, qui videtur solita Eusebii verba usurpare, et solemnes Origenis refricare distinctiones.

Psalmus XXXV.

v. 13. Ἐκεῖ ἔπεσαν οἱ ἐργαζόμενοι τὴν

v. 13. *Ibi ceciderunt qui operantur ini-*

Ps. xxxv, v, 13. Vat. 13. Si quis ad pag. 6 et 9 revertatur, oculo et manu tetigerit quomodo Eusebius Origenis non vestigia tantum, sed ipsa verba referat. cf. Matth. viii, 12, Job i, 21, Ps. xxi, 17, 19. Præterea in eodem Vatic. 13 sequentia invenimus conglobatim ad vers. 1.

ἀνομίαν. Ἐξώσθησαν καὶ οὐ μὴ δύνωνται στῆναι. *Vatic.* 645, 1.

Δύναται τὸ ἐκεῖ σημαίνειν τὸν μέλλοντα βίον, ὡς τό· Ἐκεῖ ἐστιν ὁ κλαυθμός, καὶ τό· Ἐκεῖ ἀνεπαύσαντο κατάκοποι τῷ σώματι, καὶ τό· Γυμνὸς ἀπελεύσομαι ἐκεῖ, και εἴ τι τοιοῦτον. Λέγει οὖν ὅτι ἐκεῖ, τουτέστιν ἐν τῷ μέλλοντι βίῳ, ἔπεσαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν· εἰ γὰρ καὶ ὧδε ἔδοξαν ἑστάναι καὶ ἐνεργεῖν τὰ τῆς ἀνομίας, ἀλλ' οὔ γε ἐκεῖ, οὐκ ἐπιτρεπόμενοι ἐνεργεῖν ὡς πρότερον ἐνήργουν. Οὐ δεῖ δὲ ξενίζεσθαι εἰς τὸ μέλλον, ὡς ἤδη γεγονὸς λέγει· πολλὰ γὰρ τοιαῦτα ῥηθείη, ὡς τό· Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας, καὶ διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου. Ἐπεὶ γὰρ ὁ προφητικῶς προορῶν τὰ ἐσόμενα, οὕτως αὐτὰ βλέπει ὡς πάντως γενησόμενα, τούτου χάριν ὡς ἤδη γενόμενα, αὐτὰ διορίζεται. Ἐξώσθησαν δὲ, ἤτοι τῆς ἕξεως ἧς εἶχον γενέσθαι ἐδιάσθησαν, ἢ ἔξω τῆς αὐτοπραγίας γεγένηται, διὸ οὐκέτι στῆναι δύνανται ἐνεργητικῶς, ἐμποδισθεισῶν, ἀλλ' οὐκ ἀναιρεθεισῶν τῶν πρακτικῶν δυνάμεων αὐτῶν, ὡσεὶ σαφέστερον ἔλεγε· Μὴ γενοίμην ὑπερήφανος, μηδὲ κτησαίμην... *Edd. col.* 321.

quitatem. expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Potest vox *ibi* significare vitam venturam, ut illud: « Ibi est fletus, » et: » Ibi quieverunt corporis labore confecti » et: « Nudus recedam ibi, » et si quid simile. Ait ergo: *ibi,* id est, in futura vita, *ceciderunt omnes* qui operantur iniquitatem. Etiamsi namque hic visi sunt stare et operari nequitiæ negotia, verum iilic non sic erit, quum non licebit ut efficiant quod prius fecerunt. Neque mirari subit cur futurum asseratur uti jam factum: plurima enim id genus dicta fuerint, ut illud: « Foderunt manus meas et pedes meos, et diviserunt sibi vestimenta mea. » Quum enim qui prophetice prospicit futura, ea cernit quasi omnino eventura, propterea quasi jam facta, ea determinat. *Expulsi sunt* autem, id est a facultate quam habuerunt ut sint, vi extrusi sunt, vel propria agendi libertate orbati; ideoque minime stare valent operosi impeditis facultatibus, nec tamen suppressis ad agendum, quasi apertius dixerit: minime fiam superbus etc.

v. 1. Τοῦ Δαυίδ. Θεοδωρήτου, Διδύμου, Εὐσεβίου. Καὶ οὗτος μὲν ὁ συγγραφεὺς εἰς τὸν Χριστοῦ ἐξέβαλεν τὸν ψαλμόν, μᾶλλον δὲ εἰς τὸν Χριστόν· ἄλλος δὲ ἀορίστως εἰς δίκαιον· ὁ δὲ τρίτος εἰς τὸν Δαυὶδ μόνον, περὶ δὲ τοῦ κατεύχεσθαι τῶν ἐχθρῶν. Ὁ μὲν προφητικῶς ἔφη, λέλεκται τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι.

Ps. xxxvi commentarius Eusebii satis amplus inter alia id præbet notatu dignum, quod plurima loca congruunt cum Rufino interprete Origenis in ejusdem psalmi expositione. Septem fragmenta prolixa occurrunt in Vatic. 13, editis, simillima, paucis exceptis, nempe in v. 1 cod. incipit. Ἐμοὶ δοκεῖ τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ ἀκολούθως κατατετάχθαι ὁ παρών, ἐπειδὴ κτλ. In v. 29 cod. incipit: Ὥσπερ ἀνωτέρω πεῖραν εἰληφέναι τοῦ δικαίου πάρεστι λέγων· Νεώτερος κτλ. In v. 27 cod. incipit: Τοσαῦτά φησιν μεμαθηκὼς ὑπάρχειν ἀγαθὰ τῷ δικαίῳ, γενοῦ δίκαιος. Ἐλευθερώσας κτλ. et versus finem: Κριτικὸς γὰρ ὢν ὁ Κύριος, ἀποδώσει σοι τὴν πρέπουσαν ἀμοιβὴν, διὸ ἐπισυνῆπται τούτοις τό· ὅτι Κύριος ἀγαπᾷ κτλ. Despicienda sunt pauca ἀποσπασμάτια ex Vat. 14 et 16.

Psalmus XXXVII.

v. 11. Καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ. *Vatic.* 647, 1.

Τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν ἐστιν ἡ θεωρία, ἥτις ἐν καιρῷ πειρασμοῦ τὸν νοῦν διαφωτίζει.

v. 12, 13. Οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου ἐξ ἐναντίας μου ἤγγισαν καὶ ἔστησαν, καὶ οἱ ἔγγιστά μου μακρόθεν ἔστησαν, καὶ ἐξεβιάζοντο οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου, καὶ οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι ἐλάλησαν ματαιότητας, καὶ δολιότητας ὅλην τὴν ἡμέραν ἐμελέτησαν.

Τοῦτο δὴ καταλαλιαῖς ταῖς κατεψευσμέναις προσεπάγοντες καὶ δόλους, τουτέστιν παγίδα ἀρτύοντες. Καὶ τί γάρ; οὐχὶ ποικίλως ἐκμηχανώμενοι τῶν κακοῦν εἰωθότων; ὑψηλότερον δὲ, [ὅτι] οἱ πρότερον φίλοι τοῦ Δαυὶδ καὶ πλησίον οἱ τὸν πάντα χρόνον συνόντες, ἐάσαντες αὐτὸν, μακρόθεν ἔστησαν, οὐκέτι αὐτῷ συνεῖναι βουλόμενοι, πόῤῥωθεν ἀποκλαιόμενοι, ὡς ἔοικε, φίλου συμφοράν. Τίνες δὲ ἦσαν οὗτοι; Ἄγγελοι δηλαδὴ ἀγαθοὶ τοῖς προτέροις αὐτοῦ χαίρονται ἀγαθοῖς, λειτουργοὶ Θεοῦ, τῇ τῶν ἀνθρώπων Θεοῦ εἰωθότες συγχαίρειν σωτηρίᾳ. Εἴ γε ἐπὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι ἐν τοῖς οὐρανοῖς χαρὰ γίνεται, οὗτοι οὖν πάντες οἱ τοῦ Δαυὶδ φίλοι, οἱ συνυπουργοῦντες αὐτῷ ἄγγελοι, ἐγκατέλιπον αὐτὸν διὰ τὴν ἁμαρτίαν, μᾶλλον δὲ ἀνεχώρουν, κατὰ τὸν τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ καιρὸν ἀποστρεφόμενοι· οὐ μὴν πάντη αὐτὸν κατελίμπανον, μακρὰν ἑστῶτες, ἐπέστενον.

v. 11. *Et lumen oculorum meorum non est mecum.*

Lumen oculorum est contemplatio, quæ in tempore tentationis mentem illuminat.

v. 12, 13. *Amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt, et steterunt, et qui juxta me erant de longe steterunt. Et vim faciebant, qui quærebant animam meam. Qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, et dolos tota die meditabantur.*

Id certe peragebant, oblocutionibus mendacibus addentes et fraudes, id est laqueos compingentes. Quid vero? Nonne mille modis machinantur quique eorum calumniis assuetorum? Superat vero illud longissime, quod Davidis veteres amici et proximi, qui omni retro tempore conveniebant, eo derelicto, procul steterunt, jam nolentes cum eo conversari, et a longe deplorantes, ut videbatur, amici calamitatem. At quinam erant isti? Boni certe angeli, qui prius bona ejus lætabundi prosequebantur, Dei ministri, qui una de hominum salute gaudere solent. Etenim si pro pœnitente uno peccatore gaudium fit in cœlo, iidem igitur omnes Davidis amici, angeli qui operum ejus participes erant, eum deserebant propter peccatum, immo una aversi recedebant in tempore peccati. Haud tamen omnino reliquerunt, sed procul stantes ingemiscebant.

v. 17. Ὅτι εἶπα· μή ποτε ἐπιχαρῶσί μοι οἱ ἐχθροί μου, καὶ ἐν τῷ σαλευθῆναι πόδας μου, ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλοῤῥημόνησαν.

Οὔπω μὲν γὰρ παντελῶς ἐχάρησαν· ἐπι-

v. 10. *Quia dixi: Nequando supergaudeant mihi inimici mei, et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.*

Hactenus enim nondum omnino lætati

Ps. XXXVII, v. 11, 12, 13. Vatic. 10, qui desiderata apertissime in editis optime suppeditat·

Idem etiam præstitit quæ pertinent ad v. 17, et 20-23. cf. Eccli. 1, 10.

χαροῦνται δὲ εἰ μὴ τύχοιμι τοῦ παρὰ σοῦ ἐλέους, οἱ ἤδη καὶ πρότερον ἐν τῷ σαλευθῆναι πόδας μου μεγαλοῤῥημονήσαντες· εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα σαλευθῆναί μοι συνέβη τοὺς πόδας, καθ' ὃν καιρὸν ἡ καρδία μου ἐταράχθη καὶ συνεχύθη, ἀλλ' οὐ πάντη περιετράπην, οὐδὲ πτῶμα ἔπεσον τοιοῦτο, οἷον οἱ ἀποστάται γενόμενοι· ἐπεὶ οὖν ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐν τῷ σαλευθῆναι τοὺς πόδας μου, ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλοῤῥημόνησαν οἱ ἐχθροί μου, ἵνα μὴ μειζόνως ἐπικροτήσωσι κατ' ἐμοῦ, ἐπὶ σὲ κατέφυγον, ὡς ἐπὶ λιμένα σωτηρίας, τὸν καὶ τὰ ἀνίατα παρὰ ἀνθρώποις τῆς ψυχῆς πάθη ἰάσασθαι δυνάμενον.

sunt. Lætabuntur autem, si tua non fruar misericordia, homines isti qui, statim ut primum pedes mei commoti sunt, magna locuti sunt. Si enim in primis accedit mihi commotos fuisse pedes, quum conturbatum est cor meum et effusum est, at non prorsus subvertebar, neque incidi in hunc lapsum, quo cæteri apostatæ fiunt. Quando igitur in eodem hoc tempore cum pedes mei nutabantur, super me magna locuti sunt inimici mei, ne majori plausu in me assurgant, ad te confugi, tanquam ad portum salutis, ad te qui ægritudines animæ vel desperatas hominibus sanare potes.

v. 20-23. Οἱ δὲ ἐχθροί μου ζῶσι, καὶ κεκραταίωνται ὑπὲρ ἐμὲ, καὶ ἐπληθύνθησαν οἱ μισοῦντές με ἀδίκως· οἱ ἀνταποδιδόντες κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν ἐνδιέβαλλόν με, ἐπεὶ κατεδίωκον δικαιοσύνην· μὴ ἐγκαταλίπῃς με, Κύριε ὁ Θεός μου, μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ. Πρόσχες εἰς τὴν βοήθειάν μου, Κύριε τῆς σωτηρίας μου.

Πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ μέμνηται, τῶν ἐπὶ τὴν ἁμαρτίαν αὐτὸν κατασυράντων, ἱκετεύει δὲ μὴ ἀποστῆναι αὐτοῦ τὸν Κύριον. Ἑώρα γὰρ τοὺς ἐχθροὺς ἔτι καὶ νῦν περὶ αὐτὸν ἑστῶτας καὶ ἐπικειμένους, μηδὲ τῇ πρότερον κατ' αὐτοῦ τόλμῃ ἀρκουμένους· διὸ ἀγωνιῶν μὴ καὶ δεύτερον τοῖς αὐτοῖς περιπέσῃ, σφόδρα ἐγρηγορότως φησὶν, ὅτι ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνεπαισθήτως ἔχω τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ μεριμνῶ περὶ αὐτῆς διὰ παντὸς, καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς μεταγνώσεσι προσεχόμισα δάκρυον, εὖ εἰδὼς ὅτι τοῖς ἱεροῖς νόμοις προσκέκρουκα. Οἱ δὲ ἐχθροί μου δαίμονες ζῶσιν, οὐ γὰρ τεθνήκασιν, οὐδὲ ἅπαξ ἐνεργήσαντες παρῆλθον· διὸ γέγραπται· Μὴ μακαρίσῃς ἄνθρωπον πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ. Οὐ μόνον δὲ ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ κραταιουμένους αὐτοὺς ὁρῶ, καὶ πλείονας ὄντας ὑπὲρ ἐμὲ, οἵτινες οὔπω καὶ νῦν παύονται ἐνδιαβάλλοντές με· ἐπεὶ τὴν ἀγαθὴν καὶ σωτηρίαν ὁδὸν διώκω, διαφθονούμενοί μου τῇ σωτηρίᾳ. Τούτου χάριν ἱκετεύω καὶ δέομαι, μὴ ἐγκαταλίπῃς με, Κύ-

v. 20-22. *Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me et multiplicati sunt qui oderunt me inique, qui retribuunt mala pro nobis, detrahebant mihi, quoniam sequebar justitiam; ne derelinquas me, Domine, Deus meus, ne discesseris a me, intende in adjutoriun meum, Domine salutis meæ.*

Omnium meminit inimicorum suorum, qui eum propter peccatum deriserunt, et supplex orat ne a se recedat Dominus. Cernebat enim adversarios etiam tunc circa se stantes et ingruentes, quibus satis non erat prior adversus eum audacia: ideo contendens enixe ne iterum in eadem recideret, haud sine multa diligentia ait: Equidem ego non sine sensu peccati mei maneo, sed angustior de illo omni tempore, et fletum expendi pœnitentiæ dignum, conscius me in sanctas leges impegisse. Verum *inimici mei vivunt,* dæmones qui sane non mortui sunt, neque prætereunt, vel semel ab opere quiescentes. Ideo scriptum est: « Beatum ne dicas hominem ante finem ejus. » Non vivunt solummodo, sed eos video robore feroces et numero super me auctos, iidem qui me calumniari non cessant, ideo quod bonam et salutarem viam persequor, de salute mea invidia correpti. Id-

ριε· μόνος γὰρ πρὸς τοσούτους οὐχ οἷος ἀντέχειν. Σὺ οὖν, ὁ Θεός μου, μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, πάρεσο δέ μοι βοηθὸς καὶ φύλαξ τῆς ἐμῆς σωτηρίας.

circo oro supplex et deprecor, ne me derelinquas, Domine, solus enim contra tot et tantos, non is ego sum qui resistam. Tu ergo, Deus meus, ne discesseris a me, sed esto mihi patronus et salutis meæ custos.

Psalmus XXXVIII.

v. 1-3. Εἰς τὸ τέλος τῷ Ἰδιθοὺν, ᾠδὴ τῷ Δαυίδ. Εἶπα· φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν ἐν γλώσσῃ μου· ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακὴν, ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου. Ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν, καὶ τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη. *Vatic.* 647, 2.

v. 1-3. *In finem Idithun, canticum Davidi. Dixi: Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me. Obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis, et dolor meus renovatus est.*

Καὶ οὕτως νοήσεις καθ' ἱστορίαν φεύγοντα τὸν μέγαν Δαυὶδ τοῦ πατραλῴου παιδὸς τὴν τυραννίδα, ὁ Σεμεεὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπαπαντήσας, καὶ μώλους ἔβαλλεν, καὶ λόγοις ἐλοιδορεῖτο, ἄνδρα παράνομον καὶ ἄνδρα αἱμάτων ἀποκαλῶν· ἀλλὰ τῇ συνήθει φιλοσοφίᾳ χρώμενος ὁ μέγας Δαυὶδ, οὐ μόνον αὐτὸς οὐκ ἠμύνατο, ἀλλὰ καὶ τῶν στρατηγῶν ἕνα πειραθέντα κατακοντίσαι ἐκώλυσεν εἰρηκώς· Ἄφετε αὐτὸν, διότι Κύριος εἶπεν αὐτῷ κακὰ λέγειν τὸν Δαυὶδ, καὶ τίς ἐρεῖ αὐτῷ· τί πεποίηκας οὕτως; ὅπως ἴδοι Κύριος τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ ἀνταποδώσει μοι Κύριος ἀγαθὰ ἀντὶ τῆς κατάρας αὐτοῦ τῆς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ. Πολλὴν τοίνυν συμφωνίαν πρὸς τήνδε ἱστορίαν ἔχει τοῦδε τοῦ ψαλμοῦ τὰ ῥητά· πολλὴν γὰρ προμήθειαν, φησὶν, τῆς γλώσσης ἐποιησάμην, εὐόλισθον τοῦτο διαφερόντως τὸ μορίον ἐπιστάμενος, καὶ οἷόν τινι τειχίῳ ταύτην ἀεὶ περιέβαλον, οὐχ ἥκιστα δὲ ἡνίκα ὁ Σεμεεὶ οὐδὲν ἠδικημένος ἀντέστη· αὐτὸν γὰρ ἁμαρτωλὸν ὡς ἄδικον ὀνομάζει. Τηνικαῦτα γὰρ ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν, ἀντὶ τούτου ἐντεῦθεν κέρδος προσμένων, καὶ τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη, ὑπ' ἐ-

Et item didiceris, duce historia, magnum illum Davidem, quum fugerit tyrannidem filii parricidæ, occurrisse in Semei juxta viam, qui glebas injecit et sannis eum impetivit, injustum eum vocans et virum sanguinum; sed pro indole sua summus David, philosophiæ indulgens, non solum minis pepercit, sed unum ex militibus promptum ad confodiendum cum spiculo, coercuit dicens: « Sinite eum, quia Dominus commisit ei ut malediceret Davidi, et quis dicet: Cur sic fecisti? Sic etiam ut Deus videat afflictionem meam, et retribuet mihi Dominus bona pro istius maledictione quæ in hoc die fit». Interea multum cum hac historia consensum habent hujus psalmi prooemia. Multam de lingua, ait, cautelam habui, quam lubricum sit præ omnibus membrum illud probe sciens, ac semper quasi muro eam munivi, præsertim vero quando Semei, nulla re læsus, obstitit; ipse enim peccatorem vocat injustum. Etenim tunc *surdus fiebam, et humiliatus,* et *silui a bonis,* pro eo lucrum inde expectans, *ac dolor meus renovatus*

Ps. xxxviii, v. 1-3. Vatic. Perficiendo editorum prooemio nostra necessaria erant. Etiam in fine editorum addes cum nostro cod. Ταῦτα πρὸς ἑαυτὸν λέγει. Cf. II. Reg. XVI, 5 seqq.

κείνου, φησὶν, λοιδορούμενος, τῆς ὑπ' ἐμοῦ τολμηθείσης ἁμαρτίας εἰς ἀνάμνησιν ἦλθον, καὶ ταῖς ἐντεῦθεν ἀκίσιν ἐβαλλόμην, λογιζόμενος ὅτι ταύτης ἕνεκα καὶ λοιδοροῦμαι καὶ τυραννοῦμαι, καὶ τῶν βασιλειῶν ἐξελαθεὶς, φεύγειν ἀναγκάζομαι.

v. 4. Ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου, καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ· ἐλάλησα ἐν γλώσσῃ μου· γνώρισόν μοι, Κύριε, τὸ πέρας μου.

Θεοδωρήτου, ὁμοίως Εὐσεβίου.

Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν· Ἐξεθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου ἐν τῷ ἀναπολεῖν με, καὶ ἐκαιόμην πυρί. Ἀναμιμνησκόμενος, φησί, τῆς ἁμαρτίας, τῆς ἀθυμίας ἐνεπιμπράμην πυρὶ, ὑπ' αὐτῆς πυρούμενος συνειδήσεως. Γνώρισόν μοι, Κύριε, τὸ πέρας μου. Τί τὸ πέρας ἔσται μετὰ τὰ συμβεβηκότα μοι, καὶ μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν, ὁποίου τέλους τεύξομαι, μαθεῖν ἀξιῶ. Βαρούμενος κτλ. *Edd. col.* 348.

Ἴσως δὲ ἠρώτα περὶ τῶν λοιπῶν ἡμερῶν, μαθεῖν βουλόμενος εἰ ἐξαρκέσει εἰς μετάνοιαν ὁ λοιπὸς τῶν ἡμερῶν χρόνος· ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, ἀρξάμενος τοῦ ζῆν κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν, καὶ τέλος αὐτῆς προσδοκῶ, ἄδηλον δὲ ἐμοὶ τοῦτο, σύ μοι γνώρισον τὸ πέρας μου, ἵνα τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν τῆς μετὰ σαρκὸς ζωῆς μαθὼν, καὶ τίνα μοι κατορθοῦσθαι δεῖ, γνῶ τί μὲν πεποίηκα, τί δὲ λείπει μοι πρὸς ἀναπλήρωσιν τελειώσεως. Ἐγὼ δὲ οἶμαι τὸ ἀπίθανον ἐνεῖναι τοῖς τοιοῖσδε λόγοις τῶν οὕτως ἑρμηνευσάντων [ἦν μὲν γὰρ ἅγιος καὶ προφήτης ὁ Δαυίδ]. *Cf. edd. l. l.*

v. 11, 12. Ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου, ἀπὸ τῆς ἰσχύος τῆς χειρός σου ἐγὼ ἐξέλιπον.

est, inquit, inter illius convicia, ac flagitii quod ausus sum memoriam revocavi, ac stimulis inde inductus sum ad cogitandum causam esse peccatum cur proscindar et opprimar tyrannide, et cur e regnis meis exsul, fugere cogar.

v. 4. *Concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescet ignis; locutus sum in lingua mea*: *Notum fac mihi, Domine, finem meum.*

Theodoreti simul et Eusebii. At Symmachus ita transtulit: *Excanduit cor meum intra me, dum cogitationes volverem, et urebar igne.* Memor, inquit, peccati, animî excessu, seu igne urebar, ab ipsa mea succensus conscientia. *Notum fac mihi, Domine, finem meum.* Qualis futurus sit post illa quæ mihi successerunt, et post confessionem, quem ego finem nacturus sim exitus, scire postulo.

Fortasse percunctatus est de superstitibus diebus, scire cupiens an pœnitentiæ sufficiat reliquum tempus dierum. Etenim, ait, quum vitam exorsus juxta conditionem humanam, et finem quoque ejus exspecto, is vero mihi ignotus est, tu mihi notum fac finem meum, ut discens multitudinem annorum quos cum carne transigam, et quænam mihi sint emendanda, sciam tum quid egerim, tum quid mihi restet ad perfectum finem implendum. Ego vero opinor minus probabilem esse sententiam quam hisce verbis dederunt, qui ita interpretati sunt. Erat enim David sanctus et propheta...

v. 11, 12. *Amove a me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci.*

v. 4. Vatic. xiii qui edita leviter auget, sed addit totum Symmachi locum, quem Field. 11, 148 aliunde recepit ac multum sollicitat. Qui cum Montefalconio notavit in duobus Colbertinis et in uno cod. Theodoreti legi ἀναπολᾶν, noster autem hisce accedens habet ἀναπωλᾶν, an pro ἀναπολεῖν, ut alii volunt? Pars ultima scholii desumitur ex Vatic. 15. — In v. 13, 14 cod. noster incipit: Ὁ πολλάκις εἰπών· πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος ἐνταῦθα ὁμολογεῖ πάροικος εἶναι καὶ παρεπίδημος.

v. 11, 12. ex cod. Vatic. 15, sive ex optima Nicetæ Serrarum catena.

Τὰς γινομένας αὐτῷ παρὰ τῶν δαιμόνων τιμωρίας τοῦ Θεοῦ λέγει, ὡς συγχωροῦντος αὐτὸν διὰ τὴν ἁμαρτίαν παθεῖν. Ἐν μὲν οὖν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ παρεῖχεν ἑαυτὸν ταῖς ἐπιτρεπτικαῖς πληγαῖς, οἷά τις εὐγνώμων μαθητὴς διδασκάλῳ φήσας· ἐγὼ δὲ εἰς μάστιγας ἕτοιμος. Νῦν δὲ ὡς ἀπειπὼν τῇ τούτων συνεχείᾳ, παύσασθαι ταύτας αἰτεῖ· οὐκέτι γάρ, φησί, χωρεῖν τὰς μάστιγάς σου δύναμαι, ὑπὸ χειρὸς οὕτως ἰσχυρᾶς μαστιζόμενος, ὥστε μηδεμίαν ἐν ἐμοὶ δύναμιν ὑπολείπεσθαι.

Quæ ipsi a dæmonibus pœnæ erogantur, eas Dei esse dicit, ut qui permittit ut propter peccatum ea patiatur. In præcedenti igitur psalmo, se subdidit plagis ad meliorem frugem idoneis, qui perinde ac ingenuus discipulus magistro, dixit: Ego in flagella paratus sum. Nunc ergo uti deficiens ob eorum perseverantiam, eorum finem postulat. Nullatenus enim, ait, valeo tuas castigationes sustinere, sub manu adeo potenti flagris concisus, ita ut nulla mihi virtus relinquatur.

Ps. XXXIX. Iterum avulso vatic. 13 folio, hunc psalmum fere omittimus, nisi quod tenue scholium obtulerunt codd, vatic. 10 et 14, in v. 2-4. Ἐπειδὴ ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἐλπὶς οὐ καταισχύνεται, κἂν ἁμάρτῃ, ὁμολογεῖ τὸ κακόν, κἂν ἑαυτὸν ἀναλάβῃ, γνωρίζει τῆς ψυχῆς τὸν ἰατρόν, πόθεν αὐτὸν ἐνεμήσατο, οὗπερ ἔτυχεν ὑπομείνας τὸν Κύριον.

Ps. XL. Deesse quidem editis videntur quæ infra, neque indigna esse quæ cum uberiori apparatu prodeant, sed minus boni sunt codd. et properandum inter spatii et temporis angustias.

Psalmus XL.

v. 4. Κύριος βοηθήσει αὐτῷ ἐπὶ κλίνης ὀδύνης αὐτοῦ, ὅλην τὴν κοίτην αὐτοῦ ἔστρεψας ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ αὐτοῦ.

Στρέφει τὴν κοίτην, ἀπαλλάξας αὐτὸν τῆς ἀνθρωπίνης ἀῤῥωστίας, χαριεῖται δὲ αὐτῷ τὴν ψυχικὴν ὑγιείαν· εἰ καὶ γένοιτό τι περὶ αὐτὸν ἀῤῥώστημα, καθὰ καὶ Παῦλός φησι· Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι. *Vatic.* 10, 14.

v. 5. Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι.

Ὁ Σύμμαχος. Ἴασαι τὴν ψυχήν μου, εἰ καὶ ἥμαρτόν σοι. *Vatic.* 10. Οὐ θαυμαστόν, εἰ καὶ νῦν ἐξομολογούμενος, τοῦτό φησιν.

Ὁ δὲ σωτὴρ ταῦτα λέγει, τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν οἰκειούμενος· Χριστὸς ὑφ' ἡμῶν ἀπέθανε, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. Εἶτα τὰ κατὰ πάθος ἐπήγαγεν· Ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. *Vatic.* 14.

v. 6. Οἱ ἐχθροί μου εἶπαν κακά μοι· πότε ἀποθανεῖται, καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ;

Τί θαυμαστὸν εἰ οἱ ἐχθροί μου τοιαῦτα κατέθεντο κατ' ἐμοῦ, ὅπου ὁ φιλίας ἔχων εἰρήνην ἐμοί, ὡς καὶ θαῤῥεῖν ἐπ' αὐτοῦ, τούτοις συνήρχετο, ὁμοδίαιτος ὢν ἐμοί, καὶ δολερῶς μοι λέγων· Χαῖρε, Ῥαββί, *Vatic.* 10.

Psalmus XLI.

v. 2, 3. Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου κτλ. *Vatic.* 649, 2.

Ὁ διψῶν τοῦ Θεοῦ καὶ δι' εὐχῆς λέγων· Πότε ἥξω, καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; πάντα τὰ ἐπὶ γῆς ἀποστρεφόμενος, καὶ πᾶσαν τροφὴν τὴν ἐν ἀνθρωπείοις βδελυττόμενος, μόνῳ δὲ ἄρτῳ ἐπ' ἀνάγκης χρώμενος, καὶ τοῦτο μετὰ δακρύων, ἐρεῖ· Ἐγενήθη τὰ δάκρυά μου ἄρτος μοι ἡμέρας καὶ νυκτός. (v. 5).

Ps. xli. Vide an copioso et eleganti commentario Eusebii de cervo mystico, etiam addenda sint hæc pauca, quæ cohærent cum edd. col. 369 et 372. Sane statim edd. sequuntur, et paulo post in codice optimo interpolantur alia: ἀποσμήχων καὶ λεμπτύνων (sic more alexandrino, lege λεπτύνων). — Ps. xlii nobis deficit.

Psalmus XLIII.

v. 1. Εἰς τὸ τέλος κτλ. Ὠριγένους καὶ Εὐσεβίου. Ἐκ προσώπου τοῦ Ἰσραήλ. Vide BB. col. 1421. *Vatic.* 10.

v. 2. Ὠσὶν ἡμῶν ἠκούσαμεν κτλ.

Ἀκοῇ γὰρ οἱ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ παρέλαβον τὰ ἐπὶ Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ παρειληφότες, ἔκ τε διαδοχῆς καὶ τῶν θείων γραφῶν τούτοις οὖν ἀξιοῦσι τῶν ἴσων τυχεῖν. *Vatic.* 10,16.

v. 4. Οὐ γὰρ ἐν τῇ ῥομφαίᾳ κτλ.

Ὠριγ. Εὐσεβ. Ἐφ' ἡμῖν μέν ἐστιν τὸ κατορθῶσαι τὴν ἀρετὴν σὺν τῇ δυνάμει τῇ τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ καταξιωθῆναι γνώσεως πατρικῆς (alias πνευματικῆς), οὐκ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν. *Vat.* 10. cf. BB. 1422.

v. 5. Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς κερατιοῦμεν κτλ.

Κέρας ψυχῆς, νοῦς καθαρὸς, καὶ διὰ μὲν τῆς πρακτικῆς τοὺς ἐχθροὺς κερατίζει· διὰ δὲ τῆς γνώσεως, τοὺς ἐπανισταμένους αὐτῷ καὶ ἀντικειμένους τῇ πνευματικῇ θεωρίᾳ. *Vatic.* 10.

v. 11. Ἀπέστρεψας ἡμᾶς εἰς τὰ ὀπίσω.

Ἔμπροσθεν ἡμῶν λέγονται εἶναι αἱ ἀρεταί· ὄπισθεν δὲ, αἱ κακίαι· διὸ προστασσόμεθα φεύγειν μὲν τὴν πορνείαν, τὴν δὲ φιλοξενίαν διώκειν. *Ibid.*

Ps. xliii. Scholiola eo concurrunt ut consensum Eusebii et Origenis plenum magis ac magis ostendunt. Etiam ex parte confirmatur ad v. 13 copiosa Symmachi versio, quæ sane Hexaplorum editori gratissima fuit. Totum enim Eusebius *in psalmis* hoc opus provocavit.

Psalmus XLIV.

v. 1. Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθὸν κτλ. *Vatic.* 651, 2.

Διδύμου, Εὐσεβίου. Τινὲς ᾠήθησαν ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς λέγεσθαι τὴν ᾠδὴν περὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος πρὸς αὐτὸν Λόγου,

v. 1. *Eructavit cor meum verbum bonum. etc.*

Didymi, Eusebii. — Quidam arbitrati sunt ex persona Patris canticum pronuntiari de Verbo quod in principio erat

Ps. xliv. v. 1. Vatic. 10. Scholii initium idem est in edd. et apud Didymum, sed ex aliis codd. cum plurima varietate. Pars major et posterior prorsus nova et singularis. cf. Joan. vi, 31. Matth. xii, 35. Tum recole quæ supra fuse disserui de hoc exordio, p. 40.

ὃν ἐκ τῆς [*al.* οἱονεὶ] καρδίας ἢ τῶν σπλάγχνων προήγαγεν, ἀλλ' οὐ συνᾴδει τούτῳ τὸ ἑφεξῆς, ἀλλ' ἐστὶ πρόσωπον τὸ προφητικόν. Πῶς γὰρ ἐν τῷ· Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τῆς πρὸς ἀνθρώπους συγκρίσεως τὴν ὑπεροχὴν ἔχει τοῦ κάλλους; Πῶς δὲ τὸ διὰ τοῦτο· Ἔχρισέν σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου; οὐ γὰρ εἶπεν· Ἔχρισά σε. Τί οὖν φασιν οἱ προφῆται· ἐξηρεύξατο; ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἐρυγή ἐστιν πνεῦμα κρυφίον, κατὰ τὴν ζέσιν τῆς τροφῆς ἀποῤῥηγνυμένης τῶν πομφολύγων ἐπὶ τὸ ἄνω διαπνευόμενον, ὁ τραφεὶς τῷ ζῶντι ἄρτῳ τῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάντι, καὶ ἐμπλησθεὶς παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ, πρόσφορον τοῖς βρώμασι προΐεται τὴν ἐρυγήν, ὡς οὖν ἐκ λογικῆς καὶ ἀγαθῆς [καρδίας] λόγον ἀγαθὸν ἐξερεύγεται· ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προσφέρει τὸ ἀγαθόν.

v. 3. Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.

Κατὰ μὲν τοὺς Ο', ὡραῖος κάλλει τῷ προλαβόντι στίχῳ συνάπτεται· τὸ δὲ ἑβραϊκὸν καὶ οἱ λοιποὶ ἐξ ἑτέρας ἀρχῆς αὐτὸ προηνέγκαντο, ὥστε εἶναι τὰ πρῶτα τῆς ᾠδῆς προοίμιον, εἶναι δὲ τὴν ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ ᾠδὴν ἀπὸ τοῦ· Ὡραῖος κάλλει, τοῦ προφητικοῦ χοροῦ λέγοντος πρὸς αὐτόν· Ὡραῖος εἶ κάλλει. Εἰ γὰρ καὶ εἷς γέγονας τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐκ ἔστι παραβαλεῖν τῷ κάλλει σου ἕτερον, τῷ κατὰ τὴν ἀρετὴν δηλαδή· παρὰ δὲ τῷ προφήτῃ τό· Οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, τὸν σταυρὸν καὶ τὸ πάθος δηλοῖ. Ἐπήγαγεν γάρ· Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Ὅτι δὲ ἐξ ἑτέρας ἀρχῆς ἐν τῷ ἑβραϊκῷ κεῖται τό· ὡραῖος κάλλει, ἐδήλωσεν Ἀκύλας μὲν εἰπών· Κάλλει ἐκαλλιώθης ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων· ὁ δὲ Σύμμαχος· Κάλλει καλὸς εἶ παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀν-

apud eum, quod quasi ex corde, vel ex visceribus eduxit, at minus id cum serie concinit, sed occurrit prophetica persona. Quomodo enim in hisce: *Speciosus forma præ filiis hominum,* ex comparatione cum hominibus præcellentiam pulchritudinis accipit? Quomodo propterea dicitur: *Unxit te Deus, Deus meus?* Non dicit enim: Ego unxi te. Cur ergo aiunt prophetæ: *Eructavit?* Etenim quum eructatio sit occultum flamen quod ex cibi coctione irrumpentis in bullas, sursum exspiratur, ille qui nutritus est pane de cœlo descendente, et impletus omni verbo quod ab ore Dei procedit, eructationem cibis congruam emittit; ita ut ex spirituali et bono corde proferat sermonem optimum. « Bonus enim homo ex bono cordis thesauro educit bonum. »

v. 3. *Speciosus forma præ filiis hominum.*

Equidem juxta LXX, *speciosus forma* superiori versiculo adnectitur. Sed hebraicum psalterium et cæteri interpretes ex altero exordio illud protulere, ut quæ præcedunt, sint cantici procemium, incipiat autem de dilecto canticum ab his verbis: *Speciosus forma,* quæ ad ipsum a choro prophetico diriguntur: Tu speciosus forma es: etenim quantumvis unus factus sis hominum, absit vero ut alius tibi in pulchritudine conferatur, ea nimirum quæ ad virtutem pertinet. Hoc vero propheticum: « Speciem non habet, neque formam, » crucem et passionem significat: addit enim: « Vir dolorum, et sciens ferre infirmitatem, quoniam absconditur vultus ejus et despectus, neque reputatus est. » Quod vero a novo exordio proficiscatur hebraicum illud:

v. 3. In eod. Vatic. Compendia forte sunt editorum, sed ex pleniore archetypo, etiam in Hexaplis. quæ paulo fusius proferuntur quam apud Field II, 161.

θρώπων· ἡ δὲ ε' ἔκδοσις· Ὡραιώθης παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.

v. 11. Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου.

Πρὸς τὴν τῶν ἐθνῶν φησιν ἐκκλησίαν. Οὐ γὰρ ἂν ἐῤῥέθη τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ· Ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. Ἡμεῖς οὖν ἦμέν ποτε ἀνόητοι καὶ τέκνα ὀργῆς, προσέχοντες τοῖς διαβόλοις, καὶ ἦσαν ἡμῖν οἱ εἰδωλολάτραι λαὸς, οὕτως ποτὲ τῷ Ἀβραὰμ ἐλέγετο· Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. Καὶ μέχρι νῦν οἱ προσιόντες τῷ θείῳ φωτίσματι, πρὸς δυσμὰς τραφέντες· Ἀποτασσόμεθά σοι, φασὶν, Σατανᾶ. Τίς δὲ τούτων μισθός; Καὶ εὐθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· φυσικὸν γὰρ αὐτῇ τὸ κατ' εἰκόνα καθάρσεως μόνον δεόμενόν ἐστι δειχθῆναι. — Καὶ ἐπιλάθου τοῦ ἑλληνισμοῦ καὶ τῆς εἰδωλολατρείας.

v. 13. Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ θυγατέρες Τύρου ἐν δώροις.

Ἀντὶ δὲ τοῦ· Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ, ὁ μὲν Ἀκύλας προσεκύνησεν ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος: Καὶ προσκυνεῖ αὐτὸν, ἵνα ᾖ προτροπὴ πρὸς αὐτὴν προσκυνήσεως.

v. 18. Μνησθήσονται τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Διὰ τοῦτο λαοὶ ἐξομολογήσονταί σοι εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Σύμμαχος· Ἀναμνήσω τὸ ὄνομά σου κατὰ πᾶσαν γενεάν, διὰ τοῦτο λαοὶ ὑμνήσουσί σε εἰς αἰῶνα διηνεκῶς.

Speciosus forma, declaravit Aquila, dicens: *Pulchritudine speciosus fuisti a filiis hominum;* Symmachus vero; «*Forma speciosus es præ filiis hominum.* Quinta autem editio: *Formosus fuisti præ filiis hominum.*

v. 11. *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui.*

Ad Ecclesiam ex gentibus loquitur. Non cadit enim in Israelitas illud: *Obliviscere populum tuum et domum patris tui.* Nos ergo fuimus insensati et filii iræ, addicti diabolis, et populus noster idolorum cultores erant. Sic olim Abrahæ dictum est: « Egredere ex terra tua, et ex cognatione tua, et domo patris tui. » Atque hactenus qui processerunt ad sacrum baptisma, versi ad occidentem, dicunt: Tibi, Satana, renunciamus. Quæ autem ad hæc merces? *Et concupiscet rex decorem tuum.* Naturalis enim in ea imago quæ indiget tautum purgatione, satis est ut ostendatur. Et obliviscere hellenismum et idolorum superstitionem.

v. 13. *Et adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus.*

Pro hoc versu: *et adorabunt eum,* Aquila transtulit: *adoravit,* Symmachus, *adorat eum,* ad Ecclesiam relato actu adorationis.

v. 18. *Memores erunt nominis tui in generatione et generatione; propterea populi confitebuntur tibi in sæculum et in sæculum sæculi.*

Symmachus: *Recordabor nomen tuum per omnem generationem; propterea populi cantabunt te in sæculum in perpetuum.*

v. 11. Vatic. 6, 10. Genes. xii, i. Field. l. l.

v. 13. Ibid. Inde Fieldio ii, 164 aliquid addendum. Scholiolum vero cf. cum Origene supra p. 48 et Cyrillo *Patrol.* xxxiii, col. 1043.

v. 18. Vatic. 10, ex quo addendum esset aliquid in fine scholii editi in v. 16: ἐπεὶ οὖν ὁ οἶκος καὶ βασιλέως ἐστὶ, σαφῶς περίσταται· Θεὸς ὢν ὁ βασιλεύς. Quæ vero ibidem adjacent ἄγουσι δὲ usque ad καὶ οἱ προφῆται, Didymo restituenda videntur.

Psalmus XLV.

v. 1. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορὲ, [ὑπὲρ τῶν κρυφίων] ψαλμός. *Vatic.* 652, 2.

Ἢ ὅτι προφητικὸς ὢν ὁ ψαλμὸς, εἰς μέλλοντας ἀναπέμπεται χρόνους, εἰς τὸ τέλος ἐπιγέγραπται, ἢ διὰ τὰς ἐν αὐτῷ νίκας, τὰς κατὰ τῶν πολεμίων ἐμφερομένας, ἐπινίκιος τυγχάνει, ἢ τῷ νικοποιῷ Θεῷ ἀνάκειται. Ἀντὶ δὲ τοῦ ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορὲ, παρέκειτο ἔξωθεν, τοῖς υἱοῖς Κορὲ, τούτοις γὰρ εἴρηται ὁ ψαλμός· ἢ τῶν υἱῶν Κορὲ τυγχάνει κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ τὸν Σύμμαχον. Ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς καθάπερ ὅμοιος τῇ πρὸ αὐτοῦ ᾠδῇ κατὰ τὸν Σύμμαχον. Ἀλλ' ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ ἐλέγετο. Ἡ δὲ μετὰ χεῖρας ᾠδὴ ὑπὲρ τῶν κρυφίων, τῶν ἐν αὐτῇ προφητευομένων, ἀναφωνεῖ τάδε τὰ λεγόμενα ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων.

v. 1. *In finem, super filios Kore, pro arcanis psalmus.*

Vel quia psalmus, utpote propheticus, ad futura mandatur tempora, *in finem* inscribitur; vel ob victorias in eo relatas et ab hostibus reportatas *victoriosus* evadit, vel *triumphanti* Deo nuncupatur. Sed pro *super filios Core,* aliunde jacebat *filiis Core,* ipsis enim psalmus dedicatur, vel illud adest *filiorum Core,* secundum Aquilam et Symmachum. Idem is psalmus similis est præcedenti cantico, secundum Symmachum. Nobis vero recitabatur *pro dilecto*. Quæ ad manum est *ode pro arcanis,* pronunciatur in inspiratione rerum quas vaticinatur. Vaticinia autem sunt in persona apostolorum.

Ps. XLV. v. 1 Vatic. 6, 10. Quamvis insigne sit editum Eusebii prooemium, nostra tamen ibi aperte desiderantur, neque post Fieldium II, 165 supervacanea sunt.

Psalmus XLVI.

v. 6. Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. *Vatic.* 653, 1.

Ἢ τοὺς ἐν οὐρανῷ συγχορεύοντας τοῖς ἐπὶ γῆς ἀποφαίνουσι συγχαίροντας, ὅτι τὴν καθ' ἡμᾶς πληρώσας [Κύριος] οἰκονομίαν, ἀνέβη πρὸς τὸν Πατέρα, γεγονὼς οἷα τῆς ἀνθρωπότητος ἀπαρχὴ, πρὸς ἀφθαρσίαν ἀνανεωθείσης. Ἄπαυστον οὖν ὕμνον ἀναφέρετε τῷ Κυρίῳ ὄντι καὶ Θεῷ. Ὁ δὲ ἀλαλαγμὸς καὶ ἡ σάλπιγξ τὴν ἐγγενομένην [φωνὴν] ταῖς ἄνω δυνάμεσι δηλοῖ, καθάπερ ἠχήν τινα διαπύρσιον, παρὰ τοῦ θείου Πνεύματος ἀποκαλύψασαν τὸν Θεὸν εἶναι ἐν ἀνθρώπου βουλόμενον φύσει. Ἐθαύμαζον γὰρ, ὑπὲρ ἄνθρωπον ὁρῶντες ἠγλαϊσμένον, τοιγαροῦν ἀκούσαντες· Ἄρατε πύλας, τίς ἐστιν, ἔλεγον. Γράφει δὲ καὶ Παῦλος· Ἐγνωρίσθη ταῖς

v. 6. *Ascendit Deus in jubilatione, Dominus in voce tubæ.*

Vel [hi versus] ostendunt cœlitum choros terrenis hominibus collætantes, quia quum Dominus œconomiam absolverit, ascendit ad Patrem, factus quasi primitiæ humanis generis, renovati ad immortalitatem. Hymnum ergo sine fine afferte Domino vero et Deo. Jubilus autem et tuba ostendunt vocem, velut reciprocum concentum in supernis potestatibus excitatum, quo divinus Spiritus revelavit Dei voluntatem humanam naturam participandi. Admirabantur enim, eum videntes supra humana glorificatum; proinde audito jussu: « Elevate portas, » aiebant: « Quis est iste ? » Sed

Ps. XLVI. v. 6. Vatic. 14, qui omnium quos habeo codices prorsus est intricatissimus et compendiis præter modum impeditus et truncatus; unde nonnulla verba nutant.

ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις. Εἶτα· τὸ δὲ ἀνέβη, τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι κατέβη;

et Paulus scribit: « Manifestatus est principibus et potestatibus. » Tum: « Quod ascendit, quid est, nisi quod descendit? »

v. 10. Ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν.

Ἀκύλας· Ὅτι τοῦ Θεοῦ θυρεοὶ γῆς σφόδρα ἀνεβιβάσθησαν. Ὁ Σύμμαχος καὶ Θεοδωτίων· Ὅτι οὕτω Θεοῦ ὑπερασπισμοὶ τῆς γῆς.

v. 10. *Quoniam Dei fortes terræ vehementer elevati sunt.*

Aquila: *Quoniam Dei scuta terræ elevata sunt valde.* Symmachus et Theodotion: *Quoniam sic Dei propugnationes terræ.*

v. 10. Vatic. 7. cf. Field. II, 167.

De psalmo XLVII nil fere notandum, nisi quod ubi Montefalconius subhorruit col. 430 A: ἀθέους τινὰς ὄντας δαίμονας ἐποδῶν (*sic*). Vatic. 13 plane legit ἐκ ποδῶν, tum Cyrillo tribuuntur edita in col. 422 A, B, tandem in eod. cod. incipit scholium in v. 9: Λεχθείη ταῦτα καὶ ὡς ἐκ προσώπου τῶν ἱερῶν ἀποστόλων. Οἱ πάλαι κτλ.

Psalmus XLVIII.

v. 4-9. Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου σύνεσιν. Κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου, ἀνοίξω ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημά μου. Ἱνατί φοβοῦμαι ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ; ἡ ἀνομία τῆς πτέρνης μου κυκλώσει με. Οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῷ πλήθει καὶ ἐπὶ τοῦ πλούτου αὐτῶν καυχώμενοι. Ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται ἄνθρωπος; οὐ δώσει τῷ Θεῷ ἐξίλασμα ἑαυτοῦ, καὶ τὴν τιμὴν τῆς λυτρώσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ζήσεται εἰς τέλος. *Vatic.* 653, 2.

v. 4-9. *Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam. Cur timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circumdabit me. Qui confidunt in virtute sua, et in multitudine divitiarum suarum gloriantur. Frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo unde placetur, nec pretium redemptionis animæ suæ, et laboravit in æternum, et vivet in finem.*

Εὐσεβίου, ὁμοίως Θεοδωρήτου. Τὰ πρῶτα ὡς ἐν τῷ προοιμίῳ διαλαλήσας, ἐντεῦθεν ἄρχεται τοῦ διδασκαλικοῦ λόγου, καὶ δὴ πεῦσιν τίθησιν, καὶ τὴν πρὸς ταύτην ἀπόκρισιν συνάπτει· δέδια, φησίν, καὶ τρέμω τὴν ἡμέραν τῆς ἀντιδόσεως, ἐν ᾗ ὁ δίκαιος κριτὴς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐ-

EUSEBII, *similiter* THEODORETI. Ubi præmissa, sicut in procemio, disseruit, incipit porro magistri instar loqui, et sane quæstionem ponit, et eidem responsum subjungit. Timeo, inquit, ac reformido diem retributionis, in qua justus judex distribuet cuique juxta opera sua. Id vero

Ps. XLVIII, v. 4-9. Vatic. 13 tandem recurrit, quin tamen penitus a decem circiter psalmis defecerit, cum pleraque edita αὐτολεξεὶ referat, et in hoc ipso psalmo quater edita confirmet; sed multo plura hactenus intacta nobis reservata sunt. Eusebio Theodoretus ab initio jungitur, ac novus quoque in hoc loco esset, nisi ultimus germanicus editor ex codicibus suis lacinias corrasisset, quæ in nostra huc illuc recidunt. In parte posteriore cum Eusebio et Theodoreto Cyrillus adducitur, neque omisit Maius ea in suum prolixum Alexandrinum recipere. Spirat vero ubique potius grandiloquus Cæsariensis quam floridus et elegantulus Cyrillus. Cf. I Cor. III, 13. Matth. XXIV, 45. Prov. XIII, 8. Field. II, 170.

τοῦ. Τοῦτο δὲ γνόντες, καὶ αὐτοὶ τὸν τοιοῦτον πρὸ ὀφθαλμῶν ἀναλάβετε φόβον. Εἰ γὰρ ἐγὼ ὁ δεδυνημένος εἰπεῖν· Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου σύνεσιν, κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου, μετὰ τοσαῦτα ἔμφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος, διὰ τί οὐχὶ καὶ ὑμεῖς; εἰ δέ τις πυνθάνοιτο, ἵνα τί φοβοῦμαι ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ, ἀκουέτω μετὰ παῤῥησίας. Ἔστιν τις ἡμέρα πονηρὰ, περὶ ἧς μυρία ἐν ταῖς προφητικαῖς ἀναφωνεῖται γραφαῖς. Πονηρὰν δὲ τὴν κρίσεως ἡμέραν προσηγόρευσε, κατὰ τὸ παρ' ἡμῖν πολιτευόμενον ἔθος. Εἰώθασι γὰρ πολλοὶ κακὴν ὀνομάζειν ἡμέραν, ἐν ᾗ λυπηροῖς τισιν αὐτοὺς συμβαίνει περιπεσεῖν. Εἰκότως τοίνυν οὕτως προσαγορεύεται, ὡς ἂν τῆς ἑκάστου πονηρίας οὖσα ἐλεγκτικὴ, καὶ ὡς τὰς κολάσεις τοῖς ἀσεβέσι διὰ τῆς περιμενούσης αὐτοὺς ὀργῆς ἐπάγουσα· διὰ τοῦτο κἀγὼ φρίττω ὁ ταῦτα φθεγγόμενος, ἡ γὰρ ἀνομία τῆς πτέρνης μου κατ' αὐτὴν τὴν ἐκείνην τὴν πονηρὰν κυκλώσει με.

Τῆς οὖν πτέρνης μου ἡ ἀνομία, καὶ τῶν ποδῶν ἐμῶν ἐκπαρεκτροπὴ εἰς πρόσωπόν μου, φησὶ, στήσεται ἐν τῇ προλεχθείσῃ ἡμέρᾳ, καὶ κυκλώσει με πανταχόθεν, καθὰ εἴρηται, τὰ διαβούλιά μου· οἱ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν καὶ ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου αὐτῶν καυχώμενοι.

Εὐσεβίου, Θεοδωρήτου, Κυρίλλου. — Νοήσεις δὲ καὶ οὕτως· Ἐγὼ μὲν ὁ θεσπίζειν ἁγίῳ Πνεύματι τὰ θεῖα λόγια κατηξιωμένος, περίφοβός εἰμι, τὴν κρίσιν τοῦ Θεοῦ πεφρικώς· ὑμεῖς δὲ ἀκούσατε, οἱ ἄφοβοι, οἱ διὰ τὴν παροῦσαν τρυφὴν καθηδυπαθοῦντες τὸν βίον, οἱ μὴ ἐπὶ τῷ Θεῷ, ἀλλ' ἐπὶ τῇ δυνάμει ἑαυτῶν πεποιθότες, καὶ ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου ὑμῶν καυχώμενοι, γινώσκετε ὅτι ταῦτα ὑμῖν οὐ παραστήσεται ἐν τῇ προλεχθείσῃ ἡμέρᾳ. Οὔτε δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν λυτρώσεται, οὔτε φίλος φίλον· ἕκαστος γὰρ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται· ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει. Τίς οὖν ἄλλος ἀνθρώπων λυτρώσεται τὸν τοιοῦτον; διὸ λέλεκται· Ἀδελφὸς οὐ λυτροῦ-

scientes vos, ipsi quoque præ oculis habete hujusmodi pavorem. Si enim ego, qui dicere potui: *Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei prudentiam; inclinabo in parabolam aurem meam,* talia post verba, trepidus sim ac terrore correptus, quidni etiam vos? Si quis autem quæsierit cur timeam in die mala, audiat ingenue. Est dies quædam mala, de qua in prophetis innumera exstant vaticinia. Malam vero judicii diem nuncupavit, juxta nostram vivendi rationem: consueverunt enim multi malam dicere diem, in qua ipsis accidit in calamitates involvi. Jure igitur ita vocatur dies, quia cuique suam malitiam redarguet, et quia supplicia impiis ex imminente ipsis ira erogabit. Propterea etiam ego paveo, qui hæc verba facio, etenim *iniquitas calcanei mei in illa die mala me circumdabit.*

Iniquitas ergo *calcanei mei* et pedum meorum divagatio in conspectu meo, inquit, stabit ad memoratam diem, et undequaque circulo me cingent mea, ut dicitur, perversa consilia. [Ita illi] qui confisi sunt in fortitudine sua, et gloriantur in copia opum suarum.

Eusebii, Theodoreti et Cyrilli. Etiam sic eadem intelliges. Ego quidem, cui honor pronuntiandi in Spiritu sancto divina oracula datus est, totus horrui tremens ad judicium Dei; vos vero audite, vos imperterriti, qui in deliciis hujus vitæ laute volutamini, vos non in Deo, sed in potestate vestra fulti, et ob abundantiam opum vestrarum superbia tumentes, scitote quod præsentia vobis non proderunt in hac memorata die. Neque autem frater fratrem redimet, neque amicus amicum. Suam enim quisque recipiet mercedem, cujuscumque opus, quale fuerit, ignis probabit. Quis ergo alius hominum huncce redimet? Ideo dictum est: *Frater non*

ται· λυτρώσεται ἄνθρωπος; ἀλλ' οὐδὲ δώσει τις τῷ Θεῷ ἐξίλασμα ὑπὲρ ἑαυτοῦ κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, οὐδὲ ὥσπερ ἐξωνούμενος ἑαυτὸν, τιμὴν ἀντὶ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς καταθήσεται· ὥστε μάταιος ὁ πλοῦτος τῷ κεκτημένῳ, καὶ ματαία ἡ θνητὴ δύναμις τῶν ἐπ' αὐτῇ πεποιθότων. Εἰ μὲν γὰρ κατὰ τὸν παρόντα βίον καὶ τὴν ἐνεστῶσαν ζωὴν, χρήσαιτό τις πλούτῳ καλῶς, ἐπιστημόνως χρώμενος αὐτοῦ τῇ κτήσει κατὰ τὴν σωτηρίαν παραγγελίαν· Ἢ, φησὶ, τίς ἄρα ὁ πιστὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος, ὃς ἐν καιρῷ δώσει τὸ σιτομέτριον τοῖς συνδούλοις; ἐλπίδας ἕξει ἀγαθάς. Ἐντεῦθεν ἤδη σπείρας ἑαυτῷ εἰς δικαιοσύνην, τρύγησον δὲ τότε καρποὺς ζωῆς, λύτρον γὰρ ἀνδρὸς ᾖ, φησιν ὁ σοφὸς, ὁ ἴδιος πλοῦτος. Εἰ δὲ μηδὲν τούτων πράξειε, ναυάγιον πεπονθὼς σὺν αὐτῷ τῷ φόρτῳ τοῦ πλούτου, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ζημιωθήσεται, οὐκέτι χρῆσθαι δυνάμενος τῷ πλούτῳ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγήν. Διὸ ἐν τῇ προλεχθείσῃ ἡμέρᾳ, οὔτε αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἐξίλασμα δώσει, οὐδὲ τιμὴν λυτρώσεως καὶ ἐλευθερίας τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, οὔτε ὑπὸ ἀδελφοῦ καὶ συγγενέως ὠφεληθήσεται. Οἱ δὲ μήτ' ἐπὶ πλούτῳ πεποιθότες, μήτ' ἐπὶ δυνάμει ἀλαζονευόμενοι, ἔγκοπον δὲ καὶ ἐπίπονον τὸν παρόντα κτησάμενοι βίον, τῆς ὑπὸ τοῦ λόγου ἐπηγγελμένης ζωῆς καταξιωθήσονται.

Ἀντὶ τοῦ· Καὶ ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ζήσεται εἰς τέλος, ὁ Σύμμαχος φησιν· Ἀλλὰ παυσάμενος, φησὶ, τῷ αἰῶνι τούτῳ, ζῶν εἰς αἰῶνα διατελέσει. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· Καὶ ἐπαύσατο εἰς αἰῶνα, καὶ ζήσεται εἰς νῖκος. Ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις· Καὶ ἐκοπίασεν, φησὶν, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ζήσεται εἰς νῖκος. Ὁ γὰρ ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι καταπιάσας ὑπὲρ εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης, τῆς πολλῆς τύρβης καὶ ταραχῆς παυσάμενος, ἤρεμον καὶ ἡσύχιον διάξει, τευξόμενος ἐπὶ τέλει τῆς αἰωνίου ζωῆς.

v. 10, 11. Ὅτι οὐκ ὄψεται καταφθορὰν, ὅταν ἴδῃ σοφοὺς ἀποθνήσκοντας.

redimet. Redimet ne homo? sed neque ullus Deo dabit pro se piaculum, in eadem illa die, neque se quasi sub hasta ponens, valorem in pretio animæ suæ ponet: ita ut vanæ sint possidenti divitiæ, vana eorum qui in illa confisi sunt, mortalis potentia. Quod si enimvero per curriculum vitæ et in ævo instante, aliquis opibus recte fruatur, scienter hac usus possessione, juxta salutare mandatum: «An quis ergo, ait, fidelis et prudens dispensator est, qui in tempore dabit tritici mensuram conservis?» iste spes optimas habebit. «Cum tibi jam seminaveris in justitiam, tunc vitæ collige fructus. Redemptio enim viri, ait sapiens, propriæ sint divitiæ.» Quod si nihil horum fecerit, naufragio immersus cum ipsa opum sarcina, suam ipsius animam perdet, nullo jam usu divitiarum, post hujus vitæ exitum, frui valens. Ergo in dicta die, neque ipse pro se placamen, neque pretium dabit, quo anima sua redimatur ac liberetur, neque a fratre aut parentela juvabitur. Illi vero qui nec opibus confisi, neque viribus suis arrogantes, laboriosam vitam ærumnosamque toleraverint, promissa divino oraculo vita digni reputabuntur.

Pro illo: *Laboravit in æternum et vivet adhuc in finem,* Symmachus ait: *Sed postquam requievit in hoc sæculo, vivens in æternum perseverabit.* Juxta vero Aquilam: *Et requievit in sæculum, et vivet in victoriam.* Quinta autem editio: *Et laboravit,* ait, *in sæculum, et vivet in victoriam.* Qui enim in præsenti vita laboravit pro religione et justitia, a multa turba et tumultu requiescens, semotus et tranquillus deget, in fine potiturus immortali vita.

v. 10, 11. *Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes.*

v. 10, 11, 12. Ex cod. Vatic. 13. Field. II, 174. 1 Cor. 1, 20.

Ὁ τοιοῦτος οὐκ ὄψεται καταφθορὰν, ὅταν ἴδῃ σοφοὺς ἀποθνήσκοντας. Ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· Οὐκ ὄψεται τὴν διαφθορὰν, ὅταν βλέπῃ σοφοὺς ἀποθνήσκοντας. Εἰς τοσοῦτον γὰρ μακρὰν ἔσται τῶν ἀσεβῶν, ὡς μηδὲ πλησιάζειν αὐτῶν τῇ ἀπωλείᾳ, πόῤῥωθεν δὲ καὶ ἄνωθεν· πόθεν; ὡς ἀφ' ὑψηλοῦ σκοποῦ τὴν διαφθορὰν τῶν σοφῶν πεύσεται. Ποίων δὲ σοφῶν; ἢ ὧν ὁ Θεὸς ἐμώρανε τὴν σοφίαν.

Vir hujusmodi *non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes*. Vel juxta Symmachum: *Non videbit corruptionem, cum intuebitur sapientes morientes*. Tantopere enim longe ab impiis erit, ut nullatenus ad eorum interitum accedat, sed erit procul et desuper. Undenam? velut de superiore scopo, inquiret de interitu sapientium. Sed quorumnam sapientium, nisi eorum quorum Deus stultam fecit sapientiam?

v. 11, 12. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἄνους καὶ ἄφρων ἀπολοῦνται, καὶ καταλείψουσιν ἀλλοτρίοις τὸν πλοῦτον αὐτῶν, καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα· σκηνώματα αὐτῶν εἰς γενεὰν καὶ γενεάν· ἐπεκαλέσαντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ τῶν γαιῶν αὐτῶν.

v. 11-12. *Simul insipiens et stultus peribunt, et relinquent alienis divitias suas, et sepulcra eorum domus illorum in æternum. Tabernacula eorum in progenie et progenie, vocaverunt nomina sua in terris suis.*

Νοήσεις δὲ καὶ οὕτως· οὐδὲν πλέον ἕξουσιν οἱ σοφοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν ἀφρόνων καὶ ἀνοήτων, ἐπεὶ σοφίαν ἐπαγγελλόμενοι, πλήρεις ἐτύγχανον ἀφροσύνης· καὶ τῶν ἀνοήτων οὐδὲν διέφερον ὁμοίως εἰδωλολατροῦντες, καὶ ἀδιαφοροῦντες περὶ τὰς αἰσχρουργίας, ὁμοίως δὲ ἄθεα καὶ δύσφημα καὶ ἀσεβῆ φρονοῦντες, καταλείψουσιν τί ἀλλοτρίοις; τὸν πλοῦτον αὐτῶν καὶ τὸν αἰσθητὸν, καὶ ὃν διὰ μαθημάτων συνήγαγον ἐν συγγράμμασιν; οὐδὲν γὰρ ἐξ αὐτῶν εὑρήσουσι κέρδος κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, ἓν δὲ μόνον αὐτοῖς ὑπάρξει. Τί τοῦτο γενήσεται; αὐτῶν οἱ τάφοι, οἰκίαι, ἐπεὶ μὴ ἐθησαύρισαν ἐν οὐρανῷ, μηδ' ἐφόδια ἑαυτοῖς ζωῆς αἰωνίου ἐπορίσαντο. Ὅσα γὰρ ἐάν τις κατὰ τὸν παρόντα βίον κτήσοιτο ἐν ὑπάρξει βίου καὶ πολλῷ πλούτῳ, ἢ ἐν λόγοις καὶ συγγράμμασιν, ταῦτα πάντα παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου ἀλλότρια αὐτοῦ ἔσται. Κενὴ γὰρ καὶ γυμνὴ τῶν ἀσεβῶν ἡ ψυχὴ ἀπαχθήσεται, οὐδὲν πλέον ἢ τὸν ἑαυτῆς τάφον ἐπαγομένη, δηλαδὴ τὸ σῶμα καὶ τὴν φθορὰν, ἐν ᾗ ὥσπερ ἐν τάφῳ κατώρυκτο· καὶ ἄλλον δὲ πλέον οὐδὲν ἕξει πᾶς ἄνθρωπος ἐκ τῆς πολλῆς αὐτοῦ περιουσίας, ἢ τὸν τοῦ τάφου τόπον ἐν ᾧ τελευτήσας κείσεται νεκρὸς ἐφθαρμένος· τὰ δὲ σκηνώματα αὐτῶν

Hoc etiam sic intelliges: Nihil amplius habebunt sapientes hujus sæculi quam insipientes et stulti, quoniam venditantes sapientiam, pleni inventi sunt insipientia. Et a stultis nihil differebant idolorum cultores, nec recedentes ab iisdem fœdis flagitiis, similia atheorum et impiorum placita sectantes, alienis quid relinquent? divitias suas, quæ sensu palpantur, et quas per scientias in scriptis coegerunt? Ex quibus sane nil lucri invenient in die judicii. Unum autem duntaxat aderit: quid isthoc futurum est? sepulcra eorum domus, quando quidem non sibi thesauros in cœlo comparaverunt, neque vitæ æternæ sibi annonam procurarunt. Quotquot enim quis in labente vita acquisierit, sive in substantia vitæ et copia divitiarum, sive in orationibus et scripturis, ea omnia circa tempus interitus, aliena ejus bona erunt. Vacua enim et nuda expelletur impiorum anima, nihil amplius efferens præter suum tumulum, nempe cadaver et corruptionem, in qua, velut in sepulcro, defossa est; neque aliud ullum habebit omnis homo ex multa possessione sua plusquam sepulcri sui locum, in quo post

ἐν οἷς ἔτι ζῶντες κατεσκήνουν εἰς ἑτέρους ἥξει ἀλλοτρίους, καὶ διαδοθήσεται εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

v. 13, 14. Καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις· καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, αὕτη ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκάνδαλον αὐτοῖς, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εὐδοκήσουσιν. Διάψαλμα.

Εὐκαιρότατα ἐπήγαγεν ταῦτα τοῖς προλεχθεῖσιν. Εἰ γὰρ ἔτυχεν συνεὶς τὴν ἑαυτοῦ τιμὴν, ἔμεινεν ἂν ἐν παραδείσῳ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἂν οἶκον ἐκτήσατο τὸν ἑαυτοῦ τάφον οὔτ' ἂν ἤκουσεν· Γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· καὶ εἰ συνεὶς ἔτυχεν τὴν ἑαυτοῦ τιμὴν, ὡς κατ' εἰκόνα Θεοῦ, καὶ καθ' ὁμοίωσιν πεποίητο, οὐκ ἂν παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσιν τοῖς ἀνοήτοις· καὶ εἰ συνῆκεν τὴν αὐτοῦ τιμὴν, ὡς εὐλογίας ἠξιώθη πνευματικῆς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ, καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ, ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἂν ἐπεκαλέσατο ἐπὶ τῶν γαιῶν τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Πῶς δὲ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι, καὶ πῶς ὡμοίωθη αὐτοῖς, ἑξῆς διασαφεῖ λέγων· Αὕτη ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκανδάλοις αὐτοῖς. Ὁδὸν εἴωθεν ὁ λόγος καλεῖν τὸν ἑκάστου βίον καὶ τὸν τῆς ἑκάστου ζωῆς χρόνον, καθ' ἣν ὁδεύει, ἤτοι τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν, ἢ τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχορον τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ἀπώλειαν. Ἀλλὰ γὰρ τούτοις τοῖς μὴ τὴν ἑαυτῶν τιμὴν συνεῖσιν, παρασυμβληθεῖσιν δὲ τοῖς κτήνεσιν, αὐτὸς ὁ βίος καὶ ὁ τῆς ζωῆς χρόνος σκάνδαλον γέγονεν καὶ ἐμπόδιον τῆς σωτηρίας, ἐπείπερ αὐτοὶ ἑαυτοῖς κατεσκεύασαν τὴν ἑαυτῶν ὁδὸν τραχεῖαν καὶ κωλυτικὴν τῆς σωτηρίας· καὶ νῦν μὲν ὅτε φέρονται ἐν αὐ-

obitum mortuus jacebit, corruptum cadaver. Eorum vero tabernacula, quæ vivi habitabant, ad cæteros transient alienos, et tradentur in generationem et genenerationem.

v. 13, 14. *Et homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis: hæc via illorum, scandalum ipsis; et postea in ore suo complacebunt. Diapsalma.*

Opportunissime rebus antea dictis hæc subjicit. Si enim adfuisset homo, suum intelligens honorem, mansisset in paradiso Dei, neque sibi domum acquirere ipsum sepulcrum, aut audire contigisset: «Terra es, et in terram reverteris.» Et si suum intellexisset honorem, quantum est imago Dei, et ad similitudinem Dei factus est, nullatenus comparatus esset jumentis insipientibus. Et si suum intellexisset honorem, quatenus spirituali auctus est « benedictione in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut simus sancti et immaculati in conspectu illius, in charitate, qui prædestinavit nos in adoptionem, in ipso,» minime ille vocavisset nomen suum in terris. At quomodo sit comparatus jumentis, et quomodo similis factus sit illis, deinceps declarat dicens: *Hæc via illorum scandalum ipsis.* Viam solemne Scripturæ est dicere cujuscumque vitam, et tempus quod singulis ad vivendum datur; secundum quam viam ambulat, sive arctam et angustam, quæ ducit ad vitam, sive latam et spatiosam, quæ ducit ad interitum. His vero qui suum honorem non intellexerunt, qui comparati sunt jumentis, vita ipsa et tempus vivendi in scandalum evadit et in salutis obstaculum, quoniam ipsi sibi

v. 13, 14. Vatic. 13. cf. Genes. III, 19. Ephes. 1, 4, 5. Matth. VII, 14, 15. Field. II, 171, ubi pauciora, quæ vero lectio proponitur ἄνοια αὐτοῖς, placet, sed optimo codice non confirmatur.

τῇ, οὐκ αἰσθάνονται τῶν σκανδάλων ἐν οἷς προσκόπτουσιν. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εὐδοκήσουσιν, [μὴ] μετανοήσαντες ἐφ' οἷς τοιαύτην ὥδευσαν, ἱπποθηλυμανεῖς γεγονότες, καὶ τῶν ἀλόγων ζώων μιμησάμενοι τὰς ὁρμὰς, ὅτε καιρὸν οὐδ' ἕξουσιν μετανοίας. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, αὕτη, φησὶν, ἡ ὁδὸς αὐτῶν ἀνοίας αὐτοῖς. Οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς ἐν λόγοις αὐτῶν εὐδοκήσουσιν· οὐ γὰρ ἀπήρκει τοῖς πρώτοις ὁδὸν ἀνοίας βαστάσαι, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς ὑπόδειγμα πονηρὸν γενόμενοι, ὅμοιον ἑαυτοῖς ζῆλον καταλελοίπασιν, ὡς κἀκείνους τοὺς μετ' αὐτοὺς γενομένους εὐδοκῆσαι ἐν τῷ βίῳ τῶν πρὸ αὐτῶν καὶ ἐπακολουθῆσαι αὐτοῖς.

straverunt viam suam confragosam et saluti imperviam; et nunc, quando per eam feruntur, non sentiunt offendicula in quæ impingunt. *Postea* vero *in ore suo complacebunt,* quum illos non pœniteat eorum per quæ iter fecerunt, equorum æstu prurientes, et stolidorum animalium impetus æmulantes, quando tempus non habebunt pœnitentiæ. Interprete autem Symmacho: « *Hæc est via eorum, insipientiæ illorum, qui vero post illos in sermone eorum complacebunt.* » Non sufficit enim prioribus viam tenere insipientiæ, sed his qui pone sequuntur malum in exemplum positi, similem illis æmulationem reliquerunt, ut et ipsi, sequaces facti, laudent præcedentium vitam, eorumque premant vestigia.

v. 17-19. Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, καὶ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν, λήψεται τὰ πάντα, οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ, ὅτι ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ εὐλογηθήσεται.

Ταῦτά φησιν παιδευθεὶς, δηλαδὴ τὰ προλεχθέντα. Μηκέτι μακαρίζῃς τοὺς ἐν τῇ θνητῇ ζωῇ νομιζομένους πλουσίους, μηδὲ φοβηθῇς, ὡς αὐτὸς πάσης ἀποκεκλεισμένος ἐλπίδος, μηδὲ ἀθυμῇς ὡς μεγάλων ἀγαθῶν τῶν παρόντων ἐστερημένος. Εὖ δὲ ἴσθι ὡς σὲ μὲν περιμένει ἡ ἐκ τοῦ θανάτου λύτρωσις καὶ ἡ αἰώνιος ζωή. Ὁ δὲ παρὰ τοῖς πολλοῖς μακαριζόμενος διὰ πλοῦτον καὶ δόξαν, ἢ καὶ διὰ τὴν ψευδώνυμον σοφίαν, οὐδὲν πλέον ἕξει· οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα, γυμνὸς δὲ ἀπαγόμενος τοῦ βίου, ἑτέροις καταλείψει τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, καὶ πάντων ἔρημος γενόμενος, ὑπὸ τὸν πικρὸν ἔσται ποιμένα, οὐδὲν αὐτῷ συμβαλλομένης τῆς προσκαίρου ἀξίας ἐν τοῖς τοῦ θανάτου καταγωγίοις· διὸ λέλεκται· Ποῦ εἰσελεύσονται; εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς· παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας, μερίδες ἀ-

v. 17, 19. *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus ejus, quoniam quum interierit, non sumet omnia, neque descendit cum eo gloria ejus, quia anima ejus in vita ipsius benedicetur.*

Hæc ait, cum nempe didicit quæ prius dicta sunt. Noli beatos dicere eos qui sunt in mortali vita æstimati divites, *nec timeas,* quasi tu ab omni spe sis exclusus; nec desponde animum, ac si ingentibus bonis fraudatus. Probe autem scito illud, te post mortem manere redemptionem et vitam æternam. Qui vero propter opes aut gloriam a multitudine felix salutatur, vel propter falsi nominis sapientiam, nihil amplius habebit. Haud enim in articulo mortis omnia ipse sumet, sed nudus ex vita abactus, cæteris relinquet divitias suas, et quacumque re vacuus evadens, sub acerbum pastorem ibit, quin ex hodierna dignitate quidquam comitetur eum in mortis ergastula. Ideo dictum est: Quo ibunt? « In inferiora terræ, tradentur in manus

v. 17-19. Ex Vatic. 13. Eccli. xi, 30 Ps. lxii, 10, 11.

λωπέκων ἔσονται· ἐν γὰρ τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς ἐστί τις ῥομφαία θανάτου, καὶ μερίδες εἰσὶν ἀλωπέκων, αἵτινες ἦσαν αἱ αὐταὶ ταῖς τοῦ θανάτου νομαῖς· ὡς γὰρ μοναὶ πολλαὶ παρὰ τῷ Πατρί, αἱ τοῖς μακαρίοις καὶ θεοφιλέσιν ἡτοιμασμέναι, οὕτω πολλαὶ μερίδες τῶν ἀσεβῶν ἐν τοῖς καταχθονίοις τυγχάνουσιν. Τοῦτο δὲ μόνον κερδαίνειν ἔδοξεν ὁ ἄθλιος ἀπὸ τοῦ πλούτου αὐτοῦ, τὸ ἀπατηθῆναι τὴν ψυχὴν, ἐν τῇ θνητῇ καὶ προσκαίρῳ ζωῇ, δόξασαν εὐλογίας τινὸς μετειληφέναι παρὰ τοῖς ἀνοήτοις· ἡ γὰρ ἀληθὴς εὐλογία ἡ πνευματικὴ ἐστιν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Ἔδοξεν γοῦν ὁ ἄθλιος ἐν τούτοις εὖ πράττειν καὶ τοῦ παρόντος ἀπολαύειν βίου, καὶ μακαρίζεσθαι ὑπὸ τῶν πολλῶν. Εἶθ' ἑξῆς τούτοις ἐπιλέγεται·

v. 19, 20. Ἐξομολογήσεταί σοι, ὅταν ἀγαθύνῃς αὐτῷ. Εἰσελεύσεται ἕως γενεᾶς πατέρων αὐτοῦ, ἕως αἰῶνος οὐκ ὄψεται φῶς.

Ὡς γὰρ τὴν παροῦσαν ζωὴν μόνην ἐπιστάμενος, καὶ τὴν ἐν αἰσθητοῖς καὶ σωματικοῖς εὐλογίαν ὁ προλεχθεὶς πλούσιος, ἐπειδὰν χαρίζῃ τι αὐτῷ καὶ παρέχῃς, τότε σοι τῷ Θεῷ, ἤγουν καὶ ἀνθρώπῳ, παρέχοντι αὐτῷ τὰς πρὸς ἡδονὴν χάριτας, ὁμολογήσει. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον ἑτέρα παρίσταται διάνοια, εἰρηκότα· Ἐπαινέσουσίν σε, ἐὰν καλῶς ποιήσῃς σεαυτῷ. Ἐὰν γὰρ, φησί, σεαυτῷ χαρίζῃ καὶ ἀπολαύῃς τῆς παρούσης ἡδονῆς καὶ τῆς τοῦ πλούτου περιουσίας, πάντες σε μακαριοῦσιν, καὶ ἀποδέξονται, ὡς εὐφρονοῦντα, καὶ καλῶς διατιθέμενον τὴν σεαυτοῦ ζωὴν, μηδ' ἑτέροις τὰ σαυτοῦ ἀγαθὰ καταλιμπάνοντα.

Ἑξῆς δὲ ὁ λόγος φησίν· Εἰσελεύσεται ἕως γενεᾶς πατέρων αὐτοῦ, ἕως τοῦ αἰῶνος οὐκ ὄψεται φῶς. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· Ἐλεύσῃ ἕως γενεᾶς πατέρων αὐτοῦ· διατελέσουσιν οὐ βλέποντες φῶς. Ὁ γὰρ ταῦτα ἐνθυ-

gladii, partes vulpium erunt. » Etenim in inferioribus terræ sunt manus gladii, et partes vulpium, quæ ipsæ sunt intra interitus septa. Sicut enim mansiones multæ sunt apud Patrem, quæ beatis et Dei amicis præparatæ sunt, ita partes multæ impios in infernis regionibus manent. Hoc unicum lucrum visus est infelix ex opibus consequi, animam deceptam fuisse in hac mortali et caduca vita, ut quæ putaverit factam esse ab insipientibus cujusdam benedictionis participem. Etenim vera benedictio spiritualis est in cœlestibus. Infelix ergo in hisce negotiis æstimavit se bene agere, et præsenti vita frui, et a multitudine beatum prædicari. Pergens dicere his subjungit:

v. 19, 20. *Confitebitur tibi, quoniam bene feceris ei. Introibit usque in progeniem patrum suorum, usque in æternum non videbit lumen.*

Ut enim is qui solam novit præsentem vitam, nec nisi stantem in bonis sensu et corpore obviis benedictionem, dives de quo locutus sum, si forte ei tu [Domine], quid gratum facis et largiris, tunc tibi Deo, seu homini, qui illi confert voluptatum delicias, confitebitur. Sed juxta Symmachum alia præstat sententia, in hæc verba: *Laudabunt te, si bene tibimet feceris.* Etenim, ait, si tu gratiam tibi confers, ac frueris præsenti voluptate et divitiarum copia, omnes te felicem clamabunt, et prædicabunt ut virum sanæ mentis vitamque tuam egregie instituentem, neque cæteris relinquentem bona tua capescendi facultatem.

Pergens autem series ait: *Introibit usque in progeniem patrum suorum, usque in æternum non videbit lumen.* Symmacho autem interprete: *Ibis usque ad generationem patrum ipsius; permanebunt, non*

v. 19, 20. Ex cod. Vat. 13. Cf. Field. II, 172, ubi exstat ἐλεύσῃ. Paulo auctiora nostra sunt.

μούμενος, καὶ τοιαῦτα παρ' ἑαυτῷ λογιζόμενος, παντὸς ἐστέρηται φωτὸς, οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ διὰ τὴν ὁμοιοτροπίαν αὐτοῦ πατέρες αὐτοῦ χρηματίζοντες· ἀνέκαθεν γὰρ καὶ ἐξ ἀρχῆς οἱ τὰ τοιαῦτα φρονήσαντες, πάντες τυφλοὶ τὰς ψυχὰς γεγόνασιν, μήτε ἐν τῷ θνητῷ βίῳ τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως φωτισθέντες, μήτε ἐν τῷ μέλλοντι τοῦ αἰωνίου φωτὸς καταξιωθησόμενοι· διὸ χωρήσουσιν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὡς ἂν τὰ τοῦ σκότους ἔργα καταπραξάμενοι.

v. 21. Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε κτλ.

Ἐνταῦθα οἱ παρόντες ὀκτὼ ψαλμοὶ τῶν υἱῶν Κορὲ περιγράφονται, πᾶσιν ἀνθρώποις τὰ περὶ τῆς καθολικῆς τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως ἐπὶ τέλει μαρτυράμενοι.

videntes lumen. Qui enim hujusmodi desideria nutrit, talesque secum volvit sententias, omni lumine privatur, non ipse solus, sed et omnes qui ob morum communitatem patres ejus cognominantur. Antiquitus enim et ab initio qui hæc sensa tulerunt, omnes in anima cæci facti sunt, neque in hac mortali vita lumine scientiæ illustrati, neque in futura munere lucis immortalis ornandi; ideo recedent in tenebras exteriores, ut qui noctis opera patrarunt.

v. 21. *Homo cum in honore esset, non intellexit.*

Hactenus octo præsentes psalmi nomine filiorum Core inscribuntur, qui omnibus hominibus testimonia de generali judicio Dei in fine ævi proferunt.

v. 21. Ex eodem Vatic. 13.

Psalmus XLIX.

v. 1-3. Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ. Θεὸς Θεῶν Κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν. Ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. Πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα. *Vatic.* 654, 1.

Οἱ ἐπιγεγραμμένοι τῳ Ἀσάφ εἰσὶν μέν οἱ πάντες τὸν ἀριθμὸν δώδεκα· ἐφεξῆς δὲ [φέρονται] ἕνδεκα ἀρχόμενοι ἀπὸ τοῦ δευτέ-

v. 1 - 4. *Psalmus ipsi Asaph. Deus Deorum locutus est, et vocavit terram, a solis ortu usque ad occasum. Ex Sion species decoris ejus. Deus manifeste veniet; Deus noster et non silebit. Ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuitu ejus tempestas valida.*

Psalmi proinde inscripti sub nomine Asaphi duodecim sunt; seriatim vero sequuntur undecim, qui a psalmo secundo

Ps. XLIX, v. 1-4. Vatic. 13 iterum edita pedetentim sequitur, sed multo ampliore passu, immo cum archaïco æstu, quo seniores commentatores ibi spirare facile credideris. Sed in titulo psalmi exponendo in primis Eusebius agnoscitur. Cf Hebr. XII, 22, 23. Matth. XXV, 34. — In cod. Vat. 16 ad v. 7 scholiolum compendiis horridulum nova Eusebii præstat, quæ sat erit ad ima rejicere, nec nisi græce: Καὶ ἀναγγέλλουσιν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, ὅτι Θεὸς κριτής ἐστιν. — Ὡς δίκαιον ἀνυμνοῦσι κριτὴν εἰπόντα· Συναγάγετέ μοι τοὺς ὁσίους μου. Οὐκέτι δὲ καὶ ἡ γῆ, ἀλλ' ὅτε μὲν κρίνει τὸν λαὸν αὐτοῦ, τὸν οὐρανὸν καλεῖ καὶ τὴν γῆν· ὅτε δὲ συνάγει τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, οἱ οὐρανοὶ ἀναγγέλλουσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, συγχαίροντες αὐτοῖς [leg. αὐτῶν] τῇ σωτηρίᾳ· τὸ γὰρ τῆς γῆς οἰκητήριον τῷ μὴ τῆς οὐρανίου κλήσεως ἠξιωμένῳ τάγματι, δηλονότι [τῶν ἀσεβῶν] καταλειφθήσεται. — Ad calcem prolixi scholii ultima vox iu codice est παρεγγυῶ.

ρου καὶ ἑβδομηκοστοῦ. Ἐξ ὧν ὥσπερ ἀπόσπασμα ὁ μετὰ χεῖρας τυγχάνει ἐνταῦθα, ὡς ἂν δόξῃ ἔν τισιν, ἀκαίρως παρεμβεβλημένος, ζήτησιν ἡμῖν οὐ τὴν τυχοῦσαν παρέχει, δι' ἣν αἰτίαν τῆς οἰκείας ἀκολουθίας ἀφορισθεὶς, ἐνταῦθα κατετάγη· ἡγοῦμαι τοίνυν χρησίμως αὐτὸν ἐνταῦθα κεῖσθαι, τῆς ἀκολουθίας τῶν προκειμένων ἕνεκεν. Ἐπειδὴ γὰρ μετὰ τὴν προφητείαν τῶν υἱῶν Κορὲ τὴν περὶ τοῦ ἀγαπητοῦ λελεγμένην, τὸ κήρυγμα τὸ ἀποστολικὸν ἐθεσπίζετο, ἀκολούθως τε αὐτῷ ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν, εἶτα μετὰ ταῦτα τοῖς ἔθνεσι πᾶσιν περὶ τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ διεστέλλετο, ἀκολούθως τούτοις ἡγοῦμαι τὸν προκείμενον τοῦ Ἀσὰφ συνῆφθαι ψαλμόν· ὁμοίως τὸν ἔμπροσθεν πᾶσιν ἀνθρώποις τὰ περὶ τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ διαστελλόμενον, καὶ ἀνατροπὴν μὲν τῶν παρὰ Μωϋσεῖ νενομοτεθημένων, τῆς δὲ καινῆς διαθήκης τὸν τοῖς ἔθνεσι παραδοθέντα τρόπον περιέχοντα, ὡς ἀδελφὰ τοιγαροῦν ταῦτα τοῖς προλελεγμένοις τῶν υἱῶν Κορὲ ψαλμοῖς συμπαρελήφθη, ὡς αὖ πάλιν καὶ ἐπὶ τῶν ἐπιγεγραμμένων υἱῶν Κορὲ πεποιήκασιν οἱ συνθέντες τὴν τῶν ψαλμῶν βίβλον. Δώδεκα γὰρ ὄντων, καὶ αὐτῶν ὀκτὼ μὲν ἐφεξῆς κατέταξαν οἱ προλεχθέντες, τοὺς δὲ λείποντας τέσσαρας ἀφελόντες τῆς ἐνταῦθα συναφείας κατέταξαν μετὰ τοὺς ἐπιγεγραμμένους τῷ Ἀσὰφ ψαλμούς· τὴν δὲ αἰτίαν ταύτην εἶναι ὑπολαμβάνω· οἱ ψαλμοὶ τοῦ Ἀσὰφ τὴν ἀποβολὴν τοῦ Ἰσραὴλ ἐθέσπιζον σχεδὸν οἱ πάντες καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐσχάτην πολιορκίαν, τοῦ τε ἔθνους αὐτῶν τὴν εἰς πάντα τὰ ἔθνη διασποράν· ἐπεὶ οὖν μετὰ τὴν ἐκείνων ἀπόπτωσιν ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ εἰς τὰ ἔθνη πάντα μετῆλθεν, εἰκότως οἱ λείποντες τῶν υἱῶν Κορὲ ψαλμοὶ τὰ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως περιέχοντες, ἐφεξῆς κατετάγησαν τοῖς προλεχθεῖσιν τοῦ Ἀσάφ.

Αὐτὸς ὢν ὁ Κύριος, δηλονότι ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐνανθρωπίσας, ἐλάλησεν· ὅπερ δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ σωτηρίου εὐαγγελίου. Ποίαν δὲ γῆν διασαφεῖ, λέγων ἐξῆς ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν; καὶ πάντας μὲν καλεῖ,

et septuagesimo succedunt. Ex quibus velut excerptus psalmus est, qui ad manum stat. Hic, prout videtur ex nonnullis locis inopportune intercalatus, quæstionem nobis præbet haud otiosam, qua de causa a propria serie separatus, hic collocatus fuerit. Arbitror interea haud inepte eum fuisse hic positum respectu præcedentium. Namque quum præmissa filiorum Core illa prophetia, quæ *de dilecto* inscripta est, apostolica prædicatio prædicta fuit, cui accedebat apte vocatio gentium, tum quia post hæc omnibus populis edictum fuit Dei judicium, arbitror illis consequenter accedere huncce Asaphi psalmum; eodemque modo præcedentem psalmum, quo cunctis hominibus intimatur judicium divinum, et quo antiquatur mosaïca legislatio, et qui continet novi fœderis legem gentibus traditam, ea opinor prorsus germana consociari cum præcedentibus filiorum Core psalmis, quemadmodum semel et iterum in psalmis filiorum Core inscriptis, egerunt qui psalterium compilarunt. Nam cum hi psalmi duodecim essent, eorumque octo ex ordine statuissent iidem collectores, qui cæteros quatuor sustulerunt ex præsenti serie continua, rejectos post psalmos nomini Asaph inscriptos, suspicor eam illis causam fuisse: nempe quod psalmi fere omnes Asaphi vaticinantur subversionem Israelis, et ultimum Hierusalem excidium, ac gentis eorum dispersionem per omnes populos: quum ergo post illam eorum ruinam, gratia Dei transiit ad gentes, æquum erat reliquos filiorum Core psalmos, de vocatione gentium oracula continentes, ex ordine coaptari præmissis Asaphi psalmis.

Ipse quum Dominus sit, videlicet Dei Verbum, homo factus, locutus est, ut palam fit ex bono salutis nuntio. Qualem vero terram designat, aiens deinceps: *Ab ortu solis usque ad occasum?* Omnes

οὐ πάντες δὲ ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ οἱ μὲν ὑπακούσαντες τυγχάνουσιν τῶν ἐπηγγελμένων· τοῖς δὲ τὴν χάριν ἀθετοῦσιν τὸ πῦρ ἀπειλεῖ, λέγων ἑξῆς· Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα. Τότε δὲ καὶ τὴν ἔνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν ποιήσεται, ἥξων ἐκ τῆς ἐπουρανίου Σιὼν, ἣν εἰδέναι ὁ ἀπόστολος ἐδίδασκε λέγων· Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. Ἢ καί· Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. Διὸ καὶ νῦν εἴρηται· Ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ, εἴη ἂν ἡ ἔνδοξος αὐτοῦ θεοφάνεια, ἣν ὁ λόγος παρίστησιν, συνάπτων ἑξῆς· Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει. Καὶ τί ποιήσει ἐπιλέγει· οὐ παρασιωπήσεται. Κατὰ μὲν γὰρ τὴν πρώτην αὐτοῦ παρουσίαν ὑπ' ἀνθρώπων κρινόμενος ἐσιώπα, καὶ συκοφαντούμενος, οὐδὲν ἀπεκρίνατο· ῥαπιζόμενός τε καὶ μαστιζόμενος, οὐκ ἠμύνατο, ὅτε οὐδ' ἐμφανῆ πᾶσιν τὴν ἑαυτοῦ θεότητα ἐδείκνυ. Ἐπειδὰν δὲ τὸ δεύτερον ἀφίκηται, ἥξει, φησὶν, ἐμφανῶς, καὶ οὐ παρασιωπήσεται· ἀλλὰ καὶ πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ καταιγὶς σφόδρα. Προλαμβάνον γὰρ τὸ πῦρ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καθαίρει, πᾶσαν ὕλην καυστικὴν ἀναλίσκον, πρὸς τὸ μὴ ξύλα ἢ χόρτον ἢ καλάμην πρὸ προσώπου αὐτοῦ φαίνεσθαι. Ἐλέγξει δὲ κρίνων τοὺς ἐλέγχων δεομένους· καὶ ἀποδέξεται τοὺς ἀποδοχῆς ἀξίους· τοῖς μὲν φάσκων· Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ἀλλὰ μὴ αὐτοῖς ὁρίσασθαι τὴν δικαιοσύνην παρηγγύα.

quidem convocat, sed non omnes evangelium audierunt. Qui vero obaudierunt, promissionibus potiti sunt: his vero qui gratiam despiciunt, ignem minatur, dicens porro: *Ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuitu ejus tempestas valida.* Tunc etiam suum implebit gloriosum adventum, venturus ex cœlesti Sion, quam conspiciendam dedit Apostolus, dicens: « Ea vero quæ sursum est, Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. » Vel etiam: « Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Hierusalem cœlestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et ecclesiam primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis. » Idcirco nunc dicitur: *Ex Sion species decoris ejus.* Quæ fortasse erit gloriosa ejus theophania, quam proponit sermo rite subsequens: *Deus manifeste veniet.* Et quid facturus sit, subdit: *Non silebit.* Secundum enim primum ejus adventum, ab hominibus judicatus, tacebat, calumniisque proscissus, nihil respondebat, virgisque et flagellis cæsus, a minis se abstinuit, nec suam coram omnibus detexit divinitatem. Quando autem iterum accedet, *veniet,* inquit, *manifeste, et non silebit.* Sed et *in conspectu ejus ignis exardescet, et in circuitu vehementer furens tempestas.* Præcurrens enim ignis regnum ejus purgat, omnem materiam absumens quæ uri potest, ut nec lignum, nec fenum, neque palea ante conspectum ejus appareat. Arguet autem in judicio qui argui indigent, et suscipiet eos qui suscipi merentur, his quidem dicens: « Venite, benedicti patris mei, recipite paratum vobis regnum a constitutione mundi. » Sed se non illis limitaturum esse justitiam, pollicitus est.

v. 12-15. Ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω· ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα

v. 12. 14. *Si esuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terrarum et plenitudo*

v. 12-15. Ex Vatic. 13, eadem Vat. 10 summatim perstrinxit. Matth. xxv, 34, 40.

αὐτῆς... Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου. Καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με.

Εἰ χρεία μοι, φησὶ, γένοιτό ποτε τροφῆς, ὁποίας ἐγὼ πέφυκα μεταλαμβάνειν; οὐχ οὕτως ἐνδεὴς ἐγὼ, ὡς παρὰ σοῦ τὰ τοιαῦτα αἰτεῖν, ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Πέφυκα δὲ χρῆσθαι τροφῇ, τὸν ἐξ ἀνθρώπων ἀπολαμβάνων καρπὸν, ὡς καὶ φῆσαι τοῖς ἐμὲ θρέψουσιν· Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου· κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν. Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με, καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Τραφήσομαι οὖν ὑπ' ἐκείνων, οὕτως λέξων αὐτοῖς· Ἐφ' ὅσον ἐποίησατε ἑνὶ τούτων ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Ἔστιν δὲ θυσία λογικὴ καὶ ἡ δι' αἰνέσεως καὶ θεολογίας καὶ εὐχαριστίας· ἔστιν δὲ καὶ ἄλλη θυσία τῷ Θεῷ προσφιλὴς, ἡ κατ' εὐχὰς ἐπαγγελλομένη, ἐπειδάν τις καταθύμιόν τι τῷ Θεῷ πρᾶξαι ὑποσχόμενος, ἔργοις ἐπιτελέσῃ τὴν ἐπαγγελίαν· εὐχὰς γὰρ εἴωθεν ὁ λόγος ἁπανταχοῦ τῶν γραφῶν τὰς ἐπαγγελίας ὀνομάζειν, ὥσπερ ἐν τῷ λέγεσθαι· Ἐὰν εὔξῃ εὐχὴν, μὴ χρονίσῃς ἀποδοῦναι· ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαι, ἢ τὸ εὔξασθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι. Ἐπειδὰν οὖν ταῦτα ποιήσῃς, εὐκαίρως ἐπικαλέσῃ με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με· θαρσῶν γὰρ ἅτε σπείρας ἑαυτῷ εἰς δικαιοσύνην, ἔλπιζε τρυγήσειν καρπὸν ζωῆς. Ἐπίστησον δέ τινα τρόπον ἐν τούτοις καὶ ὁ λέγων, Κύριός ἐστιν καὶ Θεός· καὶ περὶ οὗ λέγει· Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου.

v. 16. Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἱνατί σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀντιλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ τοῦ στόματός σου; κτλ.

Φάσκων ὁ λόγος· Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεὸς, διδάσκει ἄντικρυς τὰ προλεχθέντα μὴ

ejus... Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis, eruam te, et glorificabis me.

Si mihi, inquit, unquam cibo opus fuerit, quemnam ego suscipere possum? Adeo non sum inops, ut similia a te petam: *meus est enim orbis terrarum et plenitudo ejus.* Cibus tamen est, quo egere soleo, fructum ab hominibus recipiens, ut dixerim alumnis meis: « Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et potastis me, » et ea quæ sequuntur. Nutriar ergo ab istis, quibus loquar in hunc modum: « Quodcumque fecistis his minimis, mihi fecistis. » Est autem spirituale sacrificium per laudem et Dei honorem et gratiarum actionem. Est etiam aliud sacrificium Deo gratum, ipsi per vota dedicatum. Quum quis scilicet aliquid Deo jucundum facere pollicitus, opera promissa complet. Vota enim consuevit ubicumque sermo Scripturarum vocare promissiones, veluti cum ait: « Si votum voveris, ne differas reddere. Melius est non vovere, quam votum non reddere. » Ea igitur postquam feceris, opportune *invocabis me in die afflictionis, et eruam te, et honorificabis me.* Confidens enim, quia tibi seminasti in justitiam, spera colligere fructum vitæ. Scito autem quali modo inter hæc Dominus sit et Deus qui loquatur et iterum dicat: *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua.*

v. 16. *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum?* (Usque in finem psalmi.)

Allocutio hæc: *Peccatori autem Deus dixit,* manifeste docet præmissa verba

v. 16. Ex Vatic. 13. Cf. Luc. xviii, 20.

τῷ ἁμαρτωλῷ, ἀλλὰ τῷ τῶν δικαίων τάγματι λελέχθαι, ἵν' εὔχηταί τι πλέον παρὰ τοὺς ἁμαρτωλούς· τὸ δὲ πλέον ἦν ἡ γνῶσις καὶ ἡ ἐπιστήμη τῶν τῆς καινῆς διαθήκης λόγων. Ἁμαρτωλὸν δ' ἐνταῦθα οὐ τὸν ἀλλότριον τῶν γραφῶν, οὐδὲ τὸν ξένον καὶ εἰδωλολάτρην εἰσάγει, ἀλλὰ τὸν ἐπιστήμονα μὲν, παραβάτην δὲ τῶν θείων μαθημάτων· ὃν καὶ ἀπελέγχει, οὐχ ὅτι ἀμελὴς γέγονεν σαββάτου φυλακῆς, οὐδ' ὅτι τὰς τοιάσδε τοῦ Μωϋσέως νόμου παραβέβηκεν ἐντολὰς περὶ τροφῶν τοιῶνδε, ἢ τὰς περὶ θυσιῶν. Ἐλέγχει δὲ τὸν ἁμαρτωλὸν ἐπὶ παραβάσει τῶν φυσικῶν νόμων. Τί γάρ σοι, φησὶ, καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀναγνώμασι; τί δὲ καὶ διὰ στόματος ἀπαγγέλλεις τοὺς ἐμοὺς λόγους, ἔργοις παραβαίνων αὐτοὺς, ἐχθρὸν καὶ μισητὴν σαυτὸν τῆς ἐμῆς παιδείας δεικνὺς, καὶ τὰς μὲν σαυτοῦ προτιμῶν παρανόμους πράξεις, ῥίπτων δὲ καὶ καταπατῶν τοὺς ἐμοὺς νόμους διὰ καταφρονήσεως αὐτῶν; Νόμος γοῦν φύσεως κλέπτειν ἀπαγορεύει, καὶ πάλιν ἕτερος μοιχεύειν ἀποτρέπει, καὶ ὅσα ἄλλα μὴ βουλόμεθα πάσχειν, ταῦτα μηδ' αὐτοὺς καθ' ἑτέρων δρᾶν, ὁ κατὰ φύσιν λόγος παραινεῖ. Οὐδὲ τἀναντία τούτων ἔπραττες. Μοιχοὶ δὲ εἶεν ἂν πρὸς τοῖς προχείρως νοουμένοις καὶ οἱ ἄθεοι καὶ οἱ εἰδωλολάτραι· κλέπται δὲ πάλιν οἱ κλέπτοντες τὴν ἀλήθειαν.

Ἤδη δὲ καὶ τὸ στόμα σου ἐπλεόνασεν κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκεν δολιότητα. Ποτὲ μὲν γὰρ ἀναιδῶς καὶ ἀνεπικαλύπτως ἔχρω τῇ κακίᾳ σὺν πολλῇ παῤῥησίᾳ, ποτὲ δὲ λόγοις χρώμενος δολίοις εἰς ἐπιβουλὴν ἀνθρώπων, καὶ ἄλλοτε προσποιούμενος, ὡς γνησίως ἀδελφοῖς ὁμιλεῖν, λεληθότως τὰ τῆς κατ' αὐτῶν ἐπιβουλῆς ἐνήργεις, διαβάλλων αὐτοὺς καὶ καταλαλῶν. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ προσκόμματα καὶ σκάνδαλα τοῖς ποσὶν ὑπέβαλες τῶν ἐκ τῆς μητρὸς, ἤτοι συναγωγῆς ἢ καὶ ἐκκλησίας γεγεννημένων. Σὺ μὲν οὖν τοσούτοις συνεφύρης κακοῖς, προσποιούμενος τὸν ἐμὸν μετέρχεσθαι νόμον. Ἐγὼ δὲ πάλαι μὲν ταῦτα θεωρῶν, ὅτε τὴν πρώτην ἐποιοῦμεν εἰς

non peccatori, sed justorum agmini dicta fuisse, ut aliquid amplius postulet præ peccatoribus. Id vero majus erat cognitio et scientia eloquiorum novi fœderis. Peccatorem autem hic renuntiat non extraneum Scripturis, non hospitem et idolis deditum, sed peritum quidem, apostatam vero a divinis disciplinis. Quem redarguit, non ideo quod negligens fuerit in sabbati custodia, aut quod transgressus sit hæc aut hæc mosaicæ legis præcepta, puta ciborum vel mundorum, vel pollutorum, aut victimarum. Coarguit autem peccatorem quod violaverit naturæ leges. Quid tibi, ait, et lectionibus meis? et cur per os tuum traducis eloquia mea, qui eadem transilis in operibus, inimicum te et infensum meæ disciplinæ ostendens? Tuos autem qui antefers actus iniquos, leges vero meas projicis et conculcas cum earum contemptu? Lex ergo una naturæ prohibet furari, et alia rursus adulterium vetat. Et quodcumque nobis fieri nolumus, ne quis adversus alium faciat, lex naturæ insita commendat. Neque his contraria egisti. Moechi autem esse queunt in his quæ temere cogitantur, et athei et idololatræ; et etiam fures, qui veritatem surripiunt.

Jam vero os tuum cumulavit malitiam, et lingua tua circumtexit astutiam. Modo enim sine pudore et sine simulatione indulsisti tuæ improbitati multa cum audacia; modo fraudulentos usurpasti sermones in insidias hominum, cæterum simulans te ingenue cum fratribus conversari, clanculum insidiarum texisti consilia, calumnias in eos et dicteria congerens. Ac super hæc, et offendicula et scandala posuisti ante pedes eorum, qui ex matre, sive ex synagoga aut ab ecclesia nati sunt. Tu ergo tot et tantis malis commixtus es, simulans meam sectari legem. Ego autem dudum talia considerans, quando primum feci inter

ἀνθρώπους πάροδον, ἢ καὶ ὅτε ἄνωθεν ἐπεσκόπουν τὰ πάντα τῇ ἐμῇ προνοίᾳ, τῷ πλούτῳ τῆς ἐμῆς χρηστότητος καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας ἐχρώμην, σιωπὴν ἦγον· νῦν δὲ οὐκέτι σιωπήσομαι· τὴν γὰρ ἐμὴν σιωπὴν ἀντὶ κακοῦ ἐλάμβανες· ὑπέλαβες γὰρ ἀνομίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος, καὶ ἀποδέχομαι τὰς σὰς πράξεις. Ἐγὼ δὲ καιρῷ τῷ δέοντι μακροθυμήσας, οὐκέτι σιωπήσομαι, ἀλλ' ἐλέγξω σε καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου· παραστήσω δὲ εἰς τὸν κατὰ σοῦ ἔλεγχον τὰ σὰ ἁμαρτήματα, ἃ πάλαι διεπράξω, ἃ σὺ μὲν ὑπέλαβες μηκέτι ὑφεστάναι, μηδὲ εἰς μνήμην ἥξειν τινός. Ἐγὼ δὲ ὡς Θεὸς εἰς φῶς προάξω, καὶ προθήσω ἐνώπιόν σου, ὁρῶν αὐτὰ καὶ γνωρίζων, [ἵνα] αἰσχύνης καταχέῃ.

homines transitum, vel etiam quum desursum super omnia vigilabam mea providentia, usus sum divitiis meæ bonitatis et patientiæ et longanimitatis, silentium tenui. Nunc vero jam non tacebo. Meum enim silentium vertisti in malum: concepisti hanc nequitiam, quod ero tui similis, et facinora tua accipio. Ego vero, si tempore congruo æquo fui animo, amplius non silebo, sed coarguam te, et sistam te coram vultu tuo: proponam ad te convincendum tua crimina, quæ pridem commisisti, quæ tu quidem putasti minime innotescere, neque in ullius memoriam revocanda. Et ego, ut Deus, producam in mediam lucem, et apponam in conspectu tuo, ea cernens et cerni faciens, ut pudore suffundaris.

Psalmus L.

v. 1, 2. Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προφήτην, ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεέ. *Vatic.* 655, 1.

v. 1, 2. *In finem, psalmus pro David, quando venit ad eum propheta Nathan, quum accessit ad Bersabee.*

Ἐπακούσας ὁ Δαυὶδ τοῦ προφητικοῦ Πνεύ-

David, audito spiritu prophetico, cum

Ps. L, v. 1-5. Ex Vatic. 13, cui ægre valedicendum ultimo est, nam ultra hunc psalmum non pergit copiosus et eximius codex, multorum interpretum ferax, quorum commentarios raro compendio perstringit. Edita autem compendia plus minus trunca in eum ad nostra confirmanda plerumque inseruntur. Cf Ps. XLIX, 18, 3, 19, 20, 21, 8. Eccle. X, 4. Sincero Eusebio omnino in edd. deerat proœmium in ps. L, neque magis prolixum est quam expositio tituli in sequenti psalmo LI. Ita solet Cæsariensis excurrere, duce Origene in amisso libro *de titulis*, et spatiari in hæc argumenta. Quædam anonymo data Corderius præoccupavit. Cæterum longas binas paginas omisimus, in codice recitatas ex II libro Regum, quæ uti et sequentia concinne perstrinxit Nicetas in Palatina catena, Vat. 15, hoc modo longiusculo sed bonæ frugi: Ἰστέον δὲ ὡς μετὰ ἐνιαυτὸν τοῦ φόνου Οὐρίου ἦλθεν ὁ Νάθαν πρὸς τὸν βασιλέα· οὐ γὰρ ἐχρῆν τοῦ πάθους ἔτι φλεγμαίνοντος τῇ μέθῃ κεκρατημένῳ προσελθεῖν, ἀλλὰ μετὰ τὴν παρακμήν. Πρὸ γὰρ τούτου, τῆς ψυχῆς ἔτι τεθολωμένης, οὐκ ἂν ἠνέσχετο, ἔδρασε δ' ἄν τι κατὰ τοῦ προφήτου. Τὴν δὲ αἰτίαν δι' ἣν ὁ τοιοῦτος τοιαύταις ἀθεμιτουργίαις ὑποπέπτωκεν, αὐτὸς ὁ Νάθαν διὰ τοῦ παραδείγματος διδάσκει. Δύο γάρ, φησίν, ἦσαν ἄνδρες, ὁ μὲν πλούσιος, ὁ δὲ πένης, τὸν Δαυὶδ αἰνιττόμενος καὶ τὸν Οὐρίαν. Εἶτα προδίτην εἰσάγει ξένον ἐπιδημήσαντα τῷ πλουσίῳ, ξένον τι παριστὰς πνεῦμα καὶ διαβολικὴν δύναμιν συνηρπακέναι τὸν Δαυίδ, ὥστε καταθῦσαι τὴν μίαν ἀμνάδα τοῦ πένητος, τὴν γυναῖκα δηλαδὴ τοῦ Οὐρίου. Οἶμαι δὲ τούτῳ δὴ τῷ ξένῳ πνεύματι ἐκδεδόσθαι αὐτόν, διὰ τὸ εἰπεῖν· Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· ἐναντίως τό· Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον. Ἐλεγχθεὶς δὲ ἐφ' ᾧ ἥμαρτεν ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦ ἰδιώτου, οὐκ ἠγανάκτησεν· ἀλλὰ καὶ ἐκάκωσεν ἑαυτόν, ὡς τὸν ἐλέγχοντα προφήτην εἰπεῖν, καὶ Κύριος παρήγαγε τὸ ἁμάρτημά σου. Ἀνεγράφησαν δὲ τὰ τῶν ἁγίων ὀλισθήματα, ἵν' ὥσπερ ἀρετῆς, οὕτω καὶ μετανοίας διδάσκαλοι ὦσι. Πεντηκοστὸς δὲ ὁ παρὼν ψαλμὸς ὁ περὶ ἀφέσεως τέτακται· ἐπειδήπερ ὁ ἀριθμὸς οὗτος ἀναλογίαν ἔχει πρὸς ἔλεον· καὶ γὰρ καὶ ἐν τῷ Ἰωβηλαίῳ διὰ πεντήκοντα ἐνιαυτῶν παρ' Ἑβραίοις ἀριθμουμένῳ, χρεῶν ἀποκοπαὶ καὶ ἐλευθερίαι καὶ κτήσεως ἀποκαταστάσεις γίνονται.

ματος, θεσπίσαντος διὰ τοῦ προλεχθέντος ψαλμοῦ τὰ περὶ τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν ἔλεγχον μαθὼν, ὃν ἐπήγαγεν τῷ ἁμαρτωλῷ εἰπών· Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ, καὶ μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα σου ἐτίθεις, ἔπειτα τὴν ψυχὴν πληγεὶς ἐπὶ τῇ μνήμῃ τῆς κλεψιγάμου ἁμαρτίας, ᾗ περιπέπτωκεν, ὁπότε εἰσῆλθεν πρὸς τὴν τοῦ Οὐρίου γυναῖκα τὴν Βηρσαβεὲ, φθάσαι τὴν κρίσιν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ὀργὴν προλαβεῖν δι' ἐξομολογήσεως σπουδὴν ἐποιήσατο· διὸ παραχρῆμα ὥσπερ στήλην κατηγορίας αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὸν προκείμενον συντάττει ψαλμὸν, ἔλεγχον ἀνεξάλειπτον καθ' ἑαυτοῦ στηλιτεύσας διὰ τῆς προγραφῆς. Ἀκαλύπτως γοῦν τῆς παρανόμου ἑαυτοῦ πράξεως μνημονεύει, λέγων· Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν τὸν Νάθαν τὸν προφήτην, ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεέ. Εἶτα δὲ φόβου καὶ ἀγωνίας γεγονὼς ἔμπλεως, ἐφ' οἷς ὁ προφήτης Ἀσὰφ διὰ τοῦ πρώτου ψαλμοῦ ἐθέσπισεν εἰπών· Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται· πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα, ἱκετηρίους φωνὰς καὶ παρακλητικὰς τῷ Θεῷ δεήσεις ἀναπέμπει λέγων·

v. 3. Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ τὰ ἑξῆς.

Πάλιν τε αὖ πληγεὶς ὑπὸ τοῦ φήσαντος λόγου διὰ τοῦ Ἀσάφ· Τὸ σῶμά σου ἐπλεόνασεν κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκε δολιότητα· καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον, εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν τῆς κατὰ τοῦ Οὐρίου ἐπιβολῆς, ὡς σκάνδαλον διὰ τῆς κατ' αὐτοῦ γραφῆς ἐπέβαλεν, ἵν' ἐν τῇ τοῦ πολέμου συμβολῇ πεσὼν ἀπόλοιτο, προστίθησιν τὰ ἱκετήρια λέγων· Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστι διὰ παντός. Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει· Ῥῦσαί με ἐξ αἱμάτων, ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου.

enuntiavit in præcedenti psalmo oracula de judicio Dei, neque ignoravit increpationem adversus peccatorem his verbis: « Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas; » tum postea in anima sauciatus ex memoria adulterini furti, in quod cecidit, quando accessit ad mulierem Uriæ, ad Bersabee, diligentiæ consulit, ut per pœnitentiam anticiparet judicium Dei, et iram præoccuparet. Ideo sine mora, quasi columnam accusationis, ipse in se psalmum qui adjacet, constituit, in quo sententiam adversus se indelebilem in ipsa epigraphe insculpsit. Ergo absque velo recolit ipsius flagitiosum facinus, dicens: *In finem, psalmus pro David, quando venit ad eum Nathan propheta, quum intravit ad Bersabee.* Dein vero metu et angustiis plenus, ob ea quæ in suo priore psalmo Asaph propheta præcinerat, dicens: « Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuitu ejus tempestas valida, » supplicis more lamenta et piaculares Deo preces ingeminat, dicens:

v. 3. *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam,* et quæ sequuntur.

Iterum, iterumque confossus a sermone per os Asaphi habito: « Os tuum abundavit malitia, et lingua tua concinnabat dolos; sedens adversus fratrem tuum loquebaris, et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum, » quum cogitanti subiissent insidiæ adversus Uriam paratæ, uti offendicula, quomodo per epistolam in eum scriptam suggesserit ut in belli conflictu cadens periret, proponit supplicis gemitum, dicens: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper.* Et deinceps subdit: *Libera me ex sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ.*

Μονονουχὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ Οὐρίου μνημονεύσας, καὶ αὖθις ἐπακούσας τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Ἀσὰφ εἰρηκότος· Ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου, ἀναγκαίως ἱκετεύει λέγων· Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον. Καὶ τελευτῶν ἐπιφέρει, ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν, ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις· θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· σφόδρα ἀκολούθως τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ Ἀσάφ, καθ' ἣν ἐλέγετο· Οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε· τὰ δὲ ὁλοκαυτώματά σου ἐνώπιόν μού ἐστι διὰ παντός. Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους.

Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν πρὸ τῆς κατὰ μέρος διηγήσεως ἐπιτετηρήσθω εἰς παράστασιν τῆς ἀκολουθίας· ἴδωμεν δὲ λοιπὸν καὶ τὴν προγραφήν· ἀναγκαίως ἀναπέμπει ἡμᾶς ἐπὶ τὴν τοῦ προφήτου Νάθαν πρὸς τὸν Δαυὶδ παρουσίαν, ὡς ἂν μάθοιμεν ἀπὸ τῆς ἱστορίας ὁποίοις ἐλέγχοις κατ' αὐτοῦ ἐχρήσατο ὁ προφήτης. Γέγραπται τοίνυν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν βασιλειῶν ταῦτα· Καὶ ἐφάνη πονηρὸν κτλ. (II. Reg. XI, 27 - XII 1-12).

Τούτων ἀκούσας ὁ Δαυὶδ, καὶ τὴν ψυχὴν πληγεὶς, τὴν προκειμένην ἱκετηρίαν ἀναπέμπει τῷ Θεῷ ἐξομολογούμενος, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν στηλιτεύων· οὐδὲ γὰρ πρὸ τῶν λόγων τοῦ προφήτου τὸν ψαλμὸν συνέταξεν, οὐδ' ἐξωμολόγει τὸ πρότερον τῷ Θεῷ· ὥσπερ δὲ ὑπὸ κάρου καὶ μέθης τὴν διάνοιαν κεκρατημένος, ἔκρυπτεν τὸ ἁμάρτημα, λανθάνειν καὶ τὸν Θεὸν οἰόμενος, ὡς καὶ ἀνθρώπους· πάντα γὰρ αὐτῷ λαθραίως ἐπράττετο, ἡ πρὸς τὴν γυναῖκα παράνομος ὁμιλία, ὁ θάνατος τοῦ ἀνδρός. Διὸ λέλεκτο αὐτῷ· ὅτι σὺ ἐποίησας κρύβδην, κἀγὼ ποιήσω τὸ ῥῆμα τοῦτο ἐναντίον παντὸς Ἰσραὴλ καὶ ἀπέναντι τοῦ ἡλίου τούτου. Ἐπεὶ δὲ κατάφωρος γέγονεν ὡς ἂν ἐληλεγμένος πρὸς τοῦ Θεοῦ, διασαφεῖ μὲν τοῦ κάρους, στήλην δὲ καθ' ἑαυτοῦ μεστὴν κατηγορίας ἐγείρει, ἐλέγχους καὶ ἐξομολογήσεις ἱκετηρίας τε περιέχουσαν. Αὐτὸ δὴ οὖν τοῦτο σημαίνων ἐδή-

Tantum non diserte meminit occisionis Uriæ. Et rursus audita Dei voce per Asaphi verba: « Arguam te, et statuam contra faciem tuam, » cogitur dicere supplex: *Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.* Et in fine subinfert: *Si voluisses sacrificium, dedissem, holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Mirum in modum id cohæret doctrinæ Asaphi, qua dicitur: « Non in sacrificiis tuis arguam te. Holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. »

Hactenus hæc nobis observata sunt, antequam per partes fiat expositio, unde proponamus continuam seriem. Cæterum videamus et etiam titulum. Necesse est nos remittat ad prophetæ Nathan adventum apud Davidem, ut ab historia discamus qualibus argumentis adversus eum propheta usus fuerit. Scripta interim hæc sunt in secundo Regum libro, etc. (*usque ad increpationem prophetæ Nathan*).

Ea postquam audivit David, intimo corde punctus, hanc lamentationem supplicem ad Deum dirigit, confessionis instar et ipse se in cippo proscribens. Neque enim ante prophetæ verba psalmum composuit, neque prius Deo peccatum fassus erat. Sed veluti soporis gravedine et ebrietate oppressus in mente, abscondebat scelus, æstimans etiam Deo sicut hominibus occultum esse; omnia enim clanculum acta fuerant, nefarium cum muliere commercium, occisio viri: ideo dictum est illi: « Quia tu fecisti clam, ego faciam verbum hoc coram omni Israel et coram hoc sole. » Et postquam reus factus est manifestus, quasi ab ipso Deo convictus, somni patefacit gravedinem, et adversus semet ipsum columnam erigit damnatione insculptam, in qua crimen declaratum et conclamatum et fle-

λου, διὰ τῆς ἐπιγραφῆς εἰπών· Ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προφήτην, ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεέ.

Ἀφίκετο πρὸς αὐτὸν ὁ προφήτης οὐ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἁμαρτίας. Τὸ γάρ· Οὔπω ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμοῤῥαίων, καὶ ἐπὶ τοῦ Δαυὶδ ἦν εἰπεῖν· διόπερ ἵνα μὴ τὸ ἐφ' ἡμῖν αὐτοῦ τῆς αὐτεξουσίου προαιρέσεως ἀποκλεισθῇ, χεῖρόν τι γίγνοιτο τὸ κακὸν, ἐν βάθει κρυπτομένης τῆς μοχθηρᾶς προαιρέσεως, ὁ μὲν διὰ τοῦ προφήτου ἔλεγχος ἐπείχετο κατὰ τὴν ἀρχήν· ὅτε δὲ τὸ κακὸν ἐξωμόρξατο, καὶ πᾶσαν ἐγκεκρυμμένην αὐτῷ σαπρίαν ἀπήλεγξεν, χρόνος τε μέσος διελήλυθεν, καθ' ὃν ὥσπερ πυρετοῦ λωφήσας, ἐν παρακμῇ γεγόνει τῆς νόσου, κατάστασίν τε ἀνέλαβεν εὐσταθῆ, τότε δὴ τότε, ὥσπερ τις ἐπιστήμων ἰατρὸς, κατὰ καιρὸν τὸ βοήθημα, τὸ διὰ τῶν ἐλέγχων, ὁ προφήτης αὐτῷ προσῆγεν· οὕτω γὰρ καὶ παῖδες ἰατρῶν οὐ τοῖς τραύμασιν ἔτι φλεγμαίνουσιν, ἐν παρακμῇ δὲ γενομένοις, προσφέρουσιν τὰ βοηθήματα. Εἰκότως οὖν καὶ τὸν χρόνον ἐπισημαίνεται ἡ θεία γραφὴ ὧδε λέγουσα· Καὶ συνήγαγεν αὐτὴν, δηλαδὴ τὴν Βηρσαβεὲ, μετὰ τὸν θάνατον Οὐρίου, εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἐγενήθη αὐτῷ εἰς γυναῖκα, καὶ ἔτεκεν αὐτῷ υἱὸν, καὶ πονηρὸν ἐφάνη τὸ ῥῆμα ὃ ἐποίησε Δαυὶδ ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου. Καὶ ἀπέστειλε Κύριος τὸν Νάθαν πρὸς Δαυὶδ, καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ τὰ ἑξῆς τὰ ἀναγεγραμμένα.

v. 4. Ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι, καὶ ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς.

Ὠριγ. Πρόμαχος γάρ σοι γενήσεται, καὶ καλύψει σὲ πολεμούμενον. Τέθεικε δὲ τοῦτο ἐκ μεταφορᾶς τῶν πρώτων ἐν πολέμῳ ἑστώτων, καὶ τοῖς μεταφρένοις καλυπτόντων τοὺς ὄπισθεν. Πτέρυγας δὲ καλεῖ τῆς προνοίας τὰς ἐνεργείας· τέθεικε δὲ τοῦτο, τῇ τῶν ὀρνίθων εἰκόνι χρησάμενος· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τοῖς πτεροῖς τοὺς νεοττοὺς συγκαλύπτουσιν. Οὕτως ὁ μακάριος Μωϋσῆς τὴν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν ἐκάλεσεν· Διαφύλαξεν αὐτοὺς ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ, ὡς ἀετὸς σκεπάσαι νοσσιὰν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς νοσσοῖς αὐτοῦ ἐπεπότησε, διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτοῦ, ἐδέξατο αὐτοὺς, καὶ ἀνέλαβεν αὐτοὺς ἐπὶ τῶν μεταφρένων αὐτοῦ.

v. 7. Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου.

Εὐσεβ. Αἱ μυριάδες ὡς ἂν κραταιοτέροις καὶ ἰσχυροτέροις τοῖς δεξιοῖς ἐπεβούλευον· ἀλλὰ καὶ πλείους εἰσὶν οἱ διὰ τῶν δοκούντων εἶναι δεξιῶν πίπτοντες, ἤπερ οἱ προφανῶς ἁμαρτάνοντες· δικαιώματα γάρ τινα προβαλλόμενοι, περιπείρονται ἁμαρτίαις τῶν ἀνθρώπων οἱ πλείους.

eum superiorem non solum conspicuis hostibus, sed insidiantibus, clam occursantibus et latibula parantibus; per laqueos enim insidias significavit. Pro turbulento autem sermone Symmachus posuit *verbum injuriæ*. Tales sunt qui mendacium et calumnias consuunt. Nihilominus etiam hos multi superant, spem in Deum habentes.

Et post pauca. Nil enim magis confundit et conturbat animum, quam sermo hæreticus.

v. 4. *In scapulis suis obumbrabit tibi, et sub alas ejus sperabis.*

Origen. Nam commilito tuus fiet, et teget te in acie. Hoc vero posuit ex metaphora primipilorum in pugna, qui scapulis suis operiunt retro sequentes. Alas autem vocat providentiæ efficacia opera. Apposuit autem id avium imagine usus: illi enim pullos alis cooperiunt. Similiter Moyses vocavit divinam tutelam. « Custodivit eos sicut pupillam oculi; sicut aquila obumbravit prolem suam, et super pullos suos volitavit, extendens alas suas, eos suscepit, et elevavit eos sub scapulis suis. »

v. 7. *Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis.*

Eusebii. Decem millia insidiantur a dextris velut adversus potentiores et robustiores. At plures sunt qui cadunt per eos qui videntur esse a dextris, quam per aperte peccantes: nonnullas enim justitiæ species præ se ferentes, plerosque hominum in peccata trudunt.

v. 4. Ex cod. Vatic. et Barberino neque indigna magno Origene. Deuteron. xxxii, 11.

Nota ἐπεπότησε ubi vulgo ἐπεπόθησε.
v. 7. Ibid.

Psalmus XCII.

v. 1. Αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαυΐδ. *Vat.* 684, 2.

Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις, τὴν τῶν ἀνθρώπων μεταβολὴν ὁ ψαλμὸς προθεσπίζει· ὁ Θεὸς γὰρ ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἀεί, ὡσαύτως καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἔχων· οὐ γὰρ νῦν μὲν βασιλεύει, νῦν δὲ βασιλείαν οὐκ ἔχει· ἀλλὰ φύσει μέν ἐστι βασιλεύς, οὐκ ἀεὶ δὲ δῆλον τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις γεγένηται· ἐπὶ πλεῖστον γὰρ χρόνον, οἱ πλείους αὐτὸν ἀγνοήσαντες, τὴν τῷ Θεῷ προσήκουσαν θεραπείαν τοῖς εἰδώλοις προσήνεγκαν· μετὰ δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησιν, δίκην φωτός, εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην ἡ θεογνωσία διέδραμεν.

Καὶ μετ' ὀλίγα. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ πάθος.

v. 1. *Laus cantici Davidi.*

Sine titulo apud Hebræos, psalmus vaticinatur hominum mutationem. Deus enim immutabilis est semper, in alium converti nescius, utpote se eodem modo habens. Haud enim modo regnat, modo regno privatur; sed natura rex est, id licet non semper hominibus fiat manifestum. Potiori enim tempore, plerique eum ignorantes, cultum Deo debitum simulacris obtulerunt, sed post susceptam a Deo et Salvatore nostro humanitatem, sicut lux, universum orbem Dei revelatio peragravit.

Et post pauca. Cf. col. 1185 *B edd.*

Ps. xcii. Ex Vat. 11. Edito Eusebio deest argumentum nostrum, quod statim ad sincera vulgati commentarii scholia transit, sed et plura inopportune omissa testatur.

Psalmus XCIV.

v. 1. Αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαυΐδ. *Vat.* 685, 2.

Αἶνος, ὅτι αἰνεῖ τὸν Θεόν· ᾠδή, ὅτι μετὰ μέλους. Ὁ μέντοι ψαλμὸς τοὺς μὲν πιστεύσαντας ἤδη τῷ Χριστῷ συγκαλεῖ πρὸς ἀγαλλίασιν· τοῖς δὲ μήπω πεπιστευκόσιν Ἰουδαίοις συμβουλεύει, ἕως καιρὸν ἔχουσι μετανοίας, ἐπιστρέψαι, καὶ προσπεσεῖν αὐτῷ· συντάττει δὲ καὶ τούτοις κἀκείνοις ἑαυτὸν ὁ Δαυΐδ, τοῖς μὲν ὡς οἰκείοις ἀπὸ τῆς εὐσεβείας, τοῖς δὲ ὡς ἰδίοις ἀπὸ τοῦ γένους. Κατὰ τὸ ἀκόλουθον δὲ ὁ ψάλλων πρόεισι μηδενὶ τῶν μουσικῶν συγκεχρημένος ὀργάνων, ἀλλὰ διὰ τῆς ἰδίας φωνῆς τὸν εὔφημον αἶνον διὰ τῆς ᾠδῆς ἀνατιθεὶς τῷ Θεῷ· φησὶ γάρ· αἶνος

v. 1. *Laus cantici Davidi.*

Laus, quia Deum laudat; canticum, quia cum melodia. Interea psalmus convocat quidem in exsultationem eos qui jam crediderunt Christo; eis vero qui nondum crediderunt, Judæis suadet ut quamdiu pœnitendi tempus habent, revertantur, et procumbant coram illo. Horum vero et illorum in loco sistit se David, priorum quidem jure pietatis, posteriorum vero ob commune genus. Ducente autem serie, psaltes procedit, nullo usus musico instrumento, sed propria voce faustum laudis hymnum in hoc car-

Ps. xciv. Totum argumentum ex Laurentiano recipitur, totumque cum indole Eusebii quadrat, neque in editis quidquam horum comparet, nisi quod Theodoretus partem prooemii historicam attigerit. Idem vero Corderius suo perpetuo anonymo donavit. Immo insolens est in Eusebio is planus et luculentus sermo, facile ad antiquiores referendus. Ultimum excidisse foliolum ex meis schedis doleo, cum hanc grandiloquentiam audire non pigeat.

ᾠδῆς τῷ Δαυΐδ. Καὶ αὐτὴ δὲ τοῖς Ἑβραίοις ἡ ἐπιγραφὴ οὐκ ἔστι.

Προκαλεῖται γὰρ τοὺς ἀκούοντας ὁ ψαλμὸς εἰς κοινωνίαν ἀγαλλιάματος, καὶ εἰς ἀλαλαγμὸν ἐπινίκιον· καί τινας πρὸς τῷ τέλει καταφορικωτέρας ἀπειλὰς κατὰ τῶν ἀπιστούντων ἔχει, τῶν τὴν αὐτὴν ἐπιδειξαμένων κακόνοιαν, ἔν τε τοῖς τεσσαράκοντα ἔτεσι τῆς ἐν ἐρήμῳ διαγωγῆς, ἐν οἷς τὸν εὐεργέτην παρώξυναν· καὶ μετὰ ταῦτα, ὅτε τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διὰ τοῦ εὐαγγελίου κατάπαυσιν τῆς ἁμαρτίας οὐ προσεδέξαντο, οἷς ἐξῆν εἰς τὸ σήμερον εἰσελθόντος, καὶ ἐκ τῆς προαιωνίου καὶ ἀϊδίου μεγαλειότητος εἰς χρονικὴν γένεσιν καταβάντος ἀνοῖξαι αὐτοῖς τὴν εἴσοδον τῆς ἀναπαύσεως. Ἀλλὰ εἰς τὴν πλάνην, καὶ τὴν ἀπιστίαν ὁδηγὸν ἑαυτῶν προβαλλόμενοι, ἔν τε τοῖς πρώτοις καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις, ὅρκῳ τῆς εἰσόδου τῆς εἰς τὴν κατάπαυσιν τοῦ Θεοῦ ἀπεκλείσθησαν. Πῶς γὰρ ἂν εἰσέλθοιεν εἰς τὴν κατάπαυσιν οἱ ἑκουσίως ἑαυτοὺς εὐλογίας ἀλλοτριώσαντες; Ἐνταῦθα τοίνυν ὁ τῶν ἁγίων χορὸς, καὶ τοὺς ἀπειθεῖς τοῦ Ἰσραὴλ προτρέπεται ἐπὶ τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν ἐλθεῖν, δεικνὺς ὡς ἐπακούσεται, εἰ προσπέσοιεν αὐτῷ, ἅτε αὐτὸς ὢν ποιητὴς, καὶ τὸ ἴδιον ἔργον ἀγαπῶν· εἰσφέρεται δὲ μετὰ τὴν τῶν ἁγίων παραίνεσιν καὶ αὐτοῦ Πνεύματος τὸ πρόσωπον, τοῖς ἀπειθέσι παρακελευόμενον, μὴ τὴν τῶν πατέρων μιμεῖσθαι ἀπιστίαν.

Ἔστι δὲ καὶ ἱστορία τοιαύτη τῷ ψαλμῷ. Ἰωσίας ὁ βασιλεὺς κομιδῇ γέγονεν εὐσεβής. Οὗτος θεασάμενος τοῦ λαοῦ τὸ πλεῖστον τὴν τῶν εἰδώλων ἀσπασάμενον θεραπείαν, προσέταξε μὲν ἅπαντας κατασφαγῆναι τῶν εἰδώλων τοὺς ἱερέας, τοὺς δὲ τούτων βωμοὺς ἐκ βάθρων ἀνασπασθῆναι, τῶν δὲ τετελευτηκότων ἱερέων ἀνορύξας τοὺς τάφους, τὰ τούτων ὀστᾶ κατέκαυσεν ἐν αὐτοῖς τοῖς τῶν δαιμόνων βωμοῖς. Εἶτα τὸν λαὸν ἅπαντα συναθροίσας, μεταμέλειαν χρήσασθαι παραι-

mine Deo dat, dedicatque. Inscribit enim: *Laus cantici Davidi,* qui titulus apud Hebræos non exstat.

Etenim psalmus auditores provocat ad commune tripudium et triumphalem clamorem; et in fine quasdam vehementiores minas intentat adversus incredulos, qui perversam animi sui sententiam prompserunt: tum in quadraginta annis peractæ in deserto mansionis, quando benefactorem exacerbaverunt; et post hæc, quando datam illis per evangelium veniam a peccatis non receperunt, ipso illis porro in hoc hodie adveniente, et ab æterna et immortali magnitudine in temporaneam nativitatem descendente, ut illis aperiret quietis introitum. Sed errandi gratia, ducem sibi infidelitatem præferentes, tum in hac prima ætate et in succedentibus temporibus, Dei juramento ab ingressu in requiem exclusi fuerunt. Quomodo enim possint in quietem introduci, qui sponte sua se a benedictione alienos fecerunt? Hic interim sanctorum chorus etiam incredulos Israelis hortatur ad eundum in salutem per Christum, ostendens eos exaudiendos esse, si coram eo procubuerint, utpote qui creator est ac diligit opus suum. Postque sanctorum exhortationem, introducitur persona Spiritus ipsius, qui credere negantibus præcipit, ne patrum suorum infidelitatem imitentur.

Est etiam historia psalmo consentanea. Josias rex admodum pius fuit; qui quum vidisset majorem populi cœtum simulacrorum amplexum fuisse superstitionem, jussit et omnes idolorum sacerdotes trucidari, et eorumdem aras radicitus convelli, et mortuorum sacerdotum effodiens sepulcra, eorum ossa in ipsis dæmonum aris combussit. Deinde convocatum universum populum commonefecit ut pœnitentiam agerent, placarent-

νεῖ, καὶ τὸν Θεὸν ἱλεώσασθαι, καὶ παιανίζειν ἐπὶ τῇ τῆς ἀσεβείας ἀπαλλαγῇ.

Χορευόντων οὖν καὶ ἡδομένων ἐστὶ τὸ προοίμιον, ἐσχημάτισται δὲ ἐκ προσώπου τοῦ Ἰωσίου, καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων, οἵ καί φασι· Δεῦτε, κοινῇ τὸν ἐπινίκιον τῷ Θεῷ ἀναπέμψωμεν ὕμνον· ὁ γὰρ ἀλαλαγμὸς νικώντων ἐστὶ φωνή. Ἐνίκησε δὲ τοὺς δυσσεβεῖς ὁ τῶν εὐσεβῶν χορός· πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς τιμωρίας, τῇ μεταμελείᾳ χρησώμεθα, καὶ πρὶν τὴν καθ' ἡμῶν ἐπενεχθῆναι ψῆφον, τὸν δεσπότην ἐκμειλιξώμεθα, προσενέγκωμεν δὲ αὐτῷ καὶ τὴν πρέπουσαν ὑμνῳδίαν.

Εἶτα διδάσκουσι καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν νίκην, καὶ τῶν εἰδώλων τὴν ἧτταν· ἄῤῥητος γὰρ τοῦ ἡμετέρου δεσπότου ἡ δύναμις· οὗτος Θεὸς ἀληθινὸς, οὗτος κατὰ πάντων ἔχει τὸ κράτος, καὶ τὴν ψευδῆ προσηγορίαν ἐλέγχει, τῶν καλουμένων θεῶν.

Εἶτα, ὡς δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, τῆς θείας δυνάμεως τὰ τεκμήρια δεικνύουσι λέγοντες, ὅτι πάντων ἐστι ποιητὴς, πάντων δεσπότης, αὐτὸς τὰ πάντα κυβερνᾷ, ἐν τῇ χειρὶ ἔχει τὸ κράτος, τὴν ὑγρὰν οὐσίαν καὶ τὴν ξηρὰν αὐτὸς ἐδημιούργησε λόγῳ· αὐτοῦ εἰσὶ καὶ αἱ τῶν ὀρῶν κορυφαὶ, κἂν μυριαχῶς οἱ δαίμονες πείθουσι τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀκούοντας, ἐν τούτοις αὐτοῖς τὰ τεμένη πηγνύναι. Συνδράμωμεν τοίνυν προθύμως, καὶ τὸ προσῆκον αὐτῷ προσενέγκωμεν σέβας, καὶ ὀλοφυρόμενοι καὶ δακρύοντες τὸν ἔλεον ἐξαιτήσωμεν· αὐτὸς γὰρ ἡμῶν καὶ ποιητὴς καὶ δεσπότης φύσεως, καὶ διαφερόντως ἡμῶν ὑπάρχει Θεός· λαὸν γὰρ ἡμᾶς καλεῖ οἰκεῖον, καὶ ὡς οἰκείοις προβάτοις ποιεῖται τὴν ἐπιμέλειαν.

Εἶτα λοιπὸν ἀπειλοῦσι τοῖς μὴ πειθομένοις τὴν τιμωρίαν, καὶ τῇ τῶν πατέρων δεδιττόμενοι μνήμῃ, καὶ διὰ τῆς ἐκείνων κατηγορίας τὴν ὠφέλειαν πραγματευόμενοι, καί φασιν· ἐπειδὴ τὴν προτέραν ἡμῶν ἀσέβειαν διὰ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν ὁ δεσπότης παρεῖδε, νῦν γοῦν αὐτοῦ παραγνοῦντος ἀκούσατε, καὶ τὴν σωτηρίαν διδασκά-

que Deum, et cantica promerent ob repudiatam impietatem.

Choros igitur agentium et lætantium est prooemium, expolitumque est in persona Josiæ et sacerdotum Dei, qui dicunt: *Venite,* communi voce victorialem Deo hymnum attollamus: jubilus enim est vincentium acclamatio. Impios autem superavit piorum chorus: Ante tempus castigationis, pœnitentiam agamus, et priusquam in nos inferatur sententia, Dominum deliniamus, illique hymnodiam quæ decet, pangamus.

Postea docent et Dei victoriam et idolorum cladem: Inenarrabilis enim est Domini nostri potentia; ipse Deus verus, ipse adversus omnes robur habet, et spuriam eorum qui dii dicuntur appellationem damnat.

Tum, quoad valet humana facultas, recensent divinæ potentiæ monumenta, aientes eum esse omnium rerum opificem, omnium dominatorem; ipsum omnia gubernio regere, in manu sua tenere potestatem, suo Verbo et humida elementa et arida condidisse; ipsius esse et montium cacumina, quantumvis sexcenties dæmonia credulos homines inducant ad erigenda illuc delubra. Agedum, una curramus alacriter, cultum ipsi consentaneum oblaturi, ejulantes prorsus et flentes, clementiam exoremus. Ipse enim auctor noster est et herus naturæ nostræ, et eminenter Deus noster existit; nos enim vocat populum suum, et tanquam proprias oves nos cura sua fovet.

Tum minantur porro supplicia his qui suaderi recusant, et revocata patrum memoria tremefacti, et ab illorum damnatione utile repetentes exemplum, aiunt: Quando quidem priscam impietatem nostram præ sua ingenita clementia Dominus condonavit, nunc ergo audite eum appropinquantem, salutares que nobis

λειαν προσφέροντος· καὶ μὴ μιμήσεσθε τῶν πατέρων τὴν ἀτεράμονα καὶ ἀντίτυπον γνώμην, καὶ τὸν παραπικρασμὸν, τουτέστι τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ πολλάκις γεγενημένην ἀντιλογίαν. Τὸ δέ· μὴ σκληρύνετε, τὸ τῆς γνώμης αὐθαίρετον δείκνυσι, καὶ διδάσκει ὡς αὐτοί εἰσι τῆς τοιαύτης καρδίας δημιουργοί.

Εἶτα σαφέστερον τῆς τῶν πατέρων ἀπειθείας ἀναμιμνήσκει, ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὴν ἐπηγγελμένην οὐκ ἠβουλήθησαν εἰσελθεῖν γῆν, δέος ἄλογον προβαλλόμενοι καὶ δειλίαν, καὶ φάσκοντες ὡς αὐτοὶ ἀναιρεθήσονται...

disciplinas afferentem: ac nolite patrum imitari pervicacem et rebellem voluntatem, et pruritum exacerbandi, id est toties redintegratam in eremo antilogiam. Id vero: nolite *obdurare,* demonstrat liberum arbitrium, docetque eos esse hujusmodi cordis auctores.

Deinde apertius memorat patrum incredulitatem. Quoniam enim in promissam terram ingredi noluerunt, stupidum causati metum et pavorem, asserentesque fore ut delerentur...

Psalmus XCV.

v. 9, 10. Σαλευθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. Εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν· Ὁ Κύριος ἐβασίλευσε, καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται· κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. *Vatic.* 686, 1.

Ἀκύλας· Ὠδινήσατε ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, πᾶσα ἡ γῆ· οὕτως δὲ καὶ ὁ Σύμμαχος. Παρακελεύεται τοίνυν ὁ προφητικὸς λόγος τοῖς ἔθνεσιν, δεξαμένοις τὰ σωτήρια σπέρματα, ὠδῖναι καὶ τέκειν τὴν εὐσέβειαν, καὶ σαλευθῆναι μὲν ἀπὸ τῆς προτέρας στάσεως, ἐν δὲ τοῖς θείοις ἐρεισθῆναί τε καὶ παγῆναι, ὅπως τὴν τῆς ἀρετῆς ἕξιν ἀναλάβῃ κατορθωθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ἐπὶ τῷ μηκέτι σαλεύεσθαι, οἰκουμένην ἀντὶ γῆς γεγενημένην. Βασιλεύοντος γὰρ τοῦ Κυρίου, οὐχ ἁπλῶς γῆ ἔτι μένει, ἀλλ' οἰκουμένη, οἰκοῦντος ἐν αὐτῇ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος καὶ τῶν θείων χαρισμάτων.

Τοῦ αὐτοῦ πάλιν. Ἐν μὲν τῇ ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ πᾶσα ἡ γῆ προσετάσσετο καινὸν

v. 9, 10. *Commoveatur a facie ejus omnis terra. Dicite in gentibus: Dominus regnavit, etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur. Judicabit populos in æquitate.*

AQUILA: *Parturite a facie ejus, universa terra.* Ita quoque Symmachus. Hortatur itaque propheticus sermo gentes, quæ salutaria semina receperunt, ut parturiant et pariant rectum cultum, et a priori quidem statu dimoveantur, in divinis vero rebus stabiliantur atque firmentur, ut virtutis habitum recipiant, juxta Domini correctionem, ita ut non commoveantur, cum orbis habitatus, non terra factus sit: Domino enim ibi regnante, non simpliciter terra manet, sed habitaculum, in quo morantur Pater et Filius et Spiritus sanctus et sacra charismata.

Ejusdem iterum. Equidem ab initio psalmi omnis terra jubebatur canticum

Ps. XCV, v. 9-12. Vatic. 11, ex quo sex fragmenta sequentia iterum ostendunt quantæ molis fuerit commentarius, qui de unico versiculo sexies truncatur. Cf. Field. II, 253. Is. LXV, 22.

Quæ omnia tam Origenis quam Eusebii indoli in exponenda Scriptura apte cohærent, confirmante codice optimo inter minores nostros, de quo ad Origenem sæpissime notavimus, primum hujus catenæ compilatorem in manibus habuisse integros et prolixos veterum Patrum commentarios. Haud tamen dissimulandum, in codice Corderiano, omnium recentissimo, utpote vix sæculi XIV, omnia longe aliter se habere. Fragmenta enim nostra primum tribuuntur ignoto Timotheo, deinde plura solito anonymo, etiam nonnulla Didymo, refragantibus non solum nostris codicibus, sed iis quibus usus est Maius in Didymo adornando. Piaculo duximus non restituere Eusebio tam insignem seriem. Cf. Matth. XXVIII, 18.

ᾆσμα ᾄδειν τῷ Κυρίῳ· ἐνταῦθα δὲ ἡ αὐτὴ γῆ σαλευθῆναι κελεύεται, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸ προσώπου αὐτοῦ.

Καὶ πάλιν. Τότε σαλευθήσεται ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ, τῆς ἐνθέου ἐπιφανείας αὐτοῦ ἀνακινούσης τὸ πᾶν στοιχεῖον, ὡς αἴσθησιν λαβεῖν τῆς αὐτοῦ παρουσίας.

Καὶ πάλιν. Πλὴν ἀλλὰ πρῶτον σαλεύεται ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, εἶθ' ὕστερον κατορθοῦται ἀπ' αὐτοῦ, δηλοῦντος τοῦ λόγου συντέλειαν πρῶτον, εἶτα τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴν, ἣν παρίστησιν καὶ ὁ προφήτης λέγων· Ἔσται ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινὴ, ἃ ἐγὼ ποιῶ μένειν ἐνώπιόν μου, λέγει Κύριος. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς πρώτης τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀφίξεως, πρότερον μὲν ἐσαλεύθη ἡ γῆ ὡς ἂν εἴποι τις· ἐσαλεύθη ἡ πόλις, τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων οὕτω δηλουμένων· τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον οἱ τὴν γῆν ἅπασαν οἰκοῦντες, ἐπὶ τῇ ἀκοῇ τοῦ Σωτῆρος ἐσείσθησαν, κινηθέντες ἐπὶ τῷ περὶ αὐτοῦ κηρύγματι.

Τοῦ αὐτοῦ Εὐσεβίου ἄλλως. Καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην, δηλαδὴ τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ἥτις οὐ σαλευθήσεται· τεθεμελίωται γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. Διδασκόμεθα δὲ ἀπώθεσθαι τὴν σαρκικὴν καὶ γεώδη διάθεσιν ἐπὶ τῷ πνευματικὴν καὶ ἐπουράνιον ἕξιν ἀναλαβεῖν· ἀληθῶς γὰρ ἂν τοῦτο εἴη τὸ σαλευθῆναι τὴν γῆν, τὸ εἰς οὐρανὸν μεταβαλεῖν καὶ φορέσαι τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.

Καὶ πάλιν. Παθὼν γὰρ καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, ἐβασίλευσεν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εἰπών· Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, γινομένου λοιπὸν τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.

Κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. Ἕκαστον ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι δικάζων, ἐπείπερ ἐν πᾶσιν αὐτοῖς ἀναγγελεῖ θαυμάσια αὐτοῦ, οὐκ ἐν μόνῳ δὲ νῷ Ἰσραήλ· κρινεῖ δὲ αὐτοὺς ἐν εὐθύτητι, οὐ τὰ ἔργα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν διάθεσιν αὐτῶν ἐξετάζων.

v. 12. Χαρήσεται τὰ πεδία καὶ πάντα τὰ

novum canere Domino: hic vero eidem terræ præcipitur ut moveatur, idque non sine addito, nempe *in conspectu ejus.*

Et rursus. Tum commovebitur a facie ejus universa terra, quando divina epiphania quodcumque ejus elementum movebit, ac si ejus præsentiam sensu perciperet.

Et iterum. Verumtamen primum concutitur a facie ejus, deinde ab eo corrigitur: quo sermone ostenditur consummatio primum, tum deinde mutatio in melius, quam proponit quoque propheta dicens: « Erit cœlum novum et terra nova, quæ ego faciam permanere coram me, dicit Dominus. » Attamen etiam in primo Salvatoris nostri adventu, prius terra mota est, sicut quis dixerit: commota est civitas, civibus urbem inhabitantibus hoc modo declaratis: similiter enim qui totam terram incolunt, audita voce Salvatoris, concussi sunt, ex ejus præconio commoti.

Ejusdem Eusebii *aliter — Etenim correxit orbem terræ,* videlicet Ecclesiam suam, quæ non commovebitur: fundata enim est supra petram. Discimus autem carneum et terrenum animi deponere affectum, ut spiritualem et cœlestem habitum assumamus. Namque vera in hoc erit terræ commotio, si cœli participes effecti, imaginem cœlestis viri circumferamus.

Et iterum. Etenim passus et a mortuis resurgens, regnavit in gentibus, dicens: « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra », eo magis quod Dei voluntas fit « in terra sicut in cœlo. »

Judicabit populos in æquitate, unumquemque in sua classe judicans, postquam illis omnibus mirabilia sua nuntiaverit, non soli israelitico populo. Judicabit autem eos in æquitate, non modo opera, sed eorum scrutatus voluntates.

v. 12. *Gaudebunt campi et omnia quæ*

ἐν αὐτοῖς· τότε ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ.

Δρυμοῦ δὲ ξύλα, οἱ μὴ φέροντες καρπὸν, ἀλλ' ὅτι οἱ πάλαι ἄκαρποι καρποφοροῦντες ἀγαλλίωσι, προτρέχοντος τοῦ Κυρίου δεῦρο κατιόντος· ἐρχομένου γὰρ τοῦ Κυρίου κρῖναι τὴν γῆν, τότε τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ ἀγαλλιᾷ ἀεὶ, εὐφραινομένων τῶν ξύλων τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς.

Ἣν κατώρθωσεν οἰκουμένην ἐπὶ τῷ μηκέτι κλονεῖσθαι, ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει ὁ ἐρχόμενος Κύριος· κρίνει δὲ ἐν ἀληθείᾳ καὶ τοὺς λαοὺς, ἐν οἷς γέγονε τὰ θαυμάσια αὐτοῦ· ὅπως ἡ μὲν οἰκουμένη μισθὸν ὁσιότητος νείμῃ, κατ' ἀξίαν κρινεῖ [1])· τοῖς δὲ λαοῖς γνῶσιν τέλειον ὀρέξει, ὅπως μηκέτι καὶ ἀναλαμβάνοντες καὶ διωροῦντες...

1) *Cod.* κριθῆσει.

in eis sunt; tunc exultabunt omnia ligna sylvarum.

Sylvarum ligna ea sunt quæ poma non ferunt; sed quia olim sine fructu, jam pomifera sunt, lætantur in occursu Domini iterum advenientis. Veniente enim Domino ad judicandam terram, tunc ligna sylvarum lætantur semper, quoniam exultant ligna paradisi voluptatis.

Quem correxit orbem ut amplius non moveatur, in justitia eum judicat venturus Dominus; judicat autem in veritate etiam populos, in quibus facta sunt ejus mirabilia; utque orbis mercedem integritatis obtineat, judicabit secundum merita. Populis autem perfectam scientiam erogabit, quam minime antea habuerunt aut detexerunt.

Psalmus XCVI.

v. 4, 5. Εἶδε, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Τὰ ὄρη ὡσεὶ κηρὸς ἐτάκησαν ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ἀπὸ προσώπου Κυρίου πάσης τῆς γῆς. *Vatic.* 686, 2.

Ὁρῶσα δὲ αὐτοῦ τὰς τοῦ φωτὸς ἀστραπὰς, ἡ τότε γῆ σαλευθήσεται, χαίρουσα καὶ ἀγαλλομένη ἐπὶ τῷ φωτὶ καὶ τῇ βασιλείᾳ τοῦ Κυρίου· ὄρη δὲ ὡσεὶ κηρὸς ταχήσονται ἀπὸ προσώπου Κυρίου, μὴ φέρουσα ὑπομένειν τὰς μαρμαρυγὰς αὐτοῦ.

v. 8, 9. Ἀγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας, ἕνεκεν τῶν κριμάτων σου, Κύριε, ὅτι σὺ εἶ Κύριος ὁ ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, σφόδρα ὑπερυψώθης ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς.

Καὶ τοῦτο αἴτιον ἦν τῆς εὐφροσύνης τῆς δηλωθείσης, ὅτι τὸν Κύριον καὶ Θεὸν αὐτῶν αὗται μόναι ἔσεβον, ὕψιστον γεγονέναι, ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν βασιλεύοντα, οὐκέτι μόνον τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλὰ καὶ γῆς ἁπάσης καὶ τῶν

Ps. xcvi, v. 4, 5. Vatic. 16.

v. 4, 5. *Vidit, et commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini, a facie Domini totius terræ.*

Ut viderit luminis ejus fulgura, tunc terra commovebitur, læta et exultans in lumine et in regno Dei. Montes autem sicut cera effluent, ante faciem Domini, sustinere non valentes fulgores ejus.

v. 8, 9. *Et exultaverunt filiæ Judæ, propter judicia tua, Domine, quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos.*

Et ea causa erat lætitiæ memoratæ, scilicet quod Dominum et Deum colebant dumtaxat filiæ Sion, scientes quod factus est Altissimus, regnans super omnem terram, non cœli modo rex, sed et univer-

v. 8, 9. Ex eod. Vatic.

ἐπὶ τῆς γῆς ἐθνῶν· καὶ τὸ σφόδρα ὑπερυψῶσθαι αὐτὸν ὑπὲρ πάντας τοὺς ὅπως δήποτε νοουμένους θεούς.

sæ terræ, et omnium in orbe gentium, et quod vehementer exaltatus est super omnes quocumque modo deos existimatos.

v. 10. Οἱ ἀγαπῶντες τὸν Κύριον, μισεῖτε πονηρόν. Φυλάσσει Κύριος τὰς ψυχὰς τῶν ὁσίων αὐτοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσεται αὐτούς.

Τίς ὁ τρόπος ὑπάρχει τῆς περὶ τὸν Κύριον ἀληθοῦς ἀγάπης, διασαφεῖ λέγων· Μισεῖτε πονηρά. Οὐ γὰρ δυνατὸν ὁμοῦ καὶ κατὰ τοαυτὸ καὶ τὸν Κύριον καὶ τὰ πονηρὰ ἀγαπᾶν· διόπερ τὴν περὶ τὸν Κύριον ἀγάπην κατορθωτέον διὰ τοῦ μισεῖν καὶ βδελύττεσθαι πᾶν πονηρὸν, τουτέστι τὰς κατ' εἶδος κακίας, αἳ πονηρίαι προσαγορεύονται. Φυλάσσει δὲ Κύριος τὰς ψυχὰς, οὐ τῶν πάντων, ἀλλὰ τῶν ὁσίων αὐτοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσεται αὐτούς. Τότε γὰρ, ὅτε τὸ πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ προπορεύεται, καὶ φλογιεῖ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, τὰς ψυχὰς τῶν ὁσίων αὐτοῦ φυλάξει ὁ Κύριος, εἰς τὸ μηδὲν αὐτὰς ὑπὸ τοῦ πυρὸς παθεῖν, μηδὲ ταῖς τῶν ἁμαρτωλῶν χερσὶν, τουτέστι πράξεσι συμπεριληφθῆναι.

Τοῦ αὐτοῦ πάλιν. Ὁ λόγος ἐπαγγελτικὸς τυγχάνει τοῦ τῶν δικαίων τέλους. Καλῇ δὲ τάξει κέχρηται, τὰ μὲν σκυθρωπὰ προτάξας, φυλάξας δὲ τὰ φαιδρότερα εἰς τὸ τέλος τῶν λόγων.

v. 10. *Qui diligitis Dominum, odite malum. Custodiet Dominus animas sanctorum suorum, et de manu peccatoris liberabit eos.*

Qualis modus sit veræ erga Deum charitatis, declarat dicens: *Odite malum.* Fieri enim nequit ut simul et una diligatur et Dominus et malum. Quamobrem rectus ordo charitatis in Dominum, debet esse odium et detestatio cujuscumque mali, id est malitiæ cujusvis generis quas vocant nequitias. *Custodiet Dominus animas,* non omnium, sed *sanctorum suorum, et de manu peccatoris liberabit eos.* Quando enim: *Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus,* tunc *animas sanctorum custodiet Dominus,* ita ut nihil ab igne patiantur, neque comprehendantur in manibus peccatorum, idest in illorum operibus.

Ejusdem iterum. Vaticinium vergit ad annuntiandum finem justorum; ac pulchro procedit ordine, mœsta in antecessum præmittens, hilariora autem in fine sermonum reservans.

v. 10. Vatic. 11, 16. Cf. ps. xcvi. 3.

Psalmus XCVII.

v. 2. Ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ.

Κρίνας ὁ Κύριος δίκαιον εἶναι πάντας τοὺς ἀνθρώπους ἐξ ἴσου τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας καταξιῶσαι, τὸ σωτήριον αὐτοῦ ἐναντίον πάντων τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψεν· οὐ γὰρ ἄλλως δυνατὸν ἦν αὐτὸ θεάσασθαι, μὴ οὐχὶ τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου ἀποκαλυψάσης αὐτῷ. *Vatic.* 16.

Ps. xcvii, v. 2, 6. Vatic. 16. Quibuscum cf. quæ supra fusius in nostro Origene, p. 187, 188. Atque legesis ad v. 6. scholii fragmentum plane cum Eusebiano consentaneum in col. 1231 C, nec piget me mea emendare, quæ malim sic incipiant: Καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἴδειν... paulo post pergant, τοῦ Δαυὶδ omisso, ποιοῦμεν ἡμεῖς λογικὰς κιθάρας τὰ ἡμέτερα στόματα... πλῆκτρον δὲ... τῶν κρουσμάτων... pro μουσικὸς ἐπιστήμων, est alibi μουσικὸς μετ' ἐπιστήμης. Sed tædet toties notare eosdem esse et Origenis et Eusebii commentarios.

v. 6. Ἀλαλάξατε ἐνώπιον τοῦ βασιλέως Κυρίῳ.

Πρὸς τοῖς εἰρημένοις ὁ λόγος προστάττει ἀλαλάζειν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως Κυρίου, εἴ ἐστιν τις ἀνεκλάλητος, κατὰ μόνην διάνοιαν ἀναπεμπομένη τῷ Θεῷ δοξολογία, ἣν οὐκ ἔστι δυνατὸν λόγῳ ἑρμηνεῦσαι, καὶ ταύτῃ χρῆσθαι ὁ λόγος τοὺς δυναμένους προτρέπειν. *Vatic.* 16.

Psalmus XCVIII.

v. 1. Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοί.

Οὐ μόνον πρὸς τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας, καὶ οἰκείους αὐτοῦ γενομένους, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοὺς ὀργιζομένους ἐπὶ τῷ βασιλεύειν αὐτόν.

v. 9. Καὶ προσκυνεῖτε εἰς ὄρος ἅγιον αὐτοῦ.

Ὅπερ ὄρος ἡγίασται ὑπὸ τοῦ Κυρίου, τοῦ ἐν αὐτῷ κατοικοῦντος· εἶχεν δ' ἂν τοῦτο ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία, περὶ οὗ εἴρηται· Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίου. Καλεῖ τοιγαροῦν καὶ νῦν ἡμᾶς ὁ λόγος πηδᾶν ἐπὶ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν καὶ ἐπὶ τὸ ὄρος αὐτοῦ τὸ οὐράνιον.

Ps. xcviii, v. 1, 9 ex Vatic. 11. In fine cod. habet παδεῖν. Etiam rarum est παδάω pro πηδάω. Ultima allegoria ab Athanasio ad Euthymium Zigabenum traducta est.

Psalmus XCIX.

v. 1. Ψαλμὸς εἰς ἐξομολόγησιν.

Ἐπὶ τῇ κατὰ τῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων νίκῃ, οὓς τροπωσάμενος καὶ ἀπελάσας, ὑποχείριον πεποίηται πᾶσαν τὴν πάλαι ὑπ' αὐτῷ κρατουμένην γῆν. *Vatic.* 11.

v. 4, 5. Εἰσέλθατε... ὅτι χρηστὸς Κύριος.

Καὶ ἑξῆς δὲ εἴρηται· Εἰσέλθετε εἰς τὰς πύλας αὐτοῦ εἰς ἐξομολόγησιν. Καὶ πάλιν· Ἐξομολογεῖσθε αὐτῷ, αἰνεῖτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Πρότερον δὲ ἀρχόμενος ὁ λόγος ἥκειν καὶ σπεύδειν διὰ αὐτῶν χρηστοτέρων φωνῶν παρορμᾷ ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἄφιξιν, διό φησι· Πάντα ἐν ἀγαλλιάσει, μὴ γὰρ σκυθρωπὴν εἶναι, φησίν, ἡγεῖσθαι τὴν δουλείαν αὐτοῦ, μηδὲ λυπηρὰν καὶ ἐπίπονον, μεστὴ γάρ ἐστιν ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης· πρῶτόν γε μὴν ἀλαλάξατε τῷ Κυρίῳ ἐπὶ τῇ κατὰ τῶν ἐχθρῶν νίκῃ· ἐπὰν δὲ θεολογοῦντες τὸν Κύριον, ἀλαλάξατε αὐτῷ μακαριοποιὸν ἀλαλαγμὸν κατὰ τό· Μακάριος ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν. Τηνικαῦτα δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν εὐφροσύνῃ. *Vatic.* 16.

Psalmus C.

v. 3, 4. Οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκομβή. Ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ, οὐκ ἐγίνωσκον. *Vatic.* 688, 1.

v. 3, 4. *Non adhæsit mihi cor pravum: declinantem a me malignum non cognoscebam.*

Οὕτω δὲ ἐμαυτὸν ἐφύλλαττον τοῦ παραβαίνειν τι τῶν σῶν ἐντολῶν, ὥστε καὶ οὓς

Ita vero memet custodiebam, ne quidquam tuorum præceptorum transige-

Ps. c, v. 3, 4. Vatic. 16 in quo nostris edita apud Montefalconium pone succedunt. Cf. Cyrillus apud Corderium in scholiis ad v. 8.

v. 8. Ex eod. Vatic. cf. 1 Cor. xv, 33. Gal. v, 9. 1 Cor v. 13. Ac notetur insignis pagina de prisca pœnitentiæ disciplina, de matutinis precicibus, ac de vigili cura episcopi, qualem se fuisse profitetur Cæsariensis.

ἑώρων ποιοῦντας παραβάσεις, ἐμίσουν, ἐκτρεπόμενος ὡς ἀσεβεῖς· εἰδὼς δὲ ὅτι φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί, οὐ συνδιετιθέμην τοῖς πονηροῖς.

rem, adeo ut etiam quos vidi ea transgressos, illos odio haberem, uti impios repellens; gnarus corrumpi mores bonos pravis colloquiis, cum malis societatem non inibam.

v. 8. Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀδικίαν.

v. 8. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.*

Πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτό μοι εἰπεῖν, διέζετο, τὸ ἅμα τῇ ἕῳ σχολάζειν ἐν τῇ πόλει τοῦ Κυρίου, τουτέστιν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ, καὶ τῷ θεοσεβεῖ πολιτεύματι. Διακρίνονται τοὺς πειρωμένους ἀνίπτοις ποσὶ εἰσιέναι εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ· διόπερ σχολάζων τῇ τοιαύτῃ πράξει, κατὰ τοὺς ἑωθινοὺς καιρούς, καὶ τὰς ἀπαρχάς γε τῆς ἐμαυτοῦ ζωῆς καὶ τῶν δι' ἡμέρας πραγμάτων τῷ Θεῷ ἀνατιθείς, προσεῖχον μήτις ἀνάξιος εἰσίῃ εἰς τὴν πόλιν τοῦ Κυρίου· διακρίνων δ' οὖν καὶ τοὺς βίους ἐξετάζων τῶν παραβαλλόντων εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, τοὺς μὲν ἀξίους τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς πόλεως αὐτοῦ εἰσεδεχόμην· τοὺς δὲ ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς ἀπέκτεινον, τουτέστιν ἀπεδοκίμαζον καὶ ἀπέβαλλον τῆς μερίδος τοῦ Θεοῦ, ὅπερ ἦν αὐτοῖς παντὸς θανάτου χεῖρον. Τοῦτο δ' ἔπραττον ὑπὲρ τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν· ᾔδην γὰρ ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, καὶ ὅτι καλῶς εἴρηται· Ἐξαίρετε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.

Præter superiora verba, et hoc dicere gestiebam, statim me ab aurora vacare in civitate Domini, nimirum in ejus ecclesia et in religioso conventu. Censura abiguntur qui illotis pedibus tentant in domum Dei ingredi. Ideo tenax hujus consuetudinis, circa horas matutinas, etiam vitæ meæ primitias et prima per diem opera Deo quum dedicarem, attendebam ne ullus indignus intraret in civitatem Dei; dijudicans porro et scrutans vitam eorum qui se in domum Dei ferebant, alios quidem, Deo et urbe ejus dignos, recipiebam; alios vero *peccatores terræ interficiebam,* id est mactabam censuris, et participes Dei esse interdicebam: quod ipsis erat obitu pejus. Hoc vero egi, ut a civitate Dei *disperderem omnes operantes iniquitatem.* Noveram enim quod « tenue fermentum totam massam corrumpit », et quod recte dictum est: « Auferte malum de medio vestrum. »

Psalmus CI.

v. 15. Ὅτι εὐδόκησαν οἱ δοῦλοί σου τοὺς λίθους αὐτῆς, καὶ τὸν χοῦν αὐτῆς οἰκτειρήσουσι. *Vatic.* 688, 2.

v. 15. *Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, et pulveris ejus miserebuntur.*

Λίθοι ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ τῆς γῆς, εἴρηταί που ἐν προφητείαις. Ἀλλὰ καὶ ὁ Πέτρος· Ὑμεῖς δὲ πάντες λίθοι ζῶντες, φησίν, οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικός, εἰς ἱεράτευμα ἅγιον. Τοῦτον δὲ καλεῖ τὸν τρόπον τοὺς εἰς

« Lapides sacri volvuntur super terram, » alicubi dictum est in oraculis. Sed et Petrus ait: « Vos autem omnes lapides vivi, ædificamini, domus spiritualis, in sacerdotium sacrum. » Quo qui-

Ps. CI, v. 15. Vatic. 16. Cf. I. Petr. II, 5 et fort. Thren. IV. 1.

τὴν οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ παραλαμβανομένους· διὰ γὰρ τῆς συμφυΐας καὶ ἁρμονίας τῆς πρὸς ἀλλήλους, διά τε τοῦ τὰ αὐτὰ φρονεῖν καὶ τὰ αὐτὰ λέγειν, τῷ τε αὐτῷ νοΐ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ στοιχεῖν, ἕνα οἶκον ἀπεργάζονται τῷ Θεῷ. Τούτους δὴ οὖν τοὺς λίθους ηὐδόκησαν οἱ δοῦλοί σου, δηλαδὴ οἱ προφῆται· οἱ δὲ γὰρ θείῳ Πνεύματι προορῶντες τῆς μελλούσης οἰκοδομεῖσθαι, καὶ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης νέας Σιών, τοὺς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν συναχθησομένους εἰς τὴν οἰκοδομὴν λίθους ηὐδόκησαν ἀρεσθέντες αὐτοῖς.

Ἀλλὰ καὶ τὸν χοῦν αὐτῆς οἰκτείρησαν, ὅτι μηδὲ οὗτος ἀπόβλητος ἦν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς οἴκτου καὶ ἐλέου ἄξιος· εἴποις δ' ἂν χοῦν εἶναι τῆς νενοημένης ἡμῖν Σιών, ἤτοι τοὺς χοϊκώτερον μὲν βιοῦντας, τοῖς δὲ λίθοις τῆς οἰκοδομῆς συναριθμημένους· διὸ οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τούτους μὲν οἰκτειρήσειν προφητεύονται, τοὺς δὲ λίθους τῆς νέας οἰκοδομῆς εὐδοκήσειν.

v. 16. Καὶ φοβηθήσονται τὰ ἔθνη τὸ ὄνομά σου, Κύριε, καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τὴν δόξαν σου.

Λευκότερα ἤδη τὰ τῆς θεωρίας συνίστησιν ὁ λόγος· οὐδαμῶς μὲν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους μνημονεύσας, οὐδὲ τοῦ Ἰσραήλ, ἀντικρὺς δὲ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν προαγορεύσας· εἰ γὰρ ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου, τοῦτον δὲ τὸν φόβον ἀναλήψεσθαι ποτὲ τὰ ἔθνη φησί, τί ἕτερον ἢ θεοσεβέσειν τὰ ἔθνη θεσπίζει; ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσί φησι βασιλέας ὄψεσθαι ποτὲ τὴν δόξαν Κυρίου· ὃ καὶ αὐτὸ ἀληθὲς τυγχάνει. Δύνανται δὲ οἱ βασιλεῖς, αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς νοεῖσθαι, καὶ σαφέστερον πῶς πᾶσαι αἱ βασιλεῖαι, αἱ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης, ἴδον τὴν δόξαν Κυρίου, ταῖς ἁπανταχοῦ γῆς ἱδρυθείσαις ἐκκλησίαις αὐτοῦ θεωρουμένην.

dem nomine vocat eos qui in ædificationem Ecclesiæ Dei assumuntur. Etenim favente communi origine et armonia reciproca, tum quia eadem sentiunt et eadem dicunt, tum quia eodem constant animo eademque sententia, condere moliuntur domum unam Deo dicatam. Sane hujusmodi *lapides servis tuis placuerunt*, nimirum prophetis. Illi namque in divino afflatu prospicientes novam Sion futuram et ædificandam per universum orbem, eos nempe lapides ex omnibus gentibus congregandos in ædificationem, in illis contentissimi, sibi placuerunt.

Sed *et pulveris ejus miserti sunt*, ut qui minime abjectus pulvis erat, sed et ipse venia et misericordia dignus. Tu forte dixeris pulverem in renovata nobis Sion, esse illos crassiore ritu viventes, qui tamen inter lapides ædificationis connumerantur. Ideo prædicitur fore ut servi Dei tum pulveris illius misereantur, tum sibi in lapidibus novæ fabricæ complaceant.

v. 16. *Et timebunt gentes nomen tuum, Domine, et omnes reges terræ gloriam tuam.*

Jam luculentiora theoriæ arcana statuit hoc eloquium, dum minime recolens Judæorum gentem aut Israel, e contra gentium vocationem vaticinatur: quippe cum timor Domini initium sit sapientiæ, si hunc vero timorem ait esse a gentibus suscipiendum, quid aliud prædicit, nisi a gentibus Deum esse colendum? Immo ait omnes populorum reges, comtemplaturos esse gloriam Domini, id ipsum quod re vera existit. In regibus autem possunt intelligi regna terræ, atque evidentius omnia regna, in toto orbe nostro sparsa, Domini viderunt gloriam, in ecclesiis undequaque per terram constitutis ostensam.

v. 16. Ibid. Adverte notam temporis ad Eusebii ævum manifeste referendam, et apud eumdem in hisce psalmis de pace Ecclesiæ frequentem.

v. 19, 20. Γραφήτω αὕτη εἰς γενεὰν ἑτέραν, καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν Κύριον, ὅτι ἐξέκυψεν ἐξ ὕψους ἁγίου αὐτοῦ.

Αὕτη, φησὶν, ἡ διὰ τοῦ ψαλμοῦ ὥσπερ ἐν στήλῃ τυπωθεῖσα προσευχὴ καὶ ἡ προφητεία, ἥτε ἐπαγγελία περὶ τῶν ἐθνῶν, νῦν μὲν λέγεται τῇ παρούσῃ γενεᾷ, καὶ εἰς ἐξάκουστον τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους ᾄδεται· ὁμῶς δ' οὖν γραφῇ παραδοθήτω εἰς τὸ φυλάττεσθαι τὰ θεσπιθέντα τῇ ἑτέρᾳ γενεᾷ. Διαῤῥήδην δὲ καὶ ἐν τούτοις τοὺς καθ' ἡμᾶς σημαίνει χρόνους. Ἐπιλέγει γοῦν· Καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν Κύριον, ὃ καὶ αὐτὸ θαυμαστῶς προαναπεφανημένον, τέλους ἠξίωται μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνειαν, διὰ τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ καὶ τῆς νῦν πολιτευομένης γενεᾶς. Συγκαταβαίνων γὰρ ἡμῖν ἐν τῷ δούλου μορφὴν εἰληφέναι, καὶ μέχρι θανάτου ἔφθασεν· ἐξέκυψεν γὰρ ἐξ ὕψους ἁγίου αὐτοῦ, οὐδὲ τοῦ ἅγιος, οὐδὲ τοῦ ὑψηλὸς εἶναι παυσάμενος.

v. 19, 20. *Scribatur illa in generatione altera, et populus qui creabitur, laudabit Dominum, quia prospexit de excelso sancto suo.*

Illa, inquit, sculpta quasi in columna, hujus psalmi oratio ac prophetia, sive promissio de gentibus, nunc quidem dicitur viventi generationi, et canitur ut a Judæorum gente audiatur. Verumtamen scripturæ mandetur, ut ea quæ vaticinio prædicta sunt, futuræ posteritati reserventur. Diserte autem in his etiam nostra tempora significat. Addit igitur: *Et populus qui creabitur, laudabit Dominum,* id quoque ipsum, haud sine stupore, in antecessum proclamatum, finem assequi obtinuit, post Salvatoris nostri epiphaniam, in populo ex gentibus acquisito et in generatione quæ ita nunc vivit. Delapsus enim ad nos ut formam servi acciperet, etiam processit usque ad mortem: *prospexit enim de excelso sancto suo,* quin tamen neque esse sanctus, neque altus desineret.

v. 19, 20. Ibid. Initium apud Corderium Apolinarii nomine præfigitur.

Psalmus CII.

v. 17. Ὁ δὲ ἔλεος τοῦ Κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν υἱῶν. *Vatic.* 689, 2.

Τοῦτο γοῦν ὁ λόγος διὰ Μωϋσέως εἰπών· Μὴ εἴπῃς διὰ τὰς δικαιοσύνας μου ἐξελέξατό με Κύριος, (σὺ γὰρ εἶ λαὸς σκληροτράχηλος) ἀλλὰ διὰ τὸ ἀγαπᾶν τοὺς πατέρας σου. Νοήσεις δὲ καὶ ἄλλως υἱοὺς τῶν δικαίων ἀνδρῶν, τούτων ἔργων αὐτῶν ζηλωτάς.

v. 17. *Misericordia autem Domini a sæculo usque in sæculum super timentes eum, et justitia illius in filios filiorum.*

Id ipsum est quod per Moysem dictum est: « Ne dicas: Propter justitias meas elegit me Dominus, tu enim es populus duræ cervicis, sed quia dilexit patres tuos. » Noveris etiam in alio sensu filios justorum hominum eos esse, qui opera illorum imitantur.

Ps. CII, v. 17. Vatic. 16. cf. Deuter. IX, 4-6. Multo plura præmittuntur, quæ omitti oportuit, ut quæ partim occurrunt in edd. et integra Didymo apud Corderium et Maium dantur.

v. 21, 22. Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ... Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ.

Πολλῶν ὄντων ταγμάτων ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὧν ἐκ μέρους τινὰ καταλέγει ὁ ἀπόστολος φάσκων· Ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Καὶ πάλιν· Εἴτε ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, ἓν τάγμα τούτων τὸ ἀγγελικὸν καταδέξασθαι τῷ ψαλμῷ ὁ λόγος ἑξῆς ὁμοῦ τῶν λοιπῶν ἁπάντων μίαν συνάφειαν ποιεῖται, ὡς ἂν μὴ ἀναγκάζοιτο λέγειν· Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, θρόνοι αὐτοῦ καὶ ἐξουσίαι αὐτοῦ, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαύτης ἠξιῶται τιμῆς. Δύο συλλήβδην ὁμοῦ πάσας τὰς δυνάμεις ἐπὶ τὴν εὐλογίαν ποιεῖ.

v. 21, 22. *Benedicite Dominum, omnes angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius.... Benedicite Dominum, omnes virtutes ejus.*

Cum multi sint in cœlestibus ordines, quorum partem apostolus recenset, dicens: « Supra omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem et super omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed in futuro; ». Et iterum: « Sive visibilia, sive invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates; » horum unum ordinem angelicum declarat psalmi series; cætera porro omnia constituit in uno agmine, ne forte dicere deberet: Benedicite Dominum, throni ejus, et potestates ejus, et quotquot alii qui hac dignitate honestantur. Duobus nominibus conglobatim una convocat omnes virtutes ad benedicendum.

v. 21, 22. Vatic. 11. cf. Ephes. 1, 21. Coloss. 1, 16. Leviter attigit eadem Theodoretus.

Psalmus CIII.

v. 16. Χορτασθήσεται τὰ ξύλα τοῦ πεδίου. *Vatic.* 691, 1.

Εὐσεβίου κατὰ ἀναγωγήν. Αὐτὸς γὰρ εἶπεν· Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν κ. τ. ἑ. Ἐκ τῶν Ἰησοῦ κατὰ τὴν ἐπιδημίαν ἔργων, πολὺν καρπὸν ἐχόντων, ἅπασα ἡ γῆ χορτάζεται, μεταλαμβάνουσα τῶν οὕτω παραδόξως ὑπὸ Ἰησοῦ γεγενημένων· οὗτος γὰρ καρπὸς τῶν ἔργων αὐτοῦ τυγχάνει. Καὶ ὁ λόγος δὲ, ὁ περὶ τῶν ἔργων τῆς δημιουργίας καὶ προνοίας αὐτοῦ νοηθεὶς, οἷα καρπὸς ἔργων Θεοῦ

v. 16. *Saturabuntur ligna campi.*

Eusebii *allegoria.* Ipse enim Deus dixit: « Germinet terra herbam feni et lignum fructiferum, faciens fructum etc. » Ex operibus Jesu in transitu suo peractis, quæ multo fructu abundant, omnis terra saturatur, particeps facta tot prodigiorum quæ Jesus operatus est. Hisce enim est fructus operum ejus. Ac sermo de operibus creationis et providentiæ ejus, si compertum est quantus sit fruc-

Ps. CIII, v. 16. Vatic. 1. Respectu ad v. 18, Eusebio Vatic. 16 eadem fere tribuit quæ supra p. 204, 205 ex duobus Vatic. 4, 14 Origeni dedimus. Sed varietates notare juvat, unde liqueat discipulum vix a Magistro recedere, neque tantum occurrere ludum amanuensium. In Vatic. 16 legitur: Εἴ τις ἔροιτο· Ὄρη τίνος ἕνεκα ὑπέστη; πετρῶν δὲ τίς ἦν χρεία; μανθ... μὴ ἔχουσα ἐν αὐτῇ πέτρας μήδε ὄρη,... ἀσθενεστέροις ἐπιόντων, ἀκόπως τε ἀναιρούντων... σύστασις καὶ μάλιστα τῶν ὑψηλοτάτων, ἐλάφοις καὶ τοῖς ὅσα ἕτερα τοιαῦτα, καταφυγὴ γέγονε, τῷ μηκέτι τὰ πολλὰ τῶν ἀντιθάσσων καὶ σαρκοβόρων θηρίων ὁμοίως τοῖς ἐλάφοις ἐλαύνειν τὸν δρόμον διὰ τῶν ὀρῶν δύνασθαι κτλ.

τυγχάνων, χορτάσει τὴν γῆν, φημὶ δὴ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς διατρίβοντας ἀνθρώπους.

v. 20, 21. Ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ. Ἔθου σκότος, καὶ ἐγένετο νύξ, ἐν αὐτῇ διελεύσεται πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ. Σκυμνοὶ ὠρυόμενοι ἁρπάσαι καὶ ζητῆσαι παρὰ τοῦ Θεοῦ βρῶσιν αὐτοῖς.

Ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ,... ὅπως νυκτὸς γενομένης, καὶ ἐπιπολάσαντος τοῦ σκότους τῇ γῇ, ὑποσταλῆναι μὲν καὶ ἀναχωρῆσαι τὰ ἥμερα τῶν ζώων, ὅσα δέ ἐστιν ἄγρια θηρία, ταῦτα προσέλθοι ἐπὶ τὴν οἰκείαν τροφήν· ἐν οἰκείῳ γὰρ ἁρμόζοντι αὐτοῖς χρόνῳ, τῷ τῆς νυκτὸς διαστήματι· διὸ ἵνα μὴ παρενοχλῇ τοῖς ἡμεροτάτοις, μεθόριον αὐτοῖς πήξας, ὁ δημιουργὸς τοῦ σκότους καὶ τῆς νυκτὸς ἀπένειμε τοὺς καιρούς, καθ' οὓς προϊόντες τῶν οἰκείων καταδύσεων ἔνθα δι' ἡμέρας φωλεύοντα κρυπτάζεται, διέρχηται ὠρυόμενα καὶ ζητοῦντα παρὰ τοῦ Θεοῦ βρῶσιν· ὅτι μὴ καὶ αὐτοῖς ἐξανέτειλεν ἡ γῆ χόρτον, ὥσπερ τοῖς κτήνεσι καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων· Θεοῦ δὲ ἦν ἄρα καὶ τοῦτο προνοίας, τὸ μὴ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ταῦτα προιέναι· οὐκ ἂν ὑπέστη τὸ ἥμερον γένος, οὐδ' ἂν τοσοῦτον ἄνθρωπος διήρκεσεν πρὸς ἀμύναν τῶν λυμαντικῶν θηρίων. Εἰ μὴ ὁ τῶν ἁπάντων κηδεμὼν... *Vid. edd.*

tus operum Dei, saturabit terram, dico autem homines terram incolentes.

v. 20, 21. *Sol cognovit occasum suum. Posuisti tenebras, et facta est nox; in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ. Catuli leonum rugientes ut rapiant et quærant a Deo escam sibi.*

Sol cognovit occasum suum ... ut adveniente nocte, ac tenebris super terram ingruentibus, mitiora animalia receptum habeant et secedant; feræ autem quælibet ad proprium quærendum cibum exeant, in proprio scilicet et congruente sibi tempore, in noctis intervallo. Unde mansuetioribus ne molestia creetur, ipsis stabilitur intervallum, noctis et tenebrarum tempora, in quibus sese ad propria cubilia recipiant, dum cæteræ belluæ per diem cavernas petentes, occultantur; exeunt, rugientes et quærentes a Deo escam suam, quia nempe terra non ipsis, perinde atque jumentis, fenum produxit et herbam servituti hominum. Et hæc Dei est providentia, ut propter hoc per diem non exeant, neque supprimatur cicurum genus animalium, neque tantopere homines haberent præcavendum a perniciosis feris.

v. 20, 21. Ex Vatic. 16, quæ cf. cum edd. col. 1281. Semel et iterum integram periodum editorum in seriem nostram, ne claudicaret, inserere oportuit.

Psalmus CIV.

Pauca ab initio in codd. nostris nova sunt, sed non paucæ varietates, quas subinde colligere operæ pretium videtur, quum potius ex ampliori commentario deriventur, quam ex compendiorum licentia.

v. 1. Edd. col. 1296 B. Ἀλληλούϊα. Τῶν ἐπιγεγραμμένων ἀλληλούϊα πρῶτος ὁ παρὼν τυγχάνει ψαλμός. Οἶμαι δὲ ταύτην ἔχειν τὴν ἐπιγραφὴν διὰ τὸ ξένου τυγχάνειν χαρακτῆρος παρὰ τοὺς ψαλμοὺς καὶ τὰ περὶ τὴν ᾠδήν· δι' ὅλου γάρ μοι δοκοῦσιν οὗτοι αἴνους καὶ ὕμνους περιέχειν εἰς τὸν Θεὸν καὶ εἰκότως... Ἑρμηνεύεται γὰρ ἀλληλούϊα, αἰνεῖτε τὸν Κύριον. *Col.* 1297 *C.* Οὔτε διὰ ψαλτηρίου κρουσθέντες, οὔτε δι' ᾠδῆς λεχθέντες, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο αἶνοι καὶ ὕμνοι τυγχάνοντες, καὶ τὰς τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίας [παρὰ] τοὺς ἀνθρώπους περιέχοντες. Ὁ μετὰ χεῖρας... *Edd. ib. Vatic.* 11, 16.

Col. 1297 *D.* Βούλεται... ἐκπεπτώκασι. Καὶ μετ' ὀλίγα· [κελεύει δὲ] καὶ ἑρμηνέας γενέσθαι καὶ σαφηνιστάς...

Col. 1300 *C.* Πλεῖστα δὲ τ. μ. τούτων·

τοίνυν πρῶτον ἐξομολογῆσαι τῷ Κυρίῳ ἐν καθαρᾷ συνειδήσει τῶν προτέρων ἁμαρτιῶν ποιουμένους ὁμολογίας, διὰ γνησίας καὶ εἰλικρινοῦς μετανοίας, καὶ καρπῶν πρεπόντων τῇ ἐξομολογήσει κατὰ τό· Ποιήσατε καρπούς ἀξίους τῆς μετανοίας, ἔπειτα... *Vatic. iidem. — Sequentes psalmi versus consentiunt et conferuntur cum Vat. B fol.* 692, 693.

v. 12. Ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἀριθμῷ βραχεῖς, ὀλιγοστοὺς καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ, καὶ διῆλθον ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος, καὶ ἐκ βασιλείας εἰς λαὸν ἕτερον, οὐκ ἀφῆκεν ἄνθρωπον ἀδικῆσαι αὐτούς, καὶ ἤλεγξεν ὑπὲρ αὐτῶν βασιλεῖς· Μὴ ἅψησθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε.

v. 12. *Cum essent numero brevi, paucissimi et incolæ in hac terra, et pertransierunt de gente in gentem et de regno ad populum alterum, non permisit hominem nocere eis, et corripuit pro eis reges: nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari.*

Οἱ προπάτορες τοίνυν αὐτῶν, οἱ περὶ τὸν Ἀβραάμ, ὀλιγοστοὶ καὶ πάροικοι ὄντες ἐν τῇ γῇ, τοσαύτης, φησίν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἠξιώθησαν φροντίδος, ὡς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος μεταβάντες, καὶ ἐκ βασιλείας εἰς λαὸν ἕτερον, ὑπὸ μηδενὸς ἑτέρου ἀνθρώπων ἀδικηθῆναι, καίπερ ἀμιξίας πολλῆς οὔσης τῶν τότε ἐθνῶν, τοποκρατόρων τε ἀπηνῶν ὄντων, καὶ μεστῶν πάσης ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας. Ἀπὸ μὲν οὖν τῶν Χαλδαίων μετῆλθεν Ἀβραὰμ εἰς τὴν τῶν Χαναναίων, μεταναστὴς γενόμενος. Καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς Παλαιστηνῶν εἰς Αἴγυπτον κατελθών, ὅτε καὶ ἡ Σάῤῥα ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων λαμβάνεται. Καὶ πάλιν ἀπὸ Αἰγύπτου ἐπανελθών, καὶ παροικήσας εἰς τὴν Γερατικήν, ἔνθα καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰσαὰκ μετ' αὐτὸν ᾤκησε. Ἀλλὰ καὶ Ἰακὼβ μεταναστὰς ἀπὸ τῆς Παλαιστήνης κάτεισιν εἰς Αἴγυπτον. Πλὴν ἐν τοσαύτῃ ξενιτείᾳ πλανηθέντας αὐτοὺς ὁ τῶν οἰκείων θεραπόντων ὑπέρμαχος Θεὸς οὐκ ἀφῆκεν ἀδικηθῆναι πρός τινος, καίτοι πολλῶν βουληθέντων ἀδικῆσαι αὐτούς. Διαγράφει δ' οὖν ὁ Μωϋσῆς τὰς κατ' αὐτῶν ἐπιβουλάς, καὶ ὡς οὐκ ἀφῆκεν ὁ Θεὸς ἄνθρωπον ἀδικῆσαι αὐτούς· ἀλλὰ καὶ ἤλεγξεν ὑπὲρ αὐτῶν βασιλεῖς· ἤτασε γοῦν ὁ Θεὸς τὸν Φαραὼ ἐτασμοῖς μεγάλοις διὰ Σάῤῥαν τὴν τοῦ Ἀβραάμ. Καὶ ἐν τῷ Ἀβιμέλεχ ἐπιστὰς νυκτὸς εἶπεν· Ἀπόδος τὴν γυναῖκα

Sane majores eorum, inde ab Abraham, cum paucissimi et incolæ essent in terra, tantam, ait, a Deo curam meruerunt, ut de gente in gentem migrantes, et de regno in alienum populum, a nemine hominum detrimenta caperent, quamvis non multa foret gentium discordia, nec nisi truculenti essent locorum tyranni, immanitate tota et inclementia feroces. Etenim a Chaldæis Abraham transiit ad Chananæos, vago incolatu; et rursus a Palæstina descendit in Ægyptum, quando etiam Sara ab Ægyptiorum rege capitur. Et iterum ab Ægypto redux, in Geraram divertit, ubi post eum filius ejus Isaac habitavit. Sed Jacob quoque peregrinus, ex Palæstina descendit in Ægyptum. Verumtamen inter tot itinera palabundos, non permisit Deus, servorum suorum defensor, eos a quocumque pati molestias, quamvis multi vellent eos vexare. Enarrat ergo Moyses insidias adversus eos paratas, et quomodo Deus prohibuerit ne quis eis noceret; sed propter illos corripuit reges: unde Deus verberavit Pharaonem gravibus suppliciis propter Saram uxorem Abrahæ. Et erga Abimelech, stans in nocte, ait «Redde mulierem viro,» et subdidit: «quia propheta est, et orabit pro te.» Quibus

Ps. CIV, v. 12. Vatic. 16. Eadem legebant, plus minus suffurati, Heracleota, Theodoretus, anonymus Corderii, etiam Zigabenus. cf. Gen. XX. 7. sqq.

τῷ ἀνθρώπῳ· καὶ ἐπιτάγει, ὅτι προφήτης ἐστιν καὶ εὔξεται περί σου. Ὧ καὶ μετὰ χεῖρας λόγιον συμφωνεῖ, φάσκον εἰρηκέναι τὸν Θεὸν τοῖς τότε ἐπιβουλεύσασιν αὐτοῖς· Μὴ ἅψησθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. Ἔνθα γενόμενος, σημειώσει τίνα τρόπον ὁ λόγος χριστοὺς αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς περὶ τὸν Ἀβραὰμ καλεῖ, καίτοι αἰσθητῷ ἐλαίῳ μηδαμοῦ κεχρισμένους, μηδὲ κατὰ τὸν Μωϋσέα νόμον ὁμοίως τῷ Ἀαρὼν χριστοὺς γενομένους. Πόθεν οὖν ἄλλοθεν γεγόνασιν χριστοί, ἢ ἀπὸ τῆς μετοχῆς τοῦ φανέντος αὐτοῖς Θεοῦ Λόγου, ὅντινα εἶναι τὸν μονογενῆ Υἱὸν πεπιστεύκαμεν;

v. 23. Καὶ εἰσῆλθεν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον, καὶ Ἰακὼβ παρῴκησεν ἐν γῇ Χάμ.

Υἱοὶ Νῶε, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ· τοῦ δὲ Χὰμ, Χαναὰν, Χαναὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Μιστραῒμ, ὃς ἑρμηνεύεται Αἴγυπτος, ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα κέκληται. Ὅτε τοίνυν εἰσῆλθεν Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον, καλῶς εἴρηται· παρῳκηκέναι ἐν γῇ Χάμ. Εἰκὸς γὰρ Χὰμ πάππον ὄντα τοῦ Μιστραῒμ ἐν Αἰγύπτῳ κατῳκηκέναι, τοῦ Χαναὰν ἐπὶ τῆς νῦν καλουμένης Παλαιστηνῶν οἰκήσαντος· ἐντεῦθεν τοίνυν μεταβὰς ἀπὸ τῆς τοῦ Χαναὰν γῆς, εἰσῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ κατῴκησεν ἐν τῇ Χάμ. Τίς δὲ κτλ. *Edd. col.* 1308 *C.*

v. 26, 27. Ἐξαπέστειλε Μωϋσῆν τὸν δοῦλον αὐτοῦ, καὶ Ἀαρὼν ὃν ἐλέξατο αὐτὸν, ἔθετο ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους τῶν σημείων αὐτοῦ καὶ τῶν τεράτων ἐν γῇ Χάμ.

Ἐπιτεμνόμενος τὴν ἱστορίαν, τὰ μὲν μεταξὺ παραλιμπάνει, τὰ δὲ καίρια τῶν διηγημάτων τίθησι· πάντα γὰρ τὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἰς αὐτοὺς εὐεργετήματα διαγράφει, καί φησιν ὡς μετὰ τὸ αὐτάρκως αὐτοὺς κακωθῆναι ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων, τῷ ἀξίους τούτων γενέσθαι, οὐκ εἰς μακρὰν αὐτοὺς καταλείπει·

verbis consonat præsens in manibus oraculum, monens Deum dixisse his qui tunc insidias nectebant in eos: *Nolite tangere christos meos, neque in prophetis meis estote maligni.* Huc ubi pervenit, significavit Scriptura curnam christos eos vocet, qui ad Abraham pertinent, quamvis sensibili oleo nullatenus uncti fuerint, neque juxta mosaïcam legem veluti Aaron christi sint. Undenam vero alio ritu christi facti sunt, nisi communione Verbi Dei, qui ipsis apparuit, quem unigenitum esse Filium crediderunt?

v. 23. *Et Israel intravit in Ægyptum, et Jacob habitavit in terra Cham.*

Filii Noe sunt Sem, Cham et Japhet; Chami autem filius Chanaan; et Chanaan genuit Misraïm, qui interpretatur Ægyptus, ex quo etiam nomen regio accepit. Quando ergo Jacob introivit in Ægyptum, recte dictum est eum habitasse in terra Cham. Vero enim simile est, cum sit avus Misraïm, Cham habitavisse in Ægypto, dum Chanaan domicilium habuit in regione nunc dicta Palæstina. Inde porro transiens a terra Chanaan, intravit in Ægyptum et habitavit in terra Cham.

v. 26, 27. *Misit Moysen servum suum et Aaron quem elegit sibi. Posuit in eis verba signorum suorum et prodigiorum suorum in terra Cham.*

Ps. CXI, v. 2. Vatic. 5, 16. In quibus præmittitur et Eusebio vindicatur haud ignobilis tractus de spirituali semine justorum: sed omnia bis edita sunt apud Maium et apud Corderium, sub falsa, nisi fallor, Didymi epigraphe. Pauca tantum ab utroque omissa, excepimus.

v. 6-8. Vatic. 16. Ps. XXXIX, 3 Matth. VII, 23, 24. Field II, 268 locum Symmachi ignorat. Rom. VIII. 34. Pro τετελειωμένος f. leg. uti paulo post τεθεμελιωμένος.

ἑτοίμη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἐστήρικται ἡ καρδία αὐτοῦ, οὐ μὴ φοβηθῇ, ἕως οὗ ἐπίδῃ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.

Ὁ τοιοῦτος, φησί, καὶ τοιαῦτα πράττων, οὔποτε πεσεῖται, οὐδὲ σαλευθήσεται τῆς ἐπὶ τὴν πέτραν στάσεως, λέξων καὶ αὐτός· Ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου. Κἂν γὰρ πνεύσωσιν ἐν καιροῖς πειρασμῶν καὶ διωγμῶν κατ' αὐτὸν οἱ ἄνεμοι, κἂν οἱ ποταμοὶ προσρήξωσιν, κἂν λαῦρος ὑετὸς κατέλθοι, οὐ σαλευθήσεται, ἑστηκὼς καὶ τετελειωμένος ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ ἅτε τοιοῦτος ὤν, εἰς μνημόσυνον αἰώνιον ἔσται δίκαιος. Ὁ δὲ Σύμμαχος· Εἰς μνήμην τὴν αἰωνίαν ἔσται δίκαιος. Καὶ πάλιν, ἅτε μὴ σαλευόμενος, ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς οὐ φοβηθήσεται· οὔτε γὰρ ἀπειλὰς ἀρχόντων πτήξει, οὔτε τῶν θορυβεῖν καὶ ταράττειν αὐτὸν πειρωμένων ἐν καιροῖς περιστατικοῖς. Καὶ ἄλλως δὲ οὐδὲ ἐκ λόγων ψευδῶν ἐπαγγελλομένων μὲν ἀλήθειαν, ἐπαιρομένων δὲ κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, πείσεταί τι δεινόν, ἅτε δὴ τεθεμελιωμένος ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ μηδενὸς αὐτὸν χωρίζοντος ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τὴν δὲ αἰτίαν τοῦ μὴ φοβεῖσθαι αὐτὸν τὴν πονηρὰν ἀκοήν, παράχρημα ἐπήγαγεν, εἰπών· Ἑτοίμη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐλπίσαι ἐπὶ Κύριον, ἐστήρικται ἡ καρδία αὐτοῦ, οὐ μὴ φοβηθῇ ἕως οὗ ἐπίδῃ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.

ejus sperare in Domino. Confirmatum est cor ejus; non timebit, donec videat super inimicos suos.

Vir hujusmodi, ait, ac talia faciens, nunquam cadet, neque commovebitur a firmo super petram pede, dicturus et ipse: « Statuit super petram pedes meos. » Etenim licet spirent venti adversus eum in tempore tentationum et persecutionum, licet flumina irruant, licet vehemens imber descendat, *non commovebitur*, ubi super petram steterit perfecte fundatus; et talis quum sit vir, *in memoriali æterno erit justus.* Symmachus vero : *in memoria immortali erit justus.* Et iterum, eo ipso quod non commotus est, *ab auditione mala non timebit.* Neque enim minas principum formidabit, neque eos qui in angustis temporibus conturbare et concutere eum conantur. Cæterum neque a verbis mendacibus, quæ veritatem quidem venditant, sed attolluntur adversus scientiam Dei, quidquam sinistræ suadelæ percipiet, quum fundatus sit super petram, et quum nemo eum separaturus sit a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu. Causam vero cur non metuat ab auditione mala, statim subjungit dicens: *Paratum cor ejus sperare in Domino, confirmatum est cor ejus: non timebit, donec despiciat super inimicos suos.*

v. 10. Ἁμαρτωλὸς ὄψεται, καὶ ὀργισθήσεται, τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύξει, καὶ ταχήσεται, ἐπιθυμία ἁμαρτωλοῦ ἀπολεῖται.

v. 10. *Peccator videbit, et irascetur, dentibus suis frendet, et tabescet, desiderium peccatoris peribit.*

Παράνομος ὄψεται καὶ ὀργισθήσεται, τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ πρίων ταχήσεται, ὡς τοῦ παρανόμου εἰληφότος μὲν νόμον, παραβεβηκότος δὲ αὐτόν· τοιοῦτος δὲ πᾶς ὁ ἐκ περιτομῆς, ὃς ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύχει· ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἐθνῶν ἄπιστοι ταὐτὸ πάσχουσιν ἐπὶ τῇ προκοπῇ τῶν ἐξ αὐτῶν μεταβεβηκότων ἐπὶ τὴν κατὰ Θεὸν πολιτείαν. Πλὴν ἀμφότερα τὰ

Legis adversarius *videbit et irascetur*, dentes suos secans, *tabescet*, ut qui legis violator, legem quam suscepit, postmodum transgressus fuerit. Homo iste est quicumque circumcisus, qui super salute nostra dentibus frendit; tum etiam increduli gentium idem patiuntur, si ex illis sunt qui progredientes transeunt in divinum vitæ genus. Interim ambo ag-

v. 10. Ibid. Is. xi, 6.

τάγματα, διαπριόμενα κατὰ τῶν ἐν Χριστῷ τελειωμένων, ἐκτακήσεται, τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν ἀπολλυμένης. — Ἢ ἄλλως· ἐπὶ τοῖς προσκαίροις ἀγαθοῖς ἐπιθυμία αὐτῶν σβεσθήσεται, ἐπειδήπερ πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου· ἀπολεῖται γοῦν αὐτῶν καὶ τὰ χρήματα καὶ ὁ πλοῦτος καὶ ἡ ἡδονὴ καὶ πᾶσα ἡ τῶν προσκαίρων ἐπιθυμία.

mina, quæ dissecantur adversus initiatos in Christo, tabescent, dum perierit eorum desiderium. Vel aliter: illorum de caducis bonis desiderium exstinguetur, quando quidem « Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus ut flos feni; » peribunt ergo eorum et opes et divitiæ, et voluptas et quodcumque desiderium rerum lubricarum.

Psalmus CXII.

v. 1. Αἰνεῖτε, παῖδες, Κύριον, αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου. Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

Ὡς ἀγνοοῦσι τοῖς παισὶν, ὅπως χρὴ τὸν Κύριον ὑμνεῖν, τὸ προφητικὸν Πνεῦμα, δίκην παιδαγωγοῦ καὶ διδασκάλου, τὰς φωνὰς αὐτὰς παραδίδωσι τοῦ ὕμνου, διδάσκων συνυπηχεῖν αὐτῷ καὶ συνυπακούειν· καὶ αὐτὸν δεῖ τοῦτον λέγειν τὸν ὕμνον ἀρχόμενον ἀπὸ τοῦ· Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Εὐχὴ δὲ αὕτη ἐστὶν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν τῶν παίδων ἀναπεμπομένη, ὡς ἂν διαμείνῃ ἡμῖν τὸ τοῦ Κυρίου ὄνομα εἰς τὸ διηνεκὲς, μὴ φεῦγον ἡμᾶς, ἀλλ' ἀναπαυόμενον τῷ ἡμετέρῳ βίῳ, καὶ εὐλογούμενον ἡμῖν, καὶ παραμένον τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ ἔντε τῷ παρόντι αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· πρὸ γοῦν τούτῳ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ μόνῃ ἐλέγετο... *Cf. edd.* 1350 *B, C.*

v. 3, 4. Ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν αἰνετὸν τὸ ὄνομα Κυρίου. Ὑψηλὸς ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη ὁ Κύριος, ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ἡ δόξα αὐτοῦ.

Ὅτε γε μὴν ἐπιφανὴς αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐπὶ πάντα διεπέμψατο τὰ ἔθνη, τηνικαῦτα πληροῦται ὁ διὰ τῶν προκειμένων φωνῶν τοῖς πᾶσι παραδοθεὶς ὕμνος. Καὶ ἐπειδὴ ἐπιφανὴς ἡμῖν, οὐκ ἐν μορφῇ Θεοῦ ἐπεφάνη,

v. 1. *Laudate, pueri, Dominum, laudate nomen Domini. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in sæculum.*

Quasi pueris ignorantibus quomodo Dominum laudare oporteat, propheticus Spiritus, instar pædagogi et præceptoris, voces hymni tradit, edocens quomodo ipsi vox reciproca respondeat et alterna succedat. Atque oportet eumdem hymnum recitare, qui incipit ab hoc voto: *Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in sæculum.* Hoc vero votum est pro nobis pueris emissum, ut nomen Domini perpetuo nobiscum maneat, ne fugiat a nobis, sed in vita nostra quiescens, sit a nobis benedictum, et in anima nostra perennatum, tam in hoc quam in futuro sæculo. Idcirco in sola Judæa cantabatur.

v. 3, 4. *Ab ortu solis usque in occasum laudabile nomen Domini. Excelsus super omnes gentes Dominus, super cælos gloria ejus.*

Quando interea ipse Dominus noster Jesus Christus, ubi apparuerit, discipulos suos misit per omnes gentes, tum demum impletus est hymnus qui per haec verba præfata omnibus traditus est. Et quando apparuit nobis, non in forma

Ps. CXII, v. 1. Vatic. 16. Cum editis nostra incipiunt et exeunt. Sed placent nova interjecta, quæ solemnia Eusebio vocabula περὶ ὑπακοῆς renovant, respectumque ad veterem psalmodiæ ordinem aperiunt.

v. 3, 4. Ex eodem, ac pariter cum editis aucta.

ἀλλ' ἑαυτὸν κενώσας, καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν, σχήματί τε εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, εἰκότως διδάσκονται οἱ παῖδες λέγειν· Ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ἡ δόξα αὐτοῦ.

v. 5-8. Τίς ὡς κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κτλ.

Τίς οὖν, φησὶν, ὡς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν; ὡς πρὸς Θεὸν γὰρ πάντα ταπεινὰ κτίσματα, ποιήματα ὄντα, οὐ τὰ ἐπὶ γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὁρᾷ δὲ ταῦτα τὰ ταπεινὰ προνοητικῶς. Ἀμέλει γοῦν πτωχὸν ὁρῶν ἐπὶ γῆς ῥιφέντα, καὶ ἐπὶ κοπριᾶς πένητα, ἤγειρεν καὶ συνέστησεν αὐτοὺς ἀπὸ περιεστηκότων ἐκ πενίας καὶ πτωχίας κακῶν. Καὶ οὐ μέχρι τοῦ ἐγεῖραι καὶ ἀναστῆναι, ἀλλὰ γὰρ ἐπιτείνων τὴν ἀγαθότητα, καθήσει αὐτοὺς μετὰ ἀρχόντων, ἰσοτίμους αὐτοὺς αὐτοῖς παρασκευάζων. Δύναται καὶ περὶ τοῦ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν λαοῦ λέγεσθαι, ὑπὲρ οὗ προφητεία· διὰ τοῦτο ηὐλόγησέν σε ὁ λαὸς ὁ πτωχός· τοῦτον τοιγαροῦν τὸν πτωχὸν καὶ πένητα λαὸν [ἤγειρεν] ἀπὸ τῶν χαμαιζήλων πραγμάτων. *Cf. edd. col.* 1362 *C.*

v. 9. Ὁ κατοικίζων στεῖραν ἐν οἴκῳ, μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην.

Τέκνων ποίων; ἢ περὶ ὧν γέγραπται ὅτι στεῖρα ἔτεκεν ἑπτὰ τέκνα, ἥτις ἐστὶν ἡ πολύτεκνος ἐκκλησία.

Dei visus est, sed semet exinanivit, etiam servi formam recipiens, habituque inventus ut homo, haud immerito pueri dicere docentur: *Super cælos gloria ejus.*

v. 5- 8. *Quis est sicut Dominus Deus noster etc.*

Quis igitur, ait, *sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, et humilia respicit?* Ut quæ ante Deum sunt, creata omnia sunt humilia, uti opera, non ea tantum quæ *in terra,* sed quæ *in cælis* sunt. Sed hæc humilia cernit in sua providentia: illi enim omnium cura est: *respiciens* ergo sollicite *pauperem* in terram repentem, et mendicum in *stercore, suscitat* et erigit eos ex paupertatis et inopiæ malis ambientibus; nec satis est suscitare et erigere, sed producens suam benignitatem, *sedere eos faciet cum principibus,* æquali honore hos et illos evehens. Etiam hoc dici potest de populo gentium, ad quem prophetia spectat: « Ideoque tibi benedixit populus pauper. » Hunc enim populum pauperem et egenum a vilibus rebus erexit etc.

v. 9. *Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum laetantem.*

Qualium filiorum? nisi eorum de quibus scriptum est: « Sterilis peperit septem filios », quæ est Ecclesia multorum filiorum ferax.

v. 5-8. Ibid. Ab edd. recedit commentarius noster, summatim, ut sæpe, psalmum referens, donec in edd. recidat. cf. Is. xxxv, 3.

v. 9. Vatic. 4. Fort. Jerem. xv, 1 laudatur?

Psalmus CXIII.

v. 2. Ἰσραὴλ ἐξουσία αὐτοῦ.

Τὸν δὲ ἐξουσιαζόμενον Ἰσραὴλ, ἐξουσίαν ὠνόμασε, καὶ γὰρ βασιλεία λέγεται καὶ αὐτὸ τὸ ἀξίωμα, καὶ οἱ βασιλευόμενοι, καὶ ἡ χώρα ἐν ᾗ διάγουσιν οἱ βασιλευόμενοι.

v. 3-7. Ἡ θάλασσα εἶδεν καὶ ἔφυγεν, ὁ

v. 2. *Israel, potestas ejus.*

Quem possidebat Israel, eum vocavit possesionem suam: etenim regnum dicitur et regia dignitas, et qui reguntur, et locus in quo regi subjecti degunt.

v. 3-7. *Mare vidit et fugit; Jordanis*

Ps. cxiii. v. 2. Vatic. 4.

v. 3-7. Vatic. 5, 16. Deuter. iv, 15. Jordanes, quo nomine aliquando baptisterii concha vocabatur, interpretem adduxit ad catechumenos

Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω. Τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡσεὶ κριοί, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων κτλ. Ἀπὸ προσώπου Κυρίου ἐσαλεύθη ἡ γῆ...

Ἔοικέ γε σημαίνειν ὁ λόγος μετέχειν τινὸς αἰσθητικῆς καὶ ἀντιληπτικῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως πᾶσαν τὴν κτίσιν, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ νομιζόμενα ἄψυχα, ὄρη καὶ τοὺς βουνούς, μὴ ἀνεπαίσθητα γεγονέναι τῆς ἐπιβάσεως τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν αὐτοῖς γενομένης, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας. Ἡ μὲν γὰρ Μωϋσέως γραφὴ διδάσκει λέγουσα· Κύριος ἐκ Σινᾶ ὤφθη, καὶ ἐπέφανεν ἐξ ὄρους Χωρὴβ, καὶ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ. Καὶ ἀνέβη, φησί, Μωϋσῆς εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἴδεν τὰ ἴχνη, ἔνθα ἑστήκεσαν οἱ πόδες σου. Καὶ ὡς ὅλοις τεσσαράκοντα ἔτεσι τοῦ λαοῦ κυκλοῦντος τὴν ἔρημον, συνῆν αὐτοῖς τὸ θεῖον ἐπιβαῖνον τοῖς ὄρεσι καὶ τοῖς βουνοῖς. Ὁ δὲ παρὼν λόγος προτίθησι τῇ ἱστορίᾳ, διδάσκων ὅτι χαίροντα τὰ ὄρη τῇ εἰς αὐτὰ ἐπιβάσει τοῦ Θεοῦ, κριῶν δίκην, ἐσκίρτων καὶ ὠρχοῦντο δι' ὑπερβολὴν χαρᾶς. Τὸ δ' αὐτὸ ἔπασχον καὶ οἱ βουνοί, ὡς ἀρνία σκιρτῶντες, καὶ δυνάμει φθεγγόμενοι, καὶ ἐκείνῃ φωνῇ λαλοῦντες, ὡσεὶ καθ' ὑπόθεσίν τις ἤρετο τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς τοσαύτης εὐφροσύνης μὴ ἀποκνεῖσαι, μὴ μόνον τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνούς, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν φυγοῦσαν τὴν θάλασσαν, καὶ τὸν ἀναστραφέντα ὀπίσω Ἰορδάνην εἰπεῖν, ὅτι δὴ ταῦτα πεπόνθασιν ἀπὸ προσώπου τοῦ τῶν ὅλων δεσπότου. — Ὁ Ἰορδάνης τρέπεται δι' ἐμὲ δρόμον τὸν ὀπίσθιον. Ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ καλῶς εἰς τὰ ὀπίσω ἐπιστρεφόμενος, (Ἰορδάνης γὰρ ἔσχα-

conversus est retrorsum. Montes exultaverunt sicut arietes, et colles sicut agni ovium... A facie Domini commota est terra.

Notare hic sermo visus est, quamdam Dei virtutem, sensibus et intellectu percipientem, fuisse omni creaturæ ita communicatam, ut quæ sine anima reputantur, montes et colles, sensus non essent expertes, quando Deus ascendit et in ipsis incessit in tempore exitus ab Ægypto. Id quippe Moysis Scriptura testatur, dicens: « Dominus ex Sina visus est, et apparuit ex monte Horeb, et angeli cum illo. Et ascendit Moyses, ait, in montem, et vidit vestigia, ubi steterunt pedes tui. » Ac propterea quod per quadraginta annos populus circuivit solitudinem, probe nota illis fuit ascensio Dei in montes et colles. Sed praesens sermo historiæ addidit, nos edocens montes fuisse in gaudio, Deo super eos ascendente, arietum instar exultavisse, et præ nimia lætitia choreas exegisse. Id quod etiam colles passi fuerint, tripudiantes agnorum more, pro viribus boantes et hac voce loquentes, ac si, hypothesis gratia, diceret aliquis, montibus et collibus ignotam non fuisse tantae lætitiæ causam, nec solos dixerit montes et colles, sed ipsum mare fugisse, ac retro Jordanem fluxisse, eadem nempe sensisse in conspectu Domini omnium. — Propter me Jordanis mutavit retro cursum. Ego enim sum, qui in melius retro versus sum (nam Jordanem in-

quorum erat hunc psalmum decantare, ac fortasse in solemni pompa paschali, sicut in vetustis sacramentariis ea ipsa die paschali celebratur. — De Aquila Field. II, 268 fere silet, dum codices nostri triplicem præbent lectionem, nempe: ὀδύνησον, ἡ γῆ, ut supra, quod aliquatenus accedit ad hebraïca: *Contremisce, terra*, tum in alio scholio Vatic. 5: ἡ γῆ ὠδυνήσατο, et alibi ὠδύνησε. Quod quidem scholium Eusebio ascriptum, saltem ex parte huc adducere est: “ Συνεμφαίνει δὲ ὡς πάλαι μὲν αἴσθησις μέρεσι τισὶν ὑπῆρξε τῆς γῆς· ἐπὶ δὲ τοῦ σωτῆρος ἐκλονήθη πᾶν τὸ στοιχεῖον, ἡ γῆ, ὅπερ Ἀκύλας, ὠδυνήσατο, φησίν, κατὰ τὸ παρ' Ἡσαίᾳ· Τίς κτλ. Καὶ εἰ ἐτέχθη ἔθνος εἰς ἅπαξ, τότε γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐκλονήθη τὰ τῶν ἐθνῶν ἀπ' αἰῶνος σεβάσματα, καὶ τοὺς δαίμονας τοὺς ἐν τούτοις φυγεῖν [ἐνέτελλε], ὡς ἂν ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς γένηται τῷ Θεῷ καθ' ὅλης τῆς γῆς. Διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Ἀκύλαν. Ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Ὁ αὐτὸς γὰρ Θεὸς ὁ πάλαι δράσας ἐκεῖνα καὶ νῦν διὰ τῆς χάριτος, τῆς πάλαι στείρας κτλ. ut supra plus minus.

τα ἑρμηνεύεται) καὶ πάλιν παιδίον γενόμενος διὰ τῆς πνευματικῆς καὶ ὑδατώδους ἀναγεννήσεως, καὶ οὕτως ὡς παιδίον ἀρτιγενές, ἀπόνηρον, καὶ κακίας πάσης ἐλεύθερον, εἰς βασιλείαν οὐρανῶν ἀναγόμενος... Ἀνάγκη πᾶσα ἦν τὰ ἐξ αἰῶνος ἱδρυμένα (*edd.* 1356 *A*) σεβάσματα τῶν ἐθνῶν σάλον καὶ κλόνον παθεῖν, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς δαίμονας φυγεῖν, ἵνα τῷ Θεῷ γεννηθῇ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὁ ἐξ ἐθνῶν λαός. Διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Ἀκύλαν· Ὀδύνησον, γῆ, ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Ὁ γὰρ αὐτὸς Θεός, ὁ διὰ Μωϋσέως ἐπὶ τῆς ἐρήμου ποτὲ μεταβαλὼν τὴν στρέμνιον πέτραν καὶ τὴν ἀκρότομον εἰς λίμνας καὶ πηγὰς ὑδάτων, ὁ αὐτὸς οὗτος καὶ διὰ τῆς νεωστὶ ἐκχυθείσης χάριτος εἰς πάντα τὰ ἔθνη, τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς τὰς πάλαι στείρας καὶ ἀγόνους καὶ ἀκάρπους μεταβάλλει εἰς λογικῶν ναμάτων πηγάς, καθ' ἣν πεποίηται πρὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐπαγγελίαν, εἰπὼν περὶ τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων, ὅτι ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν [ὕδατος] ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.

terpretantur *extrema*), et rursus infans factus ex spirituali per undas nativitate, ac propterea sicut infans modo genitus, innocens et cuncta malitia immunis, pergo ad regnun cælorum. — Necesse prorsus erat, simulacra gentium a sæculo stabilita, commotionem et concussionem pati, et dæmones in ipsis habitantes fugere, ut populus ex gentibus per totum orbem Deo nasceretur. Ideo apud Aquilam dicitur: *Parturi, o terra, a facie Dei Jacob.* Ipse enim Deus, qui per Moysem olim in deserto mutavit rigorem petræ et saxum acutum in stagna et fontes aquarum, idem ipse est qui per recentem gratiæ effusionem super omnes gentes, animas hominum olim steriles, infecundas, et infructiferas convertit in spiritualium lympharum fontes, juxta datam discipulis suis promissionem, dicens de credentibus in eum: « Flumina ex ventre ejus fluent aquæ salientis in vitam æternam. »

v. 16. Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτά, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς.

v. 16. *Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confisi sunt in eis.*

Οἱ δὲ τῶν ἐθνῶν νενομισμένοι θεοὶ ἀνθρωπίνων ἔργων ἀναπλάσματα τυγχάνουσιν. Διδάσκονται δὲ λέγειν οἱ αὐτοί· Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο πάντες οἱ ποιοῦντες αὐτὰ καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς, οὐχ ἵνα ἐπαρῶνται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ὡς ἂν εἴδειεν ὅτι τοῦτο ἕπεται τοῖς εἰδωλολάτραις. Οἱ γὰρ τοῖς ἀψύχοις εἰδώλοις ὡς θεοῖς προσανέχοντες, νεκρῶν καὶ ἀναισθήτων εἰδώλων οὐδὲν διοίσουσιν, τοσαύτην βλάβην ἐπεργαζόμενοι ἐν αὐτοῖς, τῆς περὶ τὰ εἴδωλα φωλευούσης δαιμονικῆς ἐνεργείας. Ἀλλὰ καὶ δίκαιον τοὺς ὡς κάλλιον σέβοντας καὶ θεῖα νομίζοντας τὰ ἄψυχα, εἰς ὅμοιον αὐτοῖς καταστῆναι, καὶ οὐκ ἂν αὐτοῖς τοῦτο δίκαιον φανείη κατάρα, ἀλλ' εὐχῆς ἄξιον τὸ θεοὺς γενέσ-

At isti gentium dii, ut putabantur, humanorum operum figmenta sunt. Edocentur autem dicere iidem: *Illis fiant similes omnes qui faciunt ea, et omnes confidentes in eis.* Non ut tollantur ab hominibus, sed ut intelligant idipsum succedere cultoribus idolorum. Qui enim mortuis simulacris veluti diis sese addicunt, nihil differunt ab idolis vita et sensu orbatis, tantum in se ipsis damnum inferentes ex diabolica vi quæ in idolis insidet. Quin æquum est eos qui ut meliora honorant, atque divina reputant res inanimas, in hanc similitudinem constituantur, etiam si hæc illis maledictio minus videatur justa, sed votum

v. 16. Vatic. 11, 16.

θαι, καθάπερ οἴονται, καὶ ἔχειν ᾧ θαυμάζουσιν.

potius id mereri, ut dii fiant, sicut opinantur, ac non nihil habeant admirandum.

v. 17-21. Οἶκος Ἰσραὴλ ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον· βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς αὐτῶν ἐστιν... Εὐλόγησε τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον.

v. 17-21. *Domus Israel speravit in Domino, adjutor eorum et protector eorum est.... Benedixit iis qui timent Dominum.*

Ἐν μὲν τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους μάχῃ τὸν Κύριον ἔχομεν ἡμεῖς οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον ὑπερασπιστὴν καὶ βοηθόν· ἐν δὲ τοῖς οἰκείοις πράγμασιν, τοῖς τε κατὰ ψυχὴν καὶ κατὰ σῶμα, πάλιν αὐτὸν ἔχομεν εὐεργετοῦντα ἡμᾶς, ὡς ἀπαρκεῖν ἡμῖν, ἀντὶ τοῦ παντὸς καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, καὶ ἀντὶ παντὸς θησαυροῦ καὶ μεγάλου κτήματος, μόνον αὐτὸν τὸν Κύριον, καὶ πρὸς τοὺς ἐκτὸς καὶ πρὸς τὰ ἔνδον· οὕτω δὴ ἡμᾶς εὐεργετεῖ νῦν, ὡς πάλαι πρότερον, οὐ λέγει τὸν πρότερον λαόν· μεταθέθηκε γὰρ ἐξ ἐκείνων εἰς ἡμᾶς ἡ χάρις· εἷς γὰρ ὢν καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος καὶ τῶν παλαιῶν, ὁμοίως προΐστατο ὥσπερ οὖν καὶ τῶν νέων· καὶ πάλιν τοὺς νέους καὶ τοὺς παλαιοὺς, ὥστε εἶναι μίαν κλῆσιν, καὶ μίαν χάριν, καὶ ἕνα λαὸν, τὸν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ταγμάτων τῷ Θεῷ συνιστάμενον.

In pugna adversus hostes, nos qui Dominum timemus, Dominum habemus in defensorem et protectorem, et in privatis negotiis ad animam et corpus spectantibus, rursus eumdem habemus in benefactorem, ut satis nobis sit, pro quocumque bono et pulchro, et pro omni thesauro et magna possessione, solum illum habere Dominum, respectu ad illos qui foris sunt vel ea quæ intus. Sic nobis nunc munificus est, ut prius fuit olim; de priore populo sermo non est, ab istis enim ad nos gratia pertransiit. Unus quippe et idem quum sit Dominus, veteres quoque pariter tuebatur, sicut et novellos; et rursus, novellos, sicut et veteres: unde una sit vocatio, et una gratia, et unus populus, ex ambobus ordinibus in Deo conflatus.

v. 22. Προσθείη Κύριος ἐφ' ὑμᾶς, ἐφ' ὑμᾶς καὶ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν.

v. 22. *Adjiciat Dominus super vos, super vos et super filios vestros.*

Αἱ προσθῆκαι, οὐ κατὰ αὔξησιν πλήθους γίνονται, ἀλλὰ καὶ μεγέθους· ἀμέλει προσέθηκεν τῷ μὲν ἐκ περιτομῆς λαῷ πάντα τὰ ἔθνη, ταῖς δὲ σαρκικαῖς καὶ αἰσθηταῖς εὐλογίαις, αἷς ηὐλογεῖτο ὁ παλαιὸς λαὸς, τὰς πνευματικάς.

Auctaria non sunt in incrementum multitudinis, sed magnitudinis: adjecit profecto populo circumciso omnes gentes; et carneis ac terrestribus benedictionibus, quibus benedicebatur vetus populus, addidit gratias spirituales.

v. 23. Εὐλογημένοι ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν τῷ Κυρίῳ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

v. 23. *Benedicti nos a Domino, qui fecit cælum et terram.*

Ἤδη μὲν ὁ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ πάντα ὅσα ἠθέλησε ἐποίησεν, οὐδέπω δὲ ἐπὶ τῆς γῆς, πάντα ὅσα ἠθέλησε, ἐποίησεν· διὸ ἐδιδάχθημεν ἐν ταῖς εὐχαῖς λέγειν· Γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

Jam in cælo Deus fecit omnia quæ voluit, nondum vero in terra quæcumque voluit fecit; unde edocti fuimus dicere in precibus: « Fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra. »

v. 26. Εὐλογήσομεν τὸν Κύριον ἀπὸ τοῦ νῦν ἕως τοῦ αἰῶνος.

v. 26. *Benedicemus Dominum ex hoc nunc et usque in sæculum.*

v. 17-21. Vatic. 11.
v. 22. Ibid.

v. 23. Vatic. 5.
v. 26. Ibid.

Εἰπὼν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος παρέστησεν ὡς τῆς λογικῆς ψυχῆς ἀθάνατος ἡ οὐσία.

Dicens *ex hoc nunc et usque in sæculum,* testatur palam immortalem esse animæ rationabilis substantiam.

Psalmus CXIV.

v. 3. Θλῖψιν καὶ ὀδύνην εὗρον, καὶ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπεκαλεσάμην κτλ.

Πάντα γὰρ ταῦτα ἠγάπησα διὰ τὸν Κύριον, καὶ ἀγαπήσας τὸ ὄνομα Κυρίου ἐκαλεσάμην, πεπεισμένος, εἴ τι εἰσακούεται Κύριος τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, ὅτι κλίνει τὸ οὖς αὐτοῦ ἐμοί, θαρσῶν ὅτι δυναμούμενος ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος, ὑποστήσομαι πάντα τὰ προειρημένα· καὶ ἐπείπερ ἤδη τυχὼν ὧν ᾐτησάμην, ἔγνων κλίναντα αὐτὸν ἐμοὶ τὴν ἀκουστικὴν αὐτοῦ δύναμιν, διὸ καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις μου, τουτέστι παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς μου, ἐπεκαλεσάμην. Ἢ ἐν ταῖς ἡμέραις μου, ταῖς ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης γινομέναις, ἀεὶ πεφωτισμένος ὤν, ἐπεκαλεσάμην. Καὶ ὠδῖνες μὲν θανάτου, τὰ ἐν λογισμοῖς πταιόμενα, κίνδυνοι δὲ ᾅδου τὰ πρακτικὰ τῶν ἁμαρτημάτων εἶναι δύνανται. Οὐκ ἀπογνωστέον δὲ καὶ περὶ πονηρῶν δυνάμεων ταῦτ' εἰρῆσθαι.

v. 3. *Tribulationem et dolorem inveni, et nomen Domini invocavi.*

Hæc quippe omnia dilexi propter Dominum, et quia dilexi, nomen Domini invocavi, id persuasum habens, si forte Dominus audierit vocem orationis meæ, fore ut mihi aurem suam inclinet, confidens me nomine ejus confirmatum, superaturum esse omnia prædicta: et jam potitus iis quæ rogavi, probe sciebam ad me inclinari virtutem illam qua exaudit; ideo in diebus meis, id est in toto vitæ meæ curriculo, invocavi. Vel in diebus meis, nimirum iis qui sub sole justitiæ transiguntur, sine fine collustratus sum invocatione mea. Dolores mortis dici possunt peccata in tentationibus commissa, inferni vero pericula, consummata peccata post tentationes. Neque ignorandum etiam hæc dici posse de malignis potestatibus.

Ps, cxiv, v. 3. Vatic. 16: (Nobis deficiunt psalmi cxv et cxvi). Omisimus ab initio pauca quæ videntur editis addenda. Post ἀγάπην cod. pergit: Ὁ δὴ καὶ παρίστησι σεμνυνόμενος ἐφ' οἷς ὑπέμεινε λέγων· Περιέσχον με κτλ... ὁ δὲ ταῦτα λέγων, καὶ τὰ προκείμενα εἴποι ἄν, τουτέστι τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου καὶ τοὺς κινδύνους.... His plura fort. addent codd. Florentini, obiter a me perlustrati.

Psalmus CXVII.

v. 1-4. Εἰπάτω δὴ ὁ οἶκος Ἰσραήλ... Εἰπάτωσαν δὴ πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Θεόν, ὅτι ἀγαθός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος αὐτοῦ.

Καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις, τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη χυθείσης, ὧν ἐθνῶν μέρος τι ἦν καὶ ὁ ἐκ περιτομῆς λαός, καὶ μέρος τὸ πρώτιστον, εἰκότως πρώτους αὐτοὺς ὁ λόγος ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν

v. 2. 4. *Dicat nunc domus Israel. Dicant omnes qui timent Deum, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Quibus quum effusa sit in omnes gentes evangelica gratia, quarum gentium pars aliqua, immo pars prima erat populus ex circumcisione, merito Judæos ad confessionem primos sermo evocat;

Ps. cxvii, v. 1-4. Vatic. 5. Rom. 1, 16. Matth. x, 5, 6. xxviii, 19. Act. xiii, 46 paulo liberius. — Ab editis codex proficiscitur usque ad ἐπειδὴ καί. In fine αὐτὸν supponit λόγον Θεοῦ.

καλεῖ, ἔπειτα τοὺς ἐξ ἐθνῶν προσεληλυθότας τῷ εὐαγγελίῳ, κατὰ τό· Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Ἐπειδὴ καὶ ὁ σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς κηρύττειν τὸ εὐαγγέλιον παρακαλεσάμενος, τὸ γὰρ πρῶτόν φησιν αὐτοῖς· Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαριτῶν μὴ εἰσέλθητε, πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· εἶτα ἐν δευτέρῳ λόγῳ προστάττει, λέγων τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς· Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτὰ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἐντεῦθεν καὶ ὁ ἱερὸς ἀπόστολος Παῦλος Ἰουδαίοις διαλεγόμενος, εἶτα ὁρῶν αὐτοὺς δυσπίστως ἔχοντας πρὸς τὴν παραδοχὴν τοῦ εὐαγγελίου, φησὶν αὐτοῖς· Ὑμῖν πρῶτον ἐχρῆν κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον, ἐπεὶ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτόν, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη.

deinde eos ex gentibus, qui ad evangelium accesserunt, secundum illud: « Judæo primum et Græco. » Postquam enim salvator et Dominus noster, suis discipulis præcipiens prædicare evangelium, prima quidem vice dixerat illis: « Nolite ire in viam gentium, neque ingredi in civitatem Samaritanorum, sed ite potius ad oves perditas Israel, » deinceps in altero sermone præcipit, dicens suis discipulis: « Euntes docete omnes populos, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti; » inde etiam sacer apostolus Paulus, Judæos alloquens ac videns eos incredulos se habere in recipiendo evangelio, ait illis: « Oportebat vobis primum evangelium prædicari: cum vero illud repulistis, ecce convertimur ad gentes. »

v. 11. Κυκλώσαντες ἐκύκλωσάν με, καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς.

v. 11. *Circumdantes circumdederunt me, et nomine Domini ultus sum in eos.*

Δεῖ δὲ τὸν κατὰ Θεὸν ἀθλητήν, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις πολεμούμενον, εἰπεῖν τό· κυκλώσαντες ἐκύκλωσάν με· τὸ μὴ ἀποναρκᾶν καὶ πάσχοντα καὶ νικῶντα, μέχρι τούτοις ἀμύνηται τὸ κέντρον, δίκην μελίσσης ἐνιείσης καὶ παράχρημα ἀπολλυμένης.

Profecto oportet Dei athletam non semel, sed sæpenumero certantem, id proferat: « Circumdantes circumdederunt me, » neque torpescat vel patiendo, vel vincendo, donec eorum amoveat aculeum, sicut apis quæ pungit, et statim enecatur.

v. 12. Ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον, καὶ ἐξεκαύθησαν ὡς πῦρ ἐν ἀκάνθαις.

12. *Circumdederunt me, sicut apes favum, et exarserunt sicut ignis in spinis.*

Ἀναιροῦνται οἱ πονηροὶ διὰ τῆς ἑαυτῶν κακίας, πῦρ ἑαυτοῖς μεῖζον ἐξάπτοντες. Ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος· Καὶ ἀπεσβέσθησαν, φησίν, ὡς πῦρ ἀκανθῶν.

Destruuntur improbi malitia sua, ignem in medio eorum accendentes. Sed Aquila et Symmachus aiunt: *Et exstincti sunt, sicut ignis spinarum.*

v. 15. Δεξιὰ Κυρίου ἐποίησε δύναμιν.

v. 15. *Dextera Domini fecit virtutem.*

Αὕτη γὰρ τοὺς ἐχθροὺς ταπεινώσασα, τὸν λαὸν ὕψωσε καὶ ἐνεδυνάμωσε, μὴ τῷ ψυχικῷ θανάτῳ περιπεσεῖν, ἀλλὰ καὶ παραμεῖναι, τῷ Υἱῷ τοὺς μὴ θεασαμένους διδάσκοντας.

Ipsa enim, dum hostes humiliavit, exaltavit populum et corroboravit, ne spiritualem in mortem caderet, sed ut perseveraret docere eos qui non viderunt Filium.

v. 20. Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ.

v. 20. *Hæc est porta Domini, justi intrabunt in eam.*

v. 11. Vatic. 14. Dolendum ultima truncari.
v. 12. Vatic. 5. cf. Field II, 270.
v. 15. Vatic. 5.
v. 20. Vatic. 5. Matth. 8.

Οἱ διὰ τῶν προειρημένων περιπατήσαντες, ἐκείνην ἀπαντήσουσι τὴν πύλην, τὴν εἰς αὐτὴν ἄγουσαν τοῦ Κυρίου θεωρίαν. Καὶ ποία αὕτη; ἡ τῆς καρδίας καθαρότης, κατὰ τό· Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. Δηλαδὴ τὰς πύλας μοι τῆς δικαιοσύνης ἀνοίξατε.

v. 22-24. Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Παρὰ Κυρίου ἐγενήθη αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ.

Καθ' ἣν ἀποβληθεὶς ὁ λίθος, εἰς κεφαλὴν γωνίας ἐγένετο· σημαίνει δὲ τὴν ἀναστάσιμον, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τοῦ ποιήσαντος κυριακὴν καλουμένην, οὐ σῶμα κατὰ τὰς λοιπὰς ἡμέρας, ἀλλὰ ψυχὰς καταυγάζουσαν, καθ' ἣν πάντες οἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀγαλλιώμεθα, πρώτην οὖσαν τῶν ἡμερῶν, καθ' ἣν οὐδὲν ὁ Κύριος ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ πεποίηκεν, ἀλλὰ μόνην αὐτὴν τὴν ἡμέραν· εἶπε γάρ· Γενηθήτο φῶς, καὶ ἐκάλεσεν ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ ἡμέραν ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης γεγενημένην... ὑποδεικνύειν ἀλλήλοις οἱ πρὸς αὐτῆς καταυγαζόμενοι δίκαιοι ἀγαλλιασώμεθα, φασίν, ἐν αὐτῇ, ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχήμονι περιπατοῦντες· οὐ γὰρ ἔτι νυκτὸς καὶ σκότου, ἀλλ' υἱοὶ φωτὸς καὶ ἀληθείας ἐσμεν, ἔχοντες τὴν πίστιν Ἀβραὰμ τοῦ ἀγαλλιασαμένου, ἵνα ἴδῃ ἡμέραν Κυρίου, κἀπὶ τούτῳ χαρέντος.

v. 26-28. Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐξ οἴκου Κυρίου. Θεὸς Κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν· συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. Θεός μου εἶ σύ... καὶ ὑψώσω σε.

Οὗτοι οἱ β' στίχοι οὐκ ἔκειντο ἐν τῷ τετρασελίδῳ παρ' οὐδενί, οὐδὲ παρὰ τοῖς Ο', οὐδὲ εἰς τὸ Εὐσεβίου.

Εὐσέβιος. Μακαρίζοντες οἱ προφῆται τοὺς εἰς οὓς ἐξέβη πρὸς ἔργον ἡ προφητεία, προσ-

Qui juxta prædicta continuo ambulaverunt, occurrent in hanc portam, quæ ad ipsam ducit Domini contemplationem. *Et hæc,* quænam est? porta puri cordis, juxta illud: « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. » Nimirum *aperite mihi portas justitiæ.*

v. 22-24. *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, factus est in caput anguli. A Domino* [*dies*] *facta est ista, et mirabilis est in oculis nostris. Hæc est dies quam fecit Dominus; exsultemus et lætemur in ea.*

Eo ipso quod reprobatus lapis est, factus est in caput anguli. Significat diem resurrectionis, quam Dominus, qui fecit eam, vocavit Dominicam, quæ non corpus, ut cæteræ dies, sed animas lumine perfundit; in qua omnes per universum orbem collætemur; quæ prima dierum est, in qua Deus in creatione mundi nihil aliud, sed unicam hanc diem fecit: dixit enim: « Fiat lux, et vocavit diem, » videlicet diem a sole justitiæ factam. — Nos ad eam cæteris monstrandam ejus radio illustrati, aiunt justi, exsultemus in ea, tamquam in die fulgida inambulantes, non jam noctis et tenebrarum, sed filii sumus diei et veritatis, Abrahæ fidem habentes, qui exsultavit ut videret diem Domini, et in ea gavisus est.

v. 26-28. *Benediximus vobis de domo Domini; Deus Dominus et illuxit nobis: constituite diem solemnem in condensis, usque ad cornu altaris. Deus meus es tu,... et exaltabo te.*

Isti duo versus non exstant in tetraplis a quocumque interprete, neque apud LXX, neque in codice Eusebii.

Eusebius. Prophetæ qui beatos eos dicunt in quos hoc vaticinium incidit, illis

v. 22-24. Ibid. Gen. 1, 3. 1 Thessal. v, 5. Jo. VIII, 30. Cf. Hippolyt. t. II p, 240.

v. 26-28. Vatic. 5. cf. Prooem. nostrum ad Eusebium p. 368. Siletur de tetraplis vel apud Field. l. l. neque facile est duos stichos perspicue a cæteris dividere.

τάττουσιν αὐτοῖς διατελεῖν ἐν ἑορταῖς ἐν οἴκῳ Κυρίου, ὡς μέχρι τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τὰ πλήθη φθάνειν τῶν συνιόντων, διό φασιν· Εὐλογοῦμεν ὑμᾶς ἐξ οἴκου Κυρίου, τῆς αὐτοῦ τυχόντας ἐπιφανείας. Διὸ συστήσασθε, φησίν, οἱ ἐξ ἐθνῶν ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν, ἀνθ' οὗ φησιν Ἀκύλας· Δήσατε ἑορτήν... *Vid. edd. col.* 1365.

jubent frequentare solemnia festa in domo Domini, ut *usque ad cornu altaris* concurrentium multitudines properent: ideo dicunt: ***Benedicimus vobis in domo Domini,*** qui gaudetis ipsius manifestatione. Unde *Constituite,* ait, vos gentium fideles, *festum in condensis,* pro quo Aquila dicit: *Ligate solemnitatem etc.*

Psalmus CXVIII.

v. 21. Ἐπετίμησας ὑπερηφάνοις· ἐπικατάρατοι οἱ ἐκκλίνοντες ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου.

Ἀναστασίου. Τοῦτο περὶ Βαβυλωνίων λέγει, ἀντὶ τοῦ· Ἐπιτίμησον οὖν τοῖς ὑπερηφάνοις· τὸ γὰρ ἐπετίμησας ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον. Ἐπιτίμησον οὖν καὶ τιμώρησαι Βαβυλωνίους, καθὼς ἐπηγγείλω, ὡς οὐδένα λόγον ποιουμένους τοῦ προσήκοντος· τοῦτο γὰρ λέγει· Ἐπικατάρατοι οἱ ἐκκλίνοντες ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου.

v. 22-24. Περίελε ἀπ' ἐμοῦ ὄνειδος καὶ ἐξουδένωσιν, ὅτι τὰ μαρτύριά σου ἐξεζήτησα. Καὶ γὰρ ἐκάθισαν ἄρχοντες, καὶ κατ' ἐμοῦ κατελάλουν· ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου. Καὶ γὰρ τὰ μαρτύριά σου μελέτη μού ἐστι, καὶ αἱ συμβουλίαι μου τὰ δικαιώματά σου.

Εὐσεβίου. Ποτὲ μὲν ὠνείδιζόν με, φησί, παλαιὰ εἴ τύχοι ἁμαρτήματα· ποτὲ δὲ ἐξουδένουν ἐξευτελίζοντες, ὡς οὐδενὸς ἄξιον λόγου· ἐγὼ δὲ κατὰ μόνας καθήμενος, καὶ τοῖς θείοις λόγοις προσανέχων, καὶ μηδένα κεκτημένος σύμβουλον, μηδ' ἄλλην ἔχων παραμυθίαν, τοῖς σοῖς δικαιώμασιν ἀντὶ συμβού-

v. 21. *Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis.*

Anastasii. Hoc de Babyloniis ait, pro illo: Increpa ergo superbos; verbum enim *increpasti* est enallage temporis. Igitur increpa et corripe Babylonis incolas, ut promisisti, ut qui nihil agunt quod decet. Id quippe subdit. *Maledicti qui declinant a mandatis tuis.*

v. 22-24. *Aufer a me opprobium et contemptum, quia testimonia tua exquisivi. Etenim sederunt principes, et adversum me loquebantur. Servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis. Nam et testimonia tua meditatio mea est, et consilium meum justificationes tuæ.*

Eusebii. Modo me conviciabantur, inquit, vetera si fuerint peccata; modo me vilipendentes spernebant, ut hominem nullo nomine dignum. Ego vero seorsim sedens, divinisque sermonibus attentus, a nemine hominum consilium nactus, neque aliud habens solatium, tuis justi-

Ps. cxviii, v. 21. Vatic. 6. Babylonios intrudi in hunc psalmum præ cæteris ἠθικώτατον, adeo insolens est, ut solus inter veteres Anastasius ille, quicumque sit, id ausus fuerit, quem identidem, ob ejus singularitatem, adducere juverit. Suspicari lubet hic adesse amicum Gregorii magni, patriarcham Antiochenum, qui, ut solet Theodori Mopsuesteni schola, historicas in psalmis interpretationes sectatur. Me cæterum piget sat pauca invenisse, quibus augeatur Eusebii in grandem psalmum commentarius, certo jejunior apud Montefalconium: cujus tamen omnia fere scholia a nostris codd. abunde confirmantur. Ad v. 9, Vat. 16 Eusebio ascribit compendium scholii quod plenius supra p. 256, 257 Origeni dedimus, quam communitatem perpetuam notare omittimus.

v. 22-24. Vatic. 16. Cf. Field. ii. 272, quem nostra feliciter augent et emendant, quum hæc tantum habeat ex nostris: ἄνδρες βουλῆς μου. Σ. ὡς ἄνδρες ὁμογνώμονές μοι. Sed et cod. noster habet ὁμόφρονοί μου.

λων ἐχρώμην. Βεβαιοῖ δὲ τὴν ἑρμήνειαν ταύτην ὁ μὲν Ἀκύλας, εἰπών· Τὰ μαρτύριά σου ἀπόλαυσίς μου, ὡς ἄνδρες βουλῆς μου. Ὁ δὲ Σύμμαχος· Ἀλλὰ καὶ τὰ μαρτύριά σου τέρψις μου, ὡς ἄνδρες ὁμόφρονές μοι.

v. 25. Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου.

Ὠριγένους, Εὐσεβίου. Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, καὶ γέγονε σάρξ· ἐν δὲ τῇ κοινῇ ἀναστάσει, κολληθήσεται ἡ σὰρξ τῇ ψυχῇ, καὶ ἔσται θεία ψυχή, ἥτις κολληθεῖσα τῷ Κυρίῳ· τότε ἐν τῇ καθολικῇ ἀναστάσει γίνεται ὅλον πνεῦμα, τουτέστι σῶμα πνευματικόν. Ὅμοιον τό· Κατέγαγές με εἰς χοῦν θανάτου, καὶ τό· Ἐταπεινώθη εἰς χοῦν ἡ ψυχή μου, καὶ τό· Σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, καὶ τό· Σῶμα τοῦ θανάτου τούτου.

v. 31. Ἐκολλήθην τοῖς μαρτυρίοις σου, Κύριε· μή με καταισχύνῃς.

Εὐσεβίου. Ἀπὸ ποίων δὲ εἰς οἷα μετελήλυθεν ὁ κατὰ Θεὸν προκόψας, παρίστησιν ἀνωτέρω μὲν εἰπών· Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, καὶ ἄνω, ὡς μὴ ὢν ἐν ἕξει· Βέβαιόν με, φησίν. Ἐνταῦθα δέ· Μή με καταισχύνῃς, ὅπερ ἐστὶ τοῦ ἐκπίπτοντος μετὰ τὴν ἐν Θεῷ προκοπήν.

v. 33. Νομοθέτησόν με, Κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου, καὶ ἐκζητήσω αὐτὴν διαπαντός.

Ὠριγένους, Εὐσεβίου. Τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῦ Θεοῦ αἰτεῖ, τὸ δὲ ἐπαγγέλλεται ἐξ ἑαυτοῦ συνεισφέρειν. Σὺ μὲν γάρ, φησιν, ὦ Κύριε, νομοθέτησόν με τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου· ἐγὼ δὲ τὸν τῆς ζωῆς μου ἅπαντα χρόνον ἐπιδώσω ἐν αὐτῷ εἰς ἀναζήτησιν αὐτῆς. Ἀντὶ δὲ τοῦ· Νομοθέτησόν με, ὁ μὲν Ἀκύλας· Φώτισόν με, Κύριε, ὁ δὲ Σύμμα-

ficationibus pro consiliis utebar. Confirmat hanc interpretationem Aquila, dicens: *Testimonia tua, delectatio mea, sicut homines consilii mei.* Symmachus autem: *Verum et testimonia tua deliciæ meæ, sicut homines mihi consentientes.*

v. 25. *Adhæsit pavimento anima mea.*

ORIGENIS, EUSEBII. Adhæsit anima mea pavimento, et caro facta est. In generali autem resurrectione caro adhærebit animæ, et anima fiet divina, ut quæ Domino adhæserit. Tunc in universa resurrectione fit totus spiritus, id est spirituale corpus. Quibuscum facit hoc: « Eduxisti me in pulverem mortis, » et illud: « Humiliata est in pulverem anima mea, » et hoc « Corpus humilitatis meæ, » et illud « Corpus mortis hujus. »

v. 31. *Adhæsi testimoniis tuis, noli me confundere.*

EUSEBII. A quo profectus et quousque transierit qui progreditur Deum versus, superius enuntiavit, dicens: « Adhæsit pavimento anima mea, » tum supra ait, quasi nondum in habitu virtutis positus: « Confirma me. » Hic vero inquit: « *Noli me confundere,* » quod spectat ad labentem post profectum in Deo.

v. 33. *Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, et exquiram eam semper.*

ORIGENIS, EUSEBII. — Alia quidem a Deo postulat, sed aliud a seipso conferre promittit. Tu enim, ait, *o Domine, legem pone mihi viam justificationum tuarum. Ego* autem omne tempus vitæ meæ eo tendam, ut *exquiram eam.* Pro hoc: *legem pone mihi,* ediderunt Aquila: *Illumina me, Domine,* et Symmachus: *Osten-*

v. 25. Vatic. 14. Cf. Ps. XXI, 16. XLIII, 25. Rom. VII, 24, Phil. 1, 21. Quæ hic etiam Origeni tribuuntur, ea deosculatus fuisset b. mem. cl. Vincentius, qui sudavit et alsit, ut Origenis sententiam de resurrectione elucidaret.

v. 31. Vatic. 16. Inc. ἀπὸ ποῖα? cf. v. 25. Hæc vero in codice statim post edita in hunc v. sequuntur. Quædam habet Vatic. 5.

v. 33. Vatic. 16. Cf. Field. II l. l. iterumque Cantabrigiensis confirmatur et augetur.

χος· Ὑποδεῖξόν μοι, Κύριε, ἐκδεδόκασιν, ὡς μὴ ἄλλως δυναμένης γνωσθῆναι τῆς ὁδοῦ, εἰ μὴ αὐτὸς ὁ Κύριος φωτίσῃ τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμούς.

de mihi, Domine; ac si nullo alio modo queat via cognosci, nisi ipse Dominus illuminaverit animæ oculos.

v. 37. Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα, ἐν τῇ ὁδῷ σου ζῆσόν με.

v. 37. *Averte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua vivifica me.*

Εὐσεβίου. Οἱ ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν ἐσκοτισμένοι, τῇ διανοίᾳ ὁρῶσιν ματαιότητα.

Eusebii. Qui in mentis suæ vanitate obscurati sunt, cogitatione vident vanitatem.

v. 43. Καὶ μὴ περιέλῃς ἐκ τοῦ στόματός μου λόγον ἀληθείας ἕως σφόδρα, ὅτι ἐπὶ τοῖς κρίμασί σου ἐπήλπισα.

v. 43. *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque, quia judiciis tuis supersperavi.*

Ὠριγένους καὶ Εὐσεβίου. Ἀφαιρεῖται γὰρ λόγος ἐκ τοῦ διδάσκοντος, ἐπὰν ἀνάξιον ἑαυτὸν ποιήσῃ τοῦ λόγου, διὸ λέγεται· Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος. Ἀμελεῖ δὲ οὐ μόνον ὁ μὴ αὐξάνων αὐτὸ διὰ γεωργίας, ἀλλὰ καὶ ὁ μὴ βιῶν κατ' αὐτό. Ἀπὸ στόματος δὲ, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ καρδίας ἀφαιρεῖται, ὡς ἂν ἀφορμὴν ἔχῃ τῆς ἐξ ἁμαρτίας ἐπιστροφῆς. Τῷ γὰρ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ [τὰ δικαιώματά μου], καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου; οὐχ· Ἵνα τί σὺ φρονεῖς τὰ δικαιώματά μου; Ἡ ἐπὶ πλέον δὲ ἁμαρτία καὶ ἀπὸ καρδίας περιαιρεῖ λόγον· διὸ περὶ τῶν φαύλων εἴρηται τό· Ἀποτετύφλωσεν αὐτοὺς ἡ κακία αὐτῶν. Τὸ δέ· ἕως σφόδρα, εἰ κἂν ἀναφέλῃς, μὴ παντελῶς περιέλῃς. Ἢ ἔστιν· ἐν τοῖς κρίμασί σου τὰς ἐλπίδας ἔχων, προσετίθουν ἀεὶ τῇ ἐλπίδι τῇ ἕως σφόδρα, ἐγγινομένου μοι λόγου τῆς ἀληθείας, αἰτίου γενομένου τοῦ ἐλπίζειν τοῖς κρίμασι.

Origenis et Eusebii. Deus enim aufert sermonem a docente, ubi se indignum sermone fecerit; ideo dictum est: « Noli negligere quæ in te est gratiam. » Negligit autem eam, non solum qui cultura non auget illam, sed qui juxta eam non vivit. *Ab ore*, non a corde aufert, ut forte occasionem habeat a peccato revertendi. « Peccatori enim Deus dixit: Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum in ore tuo? » Non dixit: quare tu cogitas justitias meas? Sed gravius crescens peccatum etiam e corde penitus avellit verbum: quare de improbis dictum est: « Excœcavit eos illorum malitia. » Hoc vero *usquequaque*, est: ne omnino avellas, etiamsi abstuleris. Vel est illud: in judiciis tuis spes ponens, spei superadjeci semper *usquequaque*, ad me verbo veritatis accedente, quod auctor est sperandi in judiciis.

v. 49, 50. Μνήσθητι τῶν λόγων σου τῷ

v. 49, 50. *Memor esto verborum tuorum*

v. 37. Vatic. 14.

v. 43. Vatic. 5, 14. Cf. 1. Tim. IV, 14. Ps. XLIX, 16. Sap. II, 21. Inamœnum non sit recolere similia apud Originem supra p. 209, 210, quibus perspicuum fit qua arte, qualive licentia verba magistri discipulus acceperit, auxerit, perstrinxerit. Idem Vatic. 14 Eusebio ascribit tum breve scholium in v. 44 quod legitur apud vulgatum Athanasium in psalmos, um aliud vere egregium ad v. 46, jam ῥητῶς sub eodem nomine Athanasii editum in Patrol. XXVII col. 487. Quæ quidem farrago Athanasiana, etiam post magnum Montefalconium, cribrum exspectat.

v. 49, 50. Vatic. 6, qui solus habet Anastasium hic memorandum, opinor, etiamsi librarius non solum breve nominis compendium omiserit, sed adduxerit Eusebium. Idem sane ad sequentia animadvertendum, nisi quis anonymus sit Antiochenæ scholæ.

δούλῳ σου, ὧν ἐπήλπισάς με· αὕτη με παρεκάλεσεν ἐν τῇ ταπεινώσει μου.

Εὐσεβίου. Ἀντὶ τοῦ· ἄλλως τε καὶ σαυτὸν ὑπόμνησον, δέσποτα, ὅτι ὑπέσχου ἐκβαλεῖν με ἀπὸ Βαβυλῶνος μετὰ ἑβδομηκοστὸν ἔτος, καὶ λοιπὸν καὶ ὁ χρόνος τὴν ὑπόσχεσιν ἀπαιτεῖ. Τοῦτο γάρ με καὶ παραμυθεῖται, ἐν τοσούτοις ὄντα κακοῖς. Ὅθεν ἐπάγει· Αὕτη με παρεκάλεσεν.

v. 52. Ἐμνήσθην τῶν κριμάτων σου ἀπ' αἰῶνος, Κύριε, καὶ παρεκλήθην.

Ὅτε, φησίν, ἔπασχον κακῶς ὑπὸ Βαβυλωνίων, ἀνελογιζόμην ὅποσα ἡμᾶς εὐεργέτησας, οἷον ὅτι δι' ἡμᾶς πολλαῖς πληγαῖς ἐτιμωρήσω τοὺς Αἰγυπτίους, ὅτι δι' ἡμᾶς ἐτμήθη θάλασσα, ὅτι δι' ἡμᾶς ἐῤῥάγη πέτρα, ὅπως ἐδωροφορήθημεν ἐν ἐρήμῳ, ὅσα ἔθνη δι' ἡμᾶς ἀπώλετο παλαιστηνά, ἵνα ἡμεῖς ἐνκατοικίσθωμεν· τὰ προλαβόντα γὰρ εὐεργετήματα καὶ τὰ δεύτερα ἐλπίζειν παρησκεύασε, τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν παρόντων κακῶν.

v. 64. Χρηστότητα ἐποίησας μετὰ τοῦ δούλου σου, Κύριε, κατὰ τὸν λόγον σου.

Εὐσεβ. Ἀντὶ τοῦ· χρηστότητα ἐποίησας, εὐεργέτησας τὸν δοῦλόν σου, ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Διδάσκεται δὲ ὁ τὰ θεῖα πεπαιδευμένος, μὴ ἀναισθήτως ἔχειν τῆς εἰς αὐτὸν γεγενημένης τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίας. Εἰδέναι δεῖ ὅτι χρηστότητος Θεοῦ φθανούσης εἰς αὐτόν, κατηξιοῦται δοῦλος χρηματίσαι Θεοῦ, κατὰ Λόγον αὐτοῦ γενόμενος.

v. 72. Ἀγαθός μοι ὁ νόμος τοῦ στόματός σου ὑπὲρ χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου.

Ταῦτα ἐρεῖ μὲν ὁ τὸν νόμον χρυσίου καὶ ἀργυρίου προτιμῶν ἐν τῷ κατ' αὐτὸν βίῳ, ὁ δὲ φιλάργυρος οὐ κέκτηται. Εἴ τις δὲ πλούσιος κατὰ τὸν νόμον Θεοῦ, ταῦτα ἀφεὶς, ἀκολούθως τῷ λόγῳ ταῦτα ἐρεῖ.

servo tuo, in quibus mihi spem dedisti. Hæc me consolata est in humilitate mea.

Ac si dicat: cæterum tuimet ipsius memor esto, Domine, quoniam pollicitus es extrahere me ex Babylone post septuagesimum annum, ac demum tempus promissa vindicat. Hoc me consolatur inter mala quibus insum. Unde pergit: *Ipsa me consolata est.*

v. 52. *Memor fui judiciorum tuorum a sæculo, Domine, et consolatus sum.*

Quando dira, ait, passus sum a Babyloniis, revolvebam quanta nobis beneficia præstiteris, videlicet: quod propter nos multis Ægyptios plagis percussisti, quod propter nos divisum est mare, quod propter nos scissa est petra; quomodo dona in deserto cumulasti, quot gentes propter nos destruxisti in Palæstina, ut hic habitacula figamus; præterita enim beneficia paraverunt ad altera deinceps speranda, cessationem præsentium malorum.

v. 64. *Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine, secundum verbum tuum.*

Eusebii. Pro *bonitatem fecisti,* Symmachus exposuit: *Benefecisti servo tuo.* Docetur autem quisquis ad sacra initiatus, ne sensu careat erga beneficium ipsi a Deo datum: sed scire oportet quod bonitate Dei ipsum præveniente, dignus factus est vocari servus Dei, talis secundum ejus Verbum effectus.

v. 72. *Bona mihi lex oris tui, super millia auri et argenti.*

Sic loquetur qui in sua vita legem auro et argento anteponit; sed hæc non recipit pecuniarum helluo. Si quis vero dives est secundum legem Dei, opes abjiciens, hæc consequenter oraculo dicet.

v. 52· Vatic. 6.

v. 64. Vatic. 6, 9, 11. Equidem Corderius eadem fere Didymo tribuit, deceptus verbis apud eum sequentibus quæ jure Maius Didymo retinuit. Præter consensum trium codd. non desunt brevi scholio verba Eusebio solemnia, una cum archaïca indole et optima theologia.

v. 72. Pars prior in Vat. 5, 6; posterior in Vat. 6 qui neglexit v. 73 ab eodem recipere, certe ab Anastasio non omissum.

Ἀναστασίου. Ἀλλὰ πλουτοῦσι, φησί, Βαβυλώνιοι καὶ πάντων πλεονεκτοῦντες ἔχουσι καὶ ἡ δυναστεία αὐτοῖς γίνεται πρόσοδος χρημάτων πολλῶν, ἀλλ' οὐ τοῦτον ἄγαμαι τὸν νόμον ἐγώ, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν σὸν τὸν κελεύ [οντα νόμον] μὴ ἀδικεῖν. Ἐμοὶ γὰρ ἡ τοῦ τοιούτου νόμου φυλακὴ καὶ ἡ διὰ τοῦτον ἔνδεια παντός ἐστι πλούτου προτιμωτέρα. Τίνος χάριν; ἐπάγει·

v. 73. Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με· συνέτισόν με, καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σου.

Ἱερωνύμου. Ὁ Θεὸς οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς λόγῳ δημιουργήσας καὶ προστάγματι, ὅτε ἦλθεν ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον εἶπεν· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. — Τὸ μαθεῖν αὐτό ἐστιν τὸ ἐν αὐτοῖς περιπατεῖν, μὴ κατὰ σάρκα, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.

v. 80. Γενηθήτω ἡ καρδία μου ἄμωμος ἐν τοῖς δικαιώμασί σου, ὅπως ἂν μὴ αἰσχυνθῶ.

Φησὶ δὲ ὁ Εὐσέβιος· Ἕως μὲν γὰρ ἀτελὴς τυγχάνει πολλὴ φροντὶς καὶ ἀγωνία, μή τι ἄρα καὶ ἀσθενήσῃ καὶ χείρων ἑαυτῆς γένηται· ὅτε δὲ εἰς ἄκρον φθάσῃ τελειότητος, ἐν ἕξει ἀρετῆς καταστᾶσα, ἔξω γενήσεται παντὸς φόβου, οὐκέτι ἀμφιβάλλουσα μήποτε ἄρα καταισχυνθῇ.

v. 81. Ἐκλείπει εἰς τὸ σωτήριόν σου ἡ ψυχή μου, εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα.

Ἑρμηνεύων δὲ τὸ σωτήριον, εἰσήγαγεν εἰς τὸν Λόγον σου, τὸν Υἱὸν εἶναι σημαίνων.

v. 96. Πλατεία ἡ ἐντολή σου σφόδρα.

Ὁ γὰρ τῇ ἐντολῇ πορευόμενος, καὶ εἰ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύει, ἐπειδήπερ

Anastasii. Sed opibus abundant, ait, viri Babylonis, et omnia in cumulum habent, et potentia innumeras illis comparat divitias, sed istiusmodi legem ego non magni facio: imo legem tuam quæ malum facere prohibet, malim; hujus enim lex custodia et inopia propter eam orta mihi, omnibus divitiis præstabilior est. Cur? subdit:

v. 73. ***Manus tuæ fecerunt me et finxerunt me. Da mihi intellectum, et discam mandata tua.***

Hieronymi. Deus quum cœlum et terram et omnia quæ in eis continentur, verbo et jussu creavisset, quando venit ad hominem, dixit: «Faciamus hominem ad imaginem et nostram similitudinem. — Discere mandata, idem est ac in eis ambulare, non secundum carnem, sed secundum spiritum.

v. 80. ***Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut ego non confundar.***

At Eusebius ait: Qnamdiu cor imperfectum est, multa cura et angustia laborat, ne forte debilior anima fiat et se ipsa deterior. Quando autem ascendit ad apicem perfectionis, habitu virtutis potita, omnem extra timorem evadit, minime anxia ne unquam erubescat.

v. 81. ***Defecit in salutare tuum anima mea, in verba tua supersperavi.***

In interpretando salutari induxit Verbum tuum, Filium esse significans.

v. 96. ***Latum mandatum tuum nimis.***

Qui enim in mandato ambulat, si viam strictam et angustam tenet, postmodum

v. 73. Vatic. 5. His adde quæ supra p. 279 in nota congeruntur ex cod. Barberino sub nominibus coacervatis Origenis. Cyrilli, Athanasii, Didymi et Evagrii, quibus adde Hieronymum græcum, in hac solemni allegoria *manuum Dei,* quæ a remotissima Clave Melitoniana exorditur. Scholium vero ab Origene proficisci ipse Eusebius, nomine Magistri adducto præter consuetudinem in edd. aperte testatur. Ad v. 78 tres codd. 5, 9, 11 Eusebio tribuunt quod Theodoro dedit Corderius, qui eidem quoque concedit edita apud Montefalconium.

v. 80. Vatic. 16.

v. 81. Vatic. 5. Verbi invocatio frequens haud modicam huic psalmo dignitatem confert.

v. 96. Vatic. 14.

λέγει· ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι, ἐν τῷ πλάτει πορεύεται τῶν ἐντολῶν.

quando ait: « In tribulatione dilatasti mihi, » ille in latitudine mandatorum ambulat.

v. 99. Ὑπὲρ πάντας τοὺς διδάσκοντάς με συνῆκα, ὅτι τὰ μαρτύριά σου μελέτη μου ἐστίν.

v. 99. *Super omnes docentes me intellexi, quia mandata tua meditatio mea sunt.*

Δυνατὸν ὑπερβῆναι τοὺς μαθητάς; μήποτε δὲ οὐδεὶς (καθ' ὃ μέρος ἔμαθε καὶ λέγεται μαθητὴς) ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, καθ' ὃ γὰρ ὑπερέσχεν, οὐ μαθητής.

An potest præstare discipulus magistro? Minime rerum, nemo (qua parte docetur et qua discipulus dicitur) supra magistrum est; quantum enim eum superat, discipulus non est.

v. 123. Ἔνδεξαι τὸν δοῦλόν σου εἰς ἀγαθόν, μὴ συκοφαντησάτωσάν με ὑπερήφανοι.

v. 123. *Suscipe servum tuum in bonum, non calumnientur me superbi.*

Ἀναγκαίως παρακαλεῖ τὸν Θεὸν ἀνάδοχον αὐτοῦ γενέσθαι, ὥσπερ καὶ ἐγγυητήν, ἵν' αὐτὸς φύλαξ αὐτοῦ γίνηται, τηρῶν ἑαυτῷ καὶ φυλάττων τὴν ἐγγύην πρὸς τὸ μηδεμίαν λαβὴν παρασχεῖν τοῖς ἐφεδρεύουσιν αὐτῷ συκοφάνταις. Διαφερόντως δὲ ἡ τῶν ἀλαζόνων καὶ δυνατῶν συκοφαντία χαλεπωτέρα· ἀδικία γὰρ προσλαβοῦσα τὴν δυναστείαν, μείζονα τὴν λαβὴν ἐργάζεται.

Necessitate compulsus, deprecatur Deum fieri susceptorem suum, fere etiam fidejussorem, ut ipse custos sui fiat, ipsique pignus servet et custodiat, ne ullum detrimentum capiat ab insidiis eum calumniantium. Summopere autem arrogantium hominum et potentium dura calumnia est: injustitia enim, quæ potestate pollet, majori damno afficit.

v. 127. Διὰ τοῦτο ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον.

v. 127. *Ideo dilexi mandata tua super aurum et topazium.*

Καὶ ἐν τοῖς ἄνω κατὰ τὰ τελευταῖα τοῦ πθ' (*alias* οβ') στίχου εἴρηται· Ἀγαθός μοι ὁ νόμος τοῦ στόματός σου ὑπὲρ χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου. Οὐκ ἂν δὲ ὁ φιλάργυρος ἢ ὁ φιλόχρυσος εἴποι· Ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον. Μὴ ἀγαπῶν δέ τις οὕτως τὰς ἐντολάς, οὐκ ἂν κατορθωθείη πρὸς αὐτάς. Περὶ τοῦ τοπαζίου κτλ.

Etiam superius dictum est in clausula ad v. 72: *Bona mihi lex oris tui super millia auri et argenti.* Neque dixerit homo argenti et auri cupidus: *Dilexi mandata tua super aurum et topazium.* At si quis non sic mandata amat, haud rite in illis dirigetur. De topazio autem lapide (*Vide Xenocratem supra* t. II. p. 341.

v. 141. Νεώτερος ἐγώ εἰμι καὶ ἐξουδενώμενος, τὰ δικαιώματά σου οὐκ ἐπελαθόμην.

v. 141. *Adolescentulus sum ego et contemptus, justificationes tuas non sum oblitus.*

v. 99. Vatic. 5.

v. 123. Vatic. 16. Nova tantum est pars posterior quæ editis ἀκολούθως succedit.

v. 127. Vatic. 5. His quæ fuse diximus in tomo superiore p. 341-343 de Xenocratis λιθογνώμονος fragmento, sive de Topazio, addere lubeat: 1° Duobus codd. laudatis Vat 1685 et Ottob. 398 accedit Vat. 754. — 2° A cæteris tertius codex maxime in eo differt quod p. 341 lin. 3 post τόπον addit: ἣν ἱστοροῦσι προσαγορευόμενον τόπαζον. Καὶ μετ' ὀλίγα. Τὸ χρῶμα... Unde præter breve incrementum, significatur lacuna ἐκφράσεως. 3.° Inde in finem occurrunt varietates sequentes: καὶ χρυσόπουν (*sic, alias* χρυσόχρουν)... κατακόρηστον... ἔστι δὲ καὶ πάρυθνον (al. πυρίχρουν) ἔστι δὲ καὶ τό εἴδεσθαι ὁ λίθος κτλ. At hæc barbare variantur.

v. 141. Vatic. 5.

Πιθάνωσαν τοῦτο ὑπὸ τοῦ νεωτέρου λέγοιτο λαοῦ, οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἐξ ἐθνῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ νεωτέρου εὐλαβοὺς καὶ ἐξουθενουμένου διὰ τὴν ἡλικίαν λέγοιτ' ἂν ταῦτα, ἀλλὰ καὶ εἰς προτροπὴν νεωτέρων. Πολλοὶ πρῶτοι ἔσονται ἔσχατοι, οἱ ἐκ περιτομῆς ἄπιστοι, καὶ πολλοὶ ἔσχατοι ἔσονται, ὧν ἕκαστος ἐξουθενούμενος. Εὐχόμενος ἂν λέγοι ταῦτα ὁ ἐξομαλίζων τὰς δικαίας πράξεις, μετὰ παῤῥησίας ἐρεῖ τοῦτο τῷ Θεῷ.

v. 150. Προσήγγισαν οἱ καταδιώκοντές με ἀνομίᾳ, ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου σου ἐμακρύνθησαν.

Οἱ προσεγγίζοντες ἀνομίᾳ ἐμακρύνθησαν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀνάλογον τῷ πρὸς τὴν ἀνομίαν ἐγγισμῷ, καὶ λεγέτωσαν τοῦτο δίκαιοι διωκόμενοι.

v. 169. Ἐγγίσατο ἡ δέησίς μου ἐνώπιόν σου, Κύριε, κατὰ τὸ λόγιόν σου συνέτισόν με.

Οὕτω δὲ καί τινων μὲν ἀναβαίνει πρὸς Θεὸν εὐχὴ καὶ στεναγμὸς ἀπὸ τῶν καλῶν ἔργων καὶ τοῦ μισεῖν τὸν Αἰγύπτιον πηλόν. Ἑτέρων δὲ πίπτει ἢ καταβαίνει, ὧν γίνεται εἰς ἁμαρτίαν ἡ προσευχή, ἐπεὶ ἔστι δέησις, ἡ μὲν ἐγγίζουσα Κυρίῳ, ἡ δὲ μὴ ἐγγίζουσα, διὰ τοῦτο ταῦτα εὔχεται.

v. 173. Γενέσθω ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ᾑρετισάμην.

Ζητῶ χεῖρα τοῦ Θεοῦ περὶ ἧς εὔχεται, ταῦτα λέγων· Ἐν χειρὶ κραταιᾷ ἐξήγαγεν ὁ Θεὸς τὸν Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Τίς δὲ αὐτή; Χριστὸς Ἰησοῦς. Αὕτη γάρ ἐστιν καὶ χεὶρ καὶ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ. Γενέσθω οὖν, φησίν, ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με. Τάχα καὶ γενέσθαι δηλοῖ τοιοῦτόν τι, οἷον εἰς Γένεσιν· Ἐλθέτω ἡ χείρ σου. Καί· Γενέσθω οὖν ἡ χείρ σου ἐπὶ τὸ τοῦ σῶσαί με. Οὐ κατ' οὐσίαν, γένεσιν αὐτῆς σημαίνει ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὰ σωζόμενα σχέσιν. Τῆς αὐτῆς διανοίας ἔχεται καὶ τό· Γένου μοι εἰς ὑπερασπιστήν.

Credatur hoc dici de novello populo, qui est a gentibus ortus; at etiam de juniore innocenti et contempto propter ætatem dicta fuerint, sed et ut juniores in Deum progrediantur. Multi primi erunt ultimi, increduli nempe in circumcisione; et multi ultimi erunt primi, quorum singuli despiciuntur. Hæc sit oratio illius qui suavi consuetudine justa pertractans, cum fiducia Deo id proferet.

v. 150. *Appropinquaverunt persequentes me inique, a lege autem tua longe facti sunt.*

Qui appropinquant iniquitati, longe facti sunt a lege, quanta est ad iniquitatem vicinitas, et hoc recitent justi a persecutoribus vexati.

v. 169. *Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, Domine, secundum eloquium tuum da mihi intellectum.*

Sic nonnullorum ad Deum ascendit oratio et gemitus a bonis operibus et odio luti Ægyptiorum. Aliorum vero preces cadunt vel descendunt, quorum vertitur in peccatum oratio, quoniam est quidem deprecatio Domino appropinquans, est vero alia ab eo recedens: idcirco talia precatur.

v. 173. *Fiat manus tua, ut salvet me, quoniam mandata tua elegi.*

Quæro Dei manum, de qua fit oratio per hæc verba: « In manu potenti Deus eduxit Israel ex terra Ægypti. » At qualis est? Christus Jesus. Eccilla enim Dei et manus et dextera. *Fiat,* inquit ergo, *manus tua ut salvet me.* Et fortasse factum fuisse docet aliquid perinde ac in Genesi: « Veniat manus tua ». Etiam ergo *fiat manus tua ad salvandum me,* non ut substantiam ejus hic generatam notet, sed in respectu ad salvandos; ejusdem sententiæ est illud: « Fias mihi in protectorem. »

v. 150. Ex cod. Vat. 5.
v. 169. Ibid.

v. 173. Vatic. 5. cf. Ps. CXXXV, 12. Genes. XLIX, 8. Ps. XXX, 3.

ORIGENIS

FLORENTINA IN PSALMOS FRAGMENTA

Ps. III. *Argumentum.* Κατὰ τὴν ἱστορίαν [οἱ περὶ] τὸν Ἀβεσσαλῶμ ἐπανέστησαν τῷ Δαυίδ. Εἴρηται γάρ· ἐπορεύθησαν μετὰ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ Ἱερουσαλὴμ, ὅτε αὐτὸς καὶ Ἀχιτοφὲλ ὁ Θεκωνὶ καὶ ἄνδρες διακόσιοι προσετέθησαν, καὶ σύντρεμμα ἰσχυρὸν καὶ λαὸς πολὺς σὺν αὐτῷ. Οὗτοι γὰρ πάντες ἔθλιβον τὸν Δαυίδ ἐν οἷς ὁ Σημεὶ υἱὸς Γηρά, ὃς ἐκπορευόμενος καταίρατο Δαυίδ. Ἁρμόσσει δὲ μᾶλλον ἐπὶ Χριστοῦ· ὡς δὲ ἀκολουθήσαντες τοῦ Ἀβεσσαλῶμ, ἀπεγνωκότες τοῦ Δαυίδ, ὡς νενικημένου· Οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτοῦ ἐν τῷ Θεῷ· οὕτως καὶ οἱ Ἰουδαῖοι θλίβοντες τὸν Χριστόν· Αἶρε τὸν τοιοῦτον, ἔκραξαν, ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ σταυροῦ, σταυροῦ αὐτόν, κτλ.

Ps. III, v. 4. Καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου. — Τὴν κεφαλὴν, τουτέστιν τῆς ψυχῆς τὸ ἔπαρμα. Ὥσπερ ὑψοῦται κεφαλὴ τοῦ κατὰ σῶμα ἐμμεγεθυνομένου παρὰ τὰς τῶν ὑποδεεστέρων κεφαλὰς κάτω κειμένας, οὕτως καὶ διαναστάσης τῆς τοῦ μακαρίου ψυχῆς, καὶ εἰς ἐπίδοσιν ἀναβεβηκυίας τοῦ ἐν ψυχαῖς μεγέθους, ἡ κεφαλὴ ὑψοῦται, Θεοῦ συνεργοῦντος αὐτὴν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν εἰς οὐρανὸν ἀνάγοντος.

Ps. IV, v. 4. Ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτόν. — Μεγάλη φωνὴ τοῦ ἁγίου κατὰ τὸ κρυπτὸν τῆς καρδίας, ὅταν εἰσελθῇ εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ, καὶ συνηχθεὶς εἰς ἑαυτόν, καὶ ἔξω παντὸς ψυχικοῦ καὶ σωματικοῦ πάθους ἑαυτὸν ἀλλοτριώσας, καὶ τῶν αἰσθητηρίων πάντων ἀποκλείσας τὰς θύρας, ἔξω γενόμενος σώματος. καὶ μετὰ πάσης προσευχῆς καὶ ἡσυχίας, καὶ διανοίας ἀνατεταμένης, καὶ γνώμης ὀρθῆς, καὶ καθαροῦ συνειδότος, κράζει πρὸς τὸν ἀκούοντα, τὸν δυνάμενον καὶ σιγῶντος ἀκουοῦσαι. Οὗτος καὶ ὁ Μωϋσῆς μὴ φωνήσας πρὸς τὸν Θεὸν αἰσθητῶς, ἐπειδὴ παντὸς δόλου ἀπηλλαγμένος ἦν, ἤκουσε τῆς μακαρίας φωνῆς ἐκείνης τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν εἰρηκότος· Τί βοᾷς πρός με;

Ps. VI, v. 6. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου. — Εἰς ᾅδην καταβαίνοντες οὐ μεμνῆσθαι δύνανται τοῦ Θεοῦ καὶ ἐξομολογεῖσθαι αὐτῷ, ὡς οὐκ ὄντι ἐν θανάτῳ.

Ps. VIII, v. 8. Πρόβατα καὶ βόες. — Τοὺς ἐπηρμένους κατὰ τὸν βίον καὶ τοὺς ὑψηλοφρονοῦντας.

Ps. XIII, v. 4. Οὐχὶ γνώσονται πάντες. — Οὐ γνῶσιν νουθετούμενοι, γνώσονται δὲ ὀδυνόμενοι. Τί δὲ γνώσονται; ὁ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν παραγίνεται· ἔστι Θεὸς ἐκδικήσεως Κύριος· οἵτινες τὴν ἀνομίαν ἐργάζονται, τοὺς νόμους τοῦ Θεοῦ γνώντες, οὐκ ἐξέτασιν [διαφεύξουσι].

Ps. XVII, v. 12. Σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων. — Ὠριγένους, Θεοδωρήτου. Καθάπερ γάρ, φησί, τῇ πυκνότητι τῶν νεφῶν ζοφώδης γενόμενος ὁ ἀὴρ τῆς ἀστραπῆς ἐκπέμπει τὴν αἴγλην, οὕτως ἀόρατος ὢν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ τοῦ νοηροῦ φωτὸς τὰς ἀκτῖνας ἀφίησιν, καὶ τῷ κολαστικῷ πυρὶ κολάζει τοὺς πονηρίᾳ συζῶντας. Τοῦτο γὰρ παρεδήλωσεν ἐπαγαγὼν χάλαζαν.

v. 37. Ἐπλάτυνας τὰ διαβήματά μου. — Διαβήματα λέγει τὸ ἐξ κακίας εἰς ἀρετὴν, καὶ ἐξ αἰσθητῶν καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος αἰῶνος εἰς τὸν μέλλοντα διαβαίνειν· κατ᾽ ἀρχῆς μὲν οὖν τὰ στενὰ καὶ ἐπίπονα τῷ τὴν τεθλιμμένην ὁδεύοντι καὶ τοῦ ἐχθροῦ διαφεύγοντι τὰ σκάνδαλα· τῇ δὲ προκοπῇ ἐπὶ τὸ βέλτιον πλατυνόμενα.

v. 44. Καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν. — Καὶ μὴν οὐκ ἴσμεν τὸν Δαυίδ τῶν ἐθνῶν βασιλεύσαντα· οὐκοῦν δὲ διὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα τεχθέντος ἡ προφητεία πληροῦται;

Ps. XXI, v. 26. Παρὰ σου ὁ ἔπαινός μου. — Εὐχὴ ἡμῖν ἡ ἐπαγγελία παρὰ τῇ θείᾳ νομιζομένη γραφῇ· οὐκοῦν τῆς ἀκοῆς ἐκπλήρωσις ἡ γενομένη τῷ Πατρὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ μέχρι θανάτου [ὑποταγή], ὡσαύτως ἂν βοηθείη τῆς ἀποδοθείσης εὐχῆς παρ᾽ αὐτοῦ τῷ αὐτῷ Πατρί· ἅπαντα ἐπηγγειλαμένος διὰ τῶν προφητῶν παθεῖν, ταῦτα πληρωθῆναι ποιήσω.

Ps. L, v. 13. Διδάξω ἀνόμους τὰς ὁδούς σου. —

Ps. III. *Argum.* Ex laurent. plut. VI, 3 fol. 42. cf. II Reg. XV. 11, 12; XVI, 7. Luc. XXIII, 18, 20. Præter multa bonæ frugi superius recepta ex optimis codd. Laurentianis, adhuc paucula sero ad manus nostras venerunt, quæ negligere tæduit, ne pereant in schedis tumultuariis. Sane plurima nos, ob temporis angustias, fugerunt, nec pauca in opulentis Laurentianæ pluteis editoribus futuris Origenis et Eusebii relicta sunt.

v. 4. cf. supra tom. II p. 450, ubi plura sunt manca et incompta, nunc emendata et aucta ex Vatic. 13, collato Corderio 1, 47.

Ps. IV, v. 4. Ex eod. Laurent. qui plura retinet plenius quam apud BB, 1141 C.

Ps. VI, v. 6. Vatic. 16. Pauca quidem, quæ me in suo loco fugerunt, quibus emendatur gravis error editorum, toties Origeni impactus de reprobis: male enim editum est: μεμνῆσθαι δύνανται τοῦ Θεοῦ, ὡς ὄντες ἐν τῷ θανάτῳ.

Ps. VIII, v. 8. Laurent, ex quo cætera, nisi aliter notetur.

Ὠριγένους, Διδύμου. Τῆς σῆς πάλιν ἀπολαύων φιλανθρωπίας, ἀρχέτυπον ἔσομαι μετανοίας τοῖς τὸν παράνομον βίον ἀσπαζομένοις· ἔσομαι δὲ καὶ κῆρυξ τῆς σῆς ἀγαθότητος, καὶ προτρέψω δυσσεβεῖς ἀνθρώπους καὶ παρανόμους τῇ σῇ προδραμεῖν ἱκετείᾳ.

Ps. LXII, v. 8. Ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἀγαλλιάσομαι. — Ὠριγέν. Θεοδωρήτου. Οὐδὲ πρὸς βραχύ, φησί, τὸν ἐμὸν λογισμὸν τῆς σῆς ἀποστῆσαι δύναμαι μνήμης, ἀλλὰ φίλτρῳ θερμῷ πυρσευόμενος, οἷόν τινι κολλητῷ, σῷ πόθῳ προσδεδέμαι.

Ps. LXIV, v. 5. Μακάριος ὃν ἐξελέξω. — Ἤλωτος, φησί, καὶ μακάριος ὁ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὑπὸ σοῦ προτετιμημένος λαός· ταῖς γὰρ ἱεραῖς σου προσεδρεύων αὐλαῖς, τὴν ἐκεῖθεν ὠφέλειαν καὶ εὐλογίαν καρποῦται.

PARERGON PRÆVIUM

ad sequentia de Proverbiis scholia.

Nil mirum nonnulla Origenis scholia de Proverbiis Salomonis fugisse diligentiam Maurinorum, Gallandii et Maii. Penes enim illos unus Procopius adfuit, quem abunde excusserunt. Latuit vero aut neglecta fuit minor catena, auctore, ut videtur, Polychronio Apameensi episcopo, quæ nobis reservata, etiam post Origenem, ad alios usus nostros commoda erit. Majus autem opus Origenianum, quod superest in Proverbia, opulentissima messis est Hexaplorum, quam suppeditarunt fere soli codices Vaticani, quos plurimi quidem attigerunt, nondum vero, uti par est, ad ultimum usque manipulum reportaverunt.

Præmittatur in hoc angulo scholiolum cui locus alius defuit.

Cap. I, v. 13. Πλήσωμεν δὲ οἴκους ἡμετέρους σκύλων.

Πῶς δὲ σκῦλα προσαγορεύεις, τὰ μὴ πολέμου νόμῳ ληφθέντα, ἀλλ' ἐκ γυμνῆς τῆς ἀδικίας κακῶς σοι περιγενόμενα;

v. 13. *Implemus autem domus nostras spoliis.* (*Regin.* 77, *p.* 102, 103).

Quomodo autem spolia appellas, quæ nullo belli jure accepta sunt, sed per meram injustitiam male tibi acquisita sunt?

ORIGENES

IN PROVERBIA SALOMONIS

Monitum

Sat amplam in proverbiis exponendis messem nobis Origenes præbuisset, nisi nuper eam Maius præocupavisset. In quam enim messem Vaticanam Angelus ille indefessus non injecerit falcem spicarum voracem? Procopii, quem in deliciis habuit, catena oculos percellere suos in primis debuit. Neque unam tantum protulit Procopius, eam quam proprio nempe marte cudit, duce tamen Origene, sed alteram contexuit ex variis Patribus, et Origene in primis, conflatam (*Class. auct.* t. IX). Nec satis: in nova bibliotheca Patrum (*tom.* VII, p. II) iterum Maius accessit ad Origenem, totumque in proverbia commentarium collegit dispertitum in cod. Vatic. 1802. Nil ultra metendum superfuisset, nisi, neglectus fuisset, quamvis lynceos ejus oculos non fugerit, exiguus et recens libellus Reginensis, sub num. 77 latitans, cujus in fronte, epigraphe manu cl. Davidis Hœschelii sculpta, statim aciem oculorum rapit:

« Illustrissimo ac generosissimo Do-
« mino Johanni Haringtono, equiti de
« Balneis, Johannis Haringtonis Baronis
« de Exeon hæredi ac filio unico, hunc
« commentarium græcum in Parœmias
« Salomonis interpres David Hœschelius
« Augustanus grati animi ergo dedit,
« 3 Kal. Jul. a. 1609. »

Sequitur fol. I altera inscriptio de codicis librario: « Feliciter anspicatus est « D. M. David Hœschel, dignissimus « gymnasii Augustani rector d. 7 Martii « a. s. 1597; sed ut ad alias lectiones e- « xordium pietatis esset, singulis hæc « diebus præmisit. » Tum ad calcem p. 701: « Absolutus hicce proverbiorum li- « ber, pridie cal. IXbr. a. MDXCVIII, a Da- « vide Wagnero August. Vind. avidissi- « mo calamo exceptus ex ore Dn. M. Da- « vidis Hœschelii, gymnasii ad divam « Annam Rectoris dignissimi, præcepto- « ris fidelissimi, quem ille librum ex bi- « bliotheca Monacensi transcriptum ab « Hieronymo Grengero Aug. obiter la- « tine vertit ».

Habemus igitur catenam ex apographo codicis Monacensis manu Grengeri græce descriptam, cum extemporali interpretatione Davidis Hœschelii, quam græce et latine recepit ejusdem discipulus David Wagner per annos 1597 et 1598. Eas vero bonus magister quasi prælectiones solebat præmittere, priusquam de alio liberiori argumento disputaret, ac omnia discipuli ab ore docentis sedulo excipiebant. Hujusmodi operam magistro restitutam, idem Hœschelius nobili viro anglico Harington a. 1609 dedit donavitque. Unicus sane codex, qua fortuna nescitur, dono cel. Reginæ Sueciæ ad Vaticanas ædes venit; dignus sane qui ad memoriam revocaretur, et symbola sua, quantumvis exigua, ad illustrandum Origenem conferat. Etenim plus minus integra fere eadem ab initio attigere Maius et Maurini: sed præter novam cl. viri operam, nova rarus codex præstat.

Interprete Davide Hoeschelio.

Cap. i, v. 1. Παροιμίαι Σαλομῶντος υἱοῦ Δαυίδ.

Υἱὸς δὲ Δαυὶδ καὶ ὁ Σωτὴρ λέγεται, καὶ καλῶς· οὗτος γὰρ ὁ εἰρηνικὸς ἡμῶν σωτὴρ, ὁ γενόμενος ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ· διὸ καὶ ἐπεγράφη τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων οἰκονομίαν τελοῦντι· Οὗτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Ἰουδαῖοι δέ εἰσιν ὁ Ἰσραὴλ, ὁ νοῦς διορατικὸς, εἴγε γὰρ ἄρα εἰσὶν ἀληθῶς Ἰσραήλ· οὐ γὰρ ὅσοι σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ πάντως καὶ τέκνα, ἐν τῷ μὴ ποιεῖν τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραάμ.

Cap. i, v. 1. *Proverbia Salomonis filii David*

Filius autem Davidis etiam servator dicitur, idque probe: hic enim servator noster pacificus, ex semine David secundum carnem natus, rex Hierosolymis fuit. Atque ideo [ipsi] perfuncto redemptionis hominum munere inscriptio facta: « Hic est rex Judæorum. » Judæi autem sunt Israel, mens illa perspicax, si modo sunt veri Irsaelitæ. Non enim quicumque semen Abrahami sunt, illico et filii ejus, si quidem opera Abrahami non faciunt.

v. 6. Νοήσει τε παραβολὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον.

Καὶ πῶς ἁρμόσει τούτῳ τό· Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου; γέγονε γὰρ ὅπερ ἐπήγαγεν, ἐναντίον τῶν πατέρων ἡμῶν ἃ ἐποίησε θαυμάσια, κατὰ γὰρ τὸ ῥητόν· Διέῤῥηξε θάλασσαν, καὶ διήγαγεν αὐτοὺς, καὶ τὰ ἑξῆς· Πάντα γὰρ ταῦτα γέγονεν, ἃ καὶ σύμβολά ἐστι τῶν ἐφ' ἅπερ ἀνάγεται τρόπῳ παραβολῶν εὐαγγελικῶν παραλαμβανόμενα. Ἕτερος δέ τις ἐρεῖ οὐκ ἐπὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἐξόδου ἀναφέρεσθαι τό· Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, ἀλλὰ ἐπὶ τὰς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ παραβολὰς, τοῦ Χριστοῦ λέγοντος ἐν τῷ προφήτῃ· Πρόσεχε, λαός μου, τὸν νόμον μου, καὶ τὰ ἑξῆς.

v. 6. *Intelliget parabolam et obscurum sermonem.*

Ac quomodo huic conveniet illud: « Aperiam os meum in parabolis? » Accedit enim quod subjicit: « Coram patribus nostris quæ fecit miracula. » Nam ut sonat littera: « Disrupit mare, perque illud eos eduxit, » et quæ sequuntur. Omnia enim hæc facta sunt, licet symbola seu typi sint eorum ad quæ transferuntur, eo accepta modo quo parabolæ in evangelio. Alius autem dicit, illud, « Aperiam in parabolis », non esse referendum ad ea quæ in Exodo acciderint, sed ad parabolas in evangelio recitatas, quum Christus apud prophetam dicat: « Popule meus, attende legi meæ, » et cætera.

v. 12. Καὶ ἄρωμεν αὐτοῦ τὴν μνήμην ἐκ γῆς.

Γεωργίου ἢ Ὠριγένους. Φήσαιεν δὲ ταῦτα καὶ οἱ εἰπόντες· Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, ἵνα ἡμῶν γένηται ἡ κληρονομία.

v. 12. *Et tollamus ejus memoriam e terra.*

Georgii vel Origenis. Verba hæc tribui possent et iis qui dixerunt: « Hic est hæres: venite, interficiamus ipsum, hæreditas nostra fiet. »

Cap. 1, v. 1. Regin. 77 f. 26, 29. Matth. xxvii, 37. cf. BB. Patrol. xiii, 17-25.

v. 6. Cod. p. 74, 75. Ps. lxxvii, 1, 2, 3, 13. In fine ps. legit προσέχετε, interpres vero: *Populus meus attendat.* Veteres revocare solet Origenes.

v. 12. Cod. p. 102, 103. Deinceps frequens est Georgius, quem uti Alexandrinum cum Origene hic descripsimus; at omisimus porro, utpote recentiorem et ab Origene remotum nimis. Matth. xxii, 38. Cf. BB. l. l. 27.

Cap. III, v. 8. Τότε ἴασις ἔσται τῷ σώματί σου καὶ ἐπιμέλεια τοῖς ὀστέοις σου.

Ἐν τῷ παρόντι βίῳ τὰ ἡμέτερα ἥλκωται σώματα, καὶ ἐν ἀσθενείᾳ εἰσί, διὸ καὶ ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος· ὅταν δὲ σπαρὲν ἐν φθορᾷ ἐν ἀφθαρσίᾳ ἀναστή[σεται], ἰαθήσεται· ἐπιμέλεια δὲ ὀστέοις, ὅταν συνέλθῃ ὀστοῦν πρὸς ὀστοῦν καὶ ἁρμὸς πρὸς ἁρμόν· τότε κατὰ τὸν προφήτην, τὰ ὀστᾶ ἡμῶν ὡς βοτάνη ἀνατελεῖ. Ἢ καὶ οὕτως· τότε, φησίν, ἐν τῷ σώματί σου τὴν δικαιοπραγίαν ἕξεις, λάμποντός σου τοῦ σώματος τῇ εὐχροίᾳ τῶν ἀρετῶν, καὶ ἐπιμέλειαν παρὰ Θεοῦ τοῖς ἐν τῷ βάθει σου λογισμοῖς, τοῖς ὀστέων δίκην τὴν ψυχὴν περισφίγγουσιν.

Cap. III, v. 8. *Tunc sanatio erit corpori tuo, et cura ossibus tuis.*

In hac vita corpora nostra ulceribus scatent, atque infirmitati obnoxia sunt: unde etiam «caro concupiscit contra spiritum. Quum autem seminatum in corruptione, resurrexerit in incorruptibilitate,» sanabitur. Cura autem [erit] ossium, quando «ossa cum ossibus congrediuntur et compages cum compage,» tum secundum prophetam, «ossa nostra tamquam herba efflorescent.» Vel etiam hoc modo: tum, inquit, in corpore tuo omnem justitiæ plenitudinem habebis, ubi corpus tuum luxerit bono virtutum colore, et curam a Deo tuarum in profundo cogitationum, quæ ossium instar, animum cingunt.

Cap. V, v. 14. Παρ' ὀλίγον ἐγενόμην ἐν παντὶ κακῷ, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας καὶ συναγωγῆς.

Γενναδίου ἢ Ὠριγένους. Ἦν ὅτε οὐκ ἦν κακία, καὶ ἔσται ὅτε οὐκ ἔσται. [Οὐκ ἦν δὲ ὅτε οὐκ ἦν ἀρετή, οὐ δὲ ἔσται ὅτε οὐκ ἔσται]· ἀνεξάλειπτα δὲ τὰ σπέρματα τῆς ἀρετῆς· πήθει δέ με καὶ οὗτος παρ' ὀλίγον, καὶ οὐκ ἐν παντὶ κακῷ γεγονώς, καὶ ὁ πλούσιος ἐν τῷ ᾅδῃ διὰ τὴν κακίαν κρινόμενος, καὶ οἰκτείρων τοὺς ἀδελφούς. Τὸ δὲ ἐλεεῖν τὸ κάλλιστον σπέρμα τῆς ἀρετῆς. Ἐκκλησία δὲ νῦν τῶν τελείων τὸ ἄθροισμα· συναγωγὴ δὲ τῶν καταδεεστέρων. Ὁ τοίνυν ἡμαρτηκὼς ἐν Κορίνθῳ, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας καὶ συναγωγῆς, οὐ παρὰ μικρὸν, ἀλλ' ἐν παντὶ γέγονε τῷ κακῷ.

Cap. V. v. 14. *Modicum fui in omni malo, in medio ecclesiæ atque synagogæ.*

Gennadii vel [*ut in alio codice legitur*] Origenis. — Erat tempus quo non erat malum, et erit quo non erit [at non erat tempus quando virtus non fuit, nec futurum est ut non sit.] Semina enim virtutis sunt indelebilia. Movet autem me et hic qui ad tempus nec in omni malo fuit; et dives ob malitiam [in inferno] judicatus, et misericordia erga fratres motus. Misericordia autem optimum virtutis est semen. Ecclesia autem hoc loco intelligitur hominum perfectorum congregatio, Synagoga vero inferiorum. Quare peccator apud Corinthios, in medio Ecclesiæ et Synagogæ, non pusillum, sed in omni malo fuit.

Cap. X, v. 6-8. Εὐλογία Κυρίου ἐπὶ κεφαλὴν δικαίου, στόμα δὲ ἀσεβῶν καλύψει πέν-

Cap. X, v. 6-8. *Benedictio Domini supra caput justi, os autem impiorum operit luc-*

Cap. III, v. 8. Cod. p. 138-141. Galat. III, 17. 1 Cor. XV, 42. Ezech. XXXVII, 7. Is. LXVI, 14.

Cap. V, v. 14. Obscurum in textu, nec liquidius in commentario quem attigerunt Maius et Gallandius, quibus collatis etiam licuit Hœschelium græce et latine emendare. Cod. habet in marg. *germinabunt*, ubi *efflorescent.*

Cap. X, v. 6-8. Cod. p. 310, 311. Ejusdem omnia esse non liquet. In marg. monacens. cod. habuisse dicitur φερομένου λόγου. Eccle XIX, 10.

θος ἄωρον. Μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων, ὄνομα δὲ ἀσεβοῦς σβέννυται. Σοφὸς καρδίᾳ δέξεται ἐντολάς, ὁ δὲ ἄστεγος χείλεσι σκολιάζων ὑποσκελισθήσεται. Ὃς πορεύεται ἁπλῶς, πορεύεται πεποιθώς· ὁ δὲ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, γνωσθήσεται.

tus præmaturos. Memoria justorum cum laude conjuncta est, nomen autem impii extinguitur. Sapiens corde excipit mandata, cui autem os est infrene, oblique incedens, supplantabitur. Qui ambulat simpliciter, ambulat confisus. Qui vero vias suas pervertit, cognoscetur.

Τῷ μὲν συνετῷ δικαίῳ καὶ τὰ δυσχερῆ τῶν πραγμάτων εὔκολα γινεται· τῷ δὲ ἑτέρως ἔχοντι καὶ τὰ εὔκολα καὶ ἀνάψυσίν τινα ἔχοντα δυσχερῆ καθίσταται. — Σύνεσις καὶ ἐπιστήμη ἐν τῷ ἡγεμονικῷ αὐτῷ. — Ἐν μέσῳ φερόμενος λόγος περὶ δικαίου, οὗτος ἐγκωμιάζεται· τὸ δὲ τοῦ ἀσεβοῦς ὄνομα ἀπόλλυται· ἀστατῶν πεσεῖται. Σοφὸν μὲν οὖν καλεῖ τὸν ἐκ φύσεως ἔχοντά τι· ἄστεγον δὲ χείλεσι, τὸν οὐκ εἰδότα τό· Ἀκήκοας λόγον, συναποθανέτω σοι. Ἢ ποτὲ μὲν τοῦτο λαλῶν, ποτὲ δὲ ἐκεῖνο, πεσεῖται. Ὁ μηδὲν τῷ πλησίῳ κακὸν τεκταινόμενος, οὐδὲ παρ' ἑτέρου τινὸς ἐπιβουλὴν ἐκδέξεται· ὁ δὲ λαθραίως ἐπιβουλεύων, καὶ εἰς πρόσωπον ἐπαινῶν, οὗτος γνωσθήσεται, καὶ εἰ δοκεῖ λανθάνειν ἕως καιροῦ. Ἢ οὕτως ὁ δίψυχος καὶ μὴ ἁπλοῦς διελέγχεται· ἔλεγχος δὲ τοῦ πράγματός ἐστιν ἡ τῆς ἀληθείας ἀπόδειξις· ἐλεγχθήσεται, καταγνωσθήσεται ὁ δίψυχος καὶ ἄστατος.

Justo intelligenti eæ etiam res, quæ sunt difficiles, faciles redduntur. Qui autem aliter est affectus, ei etiam facilia et aliquod refrigerium habentia, difficilia fiunt. — Intelligentia et scientia sunt in principe hominis animi parte. — Qui medius fertur sermo de justo, hic laudatur: nomen autem impii, perit. — Homo instabilis cadet. — Sapientem itaque vocat eum qui natura aliquid habet. Os vero infrene, eum qui nescit illud: « Audivisti sermonem, tecum moriatur. » Aut qui modo hoc, modo illud loquitur, cadet. — Qui nihil mali alteri molitur, is neque ab alio insidiis circumvenietur. Qui vero clanculum insidiatur, et in os [dumtaxat[laudat, hic innotescet, etiamsi ad tempus latere videatur. Aut sic: Homo duplex, et non simplex redarguitur. Redargutio vero alicujus rei est veritatis demonstratio. Redarguetur, condemnabitur homo ambiguus et inconstans.

v. 18. Καλύπτουσιν ἔχθραν χείλη δίκαια.

Γράφεται χείλη ἄδικα, καὶ οἱ λοιποὶ οὕτως ἡρμήνευσαν· λέγει τοίνυν, ὅτι τῶν ἀδίκων οἱ λόγοι καλύπτουσι φιλίαν δι' ἔχθρας, ταύτην ὑποκρινόμενοι.

v. 18. *Labia justa occultant inimicitias.*

Scribitur: *labia injusta,* atque sic reliqui interpretati sunt. Dicit igitur: injustorum sermones occulere amicitiam propter inimicitiam, hujus simulatione hypocritica.

v. 21. Χείλη δικαίων ἐπίσταται ὑψηλά.

Λόγον γὰρ ἔχουσι θεωρημάτων ἐπιστήμονα, μηδὲν ἔχοντες ὑψηλόν.

v. 21. *Labia justorum norunt sublimia.*

Ratione enim præditi sunt contemplationum gnara, quibus nihil est sublime.

v. 22. Εὐλογία Κυρίου ἐπὶ κεφαλὴν δικαίου, αὕτη πλουτίζει κτλ.

Ἅπας εὐλογημένος ὑπὸ Κυρίου πλού-

v. 22. *Benedictio Domini super caput justi, hæc divitem facit, etc.*

Cuicumque Dominus benedicit, is

v. 18. Cod. p. 818-819. Cf. Field. II, 330.
v. 21, 22. Ibid. Codex addit intra uncos [*vel sermo eorum theorematum gnarus*]. Quas extemporales glossulas neglesimus.

σιος· οἱ δὲ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου, οἱ προφῆται· οὗτοι ἄρα ἦσαν πλούσιοι· ὁ δ' ἐξ εὐλογίας Χριστοῦ διδόμενος πλοῦτος, ἀμιγῆς πάσης λύπης παρέχεται, πρὸ τῆς αἰσθήσεως τὰς ψυχὰς εὐφραίνων. Ἥδεται πράττων κακὰ, οὗτος τὰ πολλὰ λέγειν φησί· τὸ δὲ μὴ εἰσηγεῖσθαι τὰ δέοντα.

est dives; qui vero ambulant in lege Domini, prophetæ. Hi itaque erant divites. Divitiæ quas benedictio Domini suppeditat, omnis doloris expertes exhibentur; quæ prius etiam quam sensu percipiuntur, animos oblectant. Delectatur impiis actionibus mala perpetrans. Hic, inquit, multa loquitur, non autem eorum quæ conveniunt, auctor est.

SANCTUS HIPPOLYTUS IN PROVERBIA

Monitum.

Cum in superiore tomo de sancto Hippolyto copiose egimus, Angeli Maii in Danielem vestigia, ubi novus occurrebat Portuensis episcopus, ægre relegimus, nec nisi paucos et vix certos ingrati laboris fructus nacti, longius viam sequi neglexímus. Nunc vero cum Eusebio et Origene catenas in Proverbia scrutati, iterum in Hippolytum offendimus, paucas rursus, sed fortasse certiores summi doctoris reliquias in lucem prolaturi. Ex iisdem codicibus qui Maio multa præstiterunt, nostra recepimus, ac sæpe in iisdem locis ea collegimus et pergente continua serie: unde nostra labefactari nequeunt, quin etiam optima apud Maium recepta aboleantur. Quædam fortasse ideo omisit Maius, quod catenas solebat ad calcem suorum tomorum cita manu excutere, ut currente prælo, vacua folia implerentur; aut quod inter plures catenarum codices unus integrior facile alteri jejuniori locum cessit. Ea vero est sancti Romani doctoris ἡ σεμνότης, ut vel mutila et incerta fragmenta cedro linenda et servanda videantur. Erit etiam qui, ut antea notare me memini, advertet vocem magistri vere Romanam, immo quamdam latini sermonis indolem, et in primis fiduciam in asserendis allegoriis, pro tanta antiquitate memorandam, constanterque in Urbe, usque ad Gregorium Magnum et ulterius, conservatam. Neque notatu ineptum est, ubicumque Hippolytus æquor Scripturarum primus sulcavit, huc Origenem vela laxavisse.

Cap. i, v. 15. Ὁδοὺς ἀσεβῶν μὴ ἐπέλθῃς, μηδὲ ζηλώσῃς ὁδοὺς παρανόμων. Μὴ πορευθῇς ἐν ὁδῷ μετ' αὐτῶν, ἔκκλινον δὲ τὸν πόδα σου ἐκ τῶν τρίβων αὐτῶν.

Cap. i, v. 15. *Vias impiorum ne ingrediaris, neque zelaveris semitas improborum. Ne ambules in via cum eis; declina pedem tuum a semitis eorum.*

Τὰς ὁδοὺς, φησὶ, τῶν ἑτεροδόξων μὴ ἐπέλθῃς, ἢ τῶν νόμον παραβαινόντων. Τὸ γοῦν·

In vias, inquit, *ne accedas* hæreticorum vel eorum qui legem transgrediuntur.

Cap. i, v. 15. Vatic. 1802 f. 21.

Μὴ ἐπέλθῃς, ἀντὶ μὴ ἐνθυμηθῇς τὰ διανοήματα αὐτῶν. Ἔκκλινον οὖν ἀπ' αὐτῶν ἡνιοχῶν τὰς ἀλόγους ὁρμάς· ἢ ἀσεβεῖς φησὶ τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς ψυχὴν ἀποκτείνοντας,· ὁ στρατὸς αὐτῶν εἰς φόνον ψυχῆς ἀφορᾷ.

Cap. iv, v. 10, 11. Ἄκουε, υἱέ, καὶ δέξαι ἐμοὺς λόγους, καὶ πληθυνθήσεται ἔτη ζωῆς σου, ἵνα σοι γένωνται πολλαὶ ὁδοὶ βίου. Ὁδοὺς γὰρ σοφίας διδάσκω σὲ, ἐμβιβάζω δὲ σὲ τροχιαῖς ὀρθαῖς.

Εἰ γοῦν ἀκούεις ἐμοῦ, πληθυνθήσεται ἔτη ζωῆς σου, ἵνα σχῇς ἄφθαρτον ζωήν· δηλονότι πολλαὶ ὁδοὶ βίου, πράξεις ἀγαθαὶ, ἐπὶ τὴν γνῶσιν φέρουσαι τοῦ Θεοῦ· τροχιαὶ δὲ ὀρθαὶ, αἱ ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν πράξεων πρὸς ἀγαθὰς πορεύσεις.

Εἶπε δὲ τὴν αἰτίαν, πῶς ἔσται τοῦτο; Ὁδοὺς γὰρ σοφίας, ἤτοι τῆς εὐμηχάνου, τῆς εὐπόρου, ὅθεν ἂν βαδίσαι θέλῃς, πάντα ὑπεξίσται, οὐδὲν τὸ ἀντιπίπτον ἥκουσι πάντα κατὰ βασιλίδα. Θείως δὲ εἶπεν τὸ ἐμβιβάζω, ὥστε, φησὶ, ἀσφαλῆ γενέσθαι τὴν παραμονήν· οὐ γὰρ τοσαῦται παρεκτροπαὶ τῶν λειοφόρων, ὅσαι τῆς ἀρετῆς· καὶ ἔργον ἐστιν εὑρεῖν ἄνδρα ὀρθὸν ἀεί.

Cap. v, v. 19. Ἔλαφος φιλίας καὶ πῶλος σῶν χαρίτων ὁμιλείτω σοι.

Ὅρα πῶς αὐτὸν εἰς συνδεσμὸν ἄγει τῆς ὁμοζύγου· δείκνυσι γὰρ καὶ διὰ τοῦ ζωοῦ τὸ τῆς ἡδονῆς καθαρὸν, καὶ διὰ τοῦ πώλου τὸ τῆς γυναικὸς παρίστησι γαῦρον καὶ ποθεινόν.

Cap. vi, v. 26. Τιμὴ γὰρ πόρνης ὅση καὶ ἑνὸς ἄρτου, γυνὴ δὲ ἀνδρῶν τιμίας ψυχὰς ἀγρεύει.

Οὐ τὸν ἄρτον τῇ μίξει παραβάλλει, ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τῇ μίξει καταβαλλόμενον ἀργύριον

Ne accedas, quasi ne concupiscas eorum sententias; declina ergo ineptos impetus similium aurigarum. Vel impios vocat pravas cogitationes quæ animam occidunt; acies eorum tendit in interitum animæ.

Cap. iv, v. 10, 11. *Audi, fili, et recipe sermones meos, et multiplicabuntur anni vitæ tuæ, ut fiant tibi multæ viæ vitæ. Nam vias sapientiæ docebo te, firmabo te in rotis rectis.*

Me ergo si audieris, *anni vitæ tuæ multiplicabuntur,* ut vitam habeas incorruptam, scilicet vitæ via multiplex sunt boni actus, qui ducunt ad cognitionem Dei. Rotæ autem rectæ sunt, quæ a bonis actibus vehunt ad bona ævi itinera.

Et causam asserit quomodo istud futurum sit. Nam docebo vias sapientiæ, nimirum illius pulchre operantis et incedentis, qua si volueris ambulare, omnia succedent; nihil in occursu cadit his qui omnia juxta regiam viam dirigunt. Divino numine ait: *firmabo*, videlicet, inquit, firmam et constantem fieri mansionem. Haud enim tot sunt diverticula in lubricis semitis, quot sunt in virtute; unde arduum opus est invenire hominem semper rectum.

Cap. v, v. 19. *Cerva amicitiæ et pullus tuarum gratiarum tecum conversetur.*

Vide qualiter urgeat vinculum unius consortii. Nempe per cervam denotat voluptatis in conjugio innocentiam, et per pullum alacritatem mulieris exprimit et amabilitatem.

Cap. vi, v. 26 *Pretium enim scorti vix est unius panis; mulier autem virorum pretiosas animas capit.*

Panem scortationi non comparat, sed cum pretio unius panis pecuniam ad scor-

Cap. iv, v. 10. 11. Id. Vatic. in quo εἴχουσι.
Cap. v, v. 19 edidit et vertit Maius, qui tantum omisit breve exordium. Cod. f. 22.
Cap. vi, v. 26. Cod. f. 27.

σιος· οἱ δὲ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου, οἱ προφῆται, οὗτοι ἄρα ἦσαν πλούσιοι. Ὁ ἐξ εὐλογίας Χριστοῦ διδόμενος πλοῦτος, ἀμιγὴς πάσης λύπης παρέχεται, πρὸ τῆς αἰσθήσεως τὰς ψυχὰς εὐφραίνων. Ἥδεται πράττων κακὰ, οὗτος τὰ πολλὰ λέγειν φησί· τὸ δὲ μὴ εἰσηγεῖσθαι τὰ δέοντα. (*Sic cod. Obscurior interpres emendatus est.*)

est dives; qui vero ambulant in lege Domini, prophetæ. Hi sane erant divites. Divitiæ quas benedictio Christi præstat, omni mœrore carent: nondum sensu perceptæ, animos oblectant. Delectatur impius mala perpetrans. Hic, inquit, multa loquitur, non autem ea quæ decent, enarrat.

SANCTI HIPPOLYTI

AUCTARIUM IN PROVERBIA [1])

CAP. IV, v. 10, 11. Ἄκουε, υἱέ, καὶ δέξαι ἐμοὺς λόγους, καὶ πληθυνθήσεται ἔτη ζωῆς σου, ἵνα σοι γένωνται πολλαὶ ὁδοὶ βίου.

Εἰ γοῦν ἀκούεις ἐμοῦ, πληθυνθήσεται ἔτη ζωῆς σου, ἵνα σχῇς ἄφθαρτον ζωήν· δηλονότι πολλαὶ ὁδοὶ βίου, πράξεις ἀγαθαὶ, ἐπὶ τὴν γνῶσιν φέρουσαι τοῦ Θεοῦ· τροχιαὶ δὲ ὀρθαὶ, αἱ ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν πράξεων πρὸς ἀγαθὰ πορεύσεις.

v. 11. Ὁδοὺς γὰρ σοφίας διδάσκω σὲ, ἐμβιβάζω δὲ σὲ τροχαῖς ὀρθαῖς.

Εἶπε δὲ τὴν αἰτίαν, πῶς ἔσται τοῦτο· Ὁδοὺς γὰρ σοφίας, ἤτοι τῆς εὐμηχάνου, τῆς εὐπόρου· ὅθεν ἂν βαδίσαι θέλῃς, πάντα ὑπέξισται, οὐδὲν τὸ ἀντιπίπτον ἔχουσι πάντα κατὰ βασιλίδα. Θείως δὲ εἶπεν τὸ ἐμβιβάζω, ὥστε, φησί, ἀσφαλῆ γενέσθαι τὴν παραμονήν· οὐ γὰρ τοσαῦται παρεκτροπαὶ τῶν λειοφόρων, ὅσαι τῆς ἀρετῆς· καὶ ἔργον ἐστιν εὑρεῖν ἄνδρα ὀρθὸν ἀεί.

CAP. IV, v. 10. *Audi, fili, et recipe meos sermones, et multiplicabuntur anni vitæ tuæ, ut tibi multæ viæ fiant vitæ.*

Me ergo si audieris, *anni vitæ tuæ multiplicabuntur,* ut vitam habeas incorruptam, scilicet vitæ via multiplex sunt boni actus, qui ducunt ad cognitionem Dei. Rotæ autem rectæ sunt, quæ a bonis actibus vehunt ad bona consequenda.

v. 11. *Nam vias sapientiæ docebo te, firmabo te in rotis rectis.*

Et causam asserit, quomodo istud futurum sit, vias sapientiæ, nimirum illius pulchre operantis et proficientis, in qua si volueris ambulare, omnia succedunt; nihil in occursu cadit his qui omnia juxta regiam viam dirigunt. Divino numine ait: *firmabo,* videlicet, inquit, firmam et constantem fieri mansionem. Haud enim tot sunt diverticula in lubricis semitis, quot sunt viæ in virtute; unde arduum opus est invenire hominem semper rectum.

1) Cum in superiore tomo de sancto martyre copiose et alacriter egimus, pro nostra in insignem Romanum doctorem prolixa pietate, pergratum fuit, etiam post Angelum Maium, ex Vaticanis codicibus quatuor nova eruere segmenta de Proverbiis Salomonis. (t. II, p. 243, 244). Eadem vestigia iterum iterumque relegenti feliciter contigit alia quatuor æque nova detegere, quæ, data occasione fausta, tandem eo in loco ab oblivione revocare juvat.

Cap. IV, v. 10, 11. Ex Vatic. 1802 f. 21. cod. πρὸς ἀγαθὰς πορεύσεις, nec fort. inepte.

Cap. vi, v. 26. Τιμὴ γὰρ πόρνης ὅση καὶ ἑνὸς ἄρτου, γυνὴ δὲ ἀνδρῶν τιμίας ψυχὰς ἀγρεύει.

Οὐ τὸν ἄρτον τῇ μίξει παραβάλλει, ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τῇ μίξει καταβαλλόμενον ἀργύριον τῷ τοῦ ἑνὸς ἄρτου τιμήματι. Οὐκ εἶπε δὲ γυναικός, ἀλλὰ πόρνης· οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς φύσεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κακίας αὐτὴν ἐκάλεσε, κακία δὲ οὐδενὸς ἀξία. Φέρει δέ πως τοῖς ἡττωμένοις ὀδύνην, ὅταν ὁ νενικηκὼς εὐκαταφρόνητος ᾖ. Ἢ ὅτι τοσαύτη ἐστὶν ἡδονὴ τῆς κακίας, ὅση καὶ ἑνὸς ἄρτου. Γυνὴ δὲ... Αἰσχύνθητι, φησίν, ὅτι γυνή σε νικᾷ, καὶ ὅτι οὐδενὸς ἀξία πόρνη τῷ παρὰ σοὶ τιμιωτέρῳ, τὴν ψυχὴν προδιδόντι.

Cap. vi, v. 26. *Pretium enim scorti vix est unius panis; mulier autem pretiosas virorum animas capit.*

Panem scortationi non comparat, sed cum pretio unius panis pecuniam ad scortandum projectam. Non de muliere loquitur, sed de scorto: haud enim eam a natura avocat, sed a malitia; malitia autem nihil meretur; immo iis quos superavit, creat dolorem, si quidem ab ea victus aspernabilis fit. Vel ait talem esse pravitatis voluptatem, quale unius panis pretium. Addit: *Mulier autem*... id est, erubesce, quia mulier te superat, et quod nullius æstimatur scortum, præ anima quam tradidisti, quæ tua res pretiosior est.

Cap. xxiv (*vulg.* xxx), v. 18-19. Τρία δέ ἐστιν ἀδύνατά μοι νοῆσαι, καὶ τὸ τέταρτον οὐκ ἐπιγινώσκω... ὁδοὺς ἀνδρὸς ἐκ νεότητος.

Τὸ δὲ τέταρτον [οὐκ] ἐπιγνωστὸν διὰ τὸ ἄστατον τῶν τρόπων· τοῦτο ἦθος νεαροῦ, ᾧ συντακτέον καὶ τὰς τῆς μοιχαλίδος ὁδούς· διάφορα τοίγαρ, ἐπεὶ μηδὲν ἐκ τοῦ προφανοῦς βλάβης ἐνορᾶται τῷ σώματι πρὸ τῆς ἀθεμίτου πράξεως.

Cap. xxiv (vulg. xxx), v. 18. 19. *Tria sunt quæ intelligi nequeunt, et quartum non cognosco.... vias viri a juventute.*

Quartum autem genus ignotum est, quod stabile non sit in moribus: talis est consuetudo adolescentis quocum etiam conferendæ viæ meretricis; in eo autem differt, quod immunis est apertæ in corpore maculæ ante illicitos actus.

Cap. vi, v. 26. Id. Cod. f. 27.

Cap. xxiv, v. 18, 19. Scholium partim attigerat Maius; nos quoque post eum idem multo integrius (tomo ii, p. 244). Quod tamen nec dum absolutum reliquimus, nunc perficimus, addita clausula necessaria quæ ad ultimam versiculi 19 partem pertinet. — Ut multa alia apud Hippolytum, vox προφανοῦς latine videtur sonare, ac potius quid illicitum quam perspicuum significare. — Nec satis de Hippolyto. Supersunt spiculæ duæ manipulo addendæ inter opp. collecto ex amisso commentario in psalmos (*Patrol.* x. 607. 615). Prior ex Barber. iii, 59 f. 195, posterior ex cod. Vatic. apud Agellium p. 806 col. 2 recipitur; quibus infertur, Hippolytum fuisse totius psalterii interpretem.

Psalm. iii, 8. Ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας.

Ἱππολύτου. Ἐκ μεταφορᾶς θηρίων, ἃ τῶν ὀδόντων στερούμενα, εὐκαταφρόνητα λίαν ἐστιν.

Psalm. cxxviii, 13. Κατ' ἐμοῦ ἠδολέσχουν οἱ καθήμενοι ἐν πύλῃ.

Ἱππολύτου. Ἔξω γὰρ τῆς πύλης με ἐσταύρωσαν, τουτέστι τῇ τοῦ πάσχα ἑορτῇ.

v. 8. *Dentes peccatorum contrivisti.*

Hippolyti. Ex metaphora belluarum, quæ cum dentibus privantur, valde sunt despicabiles.

v. 13. *Adversum me loquebantur, qui sedebant in porta.*

Hippolyti. Nam extra portam me crucifixerunt. nimirum in Paschæ festivitate.

EUSEBIUS

IN CANTICA CANTICORUM

Monitum

Eusebii nihil superesse in Cantica canticorum, quod hactenus in lucem venerit, præter quoddam sublestæ fidei procemium, mirandum sane, quum obstinata æmulatione omnia presserit vestigia Origenis, qui semel et iterum ac summa cum laude et elegantia, Salomonis digessit epithalamium. Cuique notum est insigne encomium Hieronymi in Prologo ad Damasum: «Origenes, cum in cæteris libris omnes vicerit, in Cantico canticorum ipse se vicit.» Inde nobile certamen Rufinum inter et Stridoniensem, quorum ille quatuor libros, largo Origenis compendio, composuit, hic vero duas homilias Latio datas summo judici Damaso obtulit. Sed quid hæc, etsi ad nos feliciter pervenerint, si conferantur, ne de uno singulari libello loquamur, cum decem voluminibus, quos Hieronymus ad viginti usque versuum millia conflari mirabatur? Sistit se Hieronymus ad cap. II v. 10, Rufinus vero decem tomos in quatuor libros coarctavit, neque ultra cap. II v. 15 progressus est, ac si duo æmuli idem stadium, neque ultra, currere studuissent. Pauca supplevit Philocalia, plura Procopii catena, quam nostros post Maurinos Maius ita diligenter messuit, ut nulla nobis vel minima spica supersit, ac timendi locus sit, ne amplissimus Origenis campus, odore agri pleni redolens, devastetur, absque ulla spe plures fructus recuperandi.

Abstinuit se Eusebius hujus horti flosculos decerpere, ideo fortasse quod Adamantius æmulos quoscumque deterruit. Sed si Ottoboniano 305 fides, ita pedem Eusebius non retulit, quin procemium qualecumque orsus fuerit, viam quasi jam sibi sternens, qua ulterius post vestigia magistri progrederetur. Ille namque omnia Cantici verba triplici commentario adornavit, primum dramatis litteram prosecutus, deinde pro sponsa nunc Ecclesiam, nunc animam adducens, quæ litteralis, allegorica et moralis interpretatio est. Eusebio autem adscriptum procemium, tantum allegoriæ adhærens, brevius et concinne Canticum totum Ecclesiæ soli sponsæ ascribit: unde quæ apud Hieronymum et Rufinum desiderantur, hic brevi saltem argumento redhiberi videntur. Sermo qnidem tenuis est ac plane χυδαῖος καὶ χαμερπής, nec tamen a rudi stylo Eusebii alienus; vetus autem opus esse inde probatur, quod obiter Montanistæ, quasi recentes, vapulant, in quos non semel haud sine singulari simultate ipse Cæsariensis invehitur.

At hæc lacinia nova-ne est atque ἀνέκδοτος? Equidem in spissis sex tomis operum Eusebii, quæ diligentissime edenda curavit in *Patrologia* quam dicunt, vir citius litteris et Ecclesiæ ereptus, Jo. Bapt. Malou, Brugensis episcopus, omnino hæc opella desideratur; ideo fortasse quod Parisiensis typotheta, licet solertissimus, eam expiscari nequiverit. Procul enim et in ultimis finibus, inter Batavos, primus id protulit Meursius

(Lugd. Batav. 1617). Tum idem inseruit vir doctus Lamius in x tomos ingentes, qui Meursii omnia opera classica et profana complectuntur (t. VIII, p. 130. Florent. 1746). Quid ergo? ut libellus Batavus, sic moles Florentina in tenebras recidit, paucissimis obvia. Unde cum pagina brevis sit, novoque codice confirmetur, cum novis et præstantioribus lectionibus, tum atiam ut amici dulci memoriæ morem geram in illius implendis Patrologicis curis, nil moror quin inter mea Anecdota hoc prooemium recipiam, Eusebii nomine ornatum.

Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων ἐξήγησις.

Eusebii Pamphili in Cantica canticorum interpretatio.

Ἆσμα ᾀσμάτων διὰ τοῦτο καλεῖται, ἐπειδὴ [μετὰ] τὰ μὲν τ' ἄλλα ᾄσματα τοῦτο, μετὰ δὲ τοῦτο οὐκ ἔτι ἄλλο προσδοκᾶν ἐστίν· ἄλλο δὲ λέγω, οὐ βιβλίον, ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ βιβλίου σημαινόμενον. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτον ἐστί.

Πᾶσα θεία γραφὴ περὶ τῆς εἰς ἡμᾶς τοῦ Λόγου καθόδου, καὶ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας προφητεύει. Τοῦτο γὰρ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ ἐστὶν, τοῖς τε προφήταις καὶ πάσῃ τῇ θεογραφῇ τοῦτο προηγούμενον ἐστὶν ἀπαγγέλλειν [1]). Παρακολούθημα δὲ τῷ θείῳ διηγήματι τοῦτο ποιοῦνται, λόγους περὶ τῶν ἐθνῶν τῆς Βαβυλῶνος, τῆς Δαμάσκου, τῆς Μωὰβ καὶ τῶν ἄλλων· καὶ δι' ἑκάστης γραφῆς τοῖς μὲν ἁμαρτάνουσιν ἐπιτιμῶσι, τοὺς δὲ προληφθέντας προτρέπονται μετανοεῖν, ἀπειλοῦντες τὴν μέλλουσαν τοῦ πυρὸς κρίσιν. Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι γραφαὶ προλέγουσιν, οἷον Μωϋσῆς μέν· Προφήτην ἀναστήσει, λέγων, Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ὡς ἐμέ [2]). Ἡσαΐας δέ· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν [3]). Ὁ δὲ Μιχαίας· Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου [4]). Καὶ ἄλλος ἄλλως προλέγει. Κατὰ μὲν τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν καὶ τούτων λεγόντων, προσεδο-

Canticum ideo *canticorum* vocatur, quod cæteris canticis ita succedit, ut post hoc nullum aliud exspectandum sit; aliud dico canticum, non librum, sed canticum quale in libro significatur. Quod autem dicit, hujusmodi est.

Divina omnis Scriptura vaticinatur Verbi descensum ad nos et ejus in carne præsentiam. Hæc est enim Dei voluntas, tamque in prophetis quam in universa Scriptura divinitus inspirata, id propositum est quod annuntiatur. Consequenter autem divinæ enarrationi accedunt sermones de gentibus sive Babylonis, sive Damasci, sive Moab et aliorum; et singulæ paginæ nunc peccatoribus pœnas intentant, nunc hortantur ut pœnitentiam agere properent, futurum per ignem judicium minitantes. Aliæ quidem Scripturæ proferunt oraculum, quale Moyses: «Prophetam, inquit, Dominus Deus suscitabit ex fratribus nostris similem mihi.» Aut quale Isaias: «Ecce Virgo concipiet in utero et pariet filium.» Aut sicut Michæas: «In ultimis diebus manifestus erit mons Domini.» Et alius aliud præfatur. Et favente Spiritus gratia prædictis horum o-

Ex Ottobon. 305 fol. 1-7.

1) Fort. leg. ut infra προαπαγγέλλειν. Cod. παρακολουθήματα. An ταῦτα π.?

2) Deuteron. XVIII, 18.

3) Is. VII, 14.

4) Mich. IV, 1. In altero Eusebii libello *de vitis prophetarum*, ubi Michæas describitur, idem et unicum refertur *de Monte* vaticinium, ac si idem Eusebius hic et illic dictaverit. Cf. *Patrol.* XXII, 1204.

κάτω ὁ ἐπαγγελλόμενος Κύριος· διὰ τοῦτο καὶ πολλοὶ ἀπήγγελλον, καὶ ὡς ἦλθεν, ἐπαύσαντο οἱ προφητεύοντες, καὶ ἔστι ταῦτα πάντα ᾄσματα ᾄδοντα περὶ τοῦ ἐρχομένου σωτῆρος.

Τὸ δὲ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων οὐχ ὡς προφητεῦόν ἐστιν, οὐδ' ὡς προσημαῖνον, ἀλλ' ὃν οἱ ἄλλοι προαπήγγελλον, τοῦτον ὡς ἤδη ἐλθόντα δείκνυσι καὶ ἤδη λαβόντα τὴν σάρκα, δικαίως [5]) ἐπὶ συζυγίᾳ τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς ἐπιθαλάμιον ᾄδει.

Καὶ αἱ μὲν ἄλλαι γραφαὶ λέγουσαι περὶ τοῦ σωτῆρος, μεταξὺ καὶ περὶ ἄλλων τινῶν ἀπαγγέλλουσιν. Τὸ δὲ βιβλίον τοῦτο μόνην τὴν τοῦ Λόγου συζυγίαν πρὸς τὸ σῶμα ᾄδει. Καὶ αἱ μὲν ἄλλαι γραφαί, διὰ τὰ μεταξὺ τελούμενα, εἰσὶ καὶ ὀργῆς καὶ θυμοῦ λόγοι καὶ φόβων ἀπειλή· τὸ δὲ βιβλίον τοῦτο, ἐπειδὴ οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν παρουσίαν μόνην τοῦ Λόγου σημαίνει, θυμηδείας καὶ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης μόνους ἔχει λόγους.

Νυμφίου παρόντος [6]), πάντας χαίρειν προσήκει καὶ μηδένα πενθεῖν, ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος εἴρηκε. Αὐτὸς γὰρ παρών, τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἐβάστασεν, καὶ τὰς λύπας ἐπέστρεψεν εἰς χαράν. Ὥσπερ οὖν μετὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ σωτῆρος οὐκέτι προφήτην προσδοκῶμεν, οὕτω μετὰ τὰ ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων σημαινόμενα, οὐκ ἔστιν ἄλλο τι καινότερον μελετᾶν ἢ προσδοκᾶν σημαινόμενον. Καὶ γὰρ τὰ ἐν τῷ ᾄσματι σημαινόμενα, ταῦτα καὶ ἐν τοῖς προφήταις καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις γραφαῖς ἐκ διαστήματος λεγόμενα εὑρίσκεται. Πάλιν τε, ὥσπερ δεικνύντος τοῦ Ἰωάννου τὸν ἀμνόν, ἕως Ἰωάννου ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται εἰσὶν [7]), οὕτω τὰ ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων σημαινόμενα, τέλος ἐστὶ πάντων τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ σημαινομένων. Τί γὰρ ἄλλο μετὰ τὸν σωτῆρα προςδοκᾶν δεῖ ἢ ἀ-

raculis, exspectabatur annuntiatus Dominus. Ideo multi fuere præcones, et quando advenit, a prophetia cessarunt, atque talia fuerunt omnia cantica, quæ de adveniente Salvatore canunt.

Illud vero Canticum canticorum non est prophetia, neque veluti prævium præconium: sed quem cæteri prænuntiabant, eumdem hoc veluti jam accedentem demonstrat; et quum jam carnem susceperit, juste in conjugio Verbi et carnis nuptiale carmen canit.

Cæteræ autem Scripturæ, quæ de Salvatorem effantur, interjecta de aliis nonnullis inserunt. Hic vero libellus solam Verbi cum corpore societatem canit. Etiam cætera scripta, præter adjuncta quæ complentur, iræ sunt et furoris eloquia et formidinum comminatio. At is libellus, prætorquam quod nil aliud intendit quam Verbi præsentiam, dumtaxat habet refertos voluptate animi et lætitia et tripudio sermones.

« Sponsus ubi adest, omnes lætari decet ac lugere neminem,» sicut ipse Dominus asseruit. Ipse enim adveniens nostras tulit infirmitates, ac tristitias convertit in gaudium. Quemadmodum igitur post dispensationem Salvatoris, nullatenus prophetam exspectamus, ita post ea quæ in Cantico canticorum describuntur, nulla est recentior novitas ad meditandum aut præstolandum expressa. Quæ enim in Cantico proponuntur, eadem quoque in prophetis aliisque Scripturis inveniuntur cum temporis intervallo prædicta. Rursus, perinde ac Joanne monstrante agnum, « usque ad Joannem lex et prophetæ sunt,» ita et in Cantico canticorum oracula finis sunt omnium divinæ Scripturæ oraculorum. Quid enim ultra post

5) δικαίῳ ἐπισυζυγίᾳ sic cod.

6) Matth. IX, 15. Hic male cod. interpolat: ὁ κύριος εἴρηκε, αὐτοῦ γὰρ παρόντος, quod Meurs. om

7) Matth. XI, 13.

νάστασιν καὶ κρίσιν; διὰ τοῦτο οἱ κατὰ Φρύγας προσάγοντες προφήτας μετὰ τὸν Κύριον, σφάλλονται καὶ αἱρετικοὶ κατεκρίθησαν [8]).

Ἆσμα ᾀσμάτων οὖν' διὰ τὸ μετὰ τὸ ῥητὸν οὐδὲν ἕτερον [ἐστι] προσδοκᾶν. Καὶ ὥσπερ μετὰ νόμον ἅγια ἦν, καὶ μετὰ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων οὐκέτι ἦν ἐσώτερος τόπος, οὕτω μετὰ μὲν τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων, οὐκέτι δὲ προσδοκᾶν ἐστιν ἐσωτερικὴν καινοτέραν ἐπαγγελίαν [9]). Ἅπαξ γὰρ ὁ Λόγος ἐγένετο σάρξ, καὶ τετελείωκε τὸ ἔργον.

Ἔστι δὲ ὅλον τὸ βιβλίον διαλόγων πλήρες τούτων· τοῦ παλαιοῦ λαοῦ πρὸς τὸν Λόγον, καὶ καθόλου τοῦ ἀνθρωπίνου γένους πρὸς τὸν Λόγον, καὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας πρὸς αὐτὸν, καὶ τοῦ Λόγου πρὸς αὐτὴν, καὶ πάλιν πρὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος, εἶτα τῆς ἐξ ἐθνῶν πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν, καὶ περὶ ἑαυτῆς διάλογοι· εἶτα καὶ τῶν διακονούντων ἀγγέλων πρὸς τοὺς κληθέντας ἀνθρώπους εἰς τὸ κήρυγμα.

Τοῦ μὲν οὖν παλαιοῦ λαοῦ, ἀξιοῦντος αὐτὸν κατελθεῖν καὶ ἑνωθῆναι τῇ σαρκὶ, ταῦτα·

„ Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ, ὅτι ἀγαθοὶ μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον [10]). „

Καὶ πάλιν διὰ τούτων προτρέπεται·

„ Νέα πρὸς παλαιὰ, ἀδελφιδέ μου, συ-
„ νετήρησα σοί [11]). „

Καὶ κοινὴ δὲ πάντων [φωνὴ] πρὸς τὸν Λόγον, ἵνα τὸ ἡμῶν ἀναλάβῃ σῶμα·

„ Τίς δῴη σε, ἀδελφιδέ μου, θηλάζοντα

Salvatorem exspectandum est, nisi resurrectio et judicium? Idcirco qui per Phrygiam producunt prophetas post Dominum, decipiuntur, et hæretici judicati sunt.

Canticum igitur est canticorum, quod post disertum illius argumentum, nihil aliud est exspectandum. Et sicut post legem Sancta erant ac post Sancta sanctorum alius interior locus nullus erat, ita post simplex canticum est Canticum canticorum, neque ulla datur promissio extra illud recentior. Semel enim Verbum caro factum est et opus consummavit.

Plenus est totus libellus colloquiis istis: veteris populi cum Verbo loquentis, et universi generis humani cum Verbo, et ecclesiæ gentium cum eodem, et Verbi cum illa, et rursus cum humano genere; deinde ecclesiæ gentium sermo est ad Hierusalem, et Hierusalem ad ecclesiam gentilem, et repetita vice. Tum demum eloquia sunt ministrantium angelorum ad homines, in fidei præconium vocatos.

Dum ergo vetus populus orat ut Verbum descendat, et carni uniatur, loquitur hæc:

« Osculetur me osculis oris sui, quoniam meliora sunt tua ubera vino. »

Et per hæc rursus hortatur:

« Nova post vetera, fratelle mi, con-
« servavi tibi. »

Et communis omnium vox est ad Verbum, ut nostrum corpus assumat:

« Quis te dabit, fratelle mi, sugentem

8) Cf. Euseb. ***Hist. Eccl.*** v, 10. Inde vetustiora incipiunt. Vereor ut præcedentia minus sincera sint, aut recentiora. Anne levi suspicioni locus erit? Auribus sonare videtur extemporale interpretamentum, potius latinum quam græcum, ac micare quædam similitudo cum paginis quæ supra, t. II, p. 118, haud sine jure Hippolyto ascribuntur; cui sane competit digito monstrare Montanistarum tumultus, tunc temporis, sed non ævo Eusebii, obstrepentes.

9) Ab hisce fere orditur hom. 1 apud Hieronymum. Cuique notum, apud Hebræos superlativum διπλασιασμῷ exprimi, ut ***rex regum, Dominus Dominorum*** etc. Cod. κατὰ νόμων.

10) Cant. I, 1. Vulg. LXX: ἐτήρησά σοι. Varietates nota, quæ non ad Alexandrinam codicum biblicorum familiam pertinent.

11) Cant. VII, 13.

" μαστοὺς μητρός μου; εὑροῦσά σε ἔξω, φιλήσω σε, κἄν γε οὐκ ἐξουδενώσεις με. Παραλήψομαί σε, εἰσάξω σε εἰς οἶκον μητρός μου, καὶ εἰς ταμιεῖον τῆς συλλαβούσης με [12]. "

Οὐ γὰρ ἔξωθεν, ἀλλ' ἀφ' ἧς ἐγενήθη μὲν μήτρας ἀναλαβεῖν αὐτὸν ἠξίου τὸ σῶμα, εἰ καὶ μὴ ὡς ἡμεῖς ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός· ἐκ γὰρ μόνης Παρθένου ὡς ὁ πλάστης ἑαυτῷ ἔλαβε σῶμα, πλὴν ὅτι ἐξ ἀνθρώπου· ἄνθρωπος γὰρ ἡ θεοτόκος Μαρία [13].

Καὶ Λόγου δὲ πρὸς τοὺς ἀξιώσαντας, ἀναλαμβάνοντος ἤδη τὴν σάρκα ἐκ τῆς Παρθένου, ταῦτα·

" Εἰσῆλθον εἰς κῆπόν μου, ἀδελφή μου νύμφη, ἐτρύγησα σμύρναν μετὰ ἀρωμάτων μου. Ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου, ἔπιον οἶνόν μου μετὰ γάλακτός μου [14] ".

Εἰς γὰρ τὸν ἴδιον κῆπον, τὴν κτίσιν, εἰσελθών, ἔλαβεν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Παρθένου τὸ σῶμα, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος· θνητὸν μὲν οὖν σῶμα, ἀλλὰ μετὰ εὐωδίας· τῷ γὰρ παναγίῳ καθ' ὑπόστασιν ἥνωται Λόγῳ· καὶ εἰ γάλα ὡς ἄνθρωπος ἠφίει τὸ σῶμα φαγεῖν, ἀλλ' ἐνεπλήρου [15]) αὐτὸ καὶ οἶνον τῆς ἑαυτοῦ τελειότητος· καὶ γὰρ ὥσπερ ἤσθιε γάλα, οὕτως καὶ αὐτὸ καὶ ἅπαν τὸ ἴδιον ἐνειργάζεται. Εἶτα ὁ Λόγος λοιπὸν τὸ σῶμα λαβών, προσκαλεῖται τὸν παλαιὸν λαὸν πρῶτον, ὡς πρῶτον πιστευθέντα τὰ λόγια, διὰ τούτων·

" Ἀνάστα, ἐλθέ, [ἡ] πλησίον μου, καλή μου, περιστέρα μου, ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ·

« ubera matris meæ? Te cum foras invenerim, ibo, deosculabor te, neque me despicies; te retinebo, et inducam in domum matris meæ, et in promptuarium ejus quæ concepit me. »

Haud enim ex alia natura, sed ex utero ex quo ortus est, dignum censuit corpus assumere, etiamsi non uti nos, ex viro et muliere; ex sola enim Virgine, uti creator, sibimet corpus sumpsit, ita tamen ut ex homine; homo enim erat Deipara virgo.

Ad eos autem qui oraverunt hæc dicit Verbum, carnem jam ex Virgine suscipiens:

« Intravi in hortum meum, soror mea sponsa; messui myrrham cum aromatibus meis, comedi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. »

Cum enim in proprium hortum, in creationem ingressus est, accepit a Virgine corpus, et factus est homo: mortale quidem corpus est, sed cum suavi odore; etenim sanctissimo Verbo per hypostasin unitur. Et si ut homo, lac sinebat comedi a corpore, idem implevit vino ipso suæ perfectionis: etenim sicut lac comedit, ita et idem [vinum] et totum sibi proprium conficit. Tum porro Verbum, postquam assumpsit corpus, invitat primum veterem populum, cui primo oracula credita sunt, hæc dicens:

« Surge, veni, proxima mea, pulchra mea, columba mea, quia ecce hiems transiit, imber abiit, recessit sibi, flo-

12) Cant. VIII. 1. Vulg. LXX: ἐξουδενώσουσί μοι.

13) Accurata quidem theologia, quæ Monophysitas tam perspicue respicit (ne rem de Θεοτόκῳ facessam) ut causa sit cur facile ad seriores hæc aliquis referat. Nolim tamen suspicionem interpolationis nimis commodam movere, neque vacat Antenicænas didascalias plenius excutere, quas alii in aprico posuerunt. Saltem non pigeat morosum de Θεοτόκῳ censorem, adire argumenta fuse exposita in docta editione operum S. Dionysii Alex. p. XXVI seqq. Romæ. 1790. Sed gravissime peccavit Meursius leg. ἐξ οὐρανοῦ, compendio deceptus ανου.

14) Cant. V, 1. cod. habet Ἐτρύγησαν. — LXX σμύρναν μου. Mox Meurs. om. τὴν κτίσιν.

15) Cod. inepte ἀ ἀλλ' ἐνπλήρου. Paulo post οὕτως καὶ αὐτῷ, dein λοιπόν. Cf. Rom. VII, 2, et nota lactis pro corpore Christi allegoriam.

" τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ, καιρὸς τῆς τομῆς " ἔφθακε, φωνὴ τοῦ τρυγῶνος ἠκούσθη ἐν τῇ " γῇ ἡμῶν, ἡ σύκη ἐξήνεγκεν ὀλύνθους αὐ- " τῆς, οἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζουσι [16]. "

« res apparuerunt in terra, tempus pu- « tationis cito venit, vox turturis au- « dita est in terra nostra, ficus protulit « grossos suos, vites nostræ erubue- « runt. »

Ὡς λαβόντος τοῦ πρώτου λαοῦ ἕως καιροῦ τὴν σκιὰν τῆς ἐν τῷ νόμῳ διδασκαλίας, καὶ ὡς δόντος τὴν φωνὴν τοῦ τρυγῶνος ὑπομιμνήσκει. Προσκαλεσάμενος δὲ ὁ Λόγος τὴν Ἱερουσαλὴμ, προσκαλεῖται λοιπὸν καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν διὰ τούτων. (Εἷς γάρ ἐστι Κύριος καὶ Ἰουδαίων καὶ ἐθνῶν).

Reminiscitur primi populi, ut qui ad tempus recepit umbram doctrinæ sub lege, et emisit vocem turturis. Verbum autem, postquam Hierusalem invitavit, accersit porro etiam populum gentium per hæc verba (unus enim est Dominus Judæorum et gentium):

" Δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου, νύμφη, δεῦρο ἀπὸ " Λιβάνου, ἐλεύσῃ καὶ διελεύσῃ ἀπ' ἀρχῆς " πίστεως, ἀπὸ κεφαλῆς Σανεὶρ καὶ Ἑρ- " μὼν, ἀπὸ μανδρῶν λεόντων, ἀπὸ ὀρέων " παρδαλέων [17]. "

« Veni a Libano, sponsa, veni a Libano. « Venies et transibis ab initio fidei, a « capite Sanir et Hermon, a speluncis « leonum, a montibus leopardorum. »

Ἀπὸ γὰρ εἰδωλολατρείας καὶ θηριώδους τρόπου προσκαλεῖται αὐτὴν εἰς πίστιν. Κληθεῖσα τοίνυν ἐξ ἐθνῶν καὶ ἤδη κατανυγεῖσα, λέγει πρὸς τὸν Λόγον ταῦτα·

Etenim sponsam invitat ad fidem ab idolorum cultu, a belluinis moribus. Vocata interim ex gentibus et corde jam compuncta, ad Verbum hæc ait:

" Ἀπαγγεῖλόν μοι ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή " μου. Ποῦ ποιμαίνεις, ποῦ κοιτάζεις ἐν " μεσημβρίᾳ; μήποτε γένωμαι ὡς περιβαλ- " λομένη ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων σου [18]. "

« Nuntia mihi quem diligit anima « mea. Ubi pascis? ubi cubas in meri- « die? ne forte fiam sicut circumvaga « in gregibus sodalium tuorum. »

Πεῖραν γὰρ ἔχουσα τῆς εἰς πολλὰ μεταβολῆς, ἠξίου στηριχθῆναι λοιπὸν καὶ βεβαιωθῆναι, μήποτε πάλιν πάθῃ τὸ αὐτό.

Facto enim jam periculo mutationis multiplicis, postulat ut demum stabilita et confirmata fiat, ne forte rursus idem patiatur.

Παρακληθεὶς ὁ Λόγος διδάσκει λοιπὸν αὐτὴν διὰ τούτων·

Invocatum Verbum sic eam docet deinceps;

" Ἐὰν μὴ γνῷς σεαυτὴν, ἡ καλὴ ἐν γυναι- " ξὶν, ἔξελθε σὺ ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων, " καὶ ποίμαινε τὰς ἐρίφους σου, ἐπὶ σκηνώ- " μασι τῶν ποιμένων [19]. "

« Nisi te cognoveris, o pulchra in mu- « lieribus, exi tu in vestigiis pastorum, « et pasce hædos tuos in tabernaculis « bubulcorum. »

Οὐ δύναται γάρ τις γνῶναι Θεὸν, μὴ πρότερον γνοὺς ἑαυτόν. Εὐσεβείας γὰρ εἰς Θεὸν, ἀρχὴ αἴσθησις· αἴσθησις δὲ, οὐχ ἡ ἔξωθεν, ἀλλ' ἡ ψυχῆς διάνοια μετὰ πίστεως.

Nemo enim potis est noscere Deum, nisi prius noverit se ipsum. Pietatis enim in Deum initium est sensus, sensus vero non externus, sed qui cum fide est animæ cogitatio.

Ἡ Ἱερουσαλὴμ, ὁρῶσα τὴν ἔγκλησιν τῶν

Hierusalem, videns vocationem gen-

16) Cant. II, 10-13. Cod. κοιπρίζουσιν, et paulo post καὶ ὡς δόντα τὴν φωνήν. Meurs. habet: σκιὰν τὴν ε. τ. ν. διδάσκει, καὶ εἰδότα.

17) Cant. IV, 8.

18) Cant. I, 7.

19) Cant. I, 8.

ἐθνῶν γενομένην ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως, θαυμάζουσα λέγει·

" Τί ὄψεσθε, λέγει, ἐν τῇ Σουναμίτιδι, ἡ " ἐρχομένη ὡς χοροὶ παρεμβολῶν [20]) ";

Οὐ γὰρ ἐξ ἑνὸς, ἀλλ' ἐκ παντὸς ἔθνους ἤρχοντο, ἀφέντες τὰς ἰδίας παρεμβολὰς, καὶ συντρίψαντες τὰς μαχαίρας, καὶ λοιπὸν εἰρηνικὰ φρονοῦντες.

Ἡ ἐξ ἐθνῶν ὁρῶσα τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡς παραμεμφομένην, ἀπολογεῖται περὶ ἑαυτῆς ὅτι μὴ ἀργή ἐστιν αὐτῆς ἡ κλῆσις.

" Μέλαινά εἰμι καὶ καλὴ, θυγατέρες Ἱε- " ρουσαλὴμ, ὡς σκηνώματα Κηδὰρ, ὡς δέῤ- " ῥεις Σαλωμών. Μὴ βλέψητέ με ὅτι ἐγώ " εἰμι μεμελανωμένη, ὅτι παρέβλεψέ με ὁ ἥ- " λιος. Υἱοὶ μητρός μου ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί· " ἔθεντό με φυλακίσσαν ἐν ἀμπελῶσι, ἀμπε- " λῶνα ἐμὸν οὐκ ἐφύλαξα [21]). "

Εἰ γάρ, φησί, μέλαινά εἰμι, ἀλλ' ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἥλιον εἰμί· καὶ εἰ ἀκρόβυστος εἰμί, ἀλλ' ἀπεταξάμην εἰδώλοις· καὶ ἐξῆλθον ἐκ τοῦ οἴκου τῆς μητρός μου, ὥσπερ καὶ ὁ Ἀβραὰμ, ἐκείνης γάρ εἰμι τῆς πίστεως.

Καὶ διὰ τοῦτο ἀξιῶ, " εἰσαγάγετε εἰς τὸν " οἶκον τοῦ οἴνου· τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην· " στηρίσατέ με ἐν μύροις, στοιβάσατέ με ἐν " μήλοις, ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ [22]). "

Μὴ τῇ ἀκροβυστίᾳ προσέχετε, ἀλλ' ἐν ἀγάπῃ προσλαβοῦ με, ὦ νόμε καὶ προφῆται. Καὶ δυσώδης εἰμὶ τῇ ἀγριότητι, ἀλλὰ σὺ με παίδευε, καὶ τῇ εὐωδίᾳ σου στήριξον. Τέτρωμαι γὰρ τῇ ἀγάπῃ, καὶ διὰ τοῦτο·

" Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγαθέρες Ἱερουσαλὴμ, " ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ " ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν " ἀγάπην, ἕως οὗ θελήσῃ [23]). "

Ὁρκίζω ὑμᾶς, ὦ πατέρες, οὐ κατὰ τῶν δυνάμεων (οὐκ ἔξεστι γάρ), ἀλλ' ἐν ταῖς δυνάμεσιν τοῦ παραδείσου, ἵνα εἰς ἐκεῖνον βλέ-

tium cum fide factam in præputio, mirabunda erumpit:

« Quid videtis, ait, in Sunamitide, quæ « procedit ut chori castrorum? »

Haud enim ex uno, sed ex omni populo veniebant, propria rejicientes castra, et confringentes gladios, et jam pacifice sentientes.

Sponsa gentium, videns se quasi despectam ab Hierusalem, hanc de se defensionem instituit, frustraneam non esse vocationem suam.

« Nigra sum, sed pulchra, filiæ Hie- « rusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut « pelles Salomonis. Nolite me considera- « re, quoniam fuscata sum, quia sol me « aspexit. Filii matris meæ pugnaverunt « adversus me. Posuerunt me custodem « in vineis, vineam meam non custodivi.»

Si enim, ait, nigra sum, sub ipsum solem facta sum; et in præputio si nata sum, sed idolis abrenuntiavi, et exivi de domo matris meæ, sicut et Abraham, ejusdem enim sum fidei.

Et ideo precor, « introducite me in « cellam vini, ordinem mihi statuite « charitatis, stipate me malis, quia vul- « nerata amore ego sum. »

Nolite præputio attendere; sed in charitate tu recipe me, o lex, vos, o prophetæ. Male etiam oleo ex rusticitate; tu vero me erudito, et fragrantia tua fulcito me. Saucior enim dilectione, et ideo:

« Adjuravi vos, filiæ Hierusalem, in « virtutibus et in viribus agri, ne su- « scitetis nec surgere faciatis dilectam, « quoadusque velit. »

Adjuro vos, o patres, non contra virtutes, haud enim licet, sed in virtutibus Paradisi, ut in eum aspicientes, tanquam

20) Cant. VII, 1. Cod. συμανίτηδι.

21) Cant. I, 5, 6. Codicis sphalmata tacitus emendo: ὡς κυνώματα, βλέψεται, μημελανομένη, ἐμαχαίσαντο etc. Nec supra notavi absonam Meurs. lectionem: ὅτι μὴ ἀρχή.

22) Cant. II, 4, 5. cod. στηρίξατε et infra τῇ εὐωδίᾳ μου στήριξον. Meurs. στοιβάζητε... τῆς ἀκροβυστίας.

23) Cant. II, 7.

ποντες, ὡς [εἰς] τὸν Ἀδὰμ, οὕτω με προσδέξασθε· καὶ γὰρ κἀκεῖ οὐκ ἔστι περιτομὴ, ἄρτι δὲ μετὰ τοῦ Ἀδὰμ [με] ἀνακαινίζετε [24]).

Ὁ Λόγος ὁρῶν τὴν πίστιν τὴν ἐξ ἐθνῶν καὶ ἀποδεχόμενος, λέγει·

« Καλὴ ἡ πλησίον μου ὡς εὐδοκία, ὡραῖα « [ὡς] Ἱερουσαλὴμ, θάμβος ὡς τεταγμέ« ναι [25]) ».

Οὐ γὰρ ἄλλως ἢ τὴν Ἱερουσαλὴμ δεῖ εἶναι τοὺς ἀπὸ ἐθνῶν, ἵνα εἷς λαὸς γένηται· τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν μετὰ τοῦ τιμᾶν τὸν νόμον, πιστεύωμεν τῷ Χριστῷ. Εἷς γὰρ ὁ Θεὸς τοῦ νόμου καὶ τῶν εὐαγγελίων· καὶ ὁ μὴ ὡς Ἱερουσαλὴμ γενόμενος, οὐ γίνεται πλησίον τοῦ Θεοῦ.

Ἱερουσαλὴμ ὁρῶσα τῶν τε ἐθνῶν τὴν πίστιν καὶ τὴν τοῦ Λόγου φιλανθρωπίαν, λέγει·

« Εἰς κῆπον καρύας κατέβην ἰδεῖν ἐν γεν« νήμασι τοῦ χειμάῤῥου, εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμ« πελος, εἰ ἤνθησαν αἱ ῥοαί· ἐκεῖ δώσω « τοὺς μαστούς μου σοί· οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή « μου· ἔθετό με ἅρματα Ἀμιναδάβ [26]) ».

Εἰς κῆπον τῆς καρύας, τουτέστιν τὰς γραφὰς ἐγενόμην, αἵτινες ὡς καρύαι εἰσὶν ἔξωθεν μὲν σκληραὶ, ἔσωθεν δὲ πνευματικαί. Καὶ εἶδον ὅτι ζευχθῆναί με δεῖ, ὡς ἐν ἅρμασι, ἐξ ἐθνῶν κλήσει. Ζευχθέντων τοίνυν ἀμφοτέρων τῶν λαῶν, λοιπὸν πανταχοῦ τὸ κήρυγμα ἀπεστάλη, καὶ τούτου γίνονται διάκονοι οἱ ἄγγελοι λέγοντες·

« Ἐξέλθετε [27]), καὶ ἴδετε ἐν τῷ βασιλεῖ Σα« λωμὼν, ἐν τῷ στεφάνῳ ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐ« τὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ἐν ἡμέρᾳ νυμφεύσεως « αὐτοῦ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης καρδίας « αὐτοῦ ».

Ὁ γὰρ ἐξερχόμενος ἀπὸ τῆς κακίας, ὄψεται καὶ τὴν τοῦ Λόγου πρὸς ἡμᾶς [φιλανθρωπίαν], διὰ τῆς τοῦ σώματος προσλήψεως,

in Adamum, ita me suscipiatis; illic enim non est circumcisio, cito autem cum Adamo me renovate.

Verbum cernens fidem ex gentibus et eam benigne recipiens, ait:

« Pulchra proxima mea, sicut bene« dictio, formosa ut Hierusalem, terribi« lis ut instructæ acies. »

Haud enim oportet aliter sint illi ex gentibus, quam ipsa Hierusalem, ut unus populus fiat; idque fit, quando cum legis timore in Christo credimus. Unus est enim Deus Legis et evangeliorum; et qui non est similis Hierusalem, proximus Deo non est.

Hierusalem, intuita fidem ex gentibus ortam et Verbi in homines benignitatem, ait:

« In hortum nucum ivi, ut viderem « genimina torrentis, si vinea in flore « sit, si floruerint mala punica. Illic da« bo ubera mea tibi. Nescivit anima mea, « posuit me currus Aminadab. »

In hortum nucis, id est in Scripturas accessi, quæ sicut nuces sunt foris asperæ, intus vero spirituales. Et vidi necesse mihi esse ut jungar sicut in rhedis, ex vocatione gentium. Ambobus autem populis sub eodem jugo junctis, restat ut quacumque mittatur prædicatio, cujus ministri fiunt angeli, dicentes:

« Egredimini et videte in rege Salo« mone, in corona qua mater ejus coro« navit eum, in die desponsationis suæ, « et in die lætitiæ cordis illius. »

Qui enim egreditur ex malitia, videbit amorem Verbi erga nos in corporis assumptione. Tunc etiam de morte vic-

24) Quid sint virtutes Paradisi, non liquet. An angelicæ potestates? An sacerdotes Ecclesiæ, quæ *Paradisus* dicitur? Codd. ἀνακαινίζεται.

25) Cant. VI, 3.

26) Cant. VI, 10, 11. Cod. ἀμηναδάρ.

27) Cant. III, 11.

τότε καὶ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην πεποίηται, δι' ἣν εὐφροσύνης τὰ πάντα πεπλήρωκε.

Τοιαῦτα τὰ ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων, τὰ τῶν διαλόγων ἐστίν· ἐξ ὧν ἀφορμήν τις λαβὼν δύναται ἀπ' αὐτοῦ τοῦ βιβλίου τὰ ὅμοια τοῖς ὁμοίοις συνάπτειν κατὰ νοῦν.

Ἔχει δὲ τὸ βιβλίον στίχους σπϛ. [28])

toriam retulit, per quam omnia gaudio cumulavit.

Hujusmodi sunt ea quæ in Cantico canticorum continentur, quæ colloquia sunt: exinde si quis normam nactus fuerit, poterit ex ipso libello, similia similibus coaptans, ea spiritualiter intelligere.

Libellus autem habet stichos CCLXXXVI.

28) Eusebio satis placet stichologia, ut ab illo clausula non abludat. Nota est S. Nicephori *stichometria*, in qua Cantico canticorum ascribuntur tantum στίχοι σπ. Cf. *Patrol.* c. col. 1057. Serius ad manum venit latina Lamii versio, fortasse elegantior, sed alia respiciens.

ORIGENES

IN PROPHETAS

Monitum

Edocemur ex epistola Hieronymi ad Paulam, Spicilegio Solesmensi inserta, jamque suæ restituta integritati, totum Origenis opus in prophetas, quale Hieronymo innotuit, conflatum fuisse, præter excerpta minora, sive perpetua in singulos στίχους scholia, quæ numerum fugiunt, ex novem et octoginta tomis sive libris, plus minus amplis, ac præterea ex homiliis numero octoginta et novem; neque census absolutus est.

Ex qua immani strue, in locupletissimis editionibus, extant solummodo græcæ novem et decem homiliæ, cum fragmentis ex sarcina Catenarum et *Philocalia* corrasis, latinæ vero, Hieronymo interprete, homiliæ in Isaiam, Jeremiam et Ezechielem triginla novem.

Symbola autem præcipua Bibliotheca Vaticana contulit, ac in primis homilias græcas [1]) et scholia propemodum omnia in Ezechielem, quæ in usum Michaelis Ghislerii diligenter excusserunt et eleganter Romanis auribus tradiderunt Græci clarissimi Leo Allatius et Matthæus Cariophilus. Ea Maurini integra receperunt, paucis ad novam trutinam revocandis. Addiderunt spissa satis scholia in

1) Fere unicus est Vaticanus 623, quum in altero codice Scorialensi eædem homiliæ potius jacerent in latibulo quam in aprico, sub ementito nomine Cyrilli Alexandrini; qua tamen decipula satis inepte Corderius falsus est, dum eas protulit a. 1648, ut ineditas, quas ante triginta annos Michael Ghislerius Lugduni eruerat, suo auctori vindicatas, ipso vade et interprete a sæculis Hieronymo. Cod. Vatic. ex recentioribus est, chartaceus, fort. ex officina Darmarii. Solus titulus in fol. 286 habet nomen *Origenis* in margine, ex alia manu. Accedit fol. 475, iterum sine auctoris nomine, homilia XX, quæ aliud non est quam Clementis Alexandrini opusculum: *Quis dives salvus erit?* Ex lacunis in textu hujus appendicis archetypon codicis Vaticani videtur fuisse aut vetus aut in calce detritum.

Jeremiam, quæ apprime cum Vaticanis Catenis consentiunt, ut vel ex fontibus nostris, vel ex simillimis cuncta hausta videantur; ac Maius eadem sollicite relegens, vix paucula potuit scholiola superaddere.

Omnia prostant in tribus conspicuis codicibus Vaticanis; in Ottobon. 452, sæculi x, qui ætatem et manum eamdem refert quam alter Ottobon. 192, optima in psalmos catena insignis, supra memoratus passim. Cæteri duo sunt Vatic. 1153, 1154 quorum posterior in forma minori continuat priorem, adeo atlanticum ut mole omnes superet Vaticanos; ambo sæculi circiter XI, sed ab uncialibus expressi, etiam picturis ornati ab ævo classico repetundis.

Agedum: in immensis voluminibus, quæ tot nominibus personant, silebitne Origenes in Isaiam, de quo hactenus græce nihil? nihil-ne quoque in Danielem erit? Sane ad XII minores prophetas silendum esset prorsus, nisi *Philocalia* breve in Osee servaverit ἀποσπασμάτιον. Sed enimvero jam quodnam post Allatium, Cariophilum, Angelum Maium, quot et quænam post Huetium et Maurinos expiscanda manent? Sane exigua, et pauca, quæ tamen ne diutius lateant aut pereant, pro tanti nominis decore, ut colligantur, properandum est.

In Isaiam.

Cap. xxxix, v. 7. Ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν τέκνων σου, ὧν γεννήσεις, λήψονται καὶ ποιήσουσι σπάδοντας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως τῶν Βαβυλωνίων.

Σπάδοντες εὐνοῦχοί εἰσι. Λέγεται δὲ τοῦτο περὶ τῶν τριῶν παίδων καὶ Δανιὴλ, ὡς ἐξ τούτου Ἐζεχίου ἦσαν.

Cap. lxvi, v. 1. Οὕτως λέγει Κύριος· Ὁ οὐρανός μου θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου.

Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· οὐχ οἱ τόποι, ἀλλ' οἱ ἐν τοῖς τόποις. Ὑποπόδιόν ἐστιν ἡ γῆ διὰ τὴν μεγάλην κίνησιν καὶ τὴν πολλὴν ὁδόν.

v. 7. *Quoniam ex filiis tuis, quos genueris, assument et facient eunuchos in domo regis Babyloniorum.*

Spadones eunuchi sunt: hoc vero refertur de tribus pueris et Daniele, ac si ex eodem illo Ezechia orirentur.

v. 1. *Sic loquitur Dominus: Cælum thronus meus, et terra scabellum pedum meorum.*

Cælum mihi thronus, terra autem scabellum pedum meorum; non jam loca, sed qui loca tenent. Scabellum autem est terra, propter ingentem motum et multam viam.

Cap. xxxix, v. 7, Vatic. 755 f. 146, 1153 f. 180, Ottob. 452 f. 111. Nec plura Origenis ibi, cujus locum videtur occupavisse Eusebius, uti clamant Hexapla, quibus superbit ejus grandis commentarius a Montefalconio vulgatus. Paucis habes singularem fabulam, quam forte Origenes, uti solet, a Judæis recepit. Cautius alibi ad Ezechielem xvii, 12 idem ait: Σπέρμα βασιλείας εἰσὶν οἱ παραδεξάμενοι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, οἷος ὁ Δανιὴλ καὶ οἱ τρεῖς παῖδες. "Semen regium sunt, qui Dei verbum susceperunt, qualis fuit Daniel et tres pueri." *Patrol.* xiii, 754 *not.* 30.

Cap. lxvi, v. 1. Vat. 1153 f. 261, Ott. 452 f. 203, uterque ad Ezechielem xiv, 17, sed manifeste extra locum, neque ibi apud Maurinos comparet quidquam simile. Huc igitur, jure postliminii scholium reducimus, sed doctis relinquimus explorandum qualis et cujusnam sit sive motus ingens, sive longa via. Dei ne? Sed quo sensu? Tellurisne erit motus et iter? Sed quomodo dictum, quindecim sæculis ante illos Galileum et Copernicum?

In Jeremiam

Caput i, v. 10. Ἰδοὺ κατέστησά σε σήμερον ἐπὶ ἔθνη καὶ ἐπὶ βασιλείας, ἐκρίζουν, καὶ κατασκάπτειν, καὶ ἀπολύειν, καὶ ἀνοικοδομεῖν, καὶ καταφυτεύειν.

Ταῦτα γὰρ οὐχ ἱστόρητο περὶ τοῦ προφήτου, ὅτι [οὐ] ἐξεῤῥίζωσε βασιλείαν, ἀλλὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐρριζώσαντος ἀπὸ πάσης ψυχῆς πιστευούσης αὐτῷ τὴν βασιλείαν τοῦ ἀντικειμένου· τὰ δὲ ἐκεῖ κατέσκαψε, τὰ οἰκοδομήματα τῆς κακίας καὶ τῶν μοχθηρῶν δογμάτων. — Ἢ· Ὁ σωτὴρ καὶ Κύριος, ἀπόλυσον αὐτά, ἵν' ἐν τῷ τόπῳ ἡμῶν ἐκριζουμένων καὶ κατασκαπτομένων, οἰκοδομήσῃ καὶ καταφυτεύσῃ τὰ κρείττονα. — Φησὶ γοῦν ὁ Παῦλος· ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικε [ὅς ἐστιν Χριστὸς Ἰησοῦς]... ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ. Ἕκαστος δὲ βλεπέτω πῶς ἐποικοδομεῖ [ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον χρυσόν, ἀργύριον, λίθους τιμίους], καὶ τὰ ἐσόμενα. Χριστὸς γὰρ ὁ θεμέλιος καὶ ἀῤῥαγὴς καὶ ἄσειστος πέτρα· ἐποικοδομεῖ δέ τις εὐσεβὴς πολιτείαν καὶ δόγματα, ὡς λέγεσθαι· Θεοῦ οἰκοδομή ἐστέ. Τὰ ἐναντία δὲ διὰ τῶν ἱερῶν κατασκάπτεται λόγων, ὃ δεῖ πρῶτον γενέσθαι, καὶ οὕτως οἰκοδομεῖσθαι τὰ κρείττονα· ἐγὼ γάρ, φησίν, ἀποκτενῶ καὶ ζῆν ποιήσω.

Caput xvii, v. 21-26. Τάδε λέγει Κύριος· Φυλάσσεσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν, καὶ μὴ αἴρετε βαστάγματα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, καὶ μὴ ἐκπορεύεσθε ταῖς πύλαις Ἱερου-

Cap. i, v. 10. *Ecce constitui te hodie super gentes et regna, eradicare, et evellere, et disperdere, et ædificare, et plantare.*

Hæc sane non retulit historia de propheta, quoniam regnum non eradicavit, sed de Christo, qui ab omni anima in eum credente eradicavit regnum adversarii; ibi quoque destruxit ædificia malitiæ et improborum dogmatum — Vel: tu, Salvator et Domine, ea disperde, ut in nostri loco, qui eradicemur et avellamur, meliora ædifices et plantes. — Ait ergo Paulus: « Ut sapiens architectus, fundamentum posuit, quod est Christus Jesus... Alius vero superædificat. » Unusquisque videat utrum ædificet super hoc fundamentum « aurum, argentum, lapides pretiosos, » et quæ sequentur. Christus ergo fundamentum petra est et solida et concuti nescia: quisquis vero fidelis superædificat vivendi et credendi instituta, ut dicatur: « Dei ædificatio estis. » Contraria autem avelluntur per sacra eloquia, quod primum fieri debet, et sic meliora construentur. « Ego enim, ait, occidam et vivere faciam. »

Cap. xvii, v. 21-26. *Hæc dicit Dominus: Custodite animas vestras, et nolite portare pondera in die sabbati, neque exeatis ex portis Hierusalem.... Et ingredientur per*

Cap. i, v. 10. Vat. 1154 f. 743. Cf. i. Cor. iii, 9-12. Deuteron. xxxii, 39. Origenes eumdem versiculum leviter et aliter attigit, hom. 1 n. 14; nec mirum, quoniam ter Jeremiam fortasse, uti ter profecto Isaiam, exposuisse videtur, videlicet in tomis, in scholiis et homiliis. Cod. habet: Χρηστὸς γὰρ ὁ θεμέλιος, nec male fortasse.

Cap. xvii, v. 21-26. Vatic. 1154 f. 80. Ottob. 452 f. 161 Cf. ps. xxxvii, 5; xx, 4. ii. Cor. x, 5. Ps. cxl, 2. Cant. viii, 5. Ephes. v, 27. Phil. iv, 18. Haberi hic videtur elegans ad Catechumenos parænesis, quæ incidere potest inter homilias xvii et xviii; quo quidem loco desideratur expositio ultimorum capitis xvii versiculorum. Notare lector studeat vocem τῶν Ο' Vulgatæ ignotam μάννα (alias μαναὰ), quam Hieronymus censoria virga attigit: " *Et sacrificium,* pro quo lxx ipsum verbum hebraïcum *manaa,* quod pessima consuetudine, immo scriptorum negligentia, *manna* in nostris legitur." Cf. Field. ii, 619.

σαλὴμ... Καὶ εἰσελεύσονται διὰ τῶν πυλῶν τῆς πόλεως ταύτης βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες, καθήμενοι ἐπὶ θρόνου Δαυΐδ, καὶ ἐπιβεβηκότες ἐφ' ἅρμασι καὶ ἵπποις αὐτῶν· αὐτοὶ καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν, ἄνδρες Ἰούδα καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσαλὴμ... καὶ ἥξουσιν ἐκ τῶν πόλεων Ἰούδα καὶ κυκλόθεν Ἱερουσαλὴμ... καὶ ἐκ γῆς Βενιαμὶν, καὶ ἐκ γῆς πεδινῆς, καὶ ἐκ τοῦ ὄρους, καὶ ἐκ τῆς πρὸς νότον, φέροντες ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας καὶ θυμιάματα καὶ μάννα καὶ λίβανον, φέροντες αἴνεσιν εἰς οἶκον Κυρίου.

Μὴ αἴρειν ἁμαρτιῶν παραγγέλλει βαστάγματα, μηδὲ λέγειν· Φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμὲ, ὡς ἂν γενώμεθα βασιλεῖς τε καὶ ἄρχοντες, καθήμενοι παγίως ἐπὶ θρόνου Δαυΐδ, τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας· ὡς λέγεσθαι περὶ ἡμῶν· Ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῶν στέφανον ἐκ λίθου τιμίου. Τοιοῦτοι δὲ καὶ ἐπιβεβήκασιν ἐφ' ἅρμασί τε καὶ ἵπποις, χαλιναγοῦντες τὸ σῶμα καὶ τὰς ἀλόγους κινήσεις ἀπείργοντες· οἷς ἂν καὶ ἡ πόλις εἰς τὸν αἰῶνα κατοικηθήσεται, καὶ πανταχόθεν αὐτὴ, φησὶ, διὰ τὴν τῶν καθηγουμένων ἀρετὴν, καὶ τὴν τῶν οἰκητόρων ἀρίστην πολιτείαν. Ἥξουσιν οἱ δῶρα προσφέροντες ἔκ τε τῶν πόλεων Ἰούδα, τῶν ἐξομολογουμένων τῷ Θεῷ, καὶ κυκλούντων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τῆς ὁράσεως τὴν εἰρήνην· καὶ ἐκ γῆς Βενιαμὶν, τοῦ υἱοῦ τῶν ἡμερῶν, ἃς ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ποιεῖ, καὶ τοῦ υἱοῦ τῆς δεξιᾶς (δεξιὰ δὲ πάντα τὰ κατ' ἀρετὴν ἐργαζόμενα)· καὶ ἐκ τῆς πεδινῆς, τῆς μηδὲν ἐχούσης ὕψωμα κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ ἐπαιρόμενον· καὶ ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ εὐαγγελικοῦ λόγου· καὶ ἐκ τῆς πρὸς νότον, τῆς ἀντικειμένης τῷ ἀπὸ βοῤῥᾶ πνέοντι. Οὗτοι γὰρ καὶ οἴσουσι θυσίαν καθαρὰν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ, τὴν τῆς ψυχῆς ἀφιερῶσιν καὶ ὁλοκαυτώματα λογικὰ, πᾶσαν ὕλην καταφλέγοντα, ὑποδικὸν τῷ αἰωνίῳ πυρὶ, διὰ τοῦ πνεύματος, ὧν ἡ προσευχὴ ὡς θυμίαμα, καὶ ἡ ἔπαρσις τῶν χειρῶν θυσία ἑσπερινὴ, οἱ καὶ προσφέρουσι λίβανον, ὅπερ ἑρμηνεύεται λευκασμὸς, πᾶσαν ἀποβάλλοντες

portas illius civitatis reges et principes, sedentes super solium David, et ascendentes in curribus et equis, ipsi et principes eorum, viri Juda et habitatores Hierusalem... et venient de civitatibus Juda, et de circuitu Hierusalem, et de terra Benjamin, et de campestribus, et de monte, et a terra austri, portantes holocaustum et victimas et thura et manna et libanum, afferentes laudem in domum Domini.

Monet ne ferantur peccatorum pondera, nec dicatur: « Ut pondus grave, gravata sunt super me, » ut efficiamur *reges et principes, sedentes* stabiliter *in throno Davidis,* in Ecclesia Christi, unde dicatur de nobis: « Posuisti super caput eorum coronam ex lapide pretioso. » Tales autem viri *ascenderunt in curribus et in equis,* freno corpus prementes et coercentes brutos motus: ita ut civitas in ævum habitetur, et ex toto circuitu, ait, per virtutem antistitum, et optimam habitantium vivendi consuetudinem, *venient,* dona offerentes, *tum ex urbibus* virorum *Juda,* confitentium Deo, et circumeuntium Hierusalem, pacis visionem; *tum ex terra Benjamin,* filii dierum quos justitiæ sol illustrat, et filii dexteræ (dextera sunt cuncta juxta virtutem effecta); *tum ex campestribus* quæ nullam habent altitudinem se contra scientiam Dei attollentem; *tum ex monte* sermonis evangelici; *tum ex terra austri,* quæ opponitur perflanti ab Aquilone. Ipsi namque *offerunt oblationem* puram, sanctam, Deo placentem, eam quæ est animæ consecratio; *atque holocausta* spiritualia, quæ in spiritu cunctam materiam comburunt, obnoxiam igni æterno; quorum preces sunt *incensum,* et « elevatio manuum *sacrificium* vespertinum »; qui etiam afferunt Libanum, quem interpretantur candorem, cunctam abjicientes caliginosam

ζοφώδην διάθεσιν, ὡς ἁρμόττειν αὐτοῖς τό· Τίς αὐτὴ ἡ ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη; Οὕτω γὰρ καὶ τὴν αἴνεσιν δυνήσονται φέρειν εἰς οἶκον Κυρίου, μὴ ἔχοντες σπῖλον ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων προστριβομένων τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ· μηδενὸς τοιούτου γινομένου παρ' ἡμῶν, τὰ τῆς ἐπαγομένης ὑπομενοῦμεν.

voluntatem, ut eis congruat hoc: « Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? » Ita prorsus et *laudem valebunt portare in domum Domini*, nec maculam habentes, nec rugam, nec quidquam istiusmodi minus Ecclesiæ Christi congruum: nulla re id genus a nobis commissa, promissa exspectamus.

Cap. lii, v. 1. Ὄντος εἰκόστου καὶ ἑνὸς ἔτους Σεδεκίου κτλ.

Ἡμεῖς, ὅταν τὰ ἡμέτερα ἐν ἀσφαλείᾳ ᾖ, τότε τῶν λοιπῶν ποιούμεθα λόγον.

Cap. lii, v. 1. *Cum esset annus unus et vigesimus Sedeciæ etc.*

Nos sane, cum res nostræ in tuto sunt, tunc cæterorum curam habemus.

Cap. lii, v. 1. Vatic. 1154 f. 119 Ottob. 452. f. 191.

In Ezechielem.

Cap. i, v. 2, 3. Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Ἐζεχιήλ... Καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ Κυρίου.

Λόγος οὖν, ὁ ἐν ἀρχῇ Θεοῦ Λόγος. Ἐγὼ εἶπον· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. Τὸ Πνεῦμα λέγει θεούς, πρὸς οὓς ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, ὁ Θεὸς Λόγος· οὗτος γὰρ θεοποιός ἐστι. — Καὶ λόγος καὶ χεὶρ γίνεται πρὸς τὸν προφήτην, τουτέστι πρᾶξις καὶ θεωρία, ἵνα λόγῳ καὶ ἔργῳ ἔχῃ ὑπόστασιν ἡ προφητεία κοσμουμένη...

Cap. i, v. 2, 3. *Et factum est verbum Domini ad Ezechielem... et facta est super me manus Domini.*

Igitur Verbum est quod in principio Dei Verbum. « Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes. » Spiritus vocat deos, ad quos Verbum Dei factum est, Verbum Deus, qui tantus est ut deos faciat. — Et verbum et manus facta sunt super prophetam: videlicet actio et contemplatio, ut verbo et opere subsistat prophetia, [suo decore] ornata.

v. 15. Καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ τροχὸς εἷς ἐπὶ τῆς γῆς.

Τροχός ἐστιν ὁ κόσμος οὗτος, ἡ γένεσις αὕτη. Ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι εἰς τὸν τροχόν ἐσμεν, ὑπὸ γέννησιν ὄντες. Ἢ τροχός, ὁ τοῦ ἐνιαυτοῦ κύκλος.

v. 15. *Et vidi, et ecce rota una super terram.*

Rota est mundus iste, et generatio ipsa. Nos met homines sumus in rotam generationis involuti. Vel rota est anni circulus.

Cap. i, 2, 3. Vatic. 1153 f. 237, Ottob. 452 f. 192. ab initio cf. BB. 407. *Patrol.* xiii col. 769. Joan. i, 1. Ps. cxxxi, 6.

v. 15. Vatic. f. 238 f. Ottob. 192. Tenue quidem scholiolum; huc vero venit lacinia altera, quæ mihi, sub epigraphe Acacii Ariani, occurrit in nonnullis schedis florentinis, quas suo loco, ad ps. lxxvi, neglextmus aut distulimus ob suspectam singularitatem homiliarum Origenis quæ memorantur sub numeris xxxi, xliv, cxviii, cvi: Ὁ δὲ Ὠριγένης σφαιροειδῆ τὸν οὐρανὸν εἶναι κατασκευάζει ἐν ὁμιλίᾳ τοῦ λα' λόγου [cod. λέγων], καὶ μδ' καὶ ριη' καὶ ρϛ' εἰς τό· Φωνὴ τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ· βούλεται γὰρ τροχὸν εἶναι τὴν φορὰν τοῦ παντός, τουτέστι σφαῖραν· τὰ δὲ περὶ τῆς γῆς φέρονται ἐν τοῖς τελευταίοις τῆς προπαρασκευῆς. Audiant, qui de re physica veterum meditantur.

Cap. ii, v. 8. Χάνε τὸ στόμα σου, καὶ φάγε ὃ ἐγὼ δίδωμί σοι.

Οἱονεὶ χωρητικὸς γενοῦ, ἀνοίξας τὰ ἀγγεῖά σου τῆς ψυχῆς, πρὸς τὸ παραδέξασθαι τὰ λόγιά μου· ἔχεις τοῦτο παραπλήσιον τῷ ἐν ψαλμοῖς· Τὸ στόμα μου ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα. Καὶ ὁ πεπληρωμένος δὲ θησαυρῷ σοφίας, καὶ ἀναπεταννὺς ἑαυτὸν τοῖς δυναμένοις λαμβάνειν ἀπ' αὐτοῦ, λέγοι ἂν τό· Στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι. Τοιοῦτο δὲ τὸ παρὰ τῷ Ματθαίῳ παρὰ τοῦ σωτῆρος· Ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκε τοὺς μαθητάς.

Cap. vii, v. 4. Καὶ σὺ κοιμηθήσῃ ἐπὶ τὸ πλευρόν σου τὸ ἀριστερόν.

Ὅρα εἰ δύναται ἐπὶ μὲν τοῦ ἀριστεροῦ πλευροῦ, ὁ πρὸς τῷ πρακτικῷ τυγχάνων, ἐπὶ δὲ τοῦ δεξιοῦ, ὁ πρὸς τῷ θεωρητικῷ. Καρδία γὰρ σοφοῦ εἰς δεξιὸν αὐτοῦ, κατὰ τὸν Ἐκκλησιάστην. Τὸ δέ· Καρδία ἄφρονος εἰς ἀριστερὸν αὐτοῦ, λεγέσθω περὶ τῶν πεποιθότων τοῖς σωματικοῖς, ἅτινά ἐστι τὰ ἀριστερά.

Cap. vii, v. 15, 16. Ὁ πόλεμος ἐν ῥομφαίᾳ ἔξωθεν, καὶ ὁ λιμὸς καὶ ὁ θάνατος ἔσωθεν· ὁ ἐν τῷ πεδίῳ ἐν ῥομφαίᾳ τελευτήσει, τοὺς δ' ἐν τῇ πόλει λιμὸς καὶ θάνατος συντελέσει. Καὶ ἀνασωθήσονται οἱ ἀνασωζόμενοι ἐξ αὐτῶν, καὶ ἔσονται ἐπὶ τῶν ὀρέων * ὡς περιστεραὶ μελετητικαί *.

Ὅρα τίνα τρόπον ὁ ἐν ῥομφαίᾳ ἔξωθεν ἐπιὼν, πόλεμος ἀναιρεῖν λέγεται νῦν, οὐ τοὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντας, καὶ περιεπόντας τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τοὺς ἐξιόντας ἀπ' αὐτῆς, καὶ ἐν τῷ πεδίῳ γινομένους. Ὁ γὰρ ἐν τῷ πεδίῳ, φησὶν, ἐν ῥομφαίᾳ τε-

Cap ii, v. 8. *Aperi os tuum, et comede quod tibi do.*

Quasi patulus fias, apertis animæ tuæ vasibus, ad recipiendum eloquia mea. Id habes affine verbo psalmorum: « Os meum aperui, et attraxi spiritum. » Et qui repletus est thesauro sapientiæ, et semet expandit in eos qui ab illo recipere valent, hoc dixerit; « Os meum patet ad vos, o Corinthi. » Idipsum apud Matthæum dictum est de Salvatore: « Aperiens os suum, » docebat discipulos.

Cap. iv, v. 4. *Et tu recumbes in latus tuum sinistrum.*

Vide num in sinistro latere inclinari queat ille qui practicæ vitæ vacat, in dextero autem qui contemplativæ. « Cor enim sapientis in dextera ejus, » secundum Ecclesiasten. Illud autem. « Cor insipientis ad sinistram, » de iis dicatur confidentibus in corporeis, quæ sunt sinistra.

Cap. vii, v. 15, 16. *Bellum in ense foris, et pestis et mors intus; qui in agro est, in gladio morietur; et qui in urbe sunt, eos pestis et mors consument. Et salvabuntur qui salvantur ex ipsis, et erunt super montes sicut columbæ meditantes.*

Aspice quomodo bellum, quod foris sævit in gladio, dicatur occidere, non illos qui Hierusalem habitant et circumdant Dei templum, sed eos qui ab ea exierunt et in campo stant. Nam *qui in agro est,* ait, *in gladio morietur*. Et etiam-

Cap. ii, 8. Vatic. f. 240, Ottob. f. 193. Psal. cxviii, 131, ii Cor. vi, ii. Matth. v, 2.

Cap. iv, 4, Vatic. f. 244, Ottob. f. 195. Eccle. x, 1.

Cap. vii, 15, 16. Ottob. f.198. Matth. x, 16. Ps. lxvii, 14. Ps. xxxvi, 30. Neque perspicuus locus est, nec quid sibi velit parenthesis (p. 543) satis assequor; bis tamen repetitur, ac si vaticinio contineretur. Sane dilucidandæ Scripturæ addidit Origenes lemma soli Theodotioni cognitum. Vadum transilivit Vaticanus, qui totum scholium omisit, uti codices Maurinorum. Interpres-ne respexerit ascetas in deserto, uti columbas, errabundos; aut fideles in tempore persecutionis inter montana fugientes? De Theodotionis lemmate excursus doctus est apud Field. ii, 785. Neque etiam vacat columbæ allegoriam attingere.

λευτήσει· κἂν μὴ ἔξω δέ τις τὴν πόλιν, ἀλλ' ἐνοικῶν ἐν αὐτῇ [τῇ συναγούσῃ τοὺς καρποὺς τῆς γεωργίας], ἀμέλει ὑπὸ λιμοῦ καὶ θανάτου συντελεσθήσεται μένων ἐν τῇ πόλει. Ὅπερ ἐστιν ἰδεῖν γινόμενον ἐπὶ τῶν προτιθεμένων μὲν οὐκ ἔξω τῶν ὅρων τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας μένειν, ἀλλ' ἐν ᾗ ἔκτισεν τὴν ἐκκλησίαν πόλει διατρίβειν, οὐ μὴν προνοουμένων τῆς πνευματικῆς γεωργίας· τούτους γὰρ ἐν τῇ πόλει λιμὸς καὶ θάνατος συντελεῖ, καὶ οἱ ἀνασωζόμενοι δὲ ἐξ αὐτῶν, ἅτε τηλικούτως διανηξάμενοι κινδύνους, καὶ ἰσχυρότεροι πολέμου καὶ θανάτου καὶ λιμοῦ γεγονότες, οὐκ ἐπί τινων κοιλάδων ἢ φαράγγων ἀναστραφήσονται· ἔσονται γὰρ ἐπὶ τῶν ὀρέων διαφεύγοντες τὸν ἐν ῥομφαίᾳ πόλεμον καὶ λιμὸν καὶ θάνατον, ἐπτερωμένοι καὶ περιστεραῖς ὡμοιωμένοι, φρόνιμοι μὲν γενόμενοι ὡς ὁ ὄφις κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἐν ῥομφαίᾳ πολέμου καὶ τοῦ κατὰ πολλῶν δεδυνημένου λιμοῦ καὶ θανάτου. Ἀκέρατοι δὲ ὡς αἱ περιστεραί, διὰ τὸ μηδὲν ἐκείνοις πεπονθέναι, ὕστερον ἀποδεικνύμενοι. Καὶ πᾶς δὲ ὁ κοιμώμενος ἀναμέσον τῶν κλήρων, τουτέστιν ἀναπαυόμενος, ἕξει πτέρυγας περιηργυρωμένας, τῷ παντὸς ἀργυρίου δοκιμωτέρῳ λόγῳ· ἐν γὰρ ψαλμοῖς γέγραπται· Ἐὰν κοιμήθητε ἀναμέσον τῶν κλήρων, πτέρυγες περιστερᾶς περιηργυρωμέναι, καὶ τὰ μετάφρενα αὐτῆς ἐν χλωρότητι χρυσίου. Ἔσται δὲ ὡς περιστερὰ πᾶς ὁ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθυῖαν, ἁγίου Πνεύματος δύναμιν κεχωρηκώς, καὶ ὡς περιστερὰ μελετητικὴ τῷ μελετᾶν τὸν νόμον Κυρίου ἡμέρας καὶ νυκτός· στόμα γὰρ δικαίου μελετήσει σοφίαν.

v. 17, 18. Καὶ πάντες μηροὶ μολυνθήσονται ὑγρασίᾳ, καὶ περιζώσονται σάκκους, καὶ καλύψει αὐτοὺς θάμβος.

Ἑβραῖος· Παραλυθήσονται ὡς ὕδωρ, καὶ περιζώσονται σάκκους, δηλονότι ἐπελθόν-

si quis non recesserit ab urbe, sed in ea habitat, [quæ colligit fructus agriculturæ], dubio procul *peste et morte consumetur*, in urbe manens. Id quod cernere est impletum erga eos qui præferunt quidem non permanere extra fines divinæ in Christo fidei, sed incolere civitatem in qua Ecclesiam condidit, nec tamen de spirituali agricultura provident. Eosdem enim in urbe pestis et mors devorant. Verum qui salvantur ex ipsis, ut qui tantopere evaserunt pericula, et superiores bello et morti et pesti facti sunt, non se in quosdam colles aut valles converterunt. *Erunt enim super montes*, fugientes bellum ex gladio et pestem et mortem, volitantes et *columbis assimilati*; prudentes quidem facti sicut serpens, in tempore sævientis per gladium belli et pestis atque mortis multos occidentium; sed simplices sicut columbæ, ideo quod nihil passi fuerint, quando postmodum detecti sunt. Et quicumque dormit inter medios cleros, id est requiescit, habebit pennas deargentatas in verbo quod omni argento probatius est. In psalmis enim scriptum est: « Si dormiatis inter medios cleros, columbæ erunt pennæ argento circumornatæ, et scapula ejus in pallore auri. » Erit vero sicut columba, quicumque columbam, e cælo delapsam, sacri Spiritus virtutem continere solet, et sicut columba cogitabunda, meditari die ac nocte legem Domini. « Os enim justi meditabitur sapientiam. »

v. 17, 18. *Et omnia femora polluentur humore, et circumcingent saccos, et operiet eos terror.*

Interpres Hebræus: *Dissolventur velut aqua, et circumcingent saccos,* videlicet

v. 17, 18. Vatic. f. 249, Ottob. f. 298. cf. Field. l. l. ubi multa de hoc loco. Nunc autem hebraice: *Et omnia genua fluent aquis*. Nomen Origenis in Vatic. deest, nec semper sollicite affigitur hisce scholiis, quæ tamen Hexapla aperte nuntiant.

των τῶν πολεμίων, ὡς παντάπασιν ἀπεγνωκότες τὴν σωτηρίαν.

Cap. viii, v. 17, 18. Καὶ εἶπε πρός μέ· Ἑώρακας, υἱὲ ἀνθρώπου, μὴ μικρὰ τῷ οἴκῳ Ἰούδα τοῦ ποιεῖν τὰς ἀνομίας ἃς πεποιήκασιν ὧδε, διότι ἔπλησαν τὴν γῆν ἀνομίας, καὶ ἰδοὺ, αὐτοὶ * ἐκτείνουσι τὸ κλῆμα * ὡς μυκτηρίζοντες. Καὶ ἐγὼ ποιήσω αὐτοῖς μετὰ θυμοῦ, οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός μου, οὐδὲ μὴ ἐλεήσω.

Τὸ φρόνημα τῶν ὑπερηφανούντων κατὰ τοῦ δημιουργοῦ καὶ τῶν δημιουργοῦ ποιημάτων τοιοῦτον διαγεγράφθαι νομίζω, μυκτηριζόντων ὡς οὐδενὸς λόγου ἄξια τὰ βλεπόμενα, καὶ τὸν τούτων ποιητὴν, ἐν τῷ· Καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ὡς μυκτηρίζοντες. Σαφέστερον δὲ ὁ Σύμμαχος τὸ κατὰ τὸν τόπον ἡρμήνευσεν, εἰπών· Καὶ ὡς ἀφιέντες εἰσὶν ἦχον ὡς ᾆσθμα διὰ τῶν μυκτήρων ἑαυτῶν. Ὃ γάρ, φησί, δοκοῦσιν ὑμνεῖν, μετὰ τοῦ μυκτηρίζειν τὸν κόσμον καὶ τὸν ποιητὴν αὐτοῦ, πράττουσι. Σαφῶς δὲ εἰρημένον· Καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ἐκτείνουσι τὸ κλῆμα, ὡς μυκτηρίζοντες, τοιοῦτόν τινα νοῦν ἔχειν νομίζω· οἱονεὶ ἐκτείνουσι κατὰ τὴν ἰδίαν φυτείαν κλῆμα, μυκτηρίζοντες καὶ γελῶντες τὰ μὴ γέλωτος ἄξια καὶ μυκτηρισμοῦ.

Τὸ μέντοι γε, ἐκτείνουσι τὸ κλῆμα, μὴ κείμενον παρὰ τοῖς Ο', ἀπὸ Θεοδοτιῶνος προσεθήκαμεν.

Σύμμαχος· Ὡς ἀφιέντες εἰσὶν ἦχον, ὡς ᾆσμα, διὰ μυκτήρων. Ἰστέον δὲ ὅτι μωρὰ ἑβραϊστὶ καὶ ἦχον καὶ κλῆμα σημαίνει.

Cap. xiii, v. 9. Ἐν παιδείᾳ [Σύμμαχος·

irruentibus hostibus, ac si de salute omnino desperaverint.

Cap. viii, v. 17, 18. *Et dixit ad me: Vidisti, fili hominis, non modica in domo Judæ fieri scelera, quæ fecerunt ibi. Impleverunt iniquitate terram, et ecce ipsi extendunt ramum, quasi subsannantes. Et ego faciam illis in furore: non parcet oculus meus, neque miserebor.*

Opinor in hisce descriptum fuisse quod sentiunt superbi accusatores Creatoris et operum creationis, insultantes ac si nulla laude dignus esset conspicuus orbis ejusque conditor, in hoc verbo: *Et ecce ipsi quasi subsannantes.* Apertius autem Symmachus hunc locum interpretatus est, aiens: *Sunt veluti efflantes sonitum tamquam spiritum per nares eorum.* Videlicet ait: Quod videntur canere, id fiunt subsannando mundum et ejus opificem. Quod aperte dictum est: *Et ecce ipsi extendunt ramum, quasi subsannantes,* hunc sensum habere puto: quasi extendunt ramum adversus propriam eorum plantationem, sannis et risu ea prosequentes quæ nec subsannanda neque deridenda sunt. Interim illud: *extendunt ramum,* quod apud LXX non exstat, Theodotioni acceptum referimus.

Symmachus: *Quasi exspirantes sunt sonum veluti spiritum per nares.* Notandum autem hebraice *mora* significare *sonum* et *ramum.*

Cap. xiii, v. 9. *In eruditione* [Symma-

Cap. viii, 17, 18. Vat. f. 252, Ottob. f. 199. Iterum recurrit Theodotion, haud sine ambiguitate, quam non dissipant hebraica: *Et ecce! applicant sarmentum ad nares suas,* nec lucem afferunt congesta apud Field. ii, 789 polyglotta, ubi etiam quædam ex nostris circa finem non desunt, ex Nobilio accepta, qui cum codd. Vaticanis vere legit ὡς ᾆσθμα, non probante Fieldio, ob Hieronymum: "Interpretatus est Symmachus: *quasi emittentem sonitum in similitudinem cantici per nares suas.* Idem Nobilius ultima nostra cum Vatic. 1154 legit: Ἰστέον δὲ ὅτι μαρὰ ἑβραϊστὶ καὶ κλῆμα σημαίνει, ubi Ottobon. iterum καὶ ἦχον καὶ ᾆσθμα σημ. Sane utraque lectio non levem hebraice nodum implicat, quem solvere nostri non est instituti. Ramus subsannans spectat fortasse ad aliquam probrosam Orientalium consuetudinem, plane contrariam Græcorum supplicum precibus, cum *ramo lana candida involuto* orantium.

Cap. xiii, v. 9. Vatic. f. 258. Ott. f. 202. Field. ii, 799.

Ἐν ὁμιλίᾳ] τοῦ λαοῦ μου οὐκ ἔσονται, οὐδὲ ἐν γραφῇ οἴκου Ἰσραὴλ οὐ γραφήσονται.

Τουτέστιν οὐκ ἔσονται, φησὶν, ἐγγεγραμμένοι τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Πῶς γάρ; ὡς μικρὸν ὕστερον ἀναιρεθῆναι μέλλοντες.

v. 23. Διὰ τοῦτο ψευδῆ οὐ μὴ ἴδητε, καὶ τὰ ἑξῆς.

Τουτέστι οὐ μὴ συγχωρήσω αἰδεσθῆναι ὑμᾶς, ἵνα τὰ ἑξῆς πληρωθῇ.

Cap. xiv, v. 4. Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· Ἄνθρωπος ἄνθρωπος ἐκ τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ, ὃς ἂν θῇ τὰ διανοήματα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ.

Πολλοί εἰσιν ἄνθρωποι, μὴ ὄντες ἄνθρωποι, ἀλλ' ἢ κτένη, ἢ θηρία, ἢ ἑρπετὰ, ὡς λέγεσθαι ἐπὶ τῶν τοιούτων· ἄνθρωπος ὄφις, ἄνθρωπος λύκος, ἢ κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. Ἄνθρωπος ἄνθρωπος· ὁ γὰρ Ἰσραηλίτης ἄνθρωπος ἄνθρωπός ἐστι, καὶ οὐ ζῶον. — Καὶ ἄλλως· ἔστιν ἄνθρωπος ἄνθρωπος, ὁ τετελειωμένος τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ καὶ τῷ ἔξω ἀνθρώπῳ, ὥστε νομοτεθεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, [κατὰ πρᾶξιν] καὶ κατὰ θεωρίαν· τὰς γὰρ ἐντολὰς καὶ ὁ ἔσω ἄνθρωπος καὶ ὁ ἔξω ὀφείλει ποιεῖν. — Ὃς ἐὰν θῇ τὰ διανοήματα αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐν τούτοις διδάσκει πῶς δεῖ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι τὰ προσφόρως συναρμοστέα, καὶ μὴ ὡς ἔτυχε, καὶ ὅτε αὐτὸς Κύριός ἐστιν ὁ ἀποκρινόμενος διὰ τοῦ προφήτου.

v. 6. Ἐπιστράφητε καὶ ἀποστρέψατε ἀπὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων ὑμῶν, καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν ἀσεβειῶν ὑμῶν, καὶ ἐπιστρέψατε τὰ πρόσωπα ὑμῶν.

Πρόσωπόν ἐστι χρῆζον ἐπιστροφῆς. Ὀφθαλμὸν νοερὸν ἐστηριγμένον ἔφη, οὗ δεῖ ἐξ ὧν δεῖται ἐπιστροφῆς ἐπὶ τὰ κρείττω, ἵνα στηριχθῇ.

chus: *in sermone*] *populi mei non erunt, et in scriptura domus Israel non conscribentur.*

Nimirum inscripti, ait, non erunt inter filios Israel. Quorsum enim? ut qui paulo post destruendi sunt.

v. 23. *Propterea falsa non videbitis*, et quæ sequuntur.

Videlicet, minime permittam vos pudefieri, ut cætera impleta sint.

Cap. xiv, v. 4. *Hæc dicit Adonai Dominus*: *Homo homo ex domo Israel, si quis posuerit cogitationes suas super cor suum.*

Multi homines sunt, qui non sunt homines, sed jumenta vel bestiæ vel serpentes, ut dici queat de similibus: homo serpens, homo lupus; vel juxta Scripturam: « Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis. » — *Homo homo*: nam Israelita homo homo est, non brutum. — Et aliter: Est homo homo vir qui perfectus est in homine interiore et in exteriore homine, ut censeatur vir practice et speculative: etenim oportet mandata perfici et ab interiore et ab exteriore homine. — *Si quis posuerit cogitatus suos* etc. In hisce docet quomodo cuique oporteat ea respondere quæ commode conveniunt, sed non temere, et Deum ipsum esse qui per prophetam respondet.

v. 6. *Convertimini, et recedite a studiis vestris et ab omnibus vestris impietatibus, et convertite facies vestras.*

Est facies quæ conversione indiget. Oculum spiritualem dicit confirmatum, qui indiget, in eis quæ illi desunt, conversione ad meliora, ut firmetur.

Cap. xiv, v. 4. Vatic. f. 260, Ottob. f. 203. Ps. xlviii, 21. v. 6. ibid. Uno verbo, *duplicatio* hebraice superlativum est, uti jam paulo ante notatum est.

Cap. xvi, v. 4. Καὶ οὐκ ἔδησαν τοὺς μαστούς σου.

Δύο μαστοὶ εἰσὶ τῆς σοφίας, ἡ πρώτη καὶ δευτέρα φυσικὴ θεωρία, ἀφ' ὧν θηλάζουσιν οἱ μὴ φθάσαντες εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ.

Ibid. Καὶ ἐν ὕδατι οὐκ ἐλούσθης, οὐδὲ ἁλὶ ἡλίσθης.

Εἰσὶ δέ τινες ψυχαὶ ἀπονιπτόμεναι καὶ εἰς κατάκρισιν, τοῦτο συμβαίνει τῷ ἀναξίῳ. Ἔχει δὲ καὶ ἀναγωγὴν ὑψηλήν, καὶ θεώρει τοῦτο, εἰ δύνασαι· ἁλίζεται ὁ διὰ τοῦ λόγου τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς ἁλιζόμενος, ἐκκαθαιρόμενος καὶ διαφυλαττόμενος.

v. 7. Οἱ μαστοί σου ἀνωρθώθησαν.

Αἱ διανοητικαὶ δυνάμεις ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, αἱ ἐκ τῶν κάτω ἐπὶ τὰ ἄνω [φέρουσαι].

v. 25. Καὶ ἐλυμήνω τὸ κάλλος σου, καὶ διήγαγες τὰ σκέλη σου παντὶ παρόδῳ.

Τὴν πρὸς ἐμὲ συγκατάθεσιν μεταβαλοῦσα πρὸς πᾶσαν ἁμαρτίαν.

v. 31. Ὅτι τὸ πορνεῖον ᾠκοδόμησας ἐν πάσῃ ἀρχῇ ὁδοῦ.

Πᾶσα ἑτεροδιδασκαλία πορνεία ἐστί· πᾶν τὸ ἐξ ἐναντίας λεγόμενον ἢ πραττόμενον πορνεία ἐστί, ἐπειδὴ παρὰ φύσιν ἐστὶ πᾶσα ψυχὴ ἀποστᾶσα ἀπὸ Θεοῦ, καὶ ταῖς τοιαύταις ἀγωγαῖς ἐκδοῦσα ἑαυτήν, πεπόρνευκεν. Ἐν τούτοις οὖν νοεῖται ἡ ἐν τῇ λεγομένῃ γραφῇ πορνεία.

Cap. xvii, v. 23. Καὶ ἀναπαύσεται ὑποκάτω αὐτοῦ πᾶν ὄρνεον.

Ἐπὶ τῷ Χριστῷ τούτῳ καταπαύσει ἡ προφητεία.

Cap. xviii, v. 6. Καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ οὐ μὴ ἐπάρῃ πρὸς τὰ ἐπιθυμήματα οἴκου Ἰσραήλ.

Cap. xvi, v. 4. *Et non ligaverunt ubera tua.*

Duo ubera sapientiæ sunt, contemplatio naturæ prior et posterior.... ex his lactantur qui non « pervenerunt in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. »

Neque in aqua lota fuisti, neque sale condita.

Sunt quædam animæ quæ abluuntur etiam in condemnationem, ut indigno accidit. Sed hoc habet quoque sensum altiorem, et hoc intuere, si potes. Sale conditur ille qui Verbo in passionibus animæ conditur, mundatur et conservatur.

v. 7. *Ubera tua erecta sunt.*

Sunt intellectuales vires ad veritatem motæ, illæ quæ a terrenis ad superna ferunt.

v. 25. *Et contaminasti pulchritudinem tuam, et divisisti crura omni transeunti.*

Tuam erga me bonam voluntatem mutasti in omnem nequitiam.

v. 31. *Quia fabricasti lupanar in omni capite viæ.*

Quæcumque aliena doctrina fornicatio est; quidquid in contrarium dicitur vel agitur, est meretricium, quippe cum contra naturam sit omnis anima quæ a Deo apostata est; et quæ talibus se institutis induit, fornicata est. In hisce ergo concipitur quæ in lecta scriptura dicitur fornicatio.

Cap. xvii, v. 23. *Et requiescet super eum omnis avis.*

Super eumdem Christum prophetia quiescet.

Cap. xviii, v. 6. *Et oculos suos non attollat ad concupiscentias domus Israel.*

Cap. xvi, 4. Vatic. f. 263, Ottob. f. 204. Ephes. iv, 13. cf. BB. 379 not. 13, qui satis aspere claudunt in his: καὶ θεώρει τοῦτό, εἰ δύνασαι.

v. 7. Ibid.

v. 25, 31. Vatic. f. 265, Ottob. f. 206.

Cap. xvii, v. 23. Ottob. f. 208.

Cap. xviii. 6, 9, 23. Vatic. f. 274. Ottob. f. 208. Scholium simul respicit v. 21.

Cap. xxviii, 2. Vatic. f. 290. Ottob. f. 218. Cujusdam varietatis lepidæ gratia, lectori in-

Ἀκύλας· Τὸ ἐπιθύμημα τῶν ὀφθαλμῶν ἐν πληγῇ ἐν ἀθρόῳ θανάτῳ.

v. 9. Δίκαιος οὗτός ἐστι, ζωῇ ζήσεται.

Ἀπέθετο γὰρ τὴν ἕξιν τοῦ θανάτου, καὶ τοῦτο ζήτει τό· Οὐ μὴ ἀποθανῇ.

v. 23. Μὴ θελήσει θελήσω τὸν θάνατον τοῦ ἀνόμου.

Ὁμοίως ἐστι τῷ πρώτῳ λαῷ.

Cap. xxviii, v. 2. Τάδε λέγει Κύριος· Ἀνθ' οὗ ὑψώθη σου ἡ καρδία, καὶ εἶπας· Θεός εἰμι ἐγὼ, κατοικίαν Θεοῦ κατῴκηκα ἐν καρδίᾳ θαλάσσης. Σὺ δὲ εἶ ἄνθρωπος...

Πολυχρονίου. Βούλονται τινὲς ταῦτα μηκέτι περὶ ἀνθρώπου λέγεσθαι, ἀλλὰ περὶ τοῦ διαβόλου, ὥσπερ φιλοτιμούμενοι μὴ αὐτοὶ τῇ τῶν θείων γραφῶν ἀκολούθησαι ἐννοίᾳ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἑαυτῶν φαντασίαν ἐκβιάζεσθαι ῥητά. Σαφῶς δὲ ἐξ αὐτῶν τῶν ῥητῶν δειχθήσεται ψευδῆ τὰ πρὸς ἐκείνων εἰρημένα. Ταύτης δὲ τῆς ἀλληγορίας ἡγεμὼν γέγονεν Ὠριγένης· ἠκολούθησαν δὲ καὶ ἕτεροί τινες, οἱ ἐν τοῖς οἰκείοις συγγράμμασιν, ὥσπερ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας βιαζόμενοι, ὡμολόγησαν περὶ ἀνθρώπου εἶναι τῷ προφήτῃ τὸν λόγον· δεῖν δὲ, φασὶ, καὶ περὶ τοῦ διαβόλου νοεῖν τὰ κείμενα, οὐκ αἰσχυνόμενοι καὶ τιθέναι τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἄντικρυς πρὸς αὐτὴν μάχεσθαι· ἁπάσης διαῤῥήδην τῆς ἀληθείας δεικνυούσης, ὡς τὸ φιλότιμον ἐγκαλεῖ τῷ Τυρίων βασιλεῖ, καὶ ὡς διὰ τὸ τῶν κατορθωμάτων μέγεθος καὶ τοῦ πλούτου τὴν περιουσίαν ἰσοθεΐαν ἐφαντάσθη. Σκοπητέον δὲ ὡς τῇ τῶν ῥημάτων ἐχρήσατο ἁρμονίᾳ. Προθέμενος γὰρ εἰπεῖν κατὰ τῆς πόλεως, διεῖλε τὸν λόγον εἴς τε τὸ πλῆθος καὶ τὸν κρατοῦντα· τῷ μὲν γὰρ ἐγκαλεῖ ὡς ἄρχοντι τῶν κακῶν· τοῖς δὲ, ὡς ἑπομέ-

Aquila: *Concupiscentia oculorum in plaga, in repentina morte.*

v. 9. *Justus est homo ille, vita vivet.*

Amovit enim facultatem mortis, et hoc quære in verbo: *Non moriatur unquam.*

v. 23. *Nulla voluntate voluero mortem injusti.*

Ita est pro vetere populo.

cap. xxviii, 2. *Hæc dicit Dominus: Eo quod elevatum est cor tuum, et dixisti: Deus sum ego, in domo Dei habitavi, in medio maris: at tu homo es.*

Polychronii. Nonnullis placet ea minime dici de homine, sed potius de Diabolo, ac si maluerint ipsi non tantum divinarum Scripturarum sequi sententiam, quam vi cogere verba ad propria ipsorum phantasmata. At palam erit ex ipsa verborum serie falsa horum esse dicta. Verum hujusce allegoriæ antesignanus est Origenes; quem cæteri nonnulli secuti sunt, qui tamen in propriis scriptis, vi quasi urgente veritatis, confessi sunt de homine a propheta fieri sermonem. At oportet, inquiunt, etiam de Diabolo hæc intelligi, nec pudet eos simul ponere veritatem, et mordicus eam impugnare, cum tota palam veritas declaret, quomodo fastu improbetur rex Tyrorum, et quousque ob rerum præclare gestarum magnitudinem et opum abundantiam cum Deo æqualitatem somniaverit. Considerandum vero est, quali verborum congruentia propheta usus sit. Incipiens enim ab exordio contra civitatem, concionem divertit tum in vulgus, tum in dominatorem: hunc enim incre-

videre nolui pagellam Polychronii, in Origenem nostrum acriter stomachantis, et postquam ejusdem spolia per totam hanc catenam, cujus videtur opifex, audacter rapuerit, allegoriam discerpentis de diabolo satis congruam, et a multis receptam, quæ sane historiam et litteram susque deque vertit nullatenus. Cæterum paulo infra ad Danielem Origenes vindicias utcumque habebit, in eo saltem sensu quod hujusmodi oraculum tam de Satana quam de regibus Tyrorum aut Babyloniorum intelligi queat. Quid plura? in Michaelis Ghislerii locupletissimam catenam ingens πάρεργον S. Maximi inseritur t. ii p. 614, sqq. quod totum est *De rege Babylonis Diabolo*, et quidem, ni fallor, addendum S. Martyris operibus editis. Cf. ps. 81, 7.

νοις τῇ ἀσεβείᾳ. Ὅτι μὲν οὖν κατὰ τὸ δέκατον ἔτος τῆς βασιλείας Σεδεκίου τὴν προφητείαν ταύτην ποιεῖται ὁ Ἰεζεκιὴλ, σαφῶς αὐτὸς διδάσκει, προτάξας ἐν τῇ ὁράσει ταύτῃ τὸν χρόνον· ἦν δὲ τοῦτο τὸ ἔτος ὄκτω καὶ δέκατον τῆς τοῦ Ναβουχοδονόσορ δυναστείας, ἡνίκα τὴν εἰκόνα στήσας, ἠξίου παρὰ πάντων προσκυνεῖσθαι. Τοῦ τοίνυν Ναβουχοδονόσορ πάντων καταχρατήσαντος [*al.* κατεσχηκότος], ὥστε καὶ ἰσοθεΐαν φαντάζεσθαι, οὐ δυνηθέντος δὲ περιγενέσθαι τῆς Τύρου, ἐφρόνει μεγάλως, σοφίᾳ τε καὶ δυνάμει πάντας νικῶν, καὶ ὅσῳ μεγίστη ἦν ἡ τοῦ Βαβυλωνίου δόξα, τοσούτῳ πλεῖον ἐφυσᾶτο, μείζονα φρονῶν ἢ κατὰ ἄνθρωπον, ὡς καὶ τοῦ πάντων κρατοῦντος Ναβουχοδονόσορ ἀμείνων ὀφθείς. — Οὐχ εἶπεν· Ἐλογίσω, ἀλλὰ καὶ ἐφθέγξω, τουτέστιν ἐκύρωσας τὴν γνώμην, εἶτα τῆς ἐννοίας ἡ κατασκευή· κατοικίαν Θεοῦ κατῴκηκα ἐν καρδίᾳ θαλάσσης, πανταχοῦ φαίνεται καρδίαν θαλάσσης καλέσας τῶν ἐξ αὐτῆς ἀγαθῶν τὸ ἐξαίρετον.

Οὐκ ἂν Μωϋσῆς κληθεὶς Θεὸς Φαραὼ, καὶ οἱ ἅγιοι πρὸς οὓς εἴρηται· Θεοὶ ἐστὲ, μήτε ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκοντες, μήτε ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτοντες, λέγοιεν ἂν τὸ ἐφ' ᾧ ἐγκαλεῖται ὁ ἄρχων Τύρου· Θεός εἰμι ἐγώ, κατοικίαν Θεοῦ κατῴκησα. Ὥσπερ γὰρ, φησὶ, Θεὸς ἐν οὐρανῷ τὴν κατοικίαν ἔχων, ἀσύγκριτον ἔχει τὴν ἰσχὺν, οὕτω καὶ αὐτὸς παράλιον κατοικῶν πόλιν, τὰ ἐκ τῆς θαλάττης κομίζομαι ἀγαθὰ, κρείττων κατά τε σοφίαν καὶ ἰσχὺν ἁπάντων τυγχάνων.

v. 5. Καὶ καταβαλῶ σε ἐν τάχει, καὶ πάντας τοὺς ἰχθύας τοῦ ποταμοῦ σου· ἐπὶ πρόσωπον τοῦ πεδίου πέσῃ, καὶ οὐ μὴ συναχθῇς καὶ οὐ μὴ περισταλῇς· τοῖς θηρίοις τῆς γῆς καὶ τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ δέδωκά σε εἰς κατάβρωμα.

τα χριστιανων. Ibid. μετρω. — εως αστραγαλων. Ibid. μηρων. — γονατων. f. 372[a].

v. 6. και ειπε προς με το υδωρ. *Schol.* Σαφεστερον παρα τω εβραιω κειται η ρησις. φησι γαρ τουτο. το υδωρ πρωτον εκπορευεται εις την Γαλιλαιαν· εντευθεν γαρ και ηρξατο του κηρυγματος ο χριστος. ως δεικνυσι και το εν κανα πρωτον σημειον της του υδατος εις οινον μεταβολης.

v. 8. *Schol.* Ο δε εβραιος επι δυσμας φησιν· η δε ασαφεια απο τουτο αραβα και δυσμας δηλουν και αοικητον. εοικεν δε το αυτο πως και ο ελληνικος σημαινειν προσθεις την το ηρχετο εως επι την θαλασσαν. η γαρ γραφη πολλαχου την θαλασσαν επι του της δυσεως μερους λαμβανει. σκοπητεον δε μη το καταβαινειν επι την αραβιαν, την αρχην επι την αραβα εξεδοθη την εβραιαν θεντων φωνην των ερμηνευκοτων.

v. 8. υδωρ της διεκβολης.

Scholium. Ο εβραιος αντι της διεκβολης της αλμυρας θαλασσης εχει. δηλον δε οτι τροπικως ουτως εκαλεσε την ανθρωποτητα δια το της αμαρτιας αλμυρον. μαλιστα γαρ ουτος χρηται τουτοις ο προφητης.

v. 10. ... αλιεις ·/. απο αινγαδαιμ. — ·/. πολλοι. εως αϊναγαδειμ. ψυγμος σαγηνων εσται... *Scholium.* Αντὶ του αργησουσι οι των αλλων δογματων διδασκαλοι. f. 372[b].

v. 11. και εν τη διεκβολη... *Scholium.* Αντι του τα τελη αυτου η τα εξωτερα της θαλασσης ουχ ιαθησεται· ουτω γαρ και ο εβραιος εχει, σαφως διδασκων το βαρβαρων τινας τους πορρω την του χριστου πιστιν μη παραδεξασθαι.

v. 12. ο καρπος. — Α. Θ. * αυτου. Ibid. πρωτοβολησει *Schol.* Εναδ εις τους μηνας αυτου πρωτογεννησει, ινα ειπη εις τον καιρον εαυτου επιδοσει το ευαγγελιον.

v. 16. ημας αιλααμ μααβθηρας. εφραιμ ηλιαμ. — αδαδα. βηρωθ. βαρειαι. αμμθασα.

v. 16. αυλαι του θικων.

v. 18. αναμεσοι. — και αν. Ibid. και τα προς ανατολας. — Θ. * κατα βοραν και το οριον.

v. 20. οι Γ. * θαλασσης της μεγαλης. f. 373[a].

Cap. XLVIII, v. 21. Θ. * κατα προσωπον. f. 375[a]. *Scholium.* f. 376[a]. βορρα πεντακοσιοι. — βορρα Ρουβην. Ιουδας. Λευι. Ibid. προς ανατολας. — ανατολη. Ιωσηφ. Βενιαμιν. Δαν. — Ibid. προς νοτον. — νοτος. Συμεων. Ισσαχαρ. Ζαβουλων. — Ibid. θαλασσαν. — θαλασσα. Γαδ. Ασηρ. Νεφθαλιμ.

Indiculus Hexaplorum, quæ alibi in hisce Analectis proferuntur.

ORIGENIS

MISCELLANEA LATINA.

Quantum fuerit nomen Origenis, nullum est luculentius testimonium, quam curiosa Latinorum alacritas ad recipienda ejus opera, etiam quum turbulentæ in eum procellæ sævirent, quæ, ipso vivente, jam vehementer exarserunt. Etenim si græca cum latinis æqua lance expenderis, seclusis *in Celsum* libris, qui soli ad nos græce integri venerunt, miraberis majorem partem apud nos servari, dum Græci cæterorum fere omnium stragem fecerunt, omnia vero Orientales pessumdederunt, ne ulla quidem tabula prope naufragio erepta.

Et quales sunt nostri interpretes! Haud satis erat certavisse, non sine simultate, Rufinum et Hieronymum, ambos utcumque principes veterum apud nos interpretum. At præivere summus Hilarius et grandis Eusebius, simul ovantium more ab Oriente reversi, ac veluti trophæa, ut dixi, reportantes Origenis homilias in Jobum et psalmorum commentarios. Præivit quoque Ambrosius, qui dum κοσμοποιΐαν describeret, Origenis allegorias miscuit sententiis Hippolyti et Basilii, teste Hieronymo.[1]) Cujus vel post censuras, floruit inter Vivarienses, hortante Cassiodoro, studium Origenianum: unde Bellator aut Epiphanius plerosque in Matthæum tractatus Latio dederunt.[2]) Quorum vicinus Victor Capuanus rarissimos excerpsit libros *de Paschate*, περὶ φύσεων, immo illud epistolarum βιβλίον, in quo Eusebius litteras ultra centum digesserat,[3]) « quod non sine magno historiæ illorum temporum detrimento intercidit.[4]) » Et alio interprete quam Hieronymo, XLV homiliæ in Jeremiam, quas memoravit Cassiodorus, usque ad manus Rabani Mauri pervenerunt.[5]) Alia ad Paschasium Radbertum, ad Jonam Aurelianensem, ad Scotum Erigenam. Cæterum frequens est Origenes latinus apud veteres grammaticos, teste Ansileubo;[6]) quanto magis apud biblicos scholiastas, uti Walafridum Strabonem, Remigium Antissiodorensem, alios, usque ad auream Catenam Aquinatis.

Interea ad Origenis contumeliam potius quam ad decus, sed fama ejus ad fucum usurpata, Arianus quidam tres libros in Job finxit, quos duo latini interpretes male feriati certatim ad Occiduos transtuleruat.[7]) Neque etiam sua Origeni defuit auctoritas inter graves Theologorum controversias, dum florerent argumenta potius ex patrum pondere quam ex rationis subtilitate petita, uti apud Odonem Parisiensem sive Tusculanum, et quem servamus edendum, et Petrum Magistrum sententiarum, ne alios sexcentos recenseam.

Nostri non est instituti acta agere aut edita reddere, neque etiam perficere longam seriem, quam texuit Fabricius scriptorum Origenis quæ latine tantum exstant.[8]) Procul eo magis sunto profana

1) *Epist.* XLI, al. LXV.
2) *Origenianor.* l. III, c. II, § 3. n. 12.
3) *Spicil. Solesm.* I, p. 267 sqq.
4) Fabric. *Bibl. gr.* VII, p. 339.
5) Cassiod. *De instit. div. script.* c. 3. Rabani præf. ad Jerem.
6) *Spicil. Sol.* t. III, p. 101.
7) *Origenian. append.* n. 2.
8) *Bibl. gr.* l. VII, 290 sqq.

et spuria quæ Adamantii nomem latine mentiuntur, satis superque inter eruditos ventilata, et aliquando haud sine vel doctorum fallacia. Circumferuntur enim decem homiliæ, quas non esse Origenis statim agnoscet, inquit Huetius, quisquis nares habuerit.[9]) Alienus est stylus, aliena clausula, aliena schemata, synonyma, antitheses, allusiones, colores arte quæsiti, quæ omnia Origenianam simplicitatem non sapiunt. Verum unam Combefisius sub Origenis nomine dedit, quam Martenius ut ineditam Bedæ ascripsit.[10]) Alteram de Chananæa Mabillonius et plures post eum ascripserunt Laurentio, nunc Novariensi, nunc Mediolanensi, quam tandem Montefalconius ostendit meram esse particulam ex Chrysostomi homilia latine factam.[11])

At majoris operæ pretium esset colligere ea quæ apud recentiores nostros interpretes aut latine tantum aut etiam in utraque lingua jacent derelicta, et quæ ab omnibus novis editionibus Origenis immerito jure exulant. Quorum sat nobis erit brevissimum subdere indiculum, citissimo quidem oculo et calamo exactum, raptim evolvendo Barbarum, Agellium, Ghislerium et Corderium. Palam inde saltem erit, quanta nobis copia esset, etiam post tot nova quæ hactenus eruimus ex codd. mss. alia Origenis male ignota, vetera etiam ex libris editis superaddendi.

9) *Origen.* app. n. 5.
10) *Thesaur. Anecd.* t. v. p. 378.
11) Mabill. *Anal.* in fol. p. 55. cf. *Orig.* app. not. 20.

I.

Daniel Barbarus in L *psalmos* [1]).

In hac vetusta sylloge minus obvia quam codd. mss. occurrit Origenes in pag. seqq.

Ps. 1, p. 3, p. 10 — Ps. II, 15, 19. — Ps. IV, 40. — Ps. V, 53. — Ps. VII, 80. — Ps. IX, 95, 96. — Ps. XIII, 128. — Ps. XVI, 150. — Ps. XX, 193. — Ps. XXIII, 219, 220. — Ps. XXIV, 223. — Ps. XXV, 225. — Ps. XXVII, 246, 247. — Ps. XXX, 273. — Ps. XXXVII, 373, 375, 376, 378. Cf. supra p. 14, 18, 19 et BB. 1374. — Ps. XXXVIII, 390, 392. — Ps. XLVII, 488, 489. — Ps. XLVIII, 497, 499.

Vetustiorem etiam interpretem in hoc ultimo loco p. 499 Origenes excitat: *Alius dicit.* etc. neque exigua sunt cætera, nec memoratu indigna, quale est scholium sequens, quod solum retinebo, utpote de theologia symbolica respectu ad clavem Melitonianam satis insigne:

" Ps. XIII, v. 2. Barbar. p. 128. *Dominus de cælo prospexit.* (Cf. Meliton. *Clav.* t. II, p. 6.)

ORIGENIS. Quæcumque de incorporeo Deo a corporibus desumuntur, decenter ac pro majestate intelligenda sunt: nam cum natura corpore carens circumscribi nequeat, nec locorum ambitu complecti, si quando de incorporea substantia afferendum est, quomodo in loco sit, aut hinc et inde moveatur, pro ratione majestatis cogitandum est, uti sunt reliqua omnia, quæ de ipso dicuntur, ut habere pedes, manus, oculos, et nunc exsurgere, nunc sedere dicatur. Si ergo pie possimus existimare illum in cælis habitare, propterea quod divinis virtutibus, quæ in cælo sunt, quæque cognominatione quadam cum locis in quibus insunt, nominantur, ut cum dicitur: Omnis terra adoret te (ps. LXV), et: " Omnis terra cum exaltatione clamat " (ps. XLVIII). Dicitur in cœlis habitare, cum est in viris sanctis, quippe qui ferant imaginem cœlestis. Præterea quoniam mundus illius est creatura, ipse vero, opificii merito ac providentiæ in omni creatura ex pulcherrimis mundi partibus, quæ cæli sunt, in cælo esse declaratur, ut illud: " Pater noster qui es in cælis. " et: " Deus in cœlo supra. " Sed et frequenter in divina institutione cœli nuncupatione intellectualem naturam, in qua Deum præcipue quærere oportet, significari novimus juxta illud: " Cœlum cœli Domino (ps. CXIII)." Et ex eo loco sese dimittens, prospicit, et considerat

1) *Aurea in* L *davidicos psalmos doctorum græcor. catena. interprete Daniele Barbaro electo patriarcha Aquileiensi,* Venet. 1569 fol. Videtur ex codd. Venetis structa, an extantibus?

eos qui sunt infimæ conditionis, ut videat quinam ex ipsis prudentes et Deum quærentes sint, cupientes iis bonis, quæ ab eo proficiscuntur, perfrui. Tum vero maxime prospicit, cum vitium inter homines cum impietate regnat, ita ut dicatur: "Non est enim veritas, non est misericordia, et non est scientia Dei in terra. Maledictum et mendacium et furtum et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit„ (Osee IV). Tum male igitur affectis hominibus, qui non oportuit tam benignum servatorem providere? ut si aliquod cuipiam prudentiæ indicium inesse deprehendisset, illud idem augeret, atque adeo perficeret, sin quærentem Deum etiam reperisset, ut ab ipso inveniretur. Iis enim qui illi minime dissidunt, manifestatur. „

Danieli Barbaro præsto fuit rarissima cujusdam Nicephori catena, quæ fortasse latet in Venetis codd. Doctus vir erat is στρωματεὺς, qui semet passim exhibet, ac leoninam sibi partem in sua opera reservavit, veteres ac in primis Origenem tacite expilatus, sed multa nomina adducens minime ὡς τυχὸν obvia, ut Justini martyris, Dionysii Alexandrini, Joannis Geometræ, Asterii Ariani sæpius, etc. Maurini librum Barbari triverunt, passimque laudarunt, ea tantum omiserunt, opinor, quibus græca non reperiebant consentanea. Agellium vero, ni fallor, non tetigerunt de quo Fieldius rectissime: " Opus eruditissimum, sive interpretationem et rem criticam spectes, sive excerpta amplissima e commentariis Patrum tunc temporis ineditis, quæ partim ex bibliotheca Vaticana, parim ex... Cardinalis Sirleti libro hausisse profitetur.[1])„ Operam ergo ludere non videor, dum in illo ea notaverim quæ alibi desiderantur.

II

Antonius Agellius in psalmos[2]).

Ps. XXXI, p. 133, — LI, p. 242. — Ps. LXXX, p. 374, 376. — Ps. LXXXII. p. 382. — Psalmus LXXXVIII, p. 407. — Ps. CXVIII, p. 537. 538, 539, 543, 547, 548, 559. — Ps. CXXX p. 584. — Ps. CXXXI, p. 586.

Quorum gustum habeat lector ex primo loco ps. XXXI, v. 3, super hæc: "*Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea.* „ Hoc non inscite quidam de hyperbatis et anastrophis acceperunt: nam sermonis ordine converso, cum intermedio quodam intercidi videatur oratio, fit hyperbatum, et ea dictionis conversio quæ dicitur strophe, ac vicissim inverso ordine in ea quæ vocatur antistropha, veluti strophe seu conversio dictionis est; exempli gratia, cum psalmorum cantor dicit: " Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea. „ Convertendo namque retrorsum sic dicet: Quoniam a clamando ad te tota die tacui, inveterata sunt ossa mea, ut iste sit sensus: Quoniam a clamore et oratione ac laude tua cessavi, ideo exsiccata sunt ossa mea; tunc enim quum laudabam, o Deus, nomen tuum, impinguabantur ossa. Et multa ejusmodi in sacris, litteris invenias, si diligenter attendas. „

Hæc solus Agellius, græce et latine. Pleraque autem, quæ supra recensentur, apud nos reperies ac sæpe et emendata.

III

Balthasar Corderius in Psalmos.

Cur autem diligentissimi Maurini permulta neglexerint scholia apud Corderium, nomine Origenis insignita, haud ita perspicuum est, quum tot alia plenis amplexibus receperint, quæ nullo codice, nullis schedis, nullo meliore titulo quam Corderii catena confirmabantur. Conjicere in promptu est, plura a Maurinis expuncta fuisse, quæ aliunde noverant variis auctoribus ascribi, nec semel ipsi nos id animadvertimus et notavimus: sed addere nos oportet, haud pauca ex omissis juxta optimos codices vaticanos certo jure Origeni vindicari. Ut ut est, indiculum, ut supra, exigere non piget, et utinam id futuro Origenis editori inserviat!

Tom. I. Ps. I, v. I. Cord. p. 7. — v. 7. p. 32. — Ps. IV, 4, p. 71. — Ps. IX, 9, p. 192 auctius (Cf. Galland. *Patrol.* XVII, 115). — Ps. XV, prooemium p. 271. — Ps. XXI, 10, p. 402. — v. 21, p. 403. — Ps. XXII, 1, 2, 3, p. 418. — ps. XXIII, 6, p. 430. — Ps. XXIV, 10, p. 444. — v. 14, p. 445. — v. 21, p. 446. — Ps. XXV, I, p. 455. — v. 7, 8, p. 456. — Ps. XXVI, 11, p. 470 auctius. — Ps. XXVII, 6, p. 484. — Ps. XXVIII, 6, p. 489. — Ps. XXX, 3, p. 534 ex parte. — v. 7, 12, p. 535. — v. 20, p. 536. — v. 21, p. 537. — Ps. XXXI, 1, p. 550. — v. 3, 6, p. 551, 552. — Ps. XXXIII, 2, p.

1) *Hexapl.* t. II, p. 84.

2) Antonii Agellii ex cong. Cler. reg. episcopi Acernensis *Commentarii in psalmos* et *in divini officii cantica*, Romæ ex typogr. Vatic. 1606. Etiam inter scriptores de re liturgica locum insignem Agellio dare par est.

603. — v. 3, p. 604. — Ps. xxxiv, 1, p. 633. — v. 11, p. 636. — v. 13, p. 638. — v. 19, p. 639. — v. 22, p. 640. — Ps. xxxvi. 25, p. 684. — v. 30, 34, p. 685. — v. 35, 38, p. 686. — Ps. xxxvii, 16, p. 700. — Ps. xxxviii, 2, p. 723, *dimidia parte auctius.* — v. 5, p. 725. — v. 6, p. 726. — v. 11, p. 727 *auctius.* — Ps. xxxix, 7, p. 707 *nova pars dimidia.* — v. 14 p. 751. — v. 18, p. 752. — Ps. xlii, 2, p. 794. — Ps. xliii, 25, p. 818.

Tom. ii, ps. liii, 5, p. 36. — v. 5, p. 37. — Ps. lviii, v. 5, p. 158. — v. 17, p. 168, — Ps. lix, 4, p. 180. Ps. lxii, 3, p. 236.

Notatu dignum est, Origenem omnino apud Corderium deficere a ps. lxvii ad ps. cxiv, in quo intervallo mirum in modum abundat Eusebius; qui similiter recurrenti magistro ita locum cedit, ut a ps. cxix usque ad ultimum perpetuo silentio taceat.

Tom. iii. ps. cxiv, 1, 2, p. 317. — Ps. cxv, *argumentum,* p. 320 — v. 5, p. 330. — Ps. cxvi, 1, p. 335. — Ps. cxvii, *argumentum,* p. 347. — v. 15, p. 353. — Ps. cxviii, 1, p. 373. — v. 10, p. 378. — v. 14, p. 379. — v. 28, p. 395. — v. 29, 30, p. 396, 397. — v. 36, 37, p. 403. — v. 67, p. 432. — v. 69, 71, p. 432, 433. — v. 74, p. 434, 435. — v. 79, p. 436. — v. 122, p. 478. — v. 127. p. 479. — v. 130, p. 487, — v. 136, p. 489. — v. 156, p. 502. — v. 170, p. 546. — Ps. cxx, *argumentum,* p. 532. — Ps. cxxi, *argum.* p. 539. — v. 4, p. 511. — Ps. cxxii, *argum.* p. 548. — v. 4, p. 549. — Ps. cxxiii, *argum.* p. 553. — v. 2, 5, p. 554, 555. — Ps. cxxiv, *argum.* p. 561. — v. 1, 4, p. 561, 562. — v. 5, p. 563. — Ps. cxxv, *argum.* p. 567. — v. 1, p. 568. — v. 4, 569. — v. 5, 570. — Ps. cxxvi, *argument.* p. 576. — v. 2, p. p. 577. — v. 3, 4. p. 578. — v. 5, p. 579. — Ps. cxxvii, v. 2, p. 585. — Ps. cxxviii, v. 2, p. 592. — v. 4, p. 593. — Ps. cxxix, *Argument.* p. 598. — v. 6, p. 600. — Ps. cxxx, v. 2, p. 605. — Ps. cxxxi, *argam.* p. 614. — v. 8, p. 615. — v. 15, p. 616. — Ps. cxxxii, v. 2, p. 625. — Ps. cxxxiii, *argum.* p. 639. v. 4, *ibid.* — Ps. cxxxv, *argum.* 651. — v. 4, p. 663. — v. 6, p. 664. — v. 9, p. 665. — Psalm. cxxxvii, *argum.* p. 673. — v. 2, p. 674. — v. 3, p. 675. — v. 5, p. 676. — Ps. cxxviii, *argum.* p. 689. v. 5, p. 692. — v. 8, 9, p. 693, 694. — v. 11, p. 695. — v. 13, p. 696. — v. 19, p. 698. — Ps. cxxxix, *argum.* p. 708. — v. 9, 10, p. 711, 712. — Ps. cxl. *argum.* p. 723. — v. 4, 5, 6. p. 730, 731. — v. 8, 10. p. 732. — Ps. cxli. *argum.* p. 740. — v. 4, p. 742. v. 5, 6, 8, p, 743. — Ps. cxlii, *argum.* p. 754. — v. 3. p. 756. — v. 4, 6, p. 757. — Ps. cxliii, *argum.* p. 770. — v. 1, 5. p. 773. — v. 8, p. 774. — v. 9, 11, p. 775. — Ps. cxliv, v. 5, p. 788. — v. 6, p. 789. v. 16, p. 791. — v. 18, p. 792. — Ps. cxlv, *arg.* p. 800. v. 4, *ibid.* — Ps. cxlvi, *argum.* p. 809. — v. 4, p. 810. — Ps. cxlvii, *argum.* p. 819. — Ps. cxlviii, *argum.* p. 830. — v. 8, p. 833. — Ps. cxlix, *argum.* p. 841.

Nonnulla fortasse eodem modo notanda sunt ex catena Michaelis Ghislerii in Jeremiam; eam tamen Maurini sollicite excusserunt, et si quid eos fugisse videtur, id potius aliis terminis et plenius reperitur in homiliis quæ græce ex integro supersunt. Sane falsus est Fabricii continuator Harlessius, dum asserit desiderari in editis omnia scholia quæ ad Threnos pertinent. Constat vero plurima desiderari apud Maurinos ex iis quæ post illos sub Origenis nomine græce inserta sunt in catenam Lipsiensem, editore Nicephoro monacho a. 1772, 1773. Sed hæc ad miscellanea latina non spectant. Nolim immorari in quodam *Lamento Origenis,* etiam asservato in codd. Vaticanis, sed quod adeo putidum est, ut inter spuria veterum editionum inglorie jaceat sepultum. Neque animus est reverti ad scholia quæ olim collegi sparsa in squalidis codicibus teutonicis Vindobonæ, de quibus videsis t. ii, p. 355, ubi memorantur *liber de decalogo* et liber *de ritibus* quæ fortasse oriuntur ex Rufini homiliis. Unum superest in schedis meis a xx et quinque annis relictum, de quo tandem nonnulla.

Origenes in symbolum.

Hujus sæculi A. MDCCCLVIII. iter ego agens germanicum, incidi in plures codd. Austriacos, nec tantum notavi novam aliquam apostolici symboli expositionem Origeni ascriptam, sed totam descripsi ex cod. Gottwicensi 26. Eadem occurrebat in altero Gottwicensi 27, tum in tertio Cremifanensi, tum in quarto S. Floriani apud Canonicos regulares, tum demum in Cæsareo, sub num. 768, al. 259 inter latinos [1]). Quinque codices membranei sunt, ejusdem fere sæc. xii, et ab eodem fonte derivantur. Quos singulos nuper exploravit vir doctus C. P. Caspari, suamque de libello sententiam breviter

1) Cf. Denys *Catalog. codd. mss. theol. Bibl. Palat.* p. 442-45. Sextus extitit cod. Heidelberg. de quo meminit Huetius post Possevin. in *Apparat. Append.* sub num. 279 et titulo: *Sermo Origenis de catechesi.* Tacito nomine, plures alii codd. extant fott. et latent.

aperuit ad calcem libri multa eruditione conspicui de Fontibus antiquis et novis historiæ symboli [1]).

Non fugit clariss. Doctorem, hujusce expositionis partem præcipuam nihil aliud esse quam *explanationem symboli habitam ad competentes*, sub nomine sancti Nicetæ Aquileiensis jamdiu editam [2]), cum quodam procemio prolixo de quo codd. quinque silent, dum epilogum addunt novum, qui ipse procemii instar haberi potest. Hunc epilogum Suecus doctor, cætera negligens, lectoribus non invidit, nec omnino refugit ab Origeniano fonte requirendo.

Expositio continet symboli formulam facile discernendam ab illa quæ Aquileiæ solemnis erat, et quam nobis diserte recitat Rufinus in suo symboli commentario [3]). Tantum vero non est discrimen quin Nicetas potuerit nostram ad suos competentes exhibere.

Expositio Origenis ab ecclesia quadam orientali repetenda est; in illa enim abest descensus ad inferos, de quo, ipso teste Rufino, silere solebant ecclesiæ orientales [4]).

Desunt præterea ultimi tres articuli, id quod potius a summa antiquitate facit, quam lacunam ex defectu codicum innuit. Neque id curiositate caret, quod omittatur resurrectio mortuorum, tantopere ventilata in palæstra Origeniana. Rufinus autem, etiam hoc crimine mulctatus, singularem diligentiam adhibuit, dum symbolum exponeret, ut hoc argumentum fuse et prolixe persequeretur.

Adde quod Origeniana quæ dicitur expositio in codd. supra memoratis ab operibus Rufini, quasi quodam juncta vinculo, non dissociari videtur, et quum etiam latinitas Aquileiensem interpretem redoleat, inepta non esset suspicio ab ejusdem calamo, qui tot Alexandrina in Latium transtulit, hanc quoque symbolam effusam fuisse.

Sed quod viro critico maximopere notandum venit, si severa trutina expenderit singulos errores in hac symboligraphe profligatos, veteres Gnosticorum insanias deprehendet, nullibi vero perspicue reperiet monstra hæreticorum post pacem Ecclesiæ grassantium.

Quibus perpensis, quum non tantæ molis sit ille commentariolus, nec pœnitendas varietates habeat, si conferatur cum Nicetæ explanatione, grave lectori non sit ea hic integra legere, quæ non ingratam coronidem operibus summi Alexandrini imponant.

1) *Alte und neue Quellen zur Geschichte des Taufsymbols und der Glaubensregel von Dr. C. P. Caspari, profess. der Theol. an der Norweg. Universitat, Christiania* 1879, p. 309.

2) *Patrol.* LII, col. 865, juxta A. Maium in Script. Vet. VII. 338.

3) *Patrol.* XXI, col. 335. Vide col. 252 formulam symboli Aquileiensem cum symbolo vulgato apostolorum e regione collatam.

4) Ibid. col. 256 n. 18. " Sciendum sane est, quod in Ecclesiæ Romanæ symbolo non habetur additum: descendit ad inferos, sed neque in Orientis ecclesiis habetur hic sermo. „ Non vacat hic refricare controversiam, iterum nuperrime inter anglicanos et germanicos theologastros acriter disputatam.

Origenis expositio.

Quum in principio creasset Deus cœlum et terram, et hominem in sexta die de limo terræ fecisset, aspice quia terra erat mater ejus et virgo erat [1]). Virginem terram esse diximus, quia necdum sententiam damnationi acceperat, ut spinas et tribulos germinaret, nec ab humano sanguine aut alicujus sepulcro violata fuerat. Deinde posuit Deus hominem in paradiso quem creaverat, et dixit ei: " De omni ligno paradisi comedetis, de ligno autem scientiæ boni et mali ne comedatis, ne forte moriamini [2]). Serpens autem quum esset callidior cunctis animantibus terræ, quæ creavit Deus, accessit et interrogavit dicens: " Cur præcepit vobis Deus, ut non comedatis ex omni ligno paradisi. „ Numquid serpens per se locutus fuisset? Sed Diabolus per serpentem dixit: " Scit enim Deus quod in qua die comedetis,

1) *De Virgine* terra, veterum concurrunt testimonia Tertulliani, Methodii, Firmici Materni, Agnelli Ravennatis, quæ Caspari, sedulo collegit, haud omisso omnium respectu ad Virginem secundi Adami matrem.

2) Gen. II, 6, III, 1, 500.

eritis sicut dii, et aperientur oculi vestri, scientes bonum et malum." Qui quum audisset, elevatus animo, sublimari cupiens [1]) ut Deus esset, statim rapuit et comedit.

Pro hac causa sententia damnationis accepta, ejectus est de Paradiso; in isto mundo exiliatus, genuit omne hominum genus, et quia scriptum est: "Longe a peccatoribus salus [2]), et longius ibat recedendo. Inde propheta cantavit ex persona Creatoris: "Circumdederunt me gemitus mortis et torrentes iniquitatis conturbaverunt me. Dolores inferni prævenerunt me, præoccupaverent me laquei mortis [3]).."

Pro hac causa præparavit Deus filium Virginis, de qua propheta dixit: "Aperiatur terra, et germinet salvatorem [4])" ut qui filium virginis vicerat, a filio Virginis vinceretur. Hic ergo quum natus esset, permisit se tentari a Diabolo illo, qui primum hominem vicerat, suadendo ut de arbore vetita manducaret. Ipsum ergo permisit ad se accedere, et sicut dixerat Adæ: Manduca, et manducavit, et ideo de Paradiso ejectus est, ita et illi diceret: "Dic lapidi isti ut panis fiat," [5]) et manduca, ut non esurias." Cui respondit: "Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei." Ergo diabolus qui manducantem vicerat, victoriam suam per jejunantem amisit. Par enim erat ut qui filium virginis vicerat, a filio Virginis vinceretur, et consummata omni tentatione, recessit ab eo usque ad tempus, [6]) tempus autem diximus passionis; tunc aperte consurgens, ut per sua membra, quæ sunt iniqui, crucifigeret. Et de sepulcro tertia die resurgens, apostolis loqueretur, dicens: "Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis [7])". Et sic qui victor existit, mittit comites suos in omnibus locis, quibus victoriæ palmam triumphaverat, [8]) qui titulos regis victoris sui imponant; ita et hic homo Jesus Christus, qui vicit Diabolum, misit electos suos in omnes provincias, ut expellerent ministros Diaboli, qui per templa in statuis habitabant [9]), et homines qui eos colebant, de potestate ejus qui victus erat, auferrent, et sibi templum constituerent [10]) de quo apostolus loquitur, dicens: "Vos estis templum Dei vestri, et Spiritus sanctus habitat in vobis" [11]). Ipsi vero apostoli, "cum essent congregati in unum, propter metum Judæorum" [12]) antequam dividerentur in terris, ut eis a Domino jussum fuerat, inspirante Spiritu sancto, singula capita protulerunt, quæ postea futuræ Ecclesiæ per universas provincias tradiderunt, dicentes:

Credo in Deum Patrem omnipotentem [12].

Bene incipit a credulitate confessio, quia sic et beatus Paulus expressit: « Corde, inquit, creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. [13]) » Crede ergo in Deum Patrem omnipotentem, Deum ingenitum, qui ortus a nullo est, a nullo cepit; Deum invisibilem, quem nullus oculus carnalis videre potest; [14]) Deum incomprehensibilem, qui omnia comprehendit; Deum immutabilem, qui non mutatur temporibus, nec senescit ætate, sed semper idem est; qui non in tempore cœpit vivere, sed semper vivens, nullum patitur successorem;

1) *Et elevatus animo, sublimari cuperet.* Caspar.

2) Ps. CXVIII, 155. *Et ipse longius* Casp.

3) Ps. XVII, 5, 6.

4) Ps. XV, 18.

5) Luc. IV, 3, 4.

6) *Et consummata... ad tempus* om. Gottwic.

7) Matth. XXVIII, 19.

8) Græcizare verba videntur, nisi quod unus cod. corr. *ex quibus,* et alter hab. *per victoriæ palmam,* mox Gottiwic. *imponatur.*

9) Id quoque græcitatem ethnicam sapit.

10) Gottw. *auferret... constituerent.* II Cor. VI, 16.

11) Joan. XX, 18. An hic tenemus primum testimonium de condito in cœtu apostolorum symbolo, quod Rufinus clarissime professus est, ut alii scite memorati apud Cl. Casparium, p. 314 not. 28, et quos fusius recolit Vallarsius ad Rufin. p. 53 in not.

12) Inde incipit pars in *explanationem* Nicetæ inserta. Cætera Caspar om.

13) Rom. X, 10.

14) Nicet, *Sufficit.*

Deum bonum et justum, *cæli et terræ creatorem.* Crede hunc, confitere Deum sed eumdem confitere et Patrem. Patrem filii esse [1]) necesse est. Nemo enim pater est sine filio. Pater ergo per Filium est, [2]) habens utique Filium, cujus sit Pater. Et hæc est pia confessio in Deum, ut eum non solum Deum scias, sicut Judæi; [3]) sed cognoscas ut patrem : Patrem viventis Verbi, virtutis et scientiæ propriæ; qui ante omnia sæcula, ante omnium principium, ante omne omnino tempus ex se genuit Filium; spiritus, spiritum; Deus, Deum, « in quo sunt condita universa quæ in cœlis et quæ in terra, visibilia et invisibilia, » sicut docet Paulus [4]) et consignat Joannes « Omnia, inquit, per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. »

Credens ergo in Deum Patrem, statim te confiteberis credere *et in Filium ejus Jesum Christum.* Hic est Filius Dei, Jesus quidem ex Hebræorum lingua, in qua interpretatus, intelligitur *salvator.* [5]) Christus vero regiæ dignitatis appellatio est, veluti salvator rex, unus atque idem Christus Jesus. Hic propter nostram salutem descendit de cœlis a Patre, et simile nobis corpus accedit.

Natum ex Spiritu sancto et ex Maria Virgine, sine ulla viri operatione; corpus ex corpore, spiritus sancti virtute generatum est; manens Deus, homo factus est, ut hominibus et usui et doctrinæ et saluti [6]) esse posset, quia aliter divinitas ab hominibus sustineri non poterat, nisi humani corporis assumptione visibili. Natus est ergo ex sancta et incontaminata Virgine, ut sanctæ nativitatis [nobis [7]) præstaret initium; natus est] secundum quod ante dictum fuerat per prophetam : « Ecce Virgo in utero concipiet [et pariet] filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel, [8]) qui interpretatur Nobiscum Deus. »

Crede ergo hunc, qui ex Virgine natus est, nobiscum esse Deum; Deum ante omnia sæcula de Patre, hominem ex Virgine, propter homines vere in carne natum, non putative, sicut quidam errant hæretici: [9]) erubescentes mysterium, in phantasmate dicunt factam incarnationem, quasi [10]) vere non fuerit quod videbatur, sed oculos fefellerit hominum, quod absit omnino a Dei veritate. Si enim falsa incarnatio est, falsa erit salus hominibus. Quod si vera [salus] in Christo [11]) est, æque vera incarnatio est, in ipso utrumque existens, homo qui videbatur, Deus qui non videbatur. — Manducans ut homo, et pascens quinque millia hominum quinque panibus, quasi Deus; [12]) sitiens ut homo, et aquam vitæ tribuens quasi Deus; dormiens ut homo in navi, sed ventis et mari imperans quasi Deus; mortem postremo suscipiens, deposito

1) Nic. om. *esse.*

2) Gottwic. *Super Filium,* apud veteres toleratum et sic fort. archetypon, ratione principii et paternitatis.

3) Nic. om. *sicut Judæi,* alia nota vetustatis, mox Nic. *et patrem... et sapientiæ.* Idem infra *ante omne.*

4) Coloss. I, 16. Dein Joan. 1, 3. Is locus interciditur, ut apud Irenæum et veteres Græcos.

5) Nicet. *Jesus qui hebræorum lingua interpretatus, intell. salv.*

6) Nicet. *et visui et doctrinæ saluti esse posset.* mox om. *humani.*

7) Inclusa om. Gottw.

8) Is. VII, 14. Matth. 1. 23. Nicet. *quod est interpretatum.*

9) Nicet. *quidam erronei haeretici.*

10) Id. *quia vere.*

11) Id. supplev. *salus.* tum paulo post id. *in quo... homo quod... Deus quod*

12) Id. *quia Deus...* om. *sitiens* usque ad *quasi,* sed addit statim: *manus cruci affigens velut homo, sed paradisum confitenti se latroni tribuens, quia Deus.*

modicum [1]) corpore, ut homo, sed quatriduanum mortuum de sepulcro suscitans quasi Deus.

Utrumque ergo credendus est Christus, et Deus, et homo; quia sicut homo ex passionibus agnoscitur, ita Deus ex operibus [2]) manifestatur. Habens ergo unde respuas magistros fallaciæ, si quis tibi hominem tantum modo Christum fuisse, in auribus susurrare tentaverit, dicito quia homo propter peccata nostra [3]) factus est, Deum ex virtutibus et professionibus jam cognovi, dicente ipso salvatore nostro ad Judæos: « Si mihi non creditis, vel opera credite, et cognoscetis quia ego sum in Patre, et Pater in me [4]) est. »

Sequitur ut credas dominicæ passioni, et passum confitearis *Christum crucifixum* a Judæis, secundum prædicta prophetarum. Et vide ne erubescas in passione Domini [tui], si forte aliquid infidelitas Judæorum vel stultitia gentium de magnificentia [5]) Christi in cruce blasphemare voluerit. Memento semper dominici dicti: « Qui me confessus fuerit coram hominibus, et ego confitebor eum coram Patre meo, qui in cœlis est. » [6]) Nec inde confunderis, si in quo fundamento posueris quod passus est Christus, intelligas quod passus est non divinitate, sed carne: Deus enim impassibilis semper est; passus est autem carne, sicut Apostolus dicit, [7]) ut ejus vulnere salus humano generi proveniret. Sicut et propheta prædixerat Esaias. « Et ipse, inquit, passus est pro peccatis nostris, et vulnere ejus sanati sumus omnes. » [8]) Pro nostro enim peccato passus est Christus, ut nobis justitia donaretur.

Sub Pontio ergo *Pilato passus est* Christus. Tempus designatur, quia Pontius Pilatus præses fuit Syriæ et Palæstinæ. Hoc autem ideo caute ponitur, quia aliquanti hæreticorum, dæmoniacis decepti fraudibus, diversos garriunt Christos esse. [9]) Tu ergo et tempus passionis edoceris, ut præter eum qui vere sub Pontio Pilato pro salute mundi passus est, Christum, non passum aliquem alium fateris. Mortuus est ergo, ut mortis jura dissolveret.

Tertia die resurrexit vivus a mortuis, sicut ait propheta, « inter mortuos liber. [10]) » Neque enim poterat Christus a morte detineri, quia et mortis et vitæ totam obtinet potestatem.

Ascendit in cœlos, unde et descenderet, quia « nemo, inquit, in cœlum ascendit nisi qui descendit, filius hominis qui est in cœlo. [11]) »

Sedet ad dexteram Dei Patris [12]) secundum quod dictum est in David, in persona Patris ad Filium: « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. »

Inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo quod hic ipse Deus noster ve-

1) *modicum,* græce ὀλίγον. Nicet. *ad modicum.* Dein *quia Deus.*

2) Nicet. *ex divinis operibus,* tum: *habes ergo.*

3) Id. *homo per praedicta nostra factus est, quem.*

4) Joan. x, 38. Nicet. om. *sum* et *est.*

5) Μεγαλοπρέπεια. Nicet. minus ἀρχαῖος: *de magnifica Christi cruce... voluerint.*

6) Matth. x, 32. Cætera græce involvi videntur, quæ sic Nicet.: *Nec sane est unde confundaris, si in quo posueris sacramento.*

7) 1 Petr. iv, 1.

8) Is. liii, 5 Nicet. om. *pro,* dein *et ut.*

9) Nicet. om. *esse.* Hactenus et deinceps nihil de hæreticis sæc. iv et v. Id. mox om. *praeter.* Paulo post legit *passus est Christus.*

10) Ps. lxxxviii, 7. Nicet. *qui et mortis.* Nota sileri de Christi descensu ad inferos.

11) Joan. x, 18; iii, 13.

12) Nicet. om. *Dei.* Tum: *dictum est in Davidicis ex persona.* Cf. Ps. cix, 72.

niet cum Angelis et virtutibus cœlorum,[1]) qui tam vivos quam olim mortuos judicabit, ut reddat singulis secundum opera eorum: hoc est justos in vitam æternam constituet, impios autem æternæ pœnæ subjiciet.

Credo et in Spiritum.[2]) Hic est Spiritus sanctus, qui unus est, santificans omnia, qui de Patre procedit,[3]) solus scrutans mysteria et profunda Dei, qui in specie columbæ de cœlis venit in Christum. Hic Spiritus sanctus unus quidem est, sed multiplex in virtutibus et in operibus,[4]) ipse dividit gratiarum dona singulis prout vult; ipse prophetas constituit, apostolos implevit, et ipse tempore baptismi animas credentium corporaque sanctificat; sine cujus operatione nulla potest creatura ad æternitatem pervenire, in cujus gloriam etiam angeli prospicere concupiscunt;[5]) qui et Sedes et Dominationes universasque cœlorum Virtutes sua majestate sanctificat; in quem Spiritum sanctum si quis blasphemaverit, non habet remissionem neque in hoc sæculo, neque in futuro, sicut ipse Dominus pronuntiat[6]).

Hanc Trinitatis fidem, fratres, in cordibus vestris firmate, credentes in unum Deum Patrem omnipotentem, et in Filium ejus Jesum Christum Dominum nostrum, et in Spiritum sanctum, lumen verum et sanctificatorem animarum, qui est pignus hæreditatis nostræ; qui nos, si in eum fuerimus intenti, deducet in omnem veritatem et faciet cœlestibus cohærere. Hanc enim regulam fidei apostoli a Deo acceperunt, ut in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti omnes gentes credulas baptizarent.[7]) Hæc in vobis maneat fides; hoc depositum custodite, carissimi, devitantes profanas vocum nonovitates et appositiones fallacis scientiæ.

Si Gentiles student[8]) multos patres colere, [tu retine] beatam professionem tuam, quia unum confessus es Deum Patrem; nec natura permittit, nec fert ut unus homo plures habeat patres.

Si Judæus Dei Filium credere dissuadet, sit tibi tanquam hostis, aut impugnandus, si tanta est tibi scientia Scripturarum; aut certe devitandus, si exercitatio deest.[9]) Si quis hæreticus sub nomine christiano aut Christum tibi creaturam tradat, aut Spiritum sanctum alienum esse a Patris et Filii gloria persuadeat, sit tibi tanquam ethnicus et publicanus, qui te[10]) ad idololatriam deducit, cum creaturam colere persuadet. Et quum te quæstionibus tortuosis nititur implicare, recurre ad murum fidei tuæ, et dic secundum apostolum: Ego ablutus sum, ego sanctificatus sum, ego justificatus sum in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei mei.[11]) Nihil de hac Trinitatis professione mutabo, nec saluti meæ damnum et fidei faciam detrimentum.

Post professionem[12]) beatæ Trinitatis,

1) Nicet. *quoniam hic ihse Christus Dominus... et virtutibus eorum,* de quibus verbis late disputat Braida *dissert. de Niceta,* p. 266.

2) Nicet. *Credis et in Sp. sanctum.*

3) Rufinus de fide Ecclesiæ Aquileiensis testis omni exceptione major, expressis et classicis verbis habet: *qui de Patre et Filio procedit.*

4) Nicet. *operationibus.* Cf. 1. Cor. XII, 11.

5) 1 Petr. 1, 12.

6) Matth. XII, 32.

7) Matth. XXVIII, 19. Post. 1 Tim. VI, 20.

8) Nicet. *suadent,* mox *iterum colere.* Inclusa supplevit, sed om. *permittit nec.*

9) Origenes plane similia apud nos alicubi præcipit. tum cod. Gottw. *si aeque.*

10) Nicet. *quia te.* Neque Arius, nec Macedonius primi sunt hujusmodi hæretici, ac potius ante pacem Ecclesiæ urgebat periculum idolorum. Cod. tamen habet *reducit,* ubi Nicet. *quia te ad idol. deducit.*

11) 1. Cor. VI, 11. Nicet. *ego absolutus.*

12) Nicet. *confessionem.*

jam profiteris te *credere secundum Ecclesiam catholicam.* Hæc Ecclesia, quid est aliud quam sanctorum omnium congregatio? Ab exordio enim sæculi, sive patriarchæ Abraham, Isaac et Jacob, sive prophetæ, sive apostoli, sive martyres, sive cæteri justi qui fuerunt, qui sunt et qui erunt, una Ecclesia sunt, [2]) cujus corporis caput Christus esse perhibetur, ut scriptum est. Adhuc amplius dico, etiam angeli et virtutes et potestates in hac deputantur.

1) Nicet. addit: *quia una fide et conversatione sanctificati, uno spiritu signati, unum corpus effecti sunt.* Et in fine subjicit: *potestates supremae in hac una confaederatione ecclesiae deputantur.* Hinc et inde aliquid in clausula desideratur.

Lectori haud ingratum sit invenire in hoc paginæ vacuæ angulo seriem XXV tomorum Origenis in Ezechielem, quales recensentur in codicis Pamphiliani marginibus et juxta Eusebii notitiam (*Hist. Eccl.* VI. 6), etiam cum respectu ad Vulgatam.

[Fol. 281*a*. τόμος α'] Vulg. cap. I.
F. 285*b*. τόμ. β'. (cap. IV. init)
F. 291*a*. τόμ. γ'. (VIII. init.)
F. 266*a*. τόμ. δ'. (XI. med.)
F. 302*b*. τόμ. ε'. (XV init.)
F. 305*b*. τόμ. ς'. (XVI.)
F. 307*b*. τόμ. ζ'. (XVII. init.)
F. 310*a*. τὸμ. η'. (XVIII. med.)
F. 312*a*. τόμ. θ'. (XIX init.)
F. 316*b*. τόμ. ι' (XXI. med.)
F. 320*b*. τόμ. ια'. (XXII med.)
F. 324*b*. τόμ. ιβ'. (XXIV. init.)
F. 327*b*. τόμ. ιγ'. (XXVI init.)
F. 331*b*. τόμ. ιδ' (XVIII. init.)
F. 332*b*. τόν ιε'. (XXVIII med.)
F. 334*b*. τόμ. ις'. (XXIX. med.)
F. 336*b*. τόμ. ιζ'. (XXXI. init.)
F. 338*b*. τόμ. ιη'. (XXXII. init.)
F. 339*b*. τόμ. ιθ'. (XXXII med.).
F. 342*a*. τόμ. κ'. (XXXIII. med).
F. 345*b*. τόμ. κα'. (XXXV. init.)
F. 350*a*. τόμ. κβ'. (XXXVII. med.)
F. 355*a*. τὸμ. κγ' (XL. init.)
F. 361*a*. τόμ. κδ'. (XLII. init.)
F. 366*b*. τόμ κε' (XLIV. med.)

SANCTUS GREGORIUS NEOCÆSARIENSIS

Magistro discipulus succedat primus, Origeni Theodorus qui et Gregorius, postmodum episcopus Cappadocum et Thaumaturgus; cujus exstat in laudem pædagogi πανηγυρικὸν εὐχαριστίας, præter alia multa, quæ in tomo altero inter Patres Antenicænos orientales locum habebunt amplissimum.[1]) Nova græce pauca supersunt, quæ nobis innotescant, nempe prooemium cujusdam commentarii ad priora libri Job capita, deinde fragmenta in Jeremiam, quæ cum metaphrasi in Ecclesiastem argumento sunt, Neocæsariensem, vel inter asperos Cappadocas, non missa fecisse biblica studia, quibus Cæsareæ cum fratre Athenodoro alacriter incubuit. Tam vero in Job quam in Jeremiam nostra segmenta ita concionem redolent, ut facile oriri potuerint ex sermonibus quos Thaumaturgus antistes ad populum suum direxit; ac, nisi fallor, sinceriora existimabuntur quam quatuor homiliæ genuinis operibus satis importune superadditæ. Neque nova prorsus exsurgunt scholia in Jeremiam. Semel enim, sed in obscuram lucem prodiere, in prisca et nimium neglecta Michaelis Ghislerii Catena,[2]) claro licet interprete Allatio, qui non neglexit ea memorare in sua de *Theodoris* diatriba [3]), nuper a Maia edita, sed serius, ut editor Parisiensis Patrologiæ id opportune adverterit. Sane hæc non videntur junioris Gregorii, dum Cæsareæ ageret, exercitia.

1) Cf. *Patrol.* t. x, col. 963-1232, ubi exstant opera quæ græce circumferuntur. Paris. 1857. Canonicam Epistolam, multis auctam varietatibus Vaticanis dedimus in *Juris eccl. Græcor.* t. I, p. 562-566.

2) *Catena in Jerem.* t. I, p. 788, 796, 831, 839, 850.

3) n. LXII. Maii Bibl. N. PP. t. VI, p. 95. Romæ 1853, serius vero cum cæteris tomis facta publici juris. In diatriba legitur: " Alia quoque scripsisse, nulli dubium fuerit; multa enim illius et satis prolixa in Catena græca super Jeremiam, quæ nos latina fecimus, et suis in Jeremiam commentariis iuseruit Michael Ghislerius, leguntur quæ in editis non habentur. " Patrol. x col. 1230.

I.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, τοῦ Θαυματουργοῦ, εἰς ὅλον τὸ κεφάλαιον.

Sancti Gregorii Thaumaturgi in universum capitulum (*Job.* III).

Πρὸς τὴν ἐν παραδείσῳ μακαρίαν διαμονὴν, ἀντεξετάζοντες πᾶσαν τὴν ἐν τῇ γῇ ταλαιπωρίαν καὶ πάντα τὸν πόνον, οἱ ἱεροὶ προφῆται καὶ ἀπόστολοι, στενάζουσι [1])

Post beatam in paradiso permansionem, ultro citoque conferentes cunctam in terra miseriam et universum laborem, ingemiscunt prophetæ et apostoli super

Ex Vatic. Regin. I fol. 30. Codex recens cujus tam elegans quam mendosa scriptura est.

1) Στανvουσι cod. liquido. Nisi sit vox nova Cappadocum, sicut στάννυν Cretensium. Lego στενάζουσι, donec meliora edocear. Alia dubium movent.

κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον. Διδάσκει γοῦν ἡμᾶς περὶ τῶν νῦν ἡμερῶν ὁ θεῖος Παῦλος, διὰ βραχέων ἐν οἷς λέγει· Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσιν [1]. Καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ ὅτι ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν δέδωκεν ἑαυτὸν, ἵνα ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ αἰῶνος [2]. Καὶ ὄντες ἐν τῷ σκήνει τούτῳ στενάζομεν [3], φησί. Καὶ ὁ Δαυὶδ ὀδύρεται· Οἴμοι, ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη [4]. Ὁ Ἱερεμίας· Ἐπικατάρατος, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος ὁ εὐαγγελισάμενος τῷ πατρί μου· Ἰδοὺ ἐτέχθη σοι ἄρσην [5]. Ἵνα τί τοῦτο· ἐκ μήτρας ἐξῆλθον; ἀπ' ὀδυνετοῦντος ἡ φωνὴ καὶ βεβαρημένου, οὐ φέροντος τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς γενέσεως.

Τοιοῦτος καὶ τῶν τοῦ μεγάλου ἀθλητοῦ Ἰὼβ λόγων ὁ σκοπός· οὐ γὰρ [6] παραβάλλων τὸν νῦν βίον τῷ προτέρῳ, τὸν πενῆτα καὶ ἐνάπορον τῷ ἐν πλούτοις, ὁπότε εὐθηνοῦντο αὐτῷ τὰ βουκόλια καὶ τὰ ποίμνια, οὐδὲ τῇ νῦν ἀπαιδίᾳ τὴν πρὶν εὐπαιδίαν, ἢ τὴν νόσον τῇ ὑγιείᾳ, ταῦτα ἔλεγεν, ἐπεὶ ἐξῆν αὐτῷ εὐλογημένας νομίζειν τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς ἐτύγχανε πάντων τῶν κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον, καταράτας δὲ μόνας θέσθαι, ἐν αἷς τὰ ἐναντία ἔπασχεν, ἀλλὰ γὰρ οὐ τοῦτο παθών. Ὡς γὰρ [7] ὁ τοιοῦτος ἀθλητὴς ἐπιλογισάμενος καὶ ὡς ὁμοῦ πᾶσαι αἱ ἡμέραι αἵ τε νῦν αἵ τε πρότερον, αὐτῷ ἦσαν ἡμέραι κακώσεως [8], ἀνελθὼν ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν, ἐπαρᾶται τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ, ἐν ᾗ ἐτέχθη. Καὶ μὴ ἔλθοι, φησὶν, εἰς ἡμέραν ἐνιαυτῶν, μηδὲ ἀριθμηθείη εἰς ἡμέρας μηνῶν [9], τοιούτων ἡμερῶν καὶ ἐνιαυτῶν ὁποίων; καὶ ἕτερα περινοεῖ· διελογησάμην, λέγων, ἡμέρας ἀρχαίας καὶ ἔτη αἰώνια [10], ἀλλ' οὐ τῷ διαστήματι τούτῳ τῷ χρονικῷ μετρου-

hunc mundum. Divinus ergo Paulus de hisce diebus nos paucis edocet, dum ait: « Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt, » et de Christo dicit: « Propter peccata nostra tradidit semetipsum, ut eriperet nos ex hoc præsenti sæculo nequam. » Et: « Dum sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus, » inquit. Et David lamentatur: « Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus est. » Jeremias: « Maledictus homo, ait, qui annuntiavit patri meo, quia natus est tibi masculus. » Quare hoc: de vulva egressus sum. Vox est graviter dolentis et male oppressi, jam non ferentis vel primum diem natalicium.

Neque alius scopus est sermonum Job, magni illius athletæ: dum enim haud conferre sustinet vitam præsentem cum priore, hanc miseram et angustiis impeditam cum copia divitiarum (quando ipsi prospere abundabant armenta et ovilia), neque orbitatem præ fecunda prius progenie, vel morbum præ incolumitate hæc verba fatus est, utpote cui fas erat beatos illos censere dies in quibus fruebatur omnibus hujus mundi opibus, maledictos vero dumtaxat illos in quibus contraria passus est, quin tamen simile quid expertus sit. Ut enim tantus athleta secum considerans qualiter ipsi sint omnes simul dies, et præsentes, et præteriti, et dies infortunii, sic retro se ferens ad initium, matedixit primum diem et noctem primam, in qua ortus est. « Nec veniat, inquit, in diem annorum, neque computetur in dies mensium, » hujusmodi dierum et annorum, qualium? Etiam alia cognovit. « Cogitavi, inquit,

1) Ephes. v, 16.
2) Galat. I, IV.
3) II. Cor. v, 4.
4) Ps. CXIX, 3.
5) Jerem. XX, 15.
6) Cod. οὐ γάρ. Suspicabar οὗ γαρ, sed conjecturæ obstat paulo infra οὐδέ.
7) Cod. πῶς γάρ.
8) Cod. κακωσαι.
9) Job. III, 6. Incipit respicere peccatum originis.
10) Ps. LXXXI, 6.

μένας. Ἡ νὺξ ἐκείνη εἴη ὀδύνη, καὶ μὴ ἔλθοι ἐπ' αὐτὴν εὐφροσύνη, μὴ δὲ χαρμονή [1]).

Τοῦτο ἐκεῖνος ἔλεγεν ὅπερ ἀπήντηται ἐκ φύσεως· οὐδὲ πώποτε γὰρ ἂν ἔλθοι ἡ ἀληθὴς εὐφροσύνη καὶ χαρμοσύνη ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ ταύτῃ [2]), ἀλλὰ καταράσαιτο αὐτήν, φησίν, ὁ καταρώμενος τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος χειροῦσθαι [3]). Πάλιν κἀνταῦθα ὡς φύσεως ἔχουσιν αἱ ἡμέραι αὗται, οὕτως ὁ προφήτης αἰνίσσεται, εἰπών· Καταράθῃ ἡ ἡμέρα ἐκείνη· εἶτα ἐπενέγκων· Καταράσηται αὐτὸν ὁ καταρώμενος τὴν ἡμέραν ἐκείνην, οὐχ ἵνα νῦν γένηται, ὃ δὲ γίνεται γενέσθω, εἰπών· Καταράσαιτο τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος χειροῦσθαι, ὡς οἰκειότητός τινος οὔσης τῷ μεγάλῳ κήτει πρὸς τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἤτοι [4]) ποιεῖν νῦν παραληφθὲν τὸ κῆτος· τότε γὰρ πρῶτον μεταχειρίζεται ἄνθρωπον, ὁπόταν εἰς γένεσιν ἐλθοῦσα ἡ ψυχὴ τὰ πάντα ὑποχείριον γένηται τῷ λεγομένῳ τοῦ κόσμου πνεύματι· οὐ χαίρει δὲ καὶ οὗτος καὶ πᾶς ἅγιος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ᾗ τὸ κῆτος χαίρει.

1) Job. III, 7.
2) Ταῦτα cod.
3) Job. III, 8.

dies antiquos et annos æternos, » sed qui non simili temporis discrimine computentur. « Nox illa sit afflictio, nec veniat in eam gaudium, nec lætitia. »

Id ille aiebat, quod vi naturæ in promptu erat: « Ne unquam veniat verum gaudium et lætitia in die et nocte ista; huic vero, pergit, maledicat qui male diei isti dicit, ille qui magnum cete premere debet. » Rursus, ac si juxta naturam se habeant dies istius modi, ita id significat propheta dicens: « Maledicta sit dies ista, » subjiciens porro: « Huic maledicat qui diei maledicit, » non jam ut id nunc fiat, sed fiat quod factum est, addens: « Maledicat huic diei qui cete magnum superare debet; » ac si commune quid intersit magnæ belluæ et eidem diei, efficere nempe nunc ut cete captum sit. Tunc enim primum homo superatur, quando anima ad ortum procedens captiva fit spiritus qui mundi dicitur. Nec sane hic homo, neque ullus sanctus lætatur in die qua cete exsultat.

4) ἤ τι cod. Cete est Satanas, et de peccato originali videtur intelligenda obscura clausulæ periodus.

II.

De Simulatione, ad Jeremiæ cap. IX, 8-26 [1]).

v. 8. Τὸ πλησίον αὐτοῦ λαλεῖ εἰρηνικά, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὴν ἐχθράν κτλ.

Οὐκ ἂν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων πολὺ τὸ οὐαὶ παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐκλορονόμησαν, εἰ μὴ διὰ τὴν ὑπόκρισιν· ἐν γὰρ τοῖς ἐλέγχοις τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν οὐκ ἐπαύσατο κατὰ πᾶσαν αἰτίαν προλέγων ὁ Κύριος· Οὐαὶ υμῖν [2]),

1) Ex Vatic. 1154 f. 60. Ottob. 192, f. 150.
ANALECTA III, 38.

v. 8. *Proximo pacifica loquitur, sed in se habet iram,* etc.

Numquam Scribæ et Pharisæi Judaici populi multum væ a Salvatore hæreditatis loco habuissent, nisi propter hypocrisim. Nam dum redargueret peccata eorum, singulis de causis non destitit addere Dominus: « Væ vobis, Scribæ et

2) Matth. XXIII, 27.

γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, κεκονιαμένους τάφους ἀποκαλῶν αὐτοὺς, οἱ ἔξωθεν μὲν φαίνονται τοῖς ἀνθρώποις ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας.

Ἐὰν γάρ τι εἰς τὸν πλησίον ἀγαθὸν ἐργασώμεθα διὰ τῆς ἀνυποκρίτου ἀγάπης, ἀκούομεν παρὰ τοῦ σωτῆρος· Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε [1]). Οὕτω δὲ καὶ εἴ τι φαῦλον διὰ τῆς ἀπατηλῆς καὶ μιαρᾶς ὑπόκρίσεως, ἢ καὶ διὰ ὁποιασοῦν ἑτέρας ἁμαρτίας, εἰς τὸν ἀδελφὸν ἐνδειξώμεθα, ὁμοίως ἁμαρτάνομεν καὶ εἰς τὸν Θεόν. Δεῖνον οὖν ἡ ὑπόκρισις, ἀδελφοί, καὶ πολέμιον· καὶ κεκρυμμένος ἐν τῇ καρδίᾳ δόλος, εἰς ἀπάτην τῶν ἁπλῶς προσφερομένων, τοῖς ἀγάπην κεκτημένοις, ἄλλα μὲν ἐκ στόματος λαλοῦσα, ἄλλα δὲ ἐν στέρνοις φέρουσα, δελεάζει.

Οὐκ ἀγαθὸν [2]) ἡ ὑπερηφανία, ψευδοδοξίαν ἔχουσα πολλήν· δῆλον γάρ, δῆλον, ὡς πᾶν ἀγαθὸν τέλειον θεόθεν ἔρχεται [3])· καὶ οὐκ ἔστι ληπτὸν ἄλλως ἀνθρώπῳ, ὡς ὄντως ἀληθέστατον εἶναι πάντων τὸ εἰρημένον, ὅτι δέοι τὸν αὐχοῦντα ἐπί τινι τούτῳ μόνον σεμνύνεσθαι, καὶ ἐπὶ τῷ συνιέναι καὶ γινώσκειν ὅτι Κύριος αὐτός ἐστιν ὁ ποιῶν ἔλεος καὶ κρίμα καὶ δικαιοσύνην [4]), καὶ ἐν τούτῳ ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ. Ἀρέσκεται γὰρ τὸ θεῖον τῷ τοιούτῳ ἀνθρώπῳ, μόνιμά τε καὶ βέβαια φέρει διὰ παντὸς τὰ ἀγαθὰ, ὅταν τούτῳ τὴν αἰτίαν ἀποδιδῷ τῶν παρόντων ἀγαθῶν τῷ ὄντως αἰτιωτάτῳ, ᾧ τὴν αἰτίαν ἀναφέρειν δεῖ καὶ τοῦ μένειν τὰ ἀγαθά.

Πῶς [5]) περιτετμημένους ὀνομάσας ὁ λόγος, εἶτα οὐκ Ἰουδαίους μόνον ὀνομάζει, οὐδὲ Ἰσραηλίτας, οὐδὲ τὸν οἶκον Ἰακὼβ, οὐδὲ αὐτὸ τὸ κείμενον ὄνομα τὸ οἰκεῖον, Ἰούδα,

Pharisæi hypocritæ,» sepulcra dealbata eos vocans, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia.

Si quid enim in proximum charitate non ficta contulerimus, audimus a Servatore: «Quidquid fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.» Eadem ratione et si quid mali, fucata fraudulentaque simulatione, vel quocumque alio peccato, fratri intulerimus, similiter in Deum delinquimus. Grave igitur aliquid est simulatio, fratres, et hostile; nec nisi absconditus in corde dolus, ad decipiendos simpliciter secum procedentes, quos charitatem habentes, dolus ore proferens alia, alia pectore recondens, fraudulenta esca allicit.

Haud bonum superbia, cum multam falsæ gloriæ vanitatem contineat. Patet enim, patet quod omne bonum perfectum a Deo venit, nec haberi aliter ab homine potest, ita ut omnium verissime sit dictum, quod deceat in aliquo gloriantem, in hoc solo laudem quærere, quod intelligat et cognoscat Deum esse qui facit misericordiam, judicium et justitiam, et in hoc esse voluntatem Dei. Hoc enim in homine Deus sibi complacet; perpetuaque et firma semper possidet bona, si in ipsum qui vere summa causa est, et præsentium auctor bonorum, causam refert, a quo etiam repetendum est quod bona perdurent.

Quomodo, cum circumcisos illos vocasset, non deinde Judæos solum, non Israelitas, non domum Jacob, non denique nomine eorum familiari Judam appellat,

1) Id. xxv, 40.
2) In Catena Ghislerii ad v. 23, 24.
3) Jacob. 1, 17.
4) Ps. xxxii, 5.
5) In cat. ad v. 25, 26. Doctus discipulus magistro dignam aggreditur disputationem de circumcisione apud veteres gentes, quæ etiam post amplissimam Huetii adnotationem in eumdem locum, nec theologo, neque archæologo displicebit. Cf. Orig. *Patrol.* xiii, col. 815, n. 4.

ἀλλ' ἐγκαταλέγει τούτοις καὶ Αἴγυπτον, καὶ Ἐδὼμ, καὶ υἱοὺς Ἀμμὼν, καὶ υἱοὺς Μωὰβ, ὡς πάντας ἀπεριθμήτους καρδίας αὐτῶν; ἆρα γὰρ τοιοῦτόν τι θέλει εἰπεῖν ὁ λόγος, ὅτι δὴ δοκοῦσι μὲν ἔχειν τὸν νόμον τὸν τῆς περιτομῆς οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐδὲν δὲ διαφέρουσι τῶν λοιπῶν ἐθνῶν τῶν ἀπεριτμήτων, ἀπερίθμητοι ὄντες καὶ αὐτοὶ τὰς καρδίας αὐτῶν, οὐκ ἀποτετμημένοι τὰς κακίας; Ἆρα, φημὶ, τοιοῦτόν τι εἰπεῖν βούλεται ὁ λόγος, ὅτι ἔχουσι μὲν τὸν λόγον τὸν τῆς περιτομῆς καὶ τὰ λοιπὰ λόγια τοῦ Θεοῦ οἱ υἱοὶ Ἰούδα, οὐδὲν μέν τοι διαφέρουσι τῶν οὐκ ἐχόντων τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, Αἰγύπτου καὶ Ἐδὼμ, υἱῶν Ἀμμὼν καὶ υἱῶν Μωάβ;

sed his annumerat et Ægyptum, et Edom, et filios Ammon, et filios Moab, ut omnes incircumcisos corde? Num hoc sermo sibi vult, quod legem quidem circumcisionis videntur habere filii Israel, nihil autem differunt a cæteris gentibus non circumcisis, ipsi non recutiti corde, quum incircumcisi malitia sint? Et nonne, inquam, hic orationis scopus intenditur, quod habent quidem filii Juda circumcisionis præceptum cæteraque Dei oracula, non tamen distant ab aliis, Dei legem non habentibus, Ægypto et Edom, filiis Ammon, et filiis Moab?

Ἦ μέν [1]) ποτε πάντας ὁμοῦ περιτετμημένους καλεῖ, οὐ μόνον τοὺς Ἰσραηλίτας καὶ τοὺς Ἰουδαίους, ἀλλὰ δὴ [2]) καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, ὡς δηλοῖ καὶ τὰ ἀναγινωσκόμενα γράμματα; πάντας γὰρ ἐκάλεσε περιτετμημένους, εἶτα ὑπέταξεν [3]) Αἴγυπτον καὶ Ἰούδαν καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη. Καὶ πῶς ἐστι προσαχθῆναι πάντας αὐτοὺς εἰπεῖν περιτετμημένους;

An vero omnes simul circumcisos nominat, non solum Israelitas et Judæos, sed et reliquas gentes, ut ex litteris quas legimus, palam videre est? Omnes enim circumcisos vocavit, subjecit porro Ægyptum ac Judam cæterasque nationes. Et quomodo quis probabit, omnes istos dici posse circumcisos?

Πάντα τὰ ὀνομασθέντα ταῦτα ἔθνη τὰ προκείμενα, εἴ τις ἄνωθεν συλλογίζοιτο, εὕροι ἂν ἐκ σπέρματος Ἀβραάμ. Ἀβραὰμ περιετμήθη ὢν ἐτῶν ἐννέα καὶ ἐννενήκοντα, αὐτὸς καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, Ἰσμαὴλ καὶ πάντες οἱ ἄνδρες τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ οἱ οἰκογενεῖς, καὶ οἱ ἀργυρώνητοι, οἱ ἐξ ἀλλογενῶν ἐθνῶν· περιέτεμεν αὐτούς. Ταῦτα γὰρ ἐπὶ λέξεως τὰ ἀναγεγραμμένα ἐν τῇ Γενέσει [4]). Πῶς οὖν ἐπ' Αἰγυπτίους καταβιβάζει, καὶ ἐπ' Ἔδωμ, καὶ ἐπὶ υἱοὺς Μωὰβ, καὶ ἐπὶ υἱοὺς Ἀμμὼν τὴν περιτομήν; Περιτέτμηται μὲν ὁ Ἰσμαὴλ, ὡς ἔφην, κατὰ νόμον, τρισκαιδεκαετής που ὢν, οἷα δὴ υἱὸς ὢν τοῦ Ἀβραὰμ ἐκ τῆς Ἄγαρ τῆς παιδίσκης τῆς Αἰγυπτίας.

Omnes prædictas nationes si quis ab antiqua origine colligat, e semine Abrahæ ortas inveniet. Abraham circumcisus est nonaginta novem annos natus, ipse et filii ejus, Ismael, omnesque viri domus ejus, quique domo nati, quique empti pretio ex alienis nationibus, circumcidit eos: hæc enim apertis verbis leguntur in Genesi. Quomodo igitur ad Ægyptios deducit, et ad Edom, et ad filios Moab, et ad filios Ammon, circumcisionem? Circumcisus sane Ismael, uti dixi, urgente lege, annum circiter agens tertium decimum, ut Abrahæ filius ex ancilla Ægyptia Agar.

Καὶ μετ' ὀλίγα. Καὶ κατῳκίσθη, φησὶν, ὁ Ἰσμαὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐγένετο τοξότης,

Et paucis interpositis: « Et habitavit, ait, Ismael in solitudine, et factus est sa-

1) Εἰ μή ποτε Ottob.
2) Ἀλλ' ἤδη id.

3) Vat. καθυπέταξεν, om. εἶτα.
4) Gen. XVII, 23.

καὶ ᾤκησε τὴν ἔρημον. Ἠγάγετο δὲ αὐτῷ ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὴν αἰγυπτίαν γυναῖκα [1]). Τίνος ἕνεκέν μοι ταῦτα πάντα μεμυθολογεῖσθαι; ζητῶ τοὺς περιτετμημένους κατὰ Αἴγυπτον, καὶ ζητῶ τοὺς περιτετμημένους τοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, πάντας οὓς ἀναγράφει ὁ λόγος. Ἐοίκασιν οὖν ἐκ τοῦ γένους εἶναι τοῦ Ἰσμαὴλ, ὃς ᾤκησε μὲν τὴν ἔρημον, ἠγάγετο δὲ τὴν αἰγυπτίαν γυναῖκα; καὶ οὐκέτι ἀμφιβάλλω τούτους που εἶναι, ἢ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ περιτετμημένους, καὶ τοὺς περικειρομένους κατὰ πρόσωπον, καὶ κατοικοῦντας ἐν τῇ ἐρήμῳ. Εἰκὸς γὰρ τὸν Ἰσμαὴλ παραλαβόντα τὸν νόμον τὸν πατρῷον τοῦ Ἀβραὰμ, ὡς θεοφιλοῦς πατρὸς ὄντα, καὶ ἀναχωρήσαντα τῆς οἰκείας, ἅπερ ἐνόμιζεν αὐτῷ εἶναι ἀσφαλέστατα, πατροπαράδοτα ὄντα, ταῦτα ποιεῖν καὶ ἐπὶ τοῖς ἐγγόνοις τοῖς ἑαυτοῦ. Οὕτως δὲ μέντοι περιτετμημένους ἔστιν εὑρεῖν Αἰγυπτίους ἢ τοὺς τὴν ἔρημον οἰκοῦντας.

Πῶς δὲ καὶ τὸν Ἐδὼμ; ὁ Ἐδὼμ οὗτος καταβαίνει καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἀβραάμ· τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐγένετο μὲν παῖς Ἰσμαὴλ ἐκ τῆς Ἄγαρ, ἐγένετο δὲ καὶ ὁ Ἰσαὰκ ἐκ τῆς Σάῤῥας· τῷ δὲ Ἰσαὰκ πάλιν παῖδες δύο, ὅ τε Ἡσαῦ καὶ ὁ Ἰακώβ. Καὶ ὁ μὲν Ἰακὼβ οὐχ ἠγάγετο γυναῖκαν αἵματος ξένου, οὐδὲ τῶν Χαναναίων, ταῦτα ἐπισκέψαντος τοῦ πατρός. Ὁ μέντοι Ἡσαῦ ἠγάγετο γυναῖκα τὴν θυγατέρα Ἰσμαὴλ, ἀδελφὴν τοῦ Νεβεὼθ [2]), ἀνεψιὰν δήπουθεν ἀγόμενος ἑαυτοῦ γυναῖκα πρὸς πατρὸς, ξένην δὲ πρὸς μητρὸς, καὶ γίνεται παίδων πολλῶν πατήρ. Πρωτότοκος δὲ αὐτοῦ ὁ Ἐδὼμ, καὶ μαρτυρήσει μοι τὸ ἱερὸν λόγιον λέγον· Αὗται δὲ αἱ γενέσεις Ἡσαῦ πατρὸς Ἐδώμ. Οὐκοῦν ἅπερ ἐλέγετο μικροῦ πρόσθεν περὶ τοῦ Ἰσμαὴλ, ὅτι δὴ παραλαβὼν νόμον πατρόθεν, τὸν τῆς περιτομῆς, παρεδίδου ἐγγόνοις τοῖς ἑαυτοῦ, ταῦτα λέγειν ἡμῖν

gittarius, et habitavit desertum, et illi mater ejus mulierem ægyptiam in matrimonio conjunxit». Quanam de causa omnia hæc mihi confabulata sunt? Circumcisos Ægypti quæro, quosque sermo describit; omnes in deserto circumcisos diligenti indagatione disquiro: generis enim exordia ab Ismaele, qui et desertum habitaverat, uxoremque Ægyptiam duxerat, sumere hi videntur; nec adhuc animo hæreo, hos esse vel qui in Ægypto circumcisi sunt, vel qui ante faciem comam tondunt, desertumque incolunt. Ismaelem enim par est, uti pio genitum patre, patriam tenuisse legem; cum domo secederet, quæ sibi tutiora, tanquam majoribus recepta, esse existimabat, hæc et facere, suisque successoribus peragenda tradere, congruum erat; ita igitur Ægyptios, vel habitatores deserti, circumcisos esse reperimus.

Quomodo autem et Edôm? hic et ipse ex semine Abrahæ ortum ducit: filius enim Ismael ex Agar est Abrahæ, cui Isaac ex Sarra natus fuerat; Isaac quoque duo nascuntur filii, Esau et Jacob. Porro Jacob non duxit uxorem externam, nec Chananæam, præceptis obediens patris. Esau vero Ismaelis filiam, Nebeothis sororem, cognatione patruelem, et ex matre aliena genitam, sibi junxit matrimonio, fitque pater multorum filiorum. Primogenitus autem illi fuit Edom. Verborum meorum fides erit penes divina effata quibus asseritur: «Hæ vero generationes Edom et Esau.» Quæ igitur paulo ante de Ismaele dicebantur, legem nempe circumcisionis receptam a patre posteris suis servandam tradidisse, hæc eadem de Esau filio Isaac filii Abraham affirmamus, legem videlicet ab avo patreque su-

1) Gen. XXI, 20. Mox Allatius, ac si μοι non legisset, paulo aberravit vertens: "Cur omnia hæc effata est Scriptura?" Thaumaturgus dicere non potuit *Scripturam* μυθολογεῖσθαι, quod verbum Allatius vix attigit.

2) Gen. XXVIII, 9.

ἔξεστι περὶ τοῦ Ἡσαῦ, ὅτι ὢν παῖς Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ Ἀβραὰμ, ὃν παρέλαβε νόμον παρά τε τοῦ πάππου, παρά τε τοῦ πατρὸς ἥκοντα εἰς αὐτὸν, παρεδίδου καὶ τοῖς παισὶ, καὶ περιέτεμέν που καὶ αὐτὸς τὸν Ἐδὼμ· οὐκέτι οὖν ἀσαφές;

Πῶς δὲ καὶ υἱοὶ Ἀμμὼν καὶ υἱοὶ Μωάβ; τούτους γινώσκουσί που οἱ φιλοπονώτεροι εἶναι τοὺς υἱοὺς Λὼτ, τοῦ ἀδελφιδοῦ Ἀβραάμ.

Καὶ μετ' ὀλίγα. Ἐτέχθη οὖν ἐκ τοῦ Λὼτ, ὅ τε Ἀμμὼν καὶ ὁ Μωάβ, ἑκάτερος ἐκ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ, ὁπηνίκα ὑπονοήσασαι ἔρημον εἶναι τὴν γῆν, οὕτω διασώσασθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἐβουλήθησαν αἱ θυγατέρες Λώτ· ἐτέχθη γὰρ τῇ μὲν πρεσβυτέρᾳ ὁ Μωάβ, ἑρμηνευόμενος ἐκ πατρὸς, καὶ τῇ δευτέρᾳ Ἀμμὼν, ἑρμηνευόμενος ὁ υἱὸς τοῦ γένους. Ταῦτα πάντα εἰρημένα οὐκέτι δυσκόλως ἡμᾶς συγκατατίθεσθαι παραπείθει, πάντας τοὺς περιτετμημένους οὕτω καλεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ λόγου, μαρτυροῦντος αὐτοῦ Ἱερεμίου καὶ περὶ υἱῶν Μωάβ, καὶ περὶ τῶν υἱῶν Ἀμμὼν, ὅτι ἐν τοῖς περιτετμημένοις κατέλεξε καὶ τούτους.

Καὶ μετ' ὀλίγα. Εἰ δὲ καὶ ὠφελείας τινος ἡμῖν προσγίνεσθαι δεῖ ἐκ τῶν εἰρημένων τούτων, οὕτως ἄν τις ὀρθῶς εἴποι, ὡς τὰ πολλὰ γένη τῶν ἀνθρώπων προσποίησιν μὲν ἔχει δικαιοσύνης, καί τινα μὲν ἴχνη φέρειν νόμου Θεοῦ, καὶ σχηματίζεσθαι πως, καὶ ἐπιπλάστως ἐπιμελεῖσθαι ἀρετῆς, μέχρι μέντοι σχήματος αὐτοῖς ἵσταται τὰ τῆς προαιρέσεως, μέχρι προσποιήσεως καὶ τοῦ καθυποκρίνεσθαι, οὐ μέντοι καὶ τέλεον ἐσπουδάσαμεν τὴν κακίαν ἐκκόπτειν ἐξ ἡμῶν καὶ τὰ ὀνείδη ἐπ' Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν.

Cap. x, 2. Κατὰ τὰς ὁδοὺς τῶν ἐθνῶν, μὴ μανθάνετε.

Τί δὲ μανθάνετε; Νόμον μανθάνετε Θεοῦ, τὸν λεγόντα· Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, θεοὶ, οἱ οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς καὶ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ.

sceptam, proprioque in corpore executioni demandatam, filiis suis tradidisse; et forsan dicere possumus Edom ab eodem circumcisum: tenebras ergo huic loco offusas nonne fugavimus?

Quomodo autem et filii Ammon et filii Moab? Qui sunt his in rebus exercitatiores non ignorant filios esse Lot, qui natus est ex sorore Abrahæ.

Et post pauca. Genitus est igitur ex Lot Ammon et Moab, uterque natus ex ejus filiabus, quando terram ex hominibus desolatam existimantes, genus humanum resarcire hac ratione constituerunt. Ortus enim est seniori filiæ Moab qui interpretatur ex patre, secundæ vero Ammon qui audit filius generis. Quæ omnia dicta sunt, ut nobis in promptu sit credere, hos quoque circumcisos vocari a sacro sermone, ipso item Jeremia teste et de filiis Moab et de filiis Ammon, cum illos inter circumcisos enumeraverit.

Et iterum post pauca. Si quod vero lucrum ex jam dictis comparare nobis oporteat, sic recte quis dixerit, plurima nempe hominum genera specie quidem justitiam colere, quædamque legis Dei vestigia præ se ferre, et quodammodo se accommodare, virtutisque curam ficte gerere; voluntatem tamen illis solam esse, ad speciem tantum et fictionem, simulationemque, haud tamen nequitiam omnino opprobriaque Ægypti et Idumææ a nobis extirpare studuimus.

v. 2. *Secundum vias gentium nolite discere?*

Quid est quod discere debetis? Legem discite Dei, quæ ait: «Non erunt tibi dii alieni præter me, dii qui cœlum, terramque non fecerunt; pereant a facie terræ, et sub cœlo.» (*Exod.* xx, 3. Jerem. x, 11).

SANCTUS DIONYSIUS ALEXANDRINUS

Mœstus sæpe ac mœrens mirabar, tam pauca invenisse me Dionysii illius Alexandrini, qui ab ævo suo Magni cognomine salutatus, « insignis fuit Origenis auditor, » teste Hieronymo, et quintus post Pantænum, Clementem, Origenem, Heraclam, scholæ Alexandrinæ haud ultimi subsellii moderator. Cæterum nihil mirum ante nos codices Vaticanos funditus exhauriri. Præter enim Maium, « robustum venatorem coram Domino, » in sæculo elapso doctus quidam Romanus ingentem tomum typis Propagandæ fidei commisit 2), in quo omnia et antehac edita et nova, in Urbis codicibus inventa, haud perfunctorie collegit. Unde si quis Magni Dionysii opera et doctrinam investigandi cupidus, intra Parisiensis quam dicunt Patrologiæ fines se contineret, næ male feriatus abiret. Quamvis enim editor gravem suum emendaverit errorem, multa ad calcem restituens, eum omnino fugisse videtur editio Romana; idcirco haud minora quam duodecim opuscula desiderantur. Neque præsto illi fuit *epistola ad Cononem*, quam ex parte jam primæ luci dederamus. Neque ex vetustis Patrum bibliothecis revocavit Acta Samosatena, de quibus Romanus editor diligentissime disputavit, id saltem nervose assecutus, tam Dionysio quam Patribus Antiochenis impactam fuisse calumniam, ob fabulam ab Arianis sparsam de ὁμοουσίῳ Antiochiæ damnato 3). Dionysii ergo operibus, in *Patrologiæ* tomo x, p. 1233 et 1575 consarcinatis, ad censum integrum addenda sequentia sunt:

I. *Epistola ad Cononem* (*Jur. Eccl. Græcor.* 1, 545).

II. Fragm. *in Cantica Cant.* ibid. et infra.

III. Excerpta apud Damascen. *de Natura* (ed. Rom. 67).

IV. Auctaria *de Libris promission.* ex cod. Vat. 1553. (Ibid. p. 83. Maii *Script. Vet.* VII, 198).

V. Epistola *ad Aphrodisium*, ex Vat. 1553. Maii p. 91, 96, 99, 102, 107.

VI. Epistola *de Gymnasio*, ex Vat. 1553 (Ibid. p. 199. Maii p. 98).

VII. Epistola *adv. Paulum Samosat.* (ed. Rom. p. 203, versio latina vetus p. 298).

VIII. *De Nuptiis.* (Maii. p. 202.)

IX. Pauli Samos. *quæst.* X *et* X. *resp. Dionysii* (ed. Rom. p. 217).

X. *Epist Synod. Antioch. ad Paulum Sam.* (ibid. p. 280).

XI. Ex libro *Contra Origenem*, 4) ibid. p. 198. (inter spuria Anastasii).

XII. Ad Origenem *de Martyrio*, 5) (ibid. p. 16).

Ex quibus, etiam præter apocrypha, aliquid ego auferre et expungere cogar. Placuit editori Romano hisce ultimis

1) Hieron. *de viris ill.* cap. 69.

2) S. Dionysii Alex. cognomento Magni *quæ supersunt.* Romæ, 1796.

3) Cf. præfat. p. XIV n. 10 et in primis p. XLXLVIII.

4) Exstat scholiolum in Vatic. uno et Reg. 7, f. 40: sed testis Anastasio prior et præstantior requiritur, ut constet Dionysium adversus magistrum insurrexisse, silente Hieronymo, et testante Eusebio, librum *de Martyrio* Origeni dicatum fuisse.

5) Sunt excepta ex Catena quam edidit Junius saepe memoratus, in qua fragmenta quatuor exstant p. 96, 212. 390, 430, in edit. Romana ex alio ordine p. 21-27, 19-20, 16-17, 17-19. In codd. nostris Vatic. cum insulsa varietate inscribuntur modo *Dionysii* et *Alexandri* (frag. 1, III) modo *Dionysii Alexandrini*, (fragm. IV) modo *Dionysii* (frag. III) sine addito, quin tamen de auctore litigandum sit. Sed nullibi ullum est vestigium tituli: *Exhortatio ad martyrium.*

fragmentis nobilem præfigere titulum *de Martyrio, ad Origenem,* veluti ex libro quem Dionysius Origeni magistro nuncupavit, ac præterea hunc libellum usque ad Nicetam, Catenæ in Job collectorem, pervenisse. Quo autem teste, quo codice ms. id asseruerit, nec dixit, nec dicere potuit. Unicus quidem est Nicetas, qui Dionysium in suam syllogen induxerit, de quo vetustiores Catenæ non paucæ omnino silent.

Præterea editor Romanus servatis apud Nicetam fragmentis [1]) assuit laciniam in quarto loco, prorsus alienam. In nostris codicibus inscribi solet *Dionysii et Basilii.* Re quidem ipsa partim occurrit in Basilii Hexameron, partim inter Areopagitica juxta Vatic. 750, sæc. VIII, omnium fortasse mss. Areopagiticorum vetustiorem, ubi in septem fragmenta locus dividitur, dum in cæteris codd. catenæ confusa exstant compendia, cum Basilianis in Hexameron mixta. — Nobis tantum superest ac lubet huc revocare flosculos in Cantica canticorum [2]), quos olim minus apte junximus uti coronidem epistolæ ad Cononem. Ægre addimus in secundo loco nonnulla plus minus dubia, quæ nomine Alexandrini insigniuntur in eleganti *condacio* sive volumine Palatino 431. Multi jam norunt quanti sint pretii picturæ, quæ in hoc rotulo, Hebræorum ad terram promissam ingressum illustrant. In postica membrana, manu sæculi circiter XI, leguntur quæstiunculæ, fortasse ex Dionysii libris sive amissis, sive extantibus, a quodam scholiasta breviter excerptæ.

Ex quibus saltem, sicuti ex Apologia Dionysii apud Athanasium, inferre licet, ea nobis specimini esse, ut cum nostro Coustantio loquar, eorum quæ fecissent cæteri patres Nicæno concilio superiores, quibus nonnulla exciderunt Arianæ impietati in speciem cognata, si eos similis necessitas ad explicandam apertius mentem suam compulisset.

1) Scholium ascribitur in omnibus codd. a Catena Nicetæ alienis *Dionysio* et *Basilio.* Vat. 750, 1231, Ottob. 9 et 24, Palat. 230. Nomina exciderunt in Vat. 751. Sed in vetustissimo 749, ubi Areopagitica dividuntur in segmenta septem, bis repetitur unicum nomen *Dionysii episcopi Athenaram Areopagitae.* Interseruntur sub diserta epigraphe quædam Basilii et Nazianzeni. Fragmenta ibi incipiunt 1. Καὶ τὸ ἀκρατὲς... f. 4. 2°. καὶ τῆς οἰκείας αὐτοκινήτου... 3° Ἡ γὰρ ἱερά... 4°. Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν ἀλώβητοι... 5°. τοῦ ἁγίου Διονυσίου ἀρεοπαγίτου. Κατὰ γὰρ τὸν πολλάκις... f. 5. 6°. τοῦτο γοῦν οἱ θεόλογοι... 7.° συνελὼν δὲ... Quam lubrica sit et anceps similium laciniarum investigatio in densis et amplis operibus, ex uno illo exemplo lector edoceatur, et parcat editori Romano. *Primum* reperitur in *Coelesti Hierarchia* cap. II, § IV col. 144. A. *Patrol.* III. — *Secundum,* ibid. cap. VII, § 2 col. 208 B. — *Tertium* in *Ecclesiastica Hier.* cap. IV § 5 col. 480 C. — *Quartum* partim in *Eccl. Hier.* cap. VII § VI col. 537. — *Quintum* in *Coel. Hier.* cap. XI § 1 col. 285. A. — *Sextum* ibid. cap. VII, § III col. 209 A. B. — *Septimum,* partim ibid. col. 209 D, partim in *Eccles. Hier.* cap. VI § VI col. 587. Et quod in tam prisco codice mirandum, leguntur omnia absque ulla fere varietate, quæ indaginis fastidium recreet.

2) Ex vat. 2022, sub hac epigraphe: Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Exordium ex abrupto de anima pœnitente olim me cogitare fecit de Epistola ad Cononem ejusdem argumenti.

I. *In Cantica Canticor.* 1, 4; VIII. 5.

Τὴν γὰρ τοιαύτην ψυχὴν ἀνισταμένην καὶ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἀναλαμβανομένην, φωτοειδῆ προσειοῦσαν ὁρῶντες, ἐροῦσιν οἱ ἅγιοι ἄγγελοι· Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη, καὶ ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τῶν ἀδελφι-

Nam hujusmodi animam sursum erectam et a Servatore desuper receptam, statim ut sancti angeli viderint luci similem, dicent: « *Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, et subnixa comitatu filiarum fra-*

δων αὐτῆς; οὐ γὰρ ἦν ἐξ ἀρχῆς λευκὴ ἡ λέγουσα· Μέλαινά εἰμι καὶ καλὴ, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ ὡς σκηνώματα Κηδὰρ, ὡς δέῤῥεις Σολωμών. Μὴ βλέψετέ με, ὅτι ἐγώ εἰμι μεμελανωμένη. Ἔστω γὰρ, ἐντεῦθεν ἤδη καλὴ, καὶ ἔτι μέλαινα ᾖ· ἀνάγκη γὰρ εἶναι τοιαύτην ὡς τὰ σκηνώματα Κηδὰρ, ἐν αὐτοῖς γε οὖσαν· συσκοτασμὸς γὰρ ἡ Κηδὰρ ἑρμηνεύεται. Οἱ δὲ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ καὶ ἐν τῷ σκήνει μένοντες ἐν ὑποζόφῳ διατρίβουσιν, ὥσπερ ἐν σπηλαίῳ τινί· ἐν ᾧ καὶ βραδύνων τις, ὀδύρεται λέγων· Οἴ μοι, ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη, κατεσκήνωσα μετὰ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ. — Δέῤῥεις δὲ Σολωμών. Ὁ δερμάτινος ἔοικεν εἶναι χιτὼν ἐπιῤῥαφεὶς καὶ ἐπιταθεὶς τῷ προτέρῳ καὶ καθαρῷ σώματι, ὃν ὁ εἰρηνικὸς καὶ εἰρηνοποιὸς Κύριος ἡμῶν τὸν ἄνθρωπον ἔνδυσεν (τοῦτο γὰρ Σολωμὼν ἑρμηνεύεται), ὃν διὰ μὲν τῆς παρακοῆς ἐκδυσάμενος ἄνθρωπος ἐξεβλήθη τοῦ παραδείσου. Εἰ δὲ εἰσιέναι μέλλοι πάλιν, ἀποδύεται ἀμείψας τὸ τῆς δικαιοσύνης ἔνδυμα, ὅπερ ἐνδυσάμενος, τούτου γυμνὸς εὑρίσκεται. Cf. ps. CXIX, 3.

tris sui? » ab initio enim non candida erat, quum dixit: « *Nigra sum, sed formosa, filiæ Hierusalem, ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomonis. Ne me intuemini, quoniam ego nigra facta sum.* » Esto quidem, jam inde formosa, quæ adhuc nigra erat: oportet enim eam talem esse, qualia sunt tabernacula Cedar, dum in illis moratur. Cedar enim Obscuratio intelligitur. Qui vero in hoc mundo et hoc tugurio manent, in caliginoso loco degunt, tamquam in spelunca; in quo dum aliquis inambulat,plangit dicens: « Heu mihi! quia incolatus meus perennat! Tentoria posui cum tabernaculis Cedar. » — *Pelles Salomonis*. Pellicea videtur esse tunica fabre assuta et imposita priori ac mundo corpori, quo pacificus ac pacis auctor Dominus noster hominem vestivit. Sic enim Salomonem interpretantur. Quam cum homo per inobedientiam exuerit, ejectus est e paradiso. Illuc vero si rursus ingressurus est, exuitur, vestem commutans cum justitiæ indumento. Quo autem vestitus erat, nudus invenitur.

II. Τοῦ εν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Α' Ἐρώτησις. Πότερον αὐτὸς ἑαυτὸν ἐγέννησεν ὁ Υἱὸς ἢ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐγεννήθη;

Ἀπόκρισις. Ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγέννηται, καί οὐκ αὐτὸς ἐγέννησεν ἑαυτὸν ὁ Υἱός.

Β'. Ἐρώτ. Ὄντα οὖν ἐγέννησεν, ἢ μὴ ὄντα;

Ἀπόκρ. Ὢν ἅμα καὶ γεγεννημένος ἐστί, καί οὐκ ἦν πρὸ τοῦ γεννηθῆναι αὐτὸν τὸ μὴ εἶναι, οὐδ' εἶχεν πρὸ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ χρόνον, ἵνα ἤρξατο.

Γ' Ἐρώτ. Ἄναρχον λέγεις ἐξ ἀνάρχου;

Ἀποκρ. Οὐκ ἄναρχον, ὡς γέννημα, τὸν Πατέρα δὲ ἄναρχον, ὡς ἀγέννητον.

Δ'. Ἐρώτ. Βουλήσει τῇ ἐκ Πατρὸς γεγέννηται ὁ Υἱός, ἢ ἀβούλητος;

Ἀπόκρ. Τῇ ὑπερβουλήσει φύσεως.

Ε'. Ἐρώτ. Ἐπαύσατο γεννῶν ὁ Πατήρ, ἢ ἐπιγεννᾷ;

Ἀπόκρ. Οὐκ ἐπαύσατο, ἐπεί μηδὲ ἤρξατο.

Ϛ'. Ἐρώτ. Ὁ ὢν τὸν ὄντα γεννᾷ, ἢ τὸν μὴ ὄντα;

Ἀπόκρ. Ὁ ὢν ἀΐδιος τὴν οὐσίαν, δύναμιν ἀϊδίως ἐγέννησε.

Ζ'. Τί ἐστιν γέννησις;

Ἀπόκρ. Ὕπαρξις τινὸς ἔκ τινος· καὶ τὸ μὲν ἀϊδίως ὢν ἀϊδίως γεννᾷ, τὸ δὲ ἐν χρόνῳ, χρόνῳ.

SANCTUS PETRUS ALEXANDRINUS

Palam est epistolam canonicam, sancti Martyris, quæ cum similibus de pœnitentia canonibus S. Dionysii consociari solet, excerptam esse ex pluribus libellis vel sermonibus: nam ultima regula adhuc in codice Mosquensi retinet titulum: ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὸ πάσχα.[1]) Etiam id arguit, quod jam constitit ex litteris ἑορταστικοῖς Magni Dionysii et ex ejusdem Petri excursu in lunam XIV,[2]) jam inolevisse apud Antistites Alexandrinos consuetudinem decreta de pascha sanciendi, quæ ad alias ecclesias circumferebantur. Operæ igitur pretium est, huc saltem revocare excerptum breve ex ignoto et amisso libro, de quo hactenus silent, qui de sancto Patriarcha sermonem fecerunt. Sed ne nova nos omnino fugerent, opportune succedit scholium in Genesim, quod nobis præbuit Regin. 7 fol. 37. Prima autem lacinia, jam a nobis edita, subtilius redhibetur.

I.

'Ἐκ τοῦ λόγου, τοῦ εἰς τὸ Πάσχα.

Οὐκ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παρατηρουμένοις τετράδα καὶ παρασκευὴν, ἐν αἷς καὶ νηστεύειν ἡμῖν κατὰ παράδοσιν εὐλόγως προστέτακται· τὴν μὲν τετράδα, διὰ τὸ γενόμενον συμβούλιον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τοῦ Κυρίου. τὴν δὲ παρασκευὴν, διὰ τὸ πεπονθέναι αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν. Τὴν δὲ κυριακὴν χαρμοσύνης ἡμέραν, διὰ τὸν ἀναστάντα ἐν αὐτῇ, ἐν ᾗ οὐδὲ γόνυ κλίνειν παρειλήφαμεν.

Ex oratione paschali.

Non reprehendet nos quispiam, quartam et sextam feriam observantes, in quibus nos jejunare secundum traditionem cum ratione præceptum est, quartam quidem propter initum a Judæis consilium de proditione Domini; sextam autem, quod ipse pro nobis passus sit. Diem vero Dominicum lætitiæ diem agimus, ob illum qui in eo resurrexerit: in quo nec genu quidem flectere accepimus.

II. *In Genesin,* cap. 1, v. 27.

Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κτλ.

Ὡς ἐκ τούτου εὔδηλον εἶναι, ὅτι οὐκ ἀπὸ συνόδου, ὡς προόντος τινος ἑτέρου καὶ ἀφ' ἑτέρου τόπου συνεληλυθότος γίνεται· εἰ γὰρ σύνοδος ἦν, τίνος ἕνεκεν καὶ πεποιημένον ἀνεγράφη [1]);

Deus fecit hominem etc.

Ita ut ex hoc palam sit, eum non exstare ex prævio conventu, quasi quodam alio loco conveniente: si enim conventus esset, cur eum factum fuisse scriptum est?

1) Titulus recipitur ex cod. Synodali Mosquensi 426, et Parisiensi 2088, quocum alius ex typographeo Mosquensi consentit. cf. *Juris Eccl. Graecor.* t. 1. p. 561.

2) Patrol. XVIII, 512.

1) Fort. adversus Origenistas dictum.

SANCTUS MALCHION

ECCLESIÆ ANTIOCHENÆ PRESBYTER

Haud sine detrimento historiæ ecclesiasticæ et theologiæ sacræ, intercidisse prorsus acta primæ Synodi Antiochenæ (a. 264), cui adfuere Magnus Dionysius et Gregorius Thaumaturgus; et partim periisse alteram synodum in eadem urbe circa a. 270 initam, utramque adversus Paulum Samosatensem, indoluere dudum eruditi, qui anxie anquisierunt testimonia et monumenta, quotquot exstant apud Eusebium et Leontium Byzantinum. Eusebio quidem acceptam referunt[1]) epistolam synodicam quam Antiocheni Patres, damnato Paulo, scripserunt ad Dionysium Romanum et Maximum Alexandrinum, auctore Malchione presbytero, ut testatur Hieronymus[2]). Leontius vero quædam servavit[3]) ex disputatione suscepta adversus Paulum ab eodem Malchione, « qui solus omnium, inquit Eusebius, occultos hominis sensus fraudesque detegere valuit.. »[4]) Ex eodem Leontio recepimus ea quæ sequuntur, editis apud Turrianum, Canisium et Maium[5]) feliciter addenda. Auro enim cariora existimabuntur vel paucula tantæ antiquitatis, et ad controversiam adeo gravem referenda. Quæ inveni obiter, dum nobili receptus hospitio apud doctissimum virum Salvatorem Magnasco Genuensem archiepiscopum, et accedens ad bibliothecam urbanæ Missionis, incidi in codicem sæculi circiter undecimi,[6]) quo veterum patrum opera miscellanea et rara continebantur videlicet Serapionis, Titi Bostrensis, Cyrilli, Athanasii, Basilii, Zachariæ Mitylenensis, Theodori Abucaræ, Nicephori CP. et præter alia leviora, tandem Leontii Byzantini, in cujus sylloge LXXVIII testimoniorum, ultimo in loco et fol. 353, sequentia recitantur, heu! nimis cito abrupta:

Χρήσεις τοῦ πρώτου λόγου [7]), ὅπως οἱ τὸν Σαμωσατέα καθελόντες Παῦλον, οἱ ἅγιοι πατέρες τὴν οὐσιώδη νοοῦσιν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὸν κατ' αὐτὸν ἄνθρωπον, καὶ τίνι διαλλάττει αὐτὴ τῆς κατὰ μετοχὴν ἤτοι ποιότητα ἑνώσεως.

Testimonia prioris operis, quo scilicet modo, Paulum Samosatenum sancti patres profligantes, intelligant unionem quoad substantiam Verbi Dei cum ipsa ejus humanitate et quali ratione differat ab unione ex participatione sive qualitate.

Ἐκ τοῦ διαλόγου, ὃν ἐποιήσαντο πρὸς Παῦλον ἐπὶ λέξεως ὑπομνημάτων οἱ ἐπίσκοποι διὰ Μαλχίωνος πρεσβυτέρου Ἀλχέων.

Ex dialogo, quem cum Paulo fecerunt episcopi, verbo tenus ex scriptis ad memoriam per Malchionem presbyterum Alchensium.

1) *Hist. eccl.* lib. VII, 30. *Patrol.* X, col. 250-258.

2) *De viris illustr.* Cap. 71.

3) *Libr.* III *Adv. Nestorian. Patrol.* LXXXVI, p. 1, col. 1391-1395.

4) Euseb. l. l. 29.

5) Patrol. X, col. 259, 260 etc.

6) Ex quo non pauca quum excepimus anecdota, serius ociusve publici facienda juris, alius locus erit insignem codicem fusius et opportunius describendi, sed illiberale esset procrastinari gratiarnm actiones debitas humanitati cl. viri Ludovici Grassi, merentissimi canonici, quo favente, codex in Urbem missus est, ut studiis meis commode inserviret.

7) Duo sunt Leontii opera adversus Nestorianos, unum in tres libros, alterum in quinque. Testimonia numero LXXVIII ad calcem sunt primi operis, non primi libri.

Ὑφεστηκὼς δὴ οὗτος ὁ λόγος, αὐτός τε γέγονεν τῷ σώματι ἐκείνῳ, ὡς καὶ ἔδωκας, τῷ ἐκ Μαρίας ὅρῳ, διότι αἱ γραφαὶ φασίν[1]) αὐτὸν κεκοινωνηκέναι ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ [φύσει], ὡς ἡμεῖς μετέχομεν, καὶ ἐπειδὴ τὰ παιδία, φησίν, κεκοινωνηκέναι αἵματος καὶ σαρκὸς, διὰ τοῦτο καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· πυνθάνομαι οὖν εἰ ὥσπερ ἡμεῖς τοῦτο τὸ σύνθετον ζῶον οἱ ἄνθρωποι σύνοδον ἔχομεν ἔκ τε σαρκὸς καὶ τινὸς ὄντος ἐν τῇ σαρκί, οὕτως αὐτὸς ὁ Λόγος· αὐτὴ ἡ σοφία ἦν ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι [2]), ὡς τῆς ἐν ἡμῖν ἐνταῦθα ζωῆς· καθάπερ ἐφ' ἡμῶν ἐπιτελεῖται ἐκ τῆς συνθέσεως, οὕτω καὶ ἐπ' ἐκείνου ἐκ τοῦ συνδεδραμηκέναι ἐν ταυτῷ τὸν Θεὸν λόγον, καὶ τὸ ἐκ τῆς Παρθένου.

Idem igitur Verbum, quum semet fecerit subditum huic corpori, ut et concessisti, intra Mariæ septum, quumque Scripturæ asserant ipsum naturæ nostræ fuisse participem, sicut nos participamus, et quando quidem pueri, inquit, communicarunt sanguini et carni, ita prorsus Filius Dei communicavit: nostra ergo sententia est, videlicet quemadmodum nos homines habemus hoc corpus, uti vivum animal, compositum ex carne et quadam in carne substantia, similiter se habet ipsum Verbum. Ipsa Sapientia in hocce corpore inerat, eadem qua nos vita in illo vivens. Sicuti penes nos totum perficitur ex composito, ita etiam in illo fit, dum in ipso simul concurrerunt et Dei Verbum et quod erat ex Virgine.

Παῦλος. Ὑπεκρίνω, οἶμαι, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς ἐδόκεις.

Paulus. Respondisti, opinor, et pro nobis, ut videbaris.

Μαλχίων. Ἐρώτησα· ἐπειδὴ λέγεις σοφίαν καὶ λόγον, λόγον δὲ σοφίας μετεσχηκέναι καὶ ὁ δεῖνα ἄνθρωπος, καὶ ὁ δεῖνα δεῖται, πότερον κατὰ μετουσίαν τούτων λέγεις, ἢ τοῦ λόγου αὐτοῦ καὶ τῆς σοφίας εἰς αὐτὸν κατελθούσης; οὐ γὰρ ὅμοιον οὐσία τε καὶ μετοχή· τὸ μὲν γὰρ οὐσιῶδες ὡς μέρος τοῦ ὅλου, κατὰ συμπλοκὴν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου γενομένου Κυρίου ἡμῶν· τὸ δὲ κατὰ μετοχήν, ὡς μὴ μέρος ἐν ᾧ ἦν.

Interrogavi. Postquam asseris Sapientiam et Verbum, aisque Verbum Sapientiæ fuisse participem, et talem esse hominem aut talem esse debere, dicis - ne id fieri ex utriusque communione seu Verbi ipsius et Sapientiæ in ipsum descendentis? Haud enim res similes sunt, substantia et participatio. Quod enim per substantiam fit, quasi pars ex toto, unum fit, cohærente sibi Deo et homine in eo qui factus est Dominus noster. Quod autem fit per participationem, non quasi pars fit in eo quod erat.

Παῦλος. Ἐμοῦ διαλεγομένου, πάντες οὗτοι ταῦτα λέγουσι.

Paulus. Quæ dixi, eadem hi omnes aiunt.

[Μαλχίων]. Καὶ σύ μοι εἰπέ· ἐρωτῶ δὲ πρῶτον· ἀνόμοιον πρᾶγμα παρεικάσαι ἐπειράθη σοι ὁ λόγος ὡς προκείμενον; ἡ γὰρ διάθεσις ἡ κατὰ ἀνθρώπους ἑτεροίαν ἔχει τὴν κατασκευήν· περὶ λόγου δὲ καὶ σοφίας διελέγχθημεν· καὶ πάντα...

Malchion. Tu vero dic mihi, hoc primum sciscitabor. Num tibi censeri compertum est Verbum esse quasi rem inæqualem, ut quod casu adjacet. Dispositio enim quæ in homines cadit, diversum babet modum et habitum; sed de Verbo et sapientia disputavimus. Et omnia...

1) Respicere videtur ad Hebr. II, 14.

2) Humanitatem aiebat Paulus unitam esse cum Sapientia, sicut disciplina unitur cum discente per participationem (*Canisius*). Præterea.

SANCTUS METHODIUS

EPISCOPUS ET MARTYR

Platonicus, si quis inter vetustos Patres, in primis videbitur Methodius: non quod enimvero pravis Academiæ consentiat sententiis, a quibus nemo veterum magis abhorruit; sed ob festivum ingenium, poeticum eloquium, subtilem et elegantem dialecticam, et constantem in amœnis sermocinationibus texendis consuetudinem. Eo usque imitatio processit, ut ultimus et diligens S. Methodii editor, Albertus Iahnius [1]), non dubitaverit Platonem et Methodium e regione sibi respondentes exhibere, eademque verba et easdem periodos vicissim usurpantes.

Sane lugenda est scriptorum sancti Methodii strages, quæ quasi turbo, fere omnia ita perflavit, ut solum *Convivium virginum* ex integro supersit, quo sanctus Martyr Platonis *convivium* æmulatus est, « non tam, inquit Possinius, ut ejus elegantiam, quod venustissime fecit, exprimeret, quam ut, quod potissimum studuit, ejus nequitiam castigaret, quum præcipuum ejus argumentum sit divina Virginitas.» Cæterorum operum tantum laciniæ manent et volatica folia, eo difficilius assuenda et connectenda, quod si multa in colloquiis auctoris est amœnitas, inde frequens scribis et scholiastis periculum, rupto interdum filo, nec satis distincto interrogationis et responsionis discrimine. Altera ingruit calamitas, quod repudiatis versionibus Allatii et Possinii, quamvis græcitate ille, hic latinitate, nulli impar esset, prævaluit etiam apud Gallandium, emunctæ naris virum, rudis indigestaque interpretatio Combefisii, quo vix alius est stylo horridior.

Ad restauranda Methodii opera obvenit hisce diebus insperatum et copiosum subsidium ex codicibus veterum Slavorum. Ante hos viginti circiter annos, ad Moscovitas appulsus, multa speranda essa audivi ex ore docti viri Gorski, qui describendis hisce codicibus egregiam navabat operam, communi studio cum altero palæoslavo, cl. v. Nevostrouief. Quibus fato sublatis, lampadem nondum exstinctam recepit tertius prosecutor, doctus vir Victorof. Sed quod magis nostram ad rem est, quartus Sarmata eruditus, Eugraphius Loviaguine collegit et russico idiomati donavit opera S. Methodii, quæ prope diem exspecto.

Revertor ad codices Methodii græcos, qui etiam Mosquæ multa me curiositate sollicitaverunt. Ex Bibliotheca Synodali sub num. 284 catena vetus in Job plura mihi obtulit Methodiana, quorum apud Patricium Junium perpauca erant vestigia. Nonnulla tamen Methodio incunctanter ascripsit Combefisius, tacito fonte unde ea hauserat. Eadem plus minus aucta repperi in Vaticanis catenis. Sed tam Romæ quam Mosquæ gravis occurrebat difficultas, nondum mihi plane extricata. Ex viginti circiter scholiis,

Sabellii errores novis erroribus cumulavit; nam Trinitatem negando unam tantum personam in divina natura profitebatur cum Sabellio, Patrem vero producere Verbum in externis tantum operibus asserebat; ac præterea Judaïcis superstitionibus et sectis adhærebat, ut Zenobiæ Palmyrenorum Reginæ assentaretur.

1) S. Methodii *opera et S. Methodius Platonizans*, Halis saxonium 1865.

quorum decem et octo præbuit codex Mosquensis, quatuor inter priora præ se constanter ferunt nomen hoc novum et obscurum, Μεθοδίου Σίδης. Ita cum Mosquensi quatuor Vaticani, quibus suffragantur Veneti codd. apud Comitolum.

Alii memorantur Methodii, unus Myrensis, alius Hierosolymitanus, alius Constantinopolitanus, alius monachus, omnes recentiores. Quis fando audivit Methodium Sidensem? Ne in toto quidem *Oriente Christiano* Lequienii, neque in Gamsii *serie omnium episcoporum*, civitas Side comparet infulis ornata.

Neque cogitandum de quinta sede nostri Methodii, quem veteres tabulæ faciunt episcopum nunc Olympii, nunc Pataroorum in Lycia, nunc Tyrorum, nunc Philippensem, tum demum martyrem sub Diocletiano in Chalcide Cœle-Syriæ. Superest ut opinemur Methodium ex obscuro originis loco primum Sidam dictum fuisse, uti alius recentior Philippus Sidensis audit. Optimæ frugi sunt nostra scholia in Job, neque Byzantina sapiunt, nec veterum candorem fugiunt aut ingenuam sinceritatem.

Equidem, teste Hieronymo, scimus Methodium exposuisse Genesim et Cantica canticorum; nemo veterum illi in Job quidquam ascripsit, cæterum etiam memoria periit tot et tantorum ejusdem operum, de quibus præfracte Eusebius siluit, mala, ut putant, invidia et odio percitus, quod nimirum Tyrius episcopus stylum acrem strinxit adversus Origenem, cujus Cæsariensis erat studiosissimus.

Post hanc seriem quæ, continuam in Job expositionem, absque errandi periculo, potius refert quam lacinias ex amissis operibus, plura addimus, partim ex catena in Pentateuchum recepta, quæ pronum esset ascriberé commentario in Genesin apud Hieronymum memorato, nisi nonnulla αὐτολεξεὶ legerentur, tamquam ex libris de *Resurrectione*, apud S. Epiphanium et Photium.

ART. 1. ANECDOTA GRÆCA.

Methodius in Job.

Cap. IX, 3. Πῶς γὰρ ἔσται δίκαιος βροτὸς παρὰ Κυρίῳ. Ἐὰν γὰρ βούλεται κριθῆναι αὐτῷ, οὐ μὴ ὑπακούσῃ αὐτῷ.

Μεθοδίου. Τίς γὰρ δύναται, φησί, γενέσθαι δίκαιος συγκρίσει ἀνθρώπων· πῶς δὲ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Κύριον ἔσται δίκαιος βροτός; Πλὴν οὐδὲ τυραννεῖ κρίνων ὁ Θεός, ἀλλὰ πείθει τὸν κρινόμενον καὶ ποιεῖ αὐτὸν θελῆσαι παραδέξασθαι τὴν ἀπόφασιν αὐτοῦ. Μέλλομεν γοῦν οἱ κρινόμενοι βλέπειν τὸν Κύριον μεθ' ἡμῶν συνδικαζόμενον ἐπὶ τοῦ Πατρός, καὶ λέγοντα· Ὦ ἄνθρωπε, τίς ἡ ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθοράν;

CAP. IX, 3. *Quomodo mortalis justus erit a Domino? Si enim voluerit judicari ab eo, non auscultabit illi.*

Aliquis enim potest, ait, fieri justus, comparatione hominum: quomodo autem, respectu ad universorum Dominum, erit justus mortalis? Verumtamen non more tyranni judicat Deus, sed suadela attigit reum, et facit ut velit sententiam suam recipere. Oportet ergo nos, qui judicamur, intueri Christum Dominum, qui nobiscum judicatur coram Patre, et dicit: O homo, « quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? »

Cap. IX, 3. II Regin. 1 f. 57. Vatic. 338 f. 41, 750 f. 86, 749 f. 69 in quo Μεθοδιου Σίδης, ita in Mosquensi 284 f. 24, qui in fine addit: Φέρε τι τούτου, ἢ τῶν λοιπῶν ἄξια πεποίηκας. Cf. Ps. XX, 32.

v. 5. Ὁ παλαιῶν ὄρη, καὶ οὐκ οἴδασιν, ὁ καταστρέφων αὐτὰ ὀργῇ.

Μεθοδίου. Ὄρη, Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται. Ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς εἰς τὰ ὄρη. Χριστὸς δὲ παλαιοῖ τὴν πρώτην διαθήκην, καὶ οὐκ οἴδασιν Ἰουδαῖοι, πρὸς οὓς εἴρηται· Εἰ ἐπιστεύσατε Μωυσεῖ, ἐπιστεύσατε ἂν ἐμοί. Ὁ αὐτὸς δὲ κατέστρεψε τὰ μέχρι γράμματος ὄρη, τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὸ ἁγίασμα. Ὁ αὐτὸς καὶ τὸν ἥλιον ἀμαυροῖ τῇ ἑαυτοῦ λαμπρότητι, καὶ τοὺς ἀστέρας.

v. 7. Ὁ λέγων τῷ ἡλίῳ, καὶ οὐκ ἀνατέλλει, κατὰ δὲ ἄστρων κατασφραγίζει.

Μεθοδίου. Φέρεται δὲ ὅτι ταῖς τρισὶν ὥραις, ἐν αἷς ὁ ἥλιος ἐξέλιπεν, ἀστέρες ἐφάνεσαν ὡς ἐν νυκτί.

v. 10. Ὁ ποιῶν μεγάλα καὶ ἀνεξινίαστα.

Μεθοδίου. Ἃ γὰρ προείρηκα, φησίν, οὔπω μεγάλα, οὔπω ἀνεξινίαστα;

Cap. xxv, 1. Τί γὰρ προοίμιον ἢ φόβος παρ' αὐτοῦ.

Μεθοδίου. Οὐκ εἶπεν ἢ φόβος αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ φόβος παρ' αὐτοῦ. Ὁ οὖν αὐτοῦ φόβος ἔργον ἡμέτερον, ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἐρχόμενος. Ὁ δὲ παρ' αὐτοῦ χάρις καὶ δωρεά ἐστιν αὐτοῦ, τὸ λοιπὸν ἡμῖν ἀναπληροῦσα. Ὁμοίως ἔχει καὶ τό· Πρόσθες ἡμῖν πίστιν· Λείπει γὰρ ἡμῖν, φησί, τὸ ἀπὸ τῆς σῆς δωρεᾶς, ἀλλ' οὐ τὸ ἐφ' ἡμῖν.

v. 3. Μὴ γάρ τις ὑπολάβοι ὅτι ἐστὶ παρέλκυσις πειραταῖς.

Μη γάρ τις ἐννοείτω, φησίν, [ὅτι] ὥς τις τέλος ὑπερτιθέμενος, διαμένει Θεὸς τὰς κατὰ τῶν ἀδίκων τιμωρίας. Εἰ καὶ τέως μακροθυμῇ, ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἐνεδρεύοντες, οὕτως ἀδοκήτως αὐτοῖς ἐπέρχεται· καὶ οὐκ ἔστι τινα τῶν ἀσεβῶν τὴν θείαν διαδρᾶναι δίκην.

v. 4. Πῶς γὰρ ἔσται δίκαιος βροτὸς ἔναντι Κυρίου;

v. 5. Vat. 338, 749, Σῶης iterum in Vat. 697 f. 195, 750 f. 86 et Mosquens. Cf. Ps. cxx, 1. Joan. v, 46. Cod. μωσεῖ pro μωσῇ. Vulgo bis legitur ἐπιστεύετε.

v. 7. Vatic. 338, 749, 750, Mosquens.

v. 10. Iidem quatuor.

v. 5. *Qui vetustos facit montes, et non advertunt, et qui subvertit eos in ira.*

Montes sunt Moyses et prophetæ: « Levavi oculos meos in montes. » Christus autem antiquat primum Testamentum, nec animadvertunt Judæi, ad quos dicitur: «Si credidistis Moysi, credite in me. » Idem vero e solo evertit litterales montes, Hierusalem et sanctuarium. Idem quoque solem et sidera splendore suo obscurat.

v. 7. *Qui loquitur soli, et non oritur, ad sidera vero sigillum obsignat.*

Fertur quod in tribus horis, quando sol obscuratus defecit, stellæ ut in nocte lucebant.

v. 10. *Qui facit magna et investigabilia.*

Quæ enim prius dixi, inquit, nonne magna, nonne investigabilia?

Cap. xxv, 1. *Quid enim exordium, nisi timor ab eo?*

Non dixit, *nisi timor* suus, sed *nisi timor ab eo.* Timor enim ejus opus nostrum est, et a voluntate procedit: timor autem ab eo, gratia ejus et donum est, quæ adimplent quod nobis reliquum est. Affine est illud: « Adauge nobis fidem. » Deficit enim nobis, ait, quod tui muneris est, non quod arbitrii nostri.

v. 3. *Nemo supponat futuram esse iis qui tentant dilationem.*

Etenim, ait, nemo cogitet fore ut Deus, tanquam aliquis sibi finem imponens, moretur pœnas injustis irrogare. Quantumvis enim longo animo sit, sicut qui insidias serunt, ita inopinato in eos incidit, ac nemo est impiorum, qui divinam vindictam effugiat.

v. 4. *Quomodo enim justus erit homo coram Domino?*

Cap. xxv, 1. Vat. 338, 697, 749, Mosquens. Cf. Luc. xvii, 5.

v. 3. Regin. Scholium non nihil obscurum: contortum videtur adversus Origenistas, finem futurum esse pœnis inferni somniantes.

v. 4. Vatic. 338, Regin. Mosquens.

Μεθοδίου. Ἀπολογεῖται περὶ τοῦ Θεοῦ. Διὰ τί τοὺς πειρατὰς ἀφῆκεν πειράζειν ἡμᾶς; καὶ φησὶν ὅτι οὐκ ἠδύνατο δίκαιος εἶναι ἄνθρωπος, μὴ ὄντος αὐτῷ ἀνταγωνιστοῦ.

Causam Dei defendit: agedum, quomodo permisit tentatores probare nos? Et asserit hominem justum esse non posse, nisi adsit adversarius.

v. 6. Καὶ υἱὸς ἀνθρώπου σκώληξ.

Μεθόδιος ὁ Σίδης εἰς τὸν Χριστὸν ἐκλαμβάνει, καὶ φησίν· Αὐτοῦ ἄκουε λέγοντος· Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. Σκώληκα οὖν λέγει.

v. 6. *Et filius hominis vermis.*

Methodius Sida ad Christum id refert et ait: Audite eum dicentem: « Ego sum vermis, et non homo. » Vermem ergo se dicit.

Cap. xxvii, 2. Ζῇ ὁ Θεὸς ὅς οὕτω με κέκρικε. κτλ.

Μεθοδίου. Κρίσει Θεοῦ πάσχειν πεπεισμένος ὁ Ἰώϐ, καὶ φήσας· Ζῇ Κύριος, ὅς οὕτω με κέκρικεν, τὴν περὶ τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ σοφίαν ἄληπτον εἶναι ὁμολογεῖ, οὐ μόνον αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ, καὶ τὴν ἐπιστήμην τῆς βουλῆς τοῦ Θεοῦ μὴ ἱκανὸν εἶναι παραδέξασθαι τὸν ἐπίγειον τόπον μεμολυσμένον ἁμαρτίαις. Ταῦτα οὖν ὡς πρὸς τοὺς φίλους λέγει, τοὺς οἰομένους κατειληφέναι τὴν αἰτίαν δι' ἣν ταῦτα πάσχει.

Cap. xxvii, 2. *Vivit Dominus, qui ita me judicavit* etc.

Persuasus se ex judicio Dei pati, Job ubi dixit: *Vivit Dominus, qui me judicavit,* confitetur Dei sapientiam in judiciis suis incomprehensibilem, non solum ipsi, sed cuicumque homini, et quanta sit in voluntate Dei scientia, quam capere non potest locus peccatis pollutus. Hæc igitur ait, quasi amicos allocutus, qui opinantur se intelligere causam cur patiatur.

v. 13. Οὐκ οἶδε βρωτός. — Ἴσως δὲ... τυγχάνοντος.

Cap. xxviii, 13. *Extant in Patrol.* xviii, 405. Apud Jahn. 117.

v. 14. Ἄβυσσος εἶπεν· Οὐκ ἔνεστιν ἐν ἐμοί κτλ.

Μεθοδίου. Ὁ Κύριος ἡμῶν Χριστὸς, ἡ τοῦ Πατρος σοφία, καταϐέϐηκεν εἰς τὴν ἄϐυσσον, καὶ καταϐὰς οὐ κεκράτηται. Ἄϐυσσος οὖν εἶπεν· Οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί. Ἔστιν γὰρ ἐν οὐρανῷ. Καὶ θάλασσα εἶπεν· Οὐκ ἔστιν μετ' ἐμοῦ. Αὕτη ἡ θάλασσα, ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, ἐν ᾧ τὰ περὶ τὴν ἀρετὴν ναυάγια. Ἐὰν θέλῃς, ἵνα μετὰ σοῦ ἡ σοφία ᾖ, κἂν ᾖς ἐπὶ θαλάσσης, πατεῖν τὰ κύματα, ἐπίδος σου τὴν χεῖρα τῇ σοφίᾳ, καὶ ποιήσει σε περιπατεῖν ἐπάνω τῶν κυμάτων.

v. 14. *Abyssus dixit: Non est in me, etc.*

Dominus noster Christus, Patris sapientia, descendit in abyssum, et illapsus non retentus est. *Abyssus ergo dixit: Non est in me.* Est enim in cœlo. *Et mare dixit: non est mecum.* Illud mare est hominum vita, in quo mari sunt virtutum naufragia. Si velis tecum esse sapientiam, et quantumvis in pelago maneas, calcare fluctus, da sapientiæ manum tuam, et faciet te ambulare super tumentes undas.

Cap. xxix, 3. Ὡς ὅτε ηὔγει ὁ λύχνος αὐτοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς μου...

Τουτέστιν ὑπὸ σωτηρίας τῆς κεφαλῆς μου, ἤτοι τοῦ νοῦ· ὡς γὰρ κεφαλὴ τὸ κυ-

Cap xxix, 3. *Sicut quando lucebat lucerna ejus super caput meum etc.*

Videlicet in salute capitis mei, id est mentis. Sicut enim caput summa corpo-

v. 6. Vatic. 338. Ps. xxi, 7.

Cap. xxvii, 2. Vatic. 338, 749, Regin. Mosquens.

v. 14. Vatic. 697, 749, Regin.

Cap. xxix, 3. Vatic. 750, Regin.

ριώτατον μέρος ἐστιν ἐν τῷ σώματι, οὕτω τῆς ψυχῆς ἡμῶν τὸ κυριώτατόν ἐστιν ὁ νοῦς.

v. 5. Ὅτε ἤμην ὑλώδης λίαν, κύκλῳ δέ μου οἱ παῖδες.

Μεθοδίου. Ὁρᾷς ὅτι τοῦτο ἐπιθυμεῖ, τὴν ἐπισκοπὴν καὶ τὴν πρόνοιαν δεῖξαι τοῦ Θεοῦ. Ὅτε εἶχον ἐγὼ, δίκαιος ὤν, φησὶν, τὴν χρήσιμον ἐμοὶ ὕλην, πεποίηκα ἀρετήν. Πᾶσι γὰρ καλῶς ἐχρώμην· ὕλην εἶχον ἀρετῆς, τὴν εὐπαιδίαν καὶ τὸν πλοῦτον, τοὺς μὲν παῖδας καλῶς ἐκτρέφων, τοῦ δὲ πλούτου κοινωνῶν τοῖς δεσμίοις.

Cap. XXXVIII, 1. Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι Ἐλίουν τῆς λέξεως, εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Ἰὼβ διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν.

Μεθοδίου. Ὁ Κύριος ἀρχῆθεν ἀνθρώποις οὐ λαλεῖ· ἀλλ' ἐπὰν παρασκευάσηται ψυχὴ διὰ πλειόνων, καὶ ὠφεληθῇ διά τε ἀνθρώπων καὶ διὰ τῆς ἰδίας προσευχῆς καὶ ἐπιμελείας, καὶ ἐκγυμνάσηται, καὶ ἀναβῇ εἰς ὕψος, καθ' ὅσον δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, τότε ὁ Κύριος λαλεῖ, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ἀποκαλύπτει τοῖς εἰς τοσοῦτον ἀναβεβηκόσιν. Οὕτω τοιγαροῦν καὶ τῷ Ἰὼβ πεποίηκε· διετήρει γὰρ αὐτῷ τὸν λόγον ὡς στέφανον.

Ζητήσωμεν δὲ καὶ τὸ διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν. Οὐ γὰρ φαίνεταί ποτέ τινι τῶν προτέρων διὰ λαίλαπος λελαληκὼς ὁ Θεός. Ἡ οὖν λαῖλαψ χειμῶνός ἐστι ποιητική· τῷ δὲ Ἰὼβ μέγιστος χειμὼν ἐληλύθει, ὅλος ὁ διάβολος ἐνέσκηψεν αὐτῷ, τοῦτο αἰτήσας ἀπὸ Θεοῦ, χειμὼν ἦν τῷ Ἰὼβ καὶ ὁ λόγος τῶν φίλων· ἐν τῷ τοιούτῳ χειμῶνι ὑπέστη καὶ ἐκαρτέρησεν· ὡς δὲ νοήμων, κυβέρνησιν κτησάμενος, περὶ τὴν πίστιν οὐκ ἐναυάγησεν. Διὰ τοῦτο ὁ χρηματίζων αὐτῷ πρὸς σύμβολον τοῦ καταλαμβάνοντος αὐτὸν χειμῶνος, ἐν ᾧ καὶ διέλαμψεν, διὰ λαίλαπος χρηματίζει. Καὶ εἰ μὲν ἔμεινε τὰ τοῦ Ἰὼβ ἐν τῇ πε-

ris est pars, ita mens est animæ nostræ pars sublimior.

v. 5. *Quando eram copiosus, circum autem me filii etc.*

Vide quantum cupiat patefacere Dei sollicitudinem et providentiam. Ego quando, ait, habui, dum justus eram, opum penes me copiam, inde colui virtutem. Omnibus enim rebus honeste utebar; virtutis habui argumentum in liberorum frequentia et divitiarum, pueros recte enutriens, opes vero distribuens carcere constrictis.

Cap. XXXVIII, 1. *Et postquam cessavit Eliun loqui, dixit Dominus ad Job per turbinem et nebulas.*

Non statim ab initio Dominus ad homines loquitur, sed postquam anima pluribus præparata fuerit, et sibi profecerit tum ope hominum, tum privatis precibus et sollicitudine, et postquam fuerit exercitata, et ascenderit ad superna, quantum fas est humanæ naturæ, tunc demum Dominus loquitur, suosque revelat sermones iis qui eo usque ascenderunt. Ita prorsus cum Job egit; reservavit enim illi sermonem, coronæ instar.

Sed scrutemur illud *et per turbinem et per nubes*. Hactenus enim auditum non est, cuiquam anteriorum hominum Deum locutum fuisse per turbinem. Turbo autum tempestatis est principium. At in Job maxima tempestas ingruebat, totus diabolus se in eum invexit, ut is a Deo postulavit. Tempestas erat ipsi Job etiam amicorum colloquium. Subiit hanc procellam et eam compescuit; mentis uti compos, tenens gubernaculum, circa fidem non naufragavit. Propterea qui eum alloquitur, in symbolo tempestatis qua involutus est, et in qua resplenduit, concionator

v. 5. Regin. Sequentia partim habet Jahn, sed pauciora, p. 118.

Cap. XXXVIII, 1. Vatic. 697, 749, 750, Regin. Mosquens. in quo: οἰκείας προσευχῆς... ἐνσκήψας... ἐκαρτέρησεν (ubi cæteri male ἐκράτησεν...) οὔτε αὐτὸν καταλειφθῆναι (fort. melius...) διὰ λαιλ. μόνης... τὰ πράγματα (ubi plerique τὰ ἰάματα). Apud Jahn tantum excerpta.

ριστάσει ταύτῃ, ὥστε αὐτὸν καταλειφθῆναι ταῦτα πάσχοντα, καὶ ἐξελθεῖν τὸν βίον, ἐλάλησεν ἂν αὐτῷ ὁ Κύριος διὰ λαίλαπος μόνον. Νῦν δὲ ἐπειδὴ μεταβάλλει αὐτῷ τὰ πράγματα ἀπὸ χειμῶνος εἰς εὐδίαν, καὶ ἐπειδὴ ἀπείληφε τὴν ὑγείαν τοῦ σώματος, διὰ τοῦτο ὁ χρηματίζων αὐτῷ οὐ μόνον διὰ λαίλαπος, ἀλλὰ καὶ διὰ νεφελῶν λαλεῖ.

v. 2. Τίς οὗτος ὁ κρύπτων με βουλὴν κτλ.

Μεθοδίου. Ἐπειδὴ νενίκηται ὁ πειράζων, μεγαλοφρονεῖ ὁ ἀγωνοθέτης ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ἀθλητῇ, καὶ φησὶν ὡς πρὸς τὸν νενικημένον· Τίς οὗτος ὁ κρύπτων; Τίνι γὰρ ἐφαρμόζει λέγεσθαι τοῦτο; ὁ Ἰὼβ οὐκ ἔκρυπτε, εὐσεβὴς ὑπάρχων καὶ ὅσιος. Οὗτος δὲ ᾧ ἐπιπλήσσει, κρύπτειν ἐθέλει, καὶ ὑπολαμβάνει τὴν βουλὴν αὐτοῦ κρυπτομένην ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Πλὴν αὐτὸς ταύτην ποιεῖ, ὡς κρύπτων. Καὶ γὰρ ὁ Ἀδὰμ, ὅτε ἥμαρτεν, ᾤετο κρύπτεσθαι ἀπὸ προσώπου Κυρίου.

v. 3. Ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου.

Μεθοδίου. Ὡς πρὸς τὸν διάβολον γενναῖος εἶ, ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου, καὶ ἐρωτήσω σε. Οὐ πιστεύεις με εἶναι σου σοφώτερον, ἀλλ' οἴῃ μέγας εἶναι νοῦς; Οὕτω γὰρ καὶ ὑπὸ τοῦ Ἡσαΐου λέλεκται ὁ διάβολος· Ἐπάξω ἐπὶ τὸν νοῦν τὸν μέγαν, τὸν ἄρχοντα τῶν Ἀσσυρίων. Λέγει οὖν αὐτῷ· Ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου. — Οὐ ζώννυται δέ. Ἐρωτήσω δέ σε, σὺ δέ μοι ἀποκρίθητι. — Ὁ δὲ οὐ δύναται αὐτῷ ἀποκριθῆναι. Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτῷ ἐγένετο;

v. 4. Ποῦ ἦς ἐν τῷ θεμελιοῦν με τὴν γῆν;

Μεθοδίου. Ἐμοὶ φιλονεικεῖς; καὶ πρὸς ἐμὲ ἵστασαι; καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀθληταῖς ἀνταγωνί-

loquitur per turbinem. Quod si Job permansisset in hoc tumultu, ita ut ipse his calamitatibus involutus, ad exitum vitæ venisset, Dominus tantum per turbinem illi locutus fuisset. Nunc vero, quum ipsi res ejus mutat ex procella in serenum, et postquam recuperavit sanitatem corporis, idcirco qui eum compellat, non modo per turbinem loquitur, sed et per nubes.

v. 2. *Quis est ille celans* etc.

Quando quidem tentator devictus est, certaminis præses superbos animos attolit de suo athleta, et quasi se convertit ad hostem victum: *Quis est ille celans?* Cuinam enim hanc vocem dici congruit? Job non celavit, qui pius erat et innocens. Ille quem increpat, is est qui vult abscondere, et qui supponit consilium suum esse Deo occultatum. Ipse interim id exsequitur, uti abscondens. Etenim Adam, quando peccavit, putabat se abscondi a vultu Domini.

v. 3. *Accinge, sicut vir, lumbos tuos.*

Sicut te Diabolo generosum probasti, sic tamquam vir lumbos tuos accinge, et interrogabo te. An non credis me tibi sapientia præstare? sed te mentem magnam esse existimas? Hoc enim modo apud Isaiam Diabolus significatus est: « Invehar in mentem magnam, in principem Assyriorum. » Ait ergo illi: *Accinge sicut vir lumbum tuum*, quamquam minime Job accingitur. *Interrogabo te, tu vero respondeto.* Respondere autem is non potest. « Quis enim novit mentem Domini? Aut quis consiliarius ejus fuit. »

v. 4. *Ubi eras, cum fundarem ego terram?*

Mecum ipse contendis? Et adversum me stare, et cum meis athletis certare

v. 2. Vatic. 338, 749, 750, Mosquens. qui habet: ὑπάρχων καὶ δίκαιος... ὑπολαμβάνει τὸν θεὸν τὴν βουλὴν αὐτοῦ ἀγνοεῖν. Πλὴν αὐτὸς ταῦτα ποιεῖ...

v. 3. Vat. 338, 697, 749, 750, Regin. Mosquens. Is. XXXVI, 13. XL, 13. Fort. *Sed me tantum mentem* etc.

v. 4. Vat. 338, 697, 749, 750. Regin. Cf. Gen. 1, 2. Cf. Jahn. 118. Fort.

ζῃ; Ποῦ δὲ ἦς, ὅτε ἐγὼ τὴν γῆν εἰργαζόμην; Τίς ἦς τότε; ἤδη, φησίν, ἐπεπτώκεις. Καὶ γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιΐας, σκότος ἦν, φησίν, ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. Σκότος τοῦτο, οὐ κτισθὲν σκότος, ἀλλὰ προαιρετικῶς ἀρξάμενον εἶναι σκότος τῇ τοῦ φωτὸς στερήσει.

v. 5. Τίς ἔθετο τὰ μέτρα αὐτῆς;

Μεθοδίου. Οὐχὶ τὸ μέτρον, ἀλλὰ τὰ μέτρα, ἵνα τὰς διαφορὰς τῆς γῆς παραστήσῃ τῆς τόδε τι τυχὸν φερούσης καὶ τῆς ἕτερόν τι, καὶ ἄλλης ἄλλο.

v: 6. Τίς δέ ἐστιν ὁ βαλὼν λίθον γωνιαῖον ἐπ' αὐτῆς;

Μεθοδίου. Μέχρι τούτου ἐλθὼν ὁ μακάριος πατὴρ, οὗτος καὶ καταπαύει τοῦ ὑπομνήματος, ὥστε γοῦν εὑρεῖν λίθον γωνιαῖον. Τοῦτο δύναται καὶ εἰς τὸν Μονογενῆ ἢ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα νοεῖσθαι, κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς· Λίθον ὃν ἀποδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οἱ τῶν Ἰουδαίων διδάσκαλοι, οὗτος ἐγεννήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Εὐδοκίᾳ γὰρ τοῦ Πατρὸς ἐλθὼν ἐπὶ γῆς συνῆψεν ἐν ἑαυτῷ τοὺς δύο λαοὺς, τῶν Ἰουδαίων τε καὶ ἐθνῶν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ γωνιαῖος λίθος ἀμφοτέρους συνδεῖ τοὺς τοίχους.

v. 7. Ἤινεσάν με φωνῇ μεγάλῃ πάντες ἄγγελοί μου.

Μεθοδίου. Φωνὴ δὲ μεγάλη, ἡ μεγαλεῖα φθεγγομένη, ὡς τὸ ἀποστολικόν· Ἴδετε πηλικοῖς ὑμῖν γράμμασι ἔγραψα, τοῖς τὰ τηλικαῦτα δηλονότι σημαίνουσιν.

v. 16. Ἦλθες δὲ ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας;

Μεθοδίου. Πάλιν ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὸν λόγον μετήγαγεν, οὐχ ὡς ἐπὶ γῆν τῆς θαλάσσης ἐχούσης, ἀλλ' ὡς μὴ ἐκλειπούσης, καθάπερ πηγὴν ἐχούσης. — Εἰς ἄβυσσον πολλοὶ καταβεβήκασιν· καταβεβήκασι δὲ,

audes? *Ubi vero eras,* quando ego terram fabricabam? quis tunc eras tu? Jam, inquit, ecideras. Namque in principio creationis, tenebræ erant super abyssum, non tenebræ illæ quæ ex creatione sunt, sed ea caligo quæ voluntatis vitio incepit, lucis privatione.

v. 5. *Quis posuit mensuras ejus?*

Non dixit: *mensuram,* sed pluraliter, ut discrimina proponeret terram inter illam quæ obviam se dat, et aliam terram quæ diversa se habeat, et aliam quæ aliter.

v. 6. *At quis est qui misit lapidem angularem super eam?*

Huc usque progressus iste beatus pater, finem imponit commentario, velut usque dum invenerit lapidem illum angularem. Valet hoc etiam referri in Filium Dei unigenitum, propter nos carnem factum juxta psalmos: « Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, magistri Judæorum, ipse factus est in caput anguli. » Benedictione enim Patris veniens in terram, conjunxit in se duos populos, Judæorum et gentium, sicut apte angulari lapide duo muri vinciuntur.

v. 7. *Laudaverunt me voce magna omnes angeli mei.*

Vox magna illa est quæ magnalia loquitur, ut illud apostolicum: « Videte qualibus litteris vobis scripserim, » tam magna nempe significantibus.

v. 16. *Numquid ivisti ad fontem maris? aut in vestigiis abyssi ambulasti?*

Rursus ad pelagus sermonem convertit, non quasi super terram mare staret, sed veluti inexhaustum sit tanquam ex fonte perenni. — Multi in abyssum descenderunt. Descenderunt autem, uti vin-

v. 5. Vatic. iidem et Mosquens. qui glossæ instar addit. τό μέτρον, ἤγουν τὸν κανόνα, τὸ σχοίνιον. Noster alibi videtur admittere creationes novas.

v. 6. Regin. in quo τὸ ὑπόμνημα, Mosquensis. Cf. Ps. CXVII, 22. Is. XL, 9. Nomen Methodii vix hujus loci tollit caliginem.

v. 7. Vatic. 749. Cf. Jahn l. l. Gal. VI, 11.

v. 16. Vatic. 338, 697, 749, 750. Mosquens. Quædam habet Jahn p. 118.

ὥστε δέσμιοι εἶναι, οὐχ ὥστε περιπατεῖν ἐν αὐτῇ. Ἰησοῦς δὲ μόνος ἐν ἀβύσσῳ περιεπάτησεν, ὡς ἐλεύθερος, ὅπου ἴχνη περιπατούντων οὐκ ἔνι. Εἵλετο γὰρ θάνατον, οὐχ ὑπεύθυνος ὤν, ἵνα τοὺς ὑποκειμένους θανάτῳ λυτρώσηται. Καὶ λέγει τοῖς ἐν δεσμοῖς· Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν σκότει· Ἀνακαλύφθητε, ᾧ καὶ τὰ ἑξῆς συμφωνοῦσιν· Ἀνοίγονται δέ σοι κτλ.

culis constringendi, non ut per eam ambularent: Jesus autem ambulavit in abysso, tamquam liber, ubi nulla sunt ambulantium vestigia. Mortem enim elegit, cui non esset obnoxius, ut morti addictos redimeret. « Et dicit iis qui in vinculis erant: Exite; et iis qui in tenebris: Revelamini. » Cui consentiunt etiam ea quæ sequuntur: *Aut tibi aperiuntur* etc.

Cap. XL, 3. Ἢ ἀποποιῇ μου τὸ κρῖμα.

Ὠριγ. Μεθοδ. Ἢ ὅτι ταῦτα ἅπερ ὑπέμεινας, μὴ οἴου ἀλόγως κεχρίσθαι μοι, μηδὲ ἀποποίου μου τὸ κρίμα. Τούτου τοῦ ῥητοῦ ὡς χρησίμου μνημονεύωμεν, ὅταν κρίνῃ ὁ Θεὸς παθεῖν τι ἡμας, τέκνον ἀποβαλεῖν, ἀρχὴν ἀπολέσαι, νοσῆσαι κατὰ τὸ σῶμα, ὅτι δήποτε τούτων ὑποστῆναι· οὐδὲν τούτων οἷόντε ἐστὶ παθεῖν ἡμᾶς, μὴ κρίνοντος τοῦ Θεοῦ. Ἐπεὶ οὖν οὐδὲν τούτων γίνεται χωρὶς κρίματος Θεοῦ, λέγεται πρὸς τὸν παθόντα· μὴ ἀποποιοῦ μου τὸ κρίμα, τουτέστι μὴ ἀπαρνοῦ ὅπερ ἔκρινα περὶ σοῦ. Μὴ νομίσῃς, φησί, ταῦτα ἅπερ ὑπέμεινας, ἀλόγως κεχρίσθαι μοι, ἀλλὰ προειςομένου μου τὸ σύμφερόν σοι· προσέθηκα γὰρ τοῖς πειρασμοῖς τὸν χρηματισμὸν οὐκ ἄλλου τινος ἕνεκεν, ἢ ἵνα δίκαιος ἀναφανῇς ὅ ἐστι δειχθῇς ὅπερ ἦς.

Cap. XL, 3. *Ne repellas judicium meum.*

Origenis, Methodii. Vel ne censeas me perperam ea quæ passus es, judicasse; neque judicium meum defugito. Dicti huius utilitatem recolamus, cum Deus pati nos aliquid decreverit, si liberorum orbitatem, dominatus amissionem, corporis ægritudinem, vel aliquod hujusmodi subire nos oporteat. Fieri enim non potest, ut sine Dei judicio quidquam horum patiamur. Cum itaque absque divino judicio nihil horum eveniat, adversa toleranti dicitur: *Ne repellas judicium meum,* hoc est, quod de te judicio statui, noli detrectare. Noli, inquit, cogitare absonum esse judicium in iis quæ passus es, sed non nisi quod tuam præviderim utilitatem; adjunxi enim tentationibus responsum, in eo dumtaxat fine, ut justus manifesteris, scilicet ut id ostendaris quod es.

v. 10. Ἀλλὰ δὴ ἰδοὺ θηρία παρὰ σοί.

Ὡς ἀθλητής, μάνθανε τὰ περὶ τοῦ δράκοντος, τοῦ ἀνταγωνιστοῦ. Θηρία, αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις ἐστι, περὶ ὧν ηὔξατο ὁ προφήτης, λέγων· Μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι. — Θηρία εἰσὶν αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις· εἴληφας, ὦ ἄνθρωπε, τὴν ἐξουσίαν, ἐὰν Θεῷ δουλεύσῃς, ἐπὶ ἀσπίδων καὶ βασιλίσκων ἐπιβαίνειν.

v. 10. *Verum et ecce belluæ apud te.*

Athletæ instar, disce quæ spectant ad Draconem, ad antagonistam. Bestiæ sunt adversariæ potestates, de quibus Propheta deprecatus est, dicens: « Ne tradas bestiis animam confitentem tibi. » — Bestiæ sunt inimicæ potentiæ. Recepisti, o homo, si Deo servis, potestatem super aspides et basiliscos ambulandi.

v. 21. Ἢ δήσεις κρικόν... λαλήσει δέ σοι δεήσει;

v. 21. *Aut ligabis circulum ejus?... loquetur autem tibi precibus?*

Cap. XL, 3. Vatic. 751, Palat. 230. cf. supra t. II. 385. Jahn. p. 83.

v. 10. Vatic. 338, 697, 749, Mosquens. cf. Ps. LXXIII, 19.

v. 21. Vatic. 749, Mosquens. cf. Matth. VIII, 31, IV, 9.

Μεθοδίου. Ἵνα μηκέτι συνρίζῃ ὁ δρακών. Τοῦτό φησι διὰ τὸ παρακληθῆναι ὑπὸ τῶν δαιμόνων μὴ βαλεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν ἄβυσσον. Ἢ τοῦτο λέγει διὰ τὸ εἰρηκέναι αὐτὸν τῷ Κυρίῳ· Ταῦτά σοι δώσω πάντα... Ἢ ὅτι μὴ δύνασαι οὕτως ὑποτάξαι αὐτὸν ὡς αἱρεῖσθαι μηκέτι σοι πολεμεῖν.

Ψελλίῳ δὲ τρυπήσεις τὸ χεῖλος αὐτοῦ;

Τὸ ψέλλιον κόσμος ἐστι τῆς χειρὸς, τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον ἀγαθόν. Ὁ οὖν ἔχων τὸ τοιοῦτον ψέλλιον, τρυπήσει τὸ χεῖλος τοῦ δράκοντος, τοῦ ἐξ ἐναντίας τοῦ διαβόλου ἐντρεπομένου, μὴ ἔχοντός τι λαλῆσαι κατ' αὐτοῦ.

v. 17. Σκιάζονται δὲ ἐν αὐτῷ δένδρα μεγάλα σὺν ῥαδάμνοις.

Ταῦτα ὕλη καὶ τροφὴ πυρὸς τυγχάνει· αὐλίζεται δὲ μάλιστα παρὰ τοῖς ἀξίοις τοῦ πυρὸς, ὑπὸ τὰς ὑγρὰς καὶ ἀτόνους καὶ ἀκάρπους ψυχὰς, αἳ πυρός εἰσιν ὕλαι. Σκιάζονται δὲ ἐν αὐτῷ δένδρα μεγάλα, σὺν ῥαδάμνοις. Ἢ τοῦτο λέγει, ὅτι συνδιαιτῶνται αὐτῷ καὶ μεγάλοι τινες δαίμονες καὶ ὑποβεβηκότες τῇ κακίᾳ, ἢ ὅτι μικροὺς καὶ μεγάλους ἄνδρας ἐπέρχεται, πάντας ὁμοίως ὑποτρέχων. Ῥάδαμνος γὰρ αἱ παραφυάδες· λέγει οὖν ὡς ὑπὸ σκιαῖς δένδρων, οὕτω παρὰ τούτοις ἀναπέπαυται.

Ibid. Καὶ κλόνες ἀγνοῦ.

Ἐπειδὴ πολλοὶ πολλάκις καὶ ἁγνείαν ἀσκήσαντες τῆς αὐτοῦ μερίδος γεγόναμεν, ὡς αἱ μωραὶ παρθένοι· εἰσὶ γὰρ καὶ παρ' αὐτῷ ἁγνεύοντες.

Ne ullo modo blandiatur draco. Hoc ait, respectu ad dæmonum preces, ne mittantur in abyssum. — Vel hoc ait, ob id quod Domino dixit: « Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. » Vel eo sensu quod illum sic non potes superare, ut ne tibi bellum gerat, cohibeatur.

Et armilla terebrabis labium ejus?

Armilla manus ornamentum est, quod est bonum opus: qui igitur talem armillam gestat, labium draconis perforabit, Diabolo qui inimicus est, pudore suffuso nec habente quod contra eum hiscere possit.

v. 17. *Obumbrant autem in eo arbores magnæ cum surculis.*

Quæ solent esse materia et pabulum ignis. Insidet tum maxime inter ea quæ incendio digna sunt, inter animas humore languidas et roboris expertes et infructuosas. *Obumbrant autem in eo arbores magnæ cum surculis.* Vel hoc ait, quod in eo stabulantur magni quidam dæmones et qui in malitiam incubuere, vel quod homines parvos et magnos superat, omnes simili vi subjiciens. Surculi enim sunt frutices. Ait ergo, uti sub umbrosis arboribus, sic illum apud istos homines quievisse.

Et ramusculi Agni casti.

Propterea quod sæpenumero qui castitatem exercuerunt, ejus partes fiunt, sicut stultæ virgines. Apud eum quippe non desunt castitatis studiosi.

v. 17. Vatic. 749. — Vulgo κλόνες ἀγροῦ. Methodio placere videtur arbor dicta *agnus castus*, quem non solum pingit in *Convivio virginum*, sed ab eo argumentatur de Resurrectione. *Patrol.* XVIII, col. 287, 315. — Fragmentum aliud in cap. XL, 3, edidit Jahn p. 118 ex Cat. Junii.

De Resurrectione.

I.

Τὸ δὲ γεγραμμένον ἐν τῇ Ἀποκαλύψει Ἰωάννου τοῦ θεολογικωτάτου τῶν εὐαγγελιστῶν ἀποστόλων· Μακάριος καὶ ἅγιος ὁ

Quod vero scriptum est in Apocalypsi Joannis, summi inter Apostolos evangelistas theologi: « Beatus et sanctus

ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ, [1]) μὴ νόμιζε χρονικῶς πρώτην καὶ δευτέραν ἀνάστασιν ὑπαινίττεσθαι· μία γάρ ἐστιν πάντων ἀνάστασις, καὶ μίαν ἡμέραν ὥρισεν ὁ Θεός, ἐν ᾗ μέλλει κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, μεθ' ἣν ἡμερῶν καὶ νύκτων οὐκ ἔστιν περίοδος καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν ἀνάκλησις. Χίλια δὲ ἔτη τῆς βασιλείας ὠνόμασεν, τὸν ἀπέραντον αἰῶνα διὰ τῆς χιλιάδος δηλῶν· γέγραφεν γὰρ ὁ ἀπόστολος Πέτρος, ὅτι μία ἡμέρα παρὰ Κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη καὶ χίλια ἔτη ὡς ἡμέρα μία [2]). Τὴν οὖν μίαν καὶ τελευταῖαν ἡμέραν ἐκείνην καὶ εἰς ἀπέραντον παρατείνουσαν, καὶ Ἰωάννης τῇ χιλιάδι τῶν ἐτῶν ἐπενήξατο.

qui habet partem in resurrectione prima, » noli putare ratione temporis significari primam et secundam resurrectionem; una enim est omnium resurrectio, unamque diem Deus decrevit, in qua judicaturus est orbem in justitia, qua elapsa, nec dierum nec noctium ulla successio est, nec mensium et annorum renovatio. Mille enim annos nominavit, regni immensum sæculum in millenario declarans. Etenim Petrus Apostolus scripsit, quod una dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut una dies. Unam igitur et postremam diem, sese in infinitum extendentem, Joannes quoque chiliadi annorum assignavit.

Τινὲς δὲ πλανηθέντες καὶ χρονικῶς νοήσαντες τὴν πρώτην ἀνάστασιν ἐνόμισαν χιλίων ἐτῶν περίοδον προανίστασθαι τοὺς ἁγίους, καὶ ἀπολαύειν τῶν τῆς γῆς ταύτης ἀγαθῶν, καὶ οὕτως γίνεσθαι τὴν καθόλου πάντων ἀνάστασιν, μετὰ τὴν παραδρομὴν τῶν χιλίων ἐτῶν, ὅπερ ἐστιν μυθικὸν καὶ ἔξω πίπτον τῆς ἐννοίας τῆς θείας γραφῆς. Βοᾷ γὰρ ὁ τῶν θείων μυστηρίων ταμίας Παῦλος, Ῥωμαίοις γράφων, ὁ εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγείς, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν Παράδεισον [3]), καὶ ἀῤῥήτων ἐπακούσας ῥημάτων, ὡς οὐκ ἔστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις [4]), ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

Nonnulli autem errore capti et respectu ad tempus intelligentes primam resurrectionem, opinati sunt ad mille annorum periodum surrecturos esse sanctos et fruituros bonis hujus terræ, et sic fieri universam omnium resurrectionem post mille annorum curriculum, id quod fabulam olet et extra sensum divinæ Scripturæ exorbitat. Clamat enim divinorum mysteriorum ille dispensator Paulus, ad Romanos scribens, idem raptus in tertium cælum et usque ad ipsum paradisum, et qui arcana verba audivit: «Non est regnum Dei cibus et potus, sed justitia et pax et gaudium in Spiritu sancto.»

I. Ex Vatic. 2022 f. 337, in appendice adjecta, sed altera manu sæc. XII, post aliud opus tritum et fastidiosum Antonii Monachi *de Mandatis domini*, in qua appendice concurrunt rarissima κειμήλια, libellus Melitonis de Baptismo, quem habes supra tom. II p. 4, oratio Macarii Magnetis quam edendam a me recepit L. Duchesne, in thesi de Macario Magnete, ac præter Methodium, alia de quibus alias, si Deus faverit. Quæ tamen hic Methodio tribuuntur, vix cum perpolita Patarensis elegantia conveniunt. Inscribuntur τοῦ ἁγ. Μεθ. ἐπ. περὶ ἀναστάσεως.

1) Apocal. XX, 5.

2) II. Petr. III, 8. Nota et Apocalypsin et secundam Petri a martyre comprobari, dummodo genuinum sit hoc Methodii opus.

3) Methodius, ut nonnulli veteres, duplicem videtur visionem Pauli innuere et a tertio cœlo paradisum, ut superiorem, secernere, quod disertius asserit apud Photium. Patrol. 294, 295.

4) Rom. XIV, 17.

II. Ex Vatic. Regin. 6 f. 45, in catena Pentateuchi, a cæteris dissimili, ubi inter raros interpretes, ut Hippolytum, Melitonem, Irenæum, Clementem Alexandrinum, etiam Methodius semel et iterum adducitur: sed quæ ultra caput secundum male excisa non progreditur. Plura ejusdem Methodii in codice præmittuntur iis quæ proferimus, ac paucis mutatis et omissis.

II.

Τοιγαροῦν πρὸ τῆς παραβάσεως προτρέπεται αὐτὸν τοῦ ξύλου μεταλαβεῖν τῆς ζωῆς· ἓν γὰρ ἦν τῶν πάντων, περὶ ὧν φησίν· Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγει[1]), καὶ μέσον ὂν τῶν ἄλλων, πλέον αὐτῷ προκείμενον ἦν. Τινὲς δὲ ἐν τῷ καρπῷ τοῦ ξύλου τὴν γνῶσιν ὑπέθεντο. Καὶ ἦν, φησί, καλὴ τῷ χρωμένῳ κατὰ καιρόν· ὁ δὲ Ἀδὰμ νήπιος ἦν, καὶ στερεὰ τροφὴ τοῖς νεωστὶ τεχθεῖσιν ἀνάρμοστος. Ἐπεὶ καὶ παρθένος φθαρεῖσα πρὸ γάμου ταῦτο μὲν πάσχει ταῖς γαμουμέναις, ἀλλὰ τὸ παρὰ τὸν νόμον καὶ τὸν καιρὸν τὸν ἀρέσκοντα, τῷ πατρὶ τιμωρεῖται, οὐ διὰ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος, ἀλλὰ διὰ τὸν τρόπον τῆς παραβάσεως· οὕτω καὶ ὁ Ἀδὰμ ὑπεύθυνος γίνεται τιμωρίᾳ, οὐχ ὡς ἀπηγορευμένου[2]) τινὸς ἀψάμενος, ἀλλ' ὡς τὸ ἐντολῇ ἀπηγορευμένον σφετερισάμενος, ἅμα δὲ καὶ δι' ὑπακοῆς αὐτὸν ὁ Θεὸς δοκιμάζειν ἠβούλετο, ὅθεν παραβάντι πρὸς ἐπιστροφὴν ὁ θάνατος εὕρηται· παραβὰς γὰρ ἀπεμάξατο τὴν κακίαν ἣν ὁ ταύτης εὑρετὴς διάβολος ἀπεκύησε, πόνον κατὰ τὴν γραφὴν συλλαβών, ὅθεν οὐ συγχωρεῖται τοῦ τῆς ἀθανασίας ξύλου μεταλαβεῖν.

Verum homo ante transgressionem monetur particeps esse ligni vitæ. Unum enim erat ex omnibus de quibus ait: « Ex omni ligno Paradisi cibo comedes, » mediumque inter alia eminens, potissimum homini obvium erat: sunt qui opinantur in fructu ligni scientiam inesse. « Et erat, ait, arbor bona» sane utenti illa juxta tempus. Sed Adam puellus erat, et solidus cibus minus est recens natis aptus. Etenim quandoquidem virgo deflorata ante nuptias, idem patitur quam nuptæ mulieres, id vero quod fit contra legem et extra tempus probatum, castigatur a patre, non propter naturam negotii, sed propter modum prævaricationis; ita quoque Adam obnoxius fuit pœnæ, non quod aliquid prohibitum tetigerit, sed quod spreverit quod mandato vetitum erat. Ac simul voluit Deus eum per obedientiam probare: unde in illius casu ad conversionem mors inventa est. Lapsus enim, comparavit nequitiam quam istius inventor Diabolus in sinu gestavit, « laborem, ut ait Scriptura, concipiens; » unde non permittitur homo particeps esse ligni immortalitatis.

leguntur apud Epiphanium et Photium, ut nostra plane sincera censeantur. Omnia pertinent ad librum I de Resurrectione, in num. XVII, XVIII, XIX, Petavii p. 543-545, Jahnii p. 73, 74. Catenæ scholium incipit in n. XVII a verbis: Ὁ Θεὸς ἔκτισε. Post verba in nostro codice eo modo contracta: ἀλλ' ἀναίτιος πασῶν πάντη ὁ Θεός, inseritur quæstio quam series fort. requirit: Ἀναίτιος ἄρα ὁ Διάβολος; pergit: Καὶ εἰ ἀγένητος. N. XVIII, ante locum Isaiæ, apte apud nos præfigitur: ἀστὴρ ἑωσφόρος, ὃς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ τό· πῶς κτλ. Post verba n. XIX: πρὸς ἐπανόρθωσιν αἱ πληγαί, sine intervallo nostra sequuntur.

1) Genes. II, 16, III, 2, 3.

2) Codex bis: ἀνηγορευμένου.

ART. II. SANCTI METHODII OPERA APUD SLAVOS.

Dolendum enimvero est, nihil hactenus apud Russos ex operibus Methodianis prodiisse præter ea quæ jamdudum a tribus sæculis græce apud nos circumferuntur. Haud modicam quidem mihi salivam moverat nuperrimus liber Petropolitanus, curante cl. d. Eugraphio Lovjaghine, vulgatus a. 1877, sub hujus

tituli titillantis hiatu: «S. Methodius episcopus et martyr, Ecclesiæ Pater, sæc. III. *Integrum syntagma operum illius.*» Utinam cl. antecessor in Academia ecclesiastica Petropolitana, pro suo in sanctum Patrem Antenicænum cultu et amore, suaque usus peritia litterarum Slavonicarum, alterum in tabula tomum habeat quam cito edendum, quo publici juris faciat cætera quæ in codicibus tantum Slavicis servata absconduntur. Sane in ejus tomo ea tantum invenimus quæ obvia sunt in Parisiensi quæ dicitur Patrologia, t. XVIII, aut quæ recentius ab A. Jahnio, Halis Saxonum, a. 1865 collecta sunt. Eugraphius enim ille nobis profert:

1. *Convivium virginum,* p. 1-116.
2. Homilias binas vulgatas, p. 116-146.
3. Fragmenta Combefisiana de libero arbitrio, de resurrectione, de creaturis etc. p. 147-251.
4. Minora fragmenta hactenus et passim edita, p. 252-259.

Bene est quod vir doctus saltem in prooemio nobis breviter commemoravit codices Slavicos et opera in eisdem servata, quæ nisi apud Slavos nullibi terrarum exstare videntur. Hi porro codd. sunt; 1.° in bibliotheca synodali Mosquensi num. 496; 2° in Academia ecclesiastica Mosquensi num. 40, 41; 3° in museo ill. Comitis Tolstoi n. 56, ex collectione Euphemii Hegumeni.[1])

In hisce codd. insunt, juxta schedas nostras et ejusdem libri indiculum:

1. Sermo triplex *de Resurrectione.*
2. *De libero arbitrio adversus Valentinianos.*
3. *De vita et actibus rationi consentaneis.*
4. *De cibis ad Chilonam.*
5. *De lepra ad Istelium.*
6. *De sanguisuga ad Eustochium.*
7. Miscellanea in Genesim.

Nunc vero quum olim, favente amico in primis viro Augusto Heesen, et prælucente catalogo a cll. vv. Alexandro Gorski et Capitone Nevostrouieff exacto,[2]) concessum mihi fuerit nonnulla brevi haustu prælibare, ea quantumvis concisa et ἀσύστατα, lectori non invidebo, sed latine dabo ex schedis tumultuariis, gallice ante hos viginti et quinque annos coacervatis, quibus perpetua oblivio reservata videbatur.

I.

De Resurrectione sermones.

Ita incipit concio:

« Hos ante dies, ego cum Proclo Mi-
« densi[3]) Pataros adveniebam, Theophi-
« lum invisurus: percunctabar enim an-
« non, ut mihi dictum erat, parum ibi
« moraretur, qui procellæ vi huc appu-
« lerat. Quumque accessimus ad Aglao-
« phonis[4]) domum, eoque recepti fuimus,

1) Vix dubium quin iidem codd. in schedis nostris, Mosquæ a. 1858 conscriptis, memorentur in hunc modum: "1°. *Ms. de la Bibliotheque Synodale, XVI siècle.* — 2°. *Dans les ménées recueillis par le Metropolitain Macaire.* — 3°. *et* 4°. *Deux mss. de Troitza, XVII siècle.* — 5.° *Un de la Société imperiale d' Histoire et d' Antiquités russes, sect.* 1, *n.* 137, *du XVII siècle.*

2) Titulus est gallice: *Description des Mss. Slaves de la Bibliotheque Synodale de Moscou par etc.* t. 1. 1855. t. III, p. 16-31. cf. *Traduction des Pères* (en Russe) Moscou. t. XVI, 1857. Præter Aug. Heesen, alter amicus Car. Descemet benignam opem contulit.

3) Eubulius loquitur, idem qui et Methodius apud Epiphanium. Quasi in speculo habemus omnes in colloquio de Resurrectione personas, singulas ore et vultu fere signatas, quæ apud Photium et Epiphanium minus distinguuntur. Videant Slavophili annon scribendum sit *Sidensi* pro *Midensi Proculo,* unde fortasse loci et ignoti Methodii *Sidensis* novum concivem habeamus. Etiam extat antiquior *Sidetes* Marcellus.

4) Slavica ferunt *Agolophon.*

« repperimus Theophilum, stantem in ἰα-« τρείῳ, e regione aulæ, in qua Aglaophon « ambulabat. Sedebat ille in cathedra su-« blimis, et multi juxta humi circumja-« cebant: Sistellinus, Quintinus [1]) et Au-« xentius et Memmianus, et nonnulli ci-« ves. Ego autem intellexi colloquium de « corporea substantia et resurrectione « haberi, Theophilum inter et Aglaopho-« nem ipsum. In solio Theophilus sedens, « cuique sciscitanti respondebat. Statim « ut nos vidit accedentes, manu nos com-« pellans, ait:

« Faveas bene adesse, o Eubuli: con-« sedimus porro, ego et Sistellinus, du-« dum disputantes, utrum hæc caro fu-« tura sit rediviva, immortalem cum a-« nima vitam receptura. Te ergo hodie « sistimus arbitrum, qui verba mea ex-« pendas, et pronuncies utrum censeas a « me veritatem asseri. »

Subjecit, dicens:

« O Auxenti, nonne æquum est illum « incipere qui potior est (κρειττων?), doc-« to rudem posthaberi? « Etiam minus « congruum æstimaverat Aglaophon se « cum magis rustico disserere, relicto « peritiore.

Propterea subdidit Auxentius:

« Semper, o homines (ὦ οὗτοι), de eo di-« sceptatur in quod Aglaophon incidit, « dummodo alium habeat quocum con-« fligat. Nobis vero incommodum illud « est, quod mali male nos in alienas a-« vertant quæstiones, quæ eum agere « seorsum cogunt, statim ut multa ab eo « de resurrectione audiverimus. »

« Perperam ais, Auxenti, inquit Mem-« mianus, etenim Eubulius haud semel « alias Aglaophonem sustinuit. At hodie « decet de his quoque nos interloqui ar-« gumentis, quamdiu hic adest Theophi-« lus. Sin ergo vobis id placet inquirere, « o homines, contendat Theophilus, nulli « dicendæ rei impar, illud declarare, an « post interitum corpora reviviscant ad « corruptelæ immunitatem. »

Mox sequuntur solvendæ objectiones, quæ græce desiderantur, ac fere ad hæc capita referuntur: 1° Corpus fuisse ab initio spirituale, rursusque in spiritu futurum esse; 2° Corpus, uti jacet, mali fomitem esse, a quo anima, velut aqua per sepiam, maculatur et ingravescit; 3° Corpus hoc inter spiritualia subsistere non posse; 4° Corpus utpote mutationi obnoxium, non esse ad incorruptibilitatem surrecturum; 5° Colligi non posse corporis particulas quaquaversum sparsas; 6° Tantum modo corpus, si surrexit recidere in formam essentialem et spiritualem.

Ad hæc græce per fragmenta exstant responsiones, quæ ope codicum Slavicorum augentur et suo ordini restituuntur, ita tamen ut etiam lacunis slavica laborent. Post ea verba quæ apud Epiphanium (Petavii p. 581. Jahn. 86, XLIV) leguntur: σύμφωνα εἰς τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς σαρκὸς πίστιν καὶ αὐτὰ εἰρηκότα, slavice subditur: *Finis primi sermonis.*

Tum: *ejusdem de resurrectione sermo secundus,* et incipit oratio altera ab his quæ apud Epiphanium sequuntur p. 581 usque ad 590. Cuius sermonis continuatio tantum apud Photium in compendio excerpitur, ubi tamen satis integre leguntur loca de Justino philosopho (apud Combefisium p. 324) et de igne montis Olympi (ib. p. 325. Jahn, 92, 93).

Sermo III integer est apud Slavos, fere ut apud Combefisium p. 328-336. Quæ triplex divisio hactenus nemini innotuit. Sed vide mox auctaria codicis Coisliniani.

1) Vox græce et barbare scribebatur: *Keorinitinos*. An *Quintinus?* Etiam Græci latina torquent.

II

De libero Arbitrio adversus Valentinianos

Opus dividitur in duos libros, quorum prior statuit materiam non esse mali principium Deo coæternum. Hujus libri fragmenta Combefisius collegit, quæ in versione slavica sunt integriora.

Posterior vero liber græce excidit, nec nisi apud Slavos invenitur. In eo statuitur malum oriri ex libero hominis arbitrio, et docetur cur Deus malum spiritum creaverit; cur Diabolum, postquam hominem seduxerit, Deus non destruxerit; quomodo Deo placuerit, dare homini arma ad pugnandum contra seductorem, unde ab eo triumphum agens, subverteret pristinam victoriam adversus protoparentes reportatam; quomodo, perinde ac ludimagister tirones decertare et manus conserere docens, eos exercitatos ducit ad aciem, ita et nos Deus instruxerit. Sermoni finem imponens Methodius et considerans cur Deus, cui satis superque erat secum contemplari per æterna sæcula, in mente jugiter operosa, perpetuam mundi creandi ideam, mundum creaverit, concludit creatum non fuisse universum rerum orbem, nisi ut Deus quantus esset ostenderet, utque homo ex operum creatorum spectaculo, Dei gloriæ consuleret. Iterum vide infra Coisliniana.

III

De Vita et Actibus rationi consentaneis.

Liber, ab unico Photio memoratus, in solis codicibus Slavicis inter genuina Methodii opera *de libero Arbitrio* et *de Resurrectione* continetur. Unde nonnullis reputatur pars operis superioris, tum quia libro *de libero Arbitrio* clausula Methodio solemnis desideratur, tum quia ab ultima de libero arbitrio sententia, hominem nempe conditum esse ut Dei gloriæ inserviret, sponte fit transitus ad sequentis libri argumentum, quo scilicet modo hunc finem homo assequi possit, cum tam varia sit conditio mortalium. Posse hominem respondetur, si juxta rationem vixerit et egerit; et ostenditur iis qui conditionem suam male ferunt, a ratione id prorsus alienum esse, quod homo bonis terrenis, uti servus, inhæreat, quorum dominus statuitur; piaculum esse contra Deum in paupertate quemquam oggerere, nedum se totum voluntati divinæ committat; a Deo creatum esse hominem, non deliciarum ergo, quibus anima et corpus debilitantur, sed ad labores et solertiam exercendam, quibus robur ejus viget et augetur. Tum statuitur perfectam æqualitatem in bonis vitæ diribendis fieri non posse, idque obesse bono societatis; haud sine alto consilio permitti a Dei providentia, ut varietur hominum conditio; alios in paupertatem incidere propter admissa prius peccata, alios ob evitandas in posterum nequitias. Tum demum miseris ut solatia conferat, Methodius digito monstrat exempla tum Christi qui propter nos pauper factus est, atque beatos esse pauperes spiritu prædicavit; tum Joannis Baptistæ, qui asperam vitam duxit, hortatusque est divites ut bona frequentent opera, et inopibus opes suas erogent.

IV.

De Cibis ad Chilonam.

Ad sanctum martyrem scripserat pia quædam matrona, nomine Chilona, quam ipse dilectam vocat et fidelem in Domino,

ut ab eo disceret quid in domo agendum sit in qua mortuus aliquis est. More suo Methodius fuse et diserte ita respondet, ut etiam dicendi genere et asserendi ratione Convivium Virginum fere comminiscatur. Immo sua de Virginitate et de Resurrectione opera recenset, ne ullum de sinceritate hujus libri dubium suboriatur .

In prolixo procemio, Chilonam consolatur, quæ multum pro fide passa est, et quantum ipse sustinuerit, quales ærumnas et angustias constanti animo tulerit, memoria revocat; suadetque multis Scripturæ adductis testimoniis, nihil aliud in vita intuendum esse, quam momentaneum pœnæ experimentum, animæ proficuum, et prompta cum alacritate transigendum. Tum Numeror cap. XIX assumens, testatur legem Hebræorum precariam fuisse, eumque in finem datam ut Judæos ad sublimiorem religionem eveheret; inde persequitur ciborum discrimen, quod vetat ne minutatim observetur ritus, quem negat ullo modo esse Christianis impositum, contestante evangelio id quod intrat in hominem, eum non coinquinare. Deum ait tum primum ut ludimagistrum egisse, qui incipit a rustica rudium elementorum scriptura, ut alumnos ad præstantiora deducat. — Inde accedit ad vaccam rufam [1]) in Numeris immolatam, miraturque nondum id Judæos intellexisse, jam non esse amplius illis vitulæ cineres quibus peccata luantur, nec nisi in sanguine Christi manere emundationem. Vacca, interprete Methodio, caro Christi est (omnino ut apud Melitonem legitur): « Vacca, caro Christi, cujus figuram vacca illa rufa gerebat, quæ per legem in sacrificio offerri præcipiebatur, cujus cinis expiabat populi delicta.» (*Anal.* II, p. 92, 40) Vaccæ autem combustio, inquit, salutaris est Jesu Christi passio. Cinis vero sparsus in eos qui immunda tetigerunt, spiritualem significat in baptismo lotionem. Tum demum exponit quo sensu prohibeatur, ne mortuum cadaver tangatur.

V.

De Lepra ad Istelium [2])

Hujus libri sinceritas colligitur primum ex nomine Eubulii quod ibi Methodius sicut in cæteris libris sibi vindicat; item ex nomine *Istelii,* qui prorsus idem est ac *Sistellius*, supra insertus colloquio *de Resurrectione;* deinde ex animosa virtute qua fideles ad tolerandas persecutiones hortatur; tum etiam ex querela vehementi adversus infideles pastores, dum ipse se antistitem Ecclesiæ declarat. Argumentum sibi proponit explicandi primum Levitici caput de leprosis, in quibus primum varia hæreticorum genera, dein vitiorum monstra deprehendit. Haud sine historico emolumento, etiam de rebus Methodii, ederetur tam IV quam V opusculum.

VI.

De sanguisuga et cœlis Deum enarrantibus, ad Eustochium.

A proverbii cap. XXX, 15, interpres satis inexpectato transitu lectorem fert ad psalmi XVIII, 1-5, quin tamen recedat a disserendi et disputandi ratione Methodio solemni.

Sanguisuga Salomoniaca spiritus malus est, sive serpens antiquus: quemadmodum enim mare non satiatur fluminibus

1) Ob aliquam fortasse controversiam, Tryphon etiam Origenis discipulus de Vacca Rufa et περὶ διχοτομημάτων disputavit.

1) Idem profecto erit Istellius, quam Sistellius, sed quod mirari subit, Methodius in titulo slavico vocatur episcopus Philippensis.

quibus inundatur, sic serpentis malitiam non satiant animæ quas in perditionis voraginem intrudit... sed vincit Christus cujus gloriam cœli enarrant. Juxta enim apostolum (Hebr. 1-3), Christus est splendor gloriæ paternæ, ejusque gloria, quibuscumque creatis et universo mundo præstantior; ut qui a nemine, sed a solo Patre gloriam recipit. Gloriam illam enarrant cœli, id est angeli, quorum præconium auspicata est lex Moysis, quæ Christum prædixit et per angelos data est. Angelus quoque nuntiavit ea quæ ventura erant Ezechieli, Danieli, Zachariæ, cæterisque prophetis. Angelus Virgini nuntiavit conceptum Salvatoris. Angeli tum maxime in partem œconomiæ redemptionis recepti sunt.

Interprete autem Methodio, firmamentum est Ecclesia, quæ juxta apostolum ad Timotheum (1 Tim. III, 15) columna est firmamentumque veritatis. Quemadmodum angeli nuntiant adventum Christi in terram, ita Ecclesia prædicat ipsius in carne incolatum. Dies vero intelligitur tempus post Christi adventum decurrens, quando anima Sole veritatis illustratur, et perspicuam apostolorum doctrinam percipit. Nox autem est veteris fœderis ævum, quando nondum adveniente Christo, tenebræ erant et umbra mortis; sed quum Christus venerit, resplenduit lumen Spiritus, et præconium apostolicum universo orbi renuntiatum est... Finem facit sanctus vir cum oratione ad Trinitatem, qua exposcit cor purum, ut sancti Spiritus domicilium fiat.

VII.

Miscellanea in Genesim.

Passim in iisdem codd. loca quædam ex Genesi exponuntur, omisso biblico textu, haud sine multo scholiorum tumultu. Alicubi de cherubineis imaginibus disputatur, alibi de Magog, etc.

Consentiunt Palaeoslavi, recentiores esse codicum scripturas, a sæculo XV ad XVII, sed linguam esse vetustissimam, quæ densa caligine suffunditur, non paucis intricatur lacunis; multa verba græce intermiscentur, aut versione carent et omittuntur; alia manifesto errore aut inepta lectione pervertuntur; pleraque cum insolenti libertate in peregrinam et barbaram linguam transeunt: adducta apud Methodium loca sive sacra sive profana exciderunt; frequens est paraphrasis ex sermone ecclesiastico derivata; frequentius breve compendium, ut vix summa sententia introspiciatur.

Ea fortasse viros eruditos deterruerunt, ne ad proferenda in medium tam veneranda anecdota quisquam se accinxerit. Sed pro tantæ antiquitatis majestate et auctoritate, nemo est qui nostris sua vota jungere non gestiat, ut inter Palæoslavos exoriatur aliquis indefessus et constans, qui superata quacumque vel ardua difficultate, cum orbe christiano has sancti doctoris et martyris reliquias communicet.

ART. III. VARIA ET AUCTA COISLINIANA

Mirum est neque Combefisium, neque Sirmondum, neque alium quemquam Methodii studiosum incidisse, quantum video, in codicem Coislinianum 279, in quo amplissimis fragmentis fere integra continentur duo opera *de Resurrectione* et *de libero Arbitrio,* etiam cum lacinia rarissimi *de Martyrio* libri aut sermonis.

Ante hos triginta et amplius annos, plura tumultuario opere notavi et descripsi, quæ procul a codice positus,

haud immerito trepidans lectori, prout mihi jacent, committo. Etiam rerum et colloquiorum ordo ab editis recedunt, rectius aliquando, perperam non semel; sed multa abhorrent ab editione Jahnii, qui nimium videtur indulsisse Anastasio, et Œcumenio, et Pseudo-Origeni, quorum incompta compendia aut insulsa auctaria promptius in textum elegantissimi Methodii videtur invexisse: superest ut pleniores Slavorum codices omnia suo ordini restituant.

I.

De Resurrectione.

Coislin. f. 234. *Patrol.* XVIII, 265. Α'. Οὐκ ἐποίησε... Β' Προηπόρηται... (*Varietates deficiunt*).

Coislin. 279. *f.* 78, 81. *Patrol.* 268.

Γ'. Ἄτοπον... κατὰ τοὺς αἰῶνας... τῆς ψυχῆς ὡρίσαντο... δεσμῶται δι' αὐτὴν... Σχόλιον. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσεται.

Δ'. Ἵνα μὴ τοίνυν ᾖ... ἄνθρωπος *Patrol.* 268. *Jahn.* 75. εἰκὼς ἔφην.

Ε'. Καθάπερ γὰρ ὁπόταν. *Patrol.* 266. *Jahn* 75... εὐτροφήσασα καὶ περὶ πάσας τὰς ἁρμογὰς... λίθων κεχωσμένη... στέλλεται, ἔστ' ἂν πρῶτον ἀποσπασθῇ λυθέντων καθ' οὓς... πάλιν εἰς τοὺς ἑαυτοὺς... συκῆ πᾶσα... ἀνεκώλυσε θανάτου... τεθνήξασθαι [1]) ῥίζας ἐν ἡμῖν ἀποκρυπτομένας, καὶ... *Ut apud Jahn.* 76. Ἀλεξιφαρμάκου γὰρ κτλ. (*desunt in Patrol.*) *cod. om.* καὶ ἀφανισμόν. — ἐξεργασθῶμεν.

Ϛ'. Φέρε γὰρ... *Patrol.* 269, 272. *Jahn.* 76. καρπιζόμενος τοῦ φθόνου. πεποιημένον πάλιν... ἐῶ ἤδε μένειν... τὸ ἄγαλμα ὁμοιότατον ἑαυτῷ κατασταθῆναι, τῷ μὲν γάρ... τεχνίτῃ ὄντι, διότι κἂν πάλιν... ὃ γὰρ ἐκεῖ ἀν. τ. ἀ. τοῦτο ἐνταῦθα τὸ ἀποθανεῖν... ὃ δὲ ἐκεῖ... ἀναποσμηθῆναι. *Cod. om. sequentem parenthesin.*

Ζ'. Πρόσχες γάρ, ὡς ἔφην πῶς... *Patrol.* 275. *Jahn.* 77. ὡς δῆλον τὸ πονηρὸν... ἀνέλυσεν αὖθις... *om.* ἄγγος ἀνακλάσας... καὶ πλάσματα.

Η. Οὐκ ἀρεστὸν... *Coislin.* f. 103. *Patrol. col.* 273. *Jahn.* 77. ἄρδην ἀπολεῖται... *cod. post* ὅτι *om.* καὶ αὐτή... ἡμῶν ἐλευθερωθέντων τ. ἀ... post τὸ ὄνομα ὑμῶν *cod. transit ad col.* 276: ὄντως γὰρ (*Jahn.* 78) *cum quo pergit cod.* Διὰ τί δε...

Θ'. Ibid. Ἐὰν δὲ... ἐπειδήπερ ἔθος... ὁπόταν εἴ τις δὴ λέγοι... ταραχθήσεσθαι μὲν...

Ι' Ἄξιον δέ ἐστιν... *Patrol.* 277. *Jahn.* 79. ὦ Ἀγλαοφῶν, φράσας... ἔσοιντο ὡς... ἀλλὰ καὶ γένη εἰς ἀρχάς... εἰς τὴν τῶν ἄλλων τῆς ἐξ ἀρχῆς... χρῆναι γάρ... *Patrol.* 280... αὐτοῦ τόπῳ... οἱ οὐρανοὶ μὲν.... διακρατούσῃ.

ΙΑ'. Ἀλλ' οὔτε... οὐχὶ τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπον ἐποίει... καὶ οὐκ ἄνθρωπον τὸν ἄνθρωπον... ὡς δυνάμενος...

ΙΒ'. Διὸ... *Coisl.* f. 82. *Patrol.* 281, *Jahn.* 80. Προσῆλθον αὐτῷ, ἀμέλει ὁ αὐτὸς εὐαγγελίστης ἐπεσημήνατο, εἰπὼν Σαδδουκαίοις... πρυτανεύοντος ἡμῶν...

ΙΓ'. Ἐπειδὴ... *Patrol.* 284. γεγένηται φθαρτή... θανάτῳ διὰ παιδαγωγίαν... ἀπέδωκε τῇ ἀφθαρσίᾳ.... ἐνδυόμενον ἀφθαρσίαν. Τί ἂν ἕτερον εἴη... Τὸ δοκεῖν ὅπερ ἐστιν, οὔ; ἦν γὰρ ἐν αὐτῷ πάντα. Ναί, ἵν' ἀληθῶς... χοικὸν ἀληθῶς μεταβαλὼν... ὡς ἐκφαυλίζων... ἀλλὰ διδάσκων κληρονομίαν Θεοῦ αἰώνιον... καὶ τὸ σῶμα ὑπό τ. ζ.

ΙΔ'. Εἰ ἐκ τοιαύτης.... *Patrol.* 285-288. ὑγρασίᾳ τοσαύτῃ καὶ σ. κ. πνιγμῷ... ὡς τὸ μηδέπω... ἀπεκκρινομένην, παραγάγωμεν δὲ κατὰ τὸ αὐτό... *Coislin.* f. 84... ἐθελέσαντος τοῦ θεοῦ, ζῶον τὸ κάλλιστον γίνεται, πολλῷ μᾶλλον τὸ ἤδη ὑπάρχον... τίνος οὖν ἡ σκηνοπηγία;... ἡμῶν, ὦ ἄνδρες, ταύτης σκηνῆς τὴν καταπεσοῦσαν... αὖθις συμπήξας ἀνώλεθρον ἀναστῆσαι ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο... καὶ συμπήγνυντος αὐτοῖς πρώτοις ἔτι δεσμοῖς... ὑποτοπῆσαι παρ' ὕδωρ (*in marg.* ὑπονοῆσαι)... ἡ φύσις ἐστὶ φθαρτῶν... εὐθέως ὡς... πυρὸς πλήθει συνεχόμενον οὐκ ἀναλίσκεται... οὐδὲν ἀντιτάσσεσθαί σου τ. ἀ. ἰσχύει. πάντα γάρ...

ΙΕ'. Ὁ γοῦν ἀπόστολος... *Coislin* f. 140. *Patrol.* 288, 289. ἣν δὲ πάλαι οἱ ἄνδρες φάσιν (l. φύσιν)... καὶ αὔξειν πάντως προν... ἐκάλεσεν (f. ἔπλασεν) ἄνθρωπον. Οὐ μόνον κτλ.

1) Nota quæ solent referri ad seriores Byzantinos τεθνήξασθαι (vel τεθνήξεσθαι, *Jahn.*) ut supra Patr. 276 τεθνηξομένην, et infra Patrol. 277, Jahn 79 τεθνηξομένους. Etiam cf. quæ semel et iterum notavimus in *Anal.* I, p. 168, 501, 299, 697 etc. Oriuntur ex attico τεθνήξω, ut apud Methodium, (Jahn. 81), qui sine veterum exemplo nil scribere solet. Vox media serior habetur.

Οὐ μόνον ὁ μέγας προφήτης Μωϋσῆς, ἀλλὰ καὶ πᾶς ὁμόγλωσσος αὐτοῦ τῆς πνευματικῆς φωνῆς τῶν προφητῶν χορὸς μαρτυρεῖ· οὐ γὰρ ἀπρονοήτῳ καὶ συντυχικῇ φορᾷ, κατὰ τοὺς τὸ ἄπειρον καὶ κενὸν εἰσηγουμένους, ὥσπερ ἐξ ἄμμων κατὰ σωτηρίαν προσγινομένων καὶ ἀπογινομένων, ὑπέστη τὸ πᾶν, ἀλλ' ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος καὶ γῆς καὶ ὕδατος, κἂν μὴ βούλωνται [1]) ταῦτα στοιχεῖα καὶ πρωτόγονα τοῦ παντὸς εἶναι τινὸς σώματα, ἀλλὰ συγκρίματα ἤδη ἐξ ἀτόμων ἢ ὄγκων ἢ ἀμερῶν ἢ ὁμοιομερῶν, αὐτομάτῳ τινι καὶ ἀπροαιρέτῳ συναχθέντα φιλίᾳ. Ἀπρονόησις [2]) γὰρ τῶν ὅλων καὶ ἀδιοικησία ἀκόλουθος οὗτος ὁ λόγος, διὸ καὶ Δημοκρίτῳ καὶ Ἐπικούρῳ φίλος, ἀλλ' οὐχ ἡμῖν. Ἴσμεν γὰρ τὸ πᾶν ἀπταίστως θείας βουλῆς κυβερνᾶσθαι προστασίᾳ· ἡ γὰρ ἐργαζομένη Θεοῦ [3]) ταγαῖς τὰ πάντα σοφία καὶ σχηματίζουσα, τῷ μὲν θερμῷ τὸ ψυχρὸν θραύσασα, τὸ δ'αὖ ψυχρῷ τὸ θερμὸν ἡμερώσασα [4]), καὶ τῷ μὲν ξηρῷ δήσασα τὸ ὑγρὸν, λύσασα δὲ τῷ ὑγρῷ τὸ ξηρὸν, τὸν ἄνθρωπον οὕτως ἐδείματο, τὴν πρὸς τὸ πᾶν ἐν αὐτῷ μίμησιν καὶ τὴν ἐν τῷ παντὶ πρὸς αὐτὸν διαγράψασα, ὥστε κόσμον μὲν εἶναι μικρὸν τὸν ἄνθρωπον [5]), ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ πάντα τὰ μέρη τοῦ ὅλου, μέγαν δὲ τὸν κόσμον ἄνθρωπον. Καθάπερ οὖν δὴ ἐν τῷ λόγῳ· Γῆ μὲν ἀκίνητος ἕστηκεν καὶ καθιδρασμένη [6]), ἔχουσα πάντοθεν περικεχυμένον ἐν ἑαυτῇ ψυχρὸν τὸν ἀέρα, τοῦ πυρώδους ἀναπνοὴν παρεχόμενον τῇ φύσει, τεταγμένως δὲ ἐπ' αὐτῷ τὸ πῦρ ἑωραμένον, καὶ περὶ τὴν γῆν κεχυμένον τὸ ὕδωρ· οὕτω δὲ καὶ ἐν ἡμῖν γῆ μεν ἡ τῶν ὀστέων ἐστιν

Non solum magnus propheta Moyses, sed et totus prophetarum chorus unanimi linqua cum Spiritus voce hoc testatur: haud enim sine provido numine aut cum fortuito casu, juxta eos qui immensum et vacuum somniantur, totus orbis substitit quasi ex arena ad vitam adducta et reducta, sed ex igne et aere, ex terra et aqua, etiamsi nolint hæc elementa esse et primordialia corpora universi hujus mundi, sed jam eadem esse discrimina ex atomis sive uncis, sive individuis, sive partium similum participibus coacta, quadam spontanea et involuntaria affinitate. Omnium enim rerum nulla sit præordinatio, nulla constitutio, sequitur ex hac doctrina, quæ Democrito placet et Epicuro, sed nobis nullatenus. Scimus enim sine errore totum mundum gubernari præsidio divinæ voluntatis. Namque Sapientia quæ ex Dei mandatis omnia operatur et sua quæque forma ornat, quæ frigidum calido fregit, et frigido calidum emollivit, quæ sicco humidum densavit, et humido solvit aridum, eadem ita hominem ædificavit, ut in eo totius mundi imitationem cum mundi ad eum respectu describeret, unde homo sit microcosmus, qui in se omnes universi partes obtinet, immo magnus mundus homo sit. Quemadmodum ergo in hoc verbo: « Equidem terra immota stetit atque fundata, » undecumque habens in ea circumfusum aerem, qui ignei elementi flatum ex natura sua præbet, statoque ordine supe-

1) Βουλῶντας apogr. dein τινες. quod f. abundat. Omnino cf. Dionys. Alex. *Patrol.* x, 1252.

2) Ἀπρονόησις, ἀδιοικησία videntur nova vocabula, sed quæ cum notis ἀπρονοητέω, ἀδιοίκητος apte conciliantur.

3) Post Θεοῦ occurrit in apogr. ταγαῖς, rarum vocabulum, nisi sit pro διαταγαῖς.

4) Fort. Platonem, profecto Clementem Alex. imitatur *Cohort.* 4: Καί μὴν καί πυρὸς ὁρμὴν ἐμάλαξεν ἀερὶ,... καὶ τὴν ἀέρος ἀπηνῆ ψυχρότητα τῇ παραπλοκῇ τοῦ πυρὸς ἐτιθάσσευσε κτλ.

5) Iterum recurrit idem Clemens elegantissimus: Ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, λύραν μὲν καί κιθάραν τὰ ἄψυχα ὄργανα, ὑπεριδὼν, κόσμον δὲ τόνδε καί τὸν σμικρὸν κόσμον τὸν ἄνθρωπον, ψυχήν τε καί σῶμα αὐτου ἁγίῳ Πνεύματι ἁρμοσάμενος κτλ. At megacosmus et microcosmus homo a Philone, ne altius repetatur, introductus, inde per innumera Patrum testimonia usque ad recentiores deductus est. Cf. Philon. *Quis rerum divinarum hæres.* 502.

6) Hic et infra loci allegati me fugiunt.

